

FORMVLA VIVENDI

benter recepturos informationē, & idipsum petūt, sed cū res ad effectū venerit, inflāmantur, irascūtur, & nō nunquā peiores sūt q̄ antē fuerūt. Modestia igitur est in talib⁹ magis cōgrua quā uisaliter quidā putāt procedēdū, verū quomodocūque procedatur, dū frater emēdatur, satis est. Dixit quidā uenerabilis pater in eremo: Dāmō nō expellit dāmōnē, sic vir pāsionatus nō curat pāsionatū. De hac autē materia, sūt multa dictā sanctorū patrū, quę hoc vnanimiter cōcludūt q̄ fraterna correctio securē fieri nō potest, nisi multa discretione sit solita. Et sicut nemo leuiter prorumpere debet in propriā laudem, sic nec aliorum correctionē, quia alios rectē increpare, & se dignē laudare difficillimum est apud imperfectos.

Formula hęc viuendi Deo dicatis uiris & clericis secularibus in cuiusdā non postremi nominis Bibliotheca satis opportunē repertam synodalibus his nostris statutis subnectere, nec inconsultū, nec ab re videbatur tāquā nostro negotio quod agimus, in lōgo tempore diuexata ecclesia nostra Hildesemen. reparanda nō vsque adeo dissimilē & alias nec absurdam nec ineptā, quandoquidem eandem & ab sanctis patribus, tum ad Dei gloriā, tum p̄ salute animarū studiosē cultā, maximoque pretio habitā cognouim⁹. Atq; ō si ab illis in hunc diē eidem huius formulę legibus ita inhaesum atque inuigilatū extitisset (vt merito debebat) quātum ab illis diuagatū, declinatūq; est, proculdubio status ecclesiasticus multo melius audiret, longēque prius atque foeliciter eius omnes haberētur, quā dum ita incertis legibus p̄ suo arbitrio quisque prę decorum status sui & uiuit & degit. Cæterum cum modernus seculariū canonicorū status sit animarum periculis plenus, & à statu gratiæ plurimū elōgatus, ideo valde cōsultū esse videtur, vnicuique seculari canonico desiderāti in ea uocatione qua uocatus est (hoc est in ecclesia illa, in qua prębendatus est permanere, & animā suam saluā facere) vt supradictam viuendi formulā diligenter attendat, ac iuxta possibilitatem suam ad practicā ponat & obseruet. Est enim debito seculariū canonicorum statui, prout presentis patitur qualitas tēporis optimē cōueniens. Porro etiā ceteri seculares clerici, præcipuē vicarij alijq; presbyteri, & ī facris cōstituti, eandē regulā vel formulā animaduertāt. Nam & ipsi in ea modū viuendi sibi congruū descriptum habent.

F I N I S.




ENCHIRIDI-
ON CHRISTIANÆ IN-
stitutionis in Concilio prouinciali
Coloniensi editum, opus
nibus veræ pietatis cultoribus
longè utilissimum.

*Qua hoc volumine, in quatuor partes
distributo, continentur, sequens
pagina indicabit.*

*Hanc nostram editionem, candide lector,
multis castigatiorem tibi exhibere
studuimus, consultis (vt re-
ferre visum est) cum
Germanico tū Re-
netiano ex-
plari-
bus.*

PARISIIS,
Apud Guilielmum Desboys, sub sole
Aureo, via ad diuum Iacobum.

1558.


ENCHIRIDI-
ON CHRISTIANAE IN-
 stitutionis in Concilio prouinciali
 Colonienfi editum, opus om-
 nibus veræ pietatis cultu-
 ribus longè utilif-
 simum.

*Quæ hoc volumine, in quatuor partes
 distributo, contineantur, sequens
 pagina indicabit.*

*Hanc nostram editionem, candide lector, locis
 multis castigatiorem tibi exhibere
 studuimus, consultis (vbi re-
 ferre visum est) cum
 Germanico tui Fe-
 netiano exẽ-
 plari-
 bus.*

PARISIIS,
 Apud Guilielmum Desboys, sub sole
 Aureo, via ad diuum Iacobum.

HAEC SVNT QVAE HOC
Enchiridio continentur:

Expositio Symboli Apostolici.

Affertio & doctrina de septem Ecclesie
sacramentis.

De ratione ac modo orãdi Deum, cum
expositione orationis dominicæ.

De natura, distinctione, vi, ac vsu Legis,
cũ subiuncta explicatione Decalogi.

*In sunt etiam huic volumini complures loci com-
munes, præsertim hi, de quibus hac tempe-
state nõ leuis cõtrouersia est, ad ca-
tholicam & ecclesiasticam
veritatem excussi &
explicati.*

TABVLA ENCHIRIDII CHRIS-
TIANAE INSTITVTIONIS IN QVA
PAGINAM PRIMAM A: B
alteram significat.

A Deo quid postulandum.	Adam matrimonialis mysterij nõ ignarus fuit.	171.b	ibidem.
Abraham quomodo conti- nentissimus.	Adam quale nomen vxoris suæ in- diderit.	178.a	ibidem.
Abrahæ polygami, & Ioannis vir- ginis, par meritum.	Admonendus populus ad iugem confessionẽ interiore.	178.b	104.a
Abolutio sacerdotalis quærenda est, & non tantum fraterna re- missio.	Admonitio generalis confessario seruanda.	107.a	161.a
Abolutio in foro Dei, & iudicia- li non est eadem.	Adulti baptizari quomodo se oli vestiebant.	132.b	40.a
Abolutio & ligatio sacerdoti æ- qualiter demandata.	Aduersa huius mudi patienter fe- renda sunt.	124.b	233.b
Abrenũtiatio in baptismo est tri- na.	Aduentus Christi saluatoris nõ- stri, duo.	39.a	16.b
Abusus corrigendus, non res pia mutanda.	Aduetus domini dies nobis igno- tus.	75.a	17.b
Abusus indulgentiarum.	Aduentus domini secundus arden- ter desiderandus.	131.a	216.a
Abusus matrimonij vehementer cauendus.	Adulteravxor quid timeat.	191.b	47.b
Abusus reliquiarũ quomodo tol- lendus.	Afflictiones patienter late sunt sa- lutares.	258.b	14.a
Abusus circa imaginũ veneratio- nem corrigendi.	Affectus erga baptismum qualis esse debeat.	259.b	41.b
Abusus sacramentorum sanctitati nihil detrahit.	Affectus qualis esse debeat in su- scceptione confirmationis.	163.b	49.b
Acolythorũ officium quale.	Affectus Eucharist. petẽtibus qua- lis esse debeat.	164.b	79.b. & quæ ad hanc dignẽ sumendã requiran- tur.
Acolythus quomodo ordinaba- tur.	ibidem & infra.	175.b	
Accusare publicum latronem, nõ est peccatum.	Affectus confitentis, qualis ad sa- cerdotem esse debeat.	226.b	155.a
Actio Missæ constat fidei exerci- tiis.	Affectus contrahentiũ qualis esse debeat.	57.b	191.b
Adam & Eux coniugium, grande mysterium.	Affectus pœnitentiæ donum Dei.	175.b	88.a

857207957

Affectu quali Ordines sint suscipiendi.	173.b	tur.	169.b
Affectus bene viuendi oranti necessarius.	203.a	Anus decrepitę, quomodo sint informanda.	160.b
Affectus Iudaicus in orādo.	204.b	Appetēdi visi homine vitia.	60.a
Affectus Ethnicorū in orādo. ibid.		Apostolis sunt clauis traditę. in. b sed quales fuerint.	112.b
Affectus hominum carnalium in dimittendo.	228.a	Apostolus denegat plebi ordinādi potestatem.	163.a
Affectus quis circa imagines habendus.	259.b	Apostolicę epistolę, meminerūt Episcoporum, & Diaconorum. ibidem.	
Agnes virgo quo triūpharit.	77.a	Apostolorū canones collecti per clementem.	164.b
Altaria, quam ob causam thurificentur.	270.b	Apostolus docet matrimonij esse sacramentum.	186.b
Amen quid significet & qualis sit vox.	33.a	Apostoli ex Christi institutione vnebant agrotos.	193.a
Amen vox est sermonem confirmantis.	ibidem	Ad solum Deum omni tempore recurrendum.	151.a
Ambrosius statuit priuatam confessionem.	124.b	Assertio stat' animarū post mortem.	73.b
Amor Dei, amori parentum anteponendus.	178.b	Astra & planetę cur à Deo creata.	255.a
Ancillarum officium erga dominos suos.	159.b	Aqua benedicta cur die dominico spargatur.	270.a
Anabaptistę damnantur, paruulorum negantes baptismum.	37.a	Aqua qd signet in baptismo.	17.a
Anabaptistę hæresum antiquarū innovatores.	82.b	Archiepiscoporū officium.	171.a
Anabaptistarum error circa matrimonium.	179.a	Arra gratię certificamur nos esse filios dei.	244.b
Anabaptistę cum Nouatianis ad metam rediguntur.	226.b	Authoritas Ecclesię propter malos Prælatos nos disperit.	22.a
Analogia baptismi ad circumcisionem.	36.b	Authoritas clauium par est.	26.b
Animę piorum nomine virginis recreantur.	11.a	Authoritate diuina imponitur satisfactio pro peccatis.	128.a
Anima sancta post hęc vitam perpetuis perfruetur bonis.	32.b	Author celestis Hierarchie pulchrę defenditur.	265.a
Annuli similitudine pulchra introducuntur.	33.b	Auium more nobis omnibus laborandum.	222.a
Antistites & præsules vnde dicantur.		Authoritas statuēdi est apud præfides Ecclesię.	281.a

B aptizati quomodo viuere debeant.	30.a
Baptismi vocabulū quid significet.	36.a
Baptism' ianua in ecclesiā dei. ibi.	
Baptismi partes quę sint. ibidem.	
Baptismi verba exponuntur. ibid. b	
Baptismus, fœdus Dei cū homine, & hominis cum Deo.	36.b
Baptismi caremonia.	39.40.41.
Baptismo adhibet' exorcism'. 38.a	
Baptizatus concupiscentię fomitem seruat.	40.b
Baptismi v' virtus præcipua.	41.a
Baptismi vis tota vita exercenda. ibidem. a	
Baptismo commorimur Christo.	37.b
Baptisma ecclesię est vnicū.	83.a
Basis fidei resurrectio mortuorū.	31.b
Basilius confirmat confessionem sacramentalem eamque totius Ecclesię consensu stabilitam ac receptam.	120.b
Benedictiones priuatę bonorū & malorū quomodo differāt.	157.a
Benedicere priuatim & publicę. differunt.	ibidem.
Benedictio sacerdotalis in matrimonio.	189.b
Beneficia Christi in Missę sacrificio illustrantur.	75.b
Benignitas Dei in quo ostensa sit.	100.b. 208.b
Bellum gerere an Christianis liceat.	286.a
Bonum matrimonij proles.	190.b
Bona temporalia cui tribuat' mūdus.	222.a

C anonem sacrę Ecclesię hostes infestātur.	57.b
canonis expositio pia, & germana.	69.b. & infra.
Canon vindicatur ab aduersariis. ibidem.	
canon pulcherrimę explicatur.	74.b. & infra.
Canon omnē meriti humani præsumptionem excludit. ibidem.	
canon generalis: Omnes vtriusq; sexus, &c. explicatur.	117.a
Canon non ligat peccatorem, vt certo tēpore confiteatur sacramentaliter.	117.b
canones Apostolorū collecti per Clementem.	164.b
hi Canones etiam per sextam synodum agniti.	165.
canon Euaristi de matrimonio.	188.a
Calumnia quorūdam aduersariorum detegitur.	74.b
cantica anticorum est canticum nuptiale.	175.a
Causa institutionis matrimonij.	174.a
carnalis commixtio trifariam in coniugio adhibetur.	109.b
Caro Domini quomodo manducetur.	53.b
caro habet suā voluntatem.	218.b
Casuum reseruatorū origo.	110.b
castitas triplex.	292.a
Causa efficiens iustificationis.	142.a. b
causa formalis ipsius iustificationis.	143.a
Causa dilectionis inter virum & mulierem, quę.	186.b

Cœli & terræ appellatione quid
contineatur. 210.a
cælum & terra simul facta. 273.a
Censura de matrimoniis clande-
stinis. 188.a
censuræ nō sunt spernendę. 280.a
Cæremoniarij finis quid sit. 26.b
cæremonia sunt ecclesiæ vehe-
menter necessaria. ibidem.
Cæremonias diuus Paulus appro-
bat. ibidem.
cæremonia circa baptismū. 38.a
Cæremonia ecclesiasticę veteris-
simæ. ibidem.
cæremonia ecclesiasticę quomo-
do æstimandæ. 206.a
Cæremoniarum regula. ibidem.
cæremonia sabbati cedit charita-
ti. 207.b
Cerei quid significant in ecclesia.
164.b
ceroferaij olim qui. ibidē.
Certitudo fiducia. 140.a
charitas in Deū præferenda om-
nibus. 7.a
Charitas Dei perficit omnia. 8.b
charitas tertia orationis ala. 202.a
Charitas Dei vnde in nobis exci-
tetur. ibidem.
charitas pximi quomodo inna-
scatur. ibidem.
Charitatis gradus peculiaris est lō
ganimitas. ibidem.
christus priore suo aduentu venit
vt Saluator. 8.b
In solo christo omnis nostra sal.
ibidem.
Christus plenitudine sancti spiri-
tus inunctus. ibidem.
christus, sacerdos secundum ordi-

nem Melchisedech. 8.b
Christus Rex. ibidem.
christi regnum spirituale. ibidem.
Christus vnicus ille Mefsias. 9.a
christus verus Deus & homo. ibid.
Christus eadem habet cum patre
naturam. ibidem.
christi natiuitates duæ. 9.b
Christus cur passim in scripturis
dominus appelletur. ibid.
christus omnium dominus, qua-
tenus Deus. ibidem.
Christus dominus, quatenus ho-
mo. ibidem.
christus omnium dominus, maxime
credentium & electorum. 10.a
Christo fidens, ab omni periculo
tutus. ibidem.
christi, quatenus homo fratres su-
mus. ibidem.
Christi secunda natiuitas. 10.b
christus propter nos incarnatus.
11.b
Christus, cur de spiritu sancto cō-
ceptus, & ex Virgine natus. ibi.
christus verē passus in corpore &
anima. 12.a
Christo in cruce oblato, veteris le-
gis hostiæ euauerunt. 13.a
christus voluntariē mortuus est,
& non coactē. ibidem.
Christus hostia immaculata. 13.a
christus est sepēs aueus & agnus
immaculatus diuersis respecti-
bus. ibidem.
Christus quare ad inferos descen-
derit. 14.b
christus in passione se hominem,
in resurrectione verō se Deum
esse declarauit. 15.a

Christus p nobis resurrexit. 15.a
christus caput corporis ecclesiæ.
ibidem. b
Christus ascendit secundum ho-
minem adsumptum. ibidem
christus quomodo ad dexteram
dei patris, & sedere & stare di-
catur. ibidem.
Christus quomodo sedere & sta-
re dicatur diuersis respectibus.
16.a
christus propter nos : quomodo
redditurus. 17.b
Christus in ecclesia discreuit offi-
cia. 23.a
christus est fundamentum eccle-
siæ. 28.b
Christus sacramenta instituit, vt
nos sibi colligaret. 33.b
christus quare misit post ascen-
sionem spiritum sanctū Apo-
stolis. 43.a
Christus quare post cœnam Eu-
charistiæ sacramentū institue-
rit. 50.a
christus sub altera specie totus su-
mitur. 54.a
Christus applicat nobis fructum
sue passionis. 57.a
christus in altari sacramentaliter
immolatur. 67.a
Christus quomodo peccatum ap-
pellerur. 96.b
christus quare in discipulos suos
insufflauit. 114.b
Christum non præcepisse confes-
sionem redarguuntur. 116.a
christus quare tam frequenter vi-
tam æternam, mercedē nostrā
appellet. 147.a
Christiani omnes, reges spirituales.
161.b
christus parens regenerato. 174.b
Christi verbo christianorum ma-
trimonia stabiliuntur. 181.a.b
christus matrimoniū primæ suæ
dignitati restituit. 189.a
Christus orandi formulam præ-
scripsit. 197.b
christus spes gloriæ. 200.a
Christus vult communem preca-
tionem. 209.b
christi doctrina ac vita, deivolun-
tas. 218.a
Christus dat nobis corpus suum,
& sanguinem. 225.a
christus non prohibet pecuniam
mutuo datam repetere. ibid. b
Christus non abolet imperia seu
iudicia terrena. ibidem.
christus non vetat maleficos pu-
niri. 226.a
Christus quō nos certos faciat à
peccatis esse purgatos. 227.b
christus cur vsus sit hoc verbo di-
mittendi. ibidem.
Christus docuit quomodo sit no-
bis orandum. 197.b
christus finis præcepti ad salutē.
253.b
Christus quare iussit omnino nō
iurare. 264.b
christismatis materia. 44.a
Christisma ab hæreticis frustra con-
temnitur. ibidem.
christisma quare cōficiatur ex oleo
oliuæ & balsamo. 43.b
Circumcisio figurę baptismi. 36.b
clandestina matrimonia multo-
rum malorum causa. 188.b

Clandestina irreligiosè contracta non sunt sacramentum. *ibidem*
 clandestina, quare ecclesia hæc-
 nus permiserit. *ibidem*.
 Clandestina matrimonia per ec-
 clesiam abroganda. 189.a
 clauium auctoritas in ecclesia æ-
 qualis. 26.b
 Clauis in scripturis quid, & quibus
 clauis sunt traditæ. 111.b
 clauium ecclesiæ diuisio. 112.b
 Clauium diuisio. 113.a
 clauis aliud sunt quam fides.
 115.b
 Clauis ordinis in omnibus sacer-
 dotibus eadem. 170.b
 clerici quare tondentur. 172.b
 Coitus effrenis in coniugio dam-
 nabilis. 191.a
 collatio originalis peccati ad ac-
 tuale. 127.a
 Colligantia ecclesiæ quibus con-
 fect. 23.a
 comes peccati est pœna. 226.b
 Communicandum non est cum
 hæreticis. 21.b
 communio bonorum operû est
 in sanctorum societate. 29.b
 Commune diuini officij quare sic
 vocetur. 57.a
 cõmunio quare sic vocetur. 72.a
 Communicatio fiebat olim ter in
 anno. 117.b
 communio olim non restitueba-
 tur ante satisfactionem exple-
 tam. 118.b
 Communicantes sine oblatione.
 130.b
 communia Iudaici & Christiani
 matrimonij. 170.a

Compunctionis genera sunt duo.
 87.b
 cõfussio fidei nostræ vita æterna,
 32.a
 Concubitus præter necessitatem
 nõ imputat matrimoniu. 190.b
 condonatio iniuriæ signû est re-
 missionis peccatorum. 107.a
 Conciliator religiosi matrimonij
 deus. 182.a
 concupiscentiæ fomes maneat in
 baptizato. 40.b
 Concupiscentia in nobis est mor-
 tificanda. 41.a
 confirmationis sacramentû de-
 claratur. 43.a
 Confirmandus quare signetur in
 fronte. 48.b
 confirmationis sacramentû tota
 vita rememorandum. 49.a
 Confirmationis minister est epi-
 scopus. *ibidem*.
 confirmationis sacramentum cur
 patres Teleten appellauerit. 48.b
 Contentibus quid inculcandum.
 154.a
 confessio peccatorum triplex.
 103.a
 Confessionis vocabulum variè ac-
 cipitur. 102.b
 confessio interior, propria chri-
 stianorum, quæ & Christianis
 semper inculcanda. 103.b
 Confessio mentalis semper exer-
 cenda. 105.a
 confessionem nostrâ quare deus
 requirat. 104.b
 Confessio generalis apud Iudeos.
 quæ etiam in ecclesia frequens.
 106.a

Confessio fraterna quæ, & hæc ea-
 dem est necessaria. 109.b
 confessio fraterna non est de nu-
 mero septem sacramentorum.
 107.b
 Confessio quæ fit presbyteris ter-
 tia cõfessionis species. *ibidem*.
 confessio fraternæ correptionis.
 107.a
 Confessio voluntaria est publica
 gratior. 107.b
 cõfessio secreta & priuata. 109.b
 Confessio sacramentalis an sit iu-
 ris diuini. 111.a,b
 confessio sacramentalis per chri-
 stum insinuata. 114.b
 Confitendum quomodo sit, & de
 quibus peccatis. 117.b
 confitendum quare sit proprio sa-
 cerdoti. 113.a
 Confessarius sacerdos qualis deli-
 gendus. 119.b
 confessio sacramentalis necessa-
 ria. 120.b
 Confessio an sit reuelanda. 121.a
 confitendum ecclesiæ ministris,
 vt soluant contententem. 121.b
 Confessio mentalis non sufficit.
 122.a
 confessio secreta in ecclesia Græ-
 ca ab initio fuit. 123.a
 Confessio secreta, in nulla eccle-
 sia penitus sublata. 123.b
 Confessariorum officium. 131.b
 Cõfessario quæ sunt cauêda. 152.a
 cõficere & offerre non sunt vnû,
 & idem. 66.b
 Contententium ineptitudo corri-
 genda. *ibidem*.
 cõstetû vetus ratio optima. 153.a

Confessionis pudor pellendus.
 154.b
 confessarius qualis esse debeat.
 155.b
 Cõfessarius idoneus quis sit. *ibid*.
 confessio humilis quid apud deû
 possit. 227.a
 Coniugium & matrimonium vn-
 de dicantur. 174.
 coniuges quomodo continentes
 esse possunt. 190.b
 Cõiunctio sacerdotalis in matri-
 monio. 186.a
 coniunx casta & adultera, quid ti-
 meant. 47.b
 Cõsensus vniuersalis ecclesiæ, ad-
 uersariis opponendus. 44.a
 consensus vniuersalis ecclesiæ,
 Missam sacrificium esse testa-
 tur. 57.b
 Consensus totius ecclesiæ probat
 ordinem. 163.a
 consentire facientibus qui dicantur.
 230.a
 Concilium in quo sitû sit, & quæ
 vis illius. 45.b
 concilium humanû quale. *ibid*.
 Concilium pro imperfectis in re-
 mittendo. 228.b
 consuetudo iurandi detestabilis,
 266.a
 Constitutiones humanæ quanti
 faciendæ. 280.a
 constitutiones humanæ inutiles,
 nisi ad pietatem expendantur.
ibidem.
 Copula matrimonialis signi per-
 fectio. 186.a
 copulati in matrimonio quorum
 admonendi. 192.a

Cōsecratio quare sub duabus speciebus separatim fiat.	54.a	Crux christi quomodo nobis post christum ferenda.	13.b
contemptores priuatę confessionis quid agant.	124.b	crucismors redemptori omnium peculiaris.	12.b
Continentia in coniugio laudabilis.	187.b	Cubiculū cordis christus nos intrare iubet.	204.a
cooperatio fidei & charitatis est iustificatio nostra, &c.	146.a	culpam expiari non posse ethnici putabant.	103.b
Contritio est vehemens animi amaritudo.	86.a	Culpa abolita, non statim aboletur pœna.	127.b
corona iustitię cur dicatur.	98.a	cultus dei verus in spiritu.	204.a
Corpora nostra post resurrectionem, non erunt obnoxia doloribus nostris.	32.a	Cypriani autoritas de plebe quomodo intelligenda.	24.a
correptio fraterna duo requirit.	108.b	D ecalogue aptissima methodus agendorum, &c.	153.a
Correptio fraterna in primitiua ecclesia frequens.	109.a	Decalogus vitę regula, & speculum.	234.a
correptio fraterna quomodo in desuetudinem abierit. ibidem.		Decalogus pertinet ad omnes gētes.	245.b
Corpora cęlestia quatenus in nos agant.	255.a	Decalogus complectitur consummatam iustitiam.	246.a
corporum subtilitas post resurrectionem.	17.a.22.a	Decalogus omne ius ciuile superat.	ibidem.b
Corruptores simplicium mentium.	153.b	Decalogi collatio ad legem naturę.	147.a
creaturam esse nouam in christo quid.	143.a	Decalogi series.	ibidem.
Credere in deū, & credere in deo vel in deum.	4.a	Decalogus quare à deo traditus.	ibidem.
credimus sanctam ecclesiam non in ecclesiam.	20.a	Decalogi duę sunt tabulę.	248.a
Credientiū, peculiari ratione christus est dominus.	10.a	Decus coniugale castitas.	190.b
credere in creaturam abunde potest nemo.	18.a	Defunctorum commemorationę ratio Missę expostulat.	72.b
Criminum enarratio est sacerdoti facienda.	113.b	depositū Pauli est promissio dei.	98.a
crimina spectant ad idololatriam spiritualem.	252.a	Deprecatio pro consistente nõ est sacramenti vis.	154.a
		deprecatio Paulina ad Hebręos.	15.b

Desperandum non est super misericordia dei.	261.a	Deo bis se debet homo.	98.b
deus vnus essentia, trinus in personis.	3.b	dei permissio iustissima.	99.b
Deus quam à nobis fidem exigit.	4.	Dei pręscientia non est anxie inquirenda.	100.a
deus nobis tantum per fidem videtur.	4.a	dei pręscientia non obstat rerum contingentia.	ibidem.
Deus quid sit.	ibidem.b	Dei pręscientia non ligat hominis voluntatem.	ibid.b
deus solus omnipotens.	4.b	dei pręscientia pios latificat.	101.a
Deus pater trifarię accipitur. ibid.		Deus quare nostram confessionę requirat.	104.b
dei omnipotentia, fidei robur.	5.a	deus opera sua facit nostra.	145.b
Deum esse testatur rerum vniuersitas.	5.b	Deus quare nos interdum non exaudiat.	201.a
deum quomodo ethnici cognouerunt.	6.a	dei cultus in spiritu.	204.a
Deo aperta ac nuda sunt omnia.	6.b	Deus quare vult nos petere. 205.a	
dei voluntas per charitatem adimpletur.	8.a	A Deo quę sint petenda.	207.a
Dei pietas est ineffabilis erga nos.	13.a	deum quare appellamus patrem.	208.b
deus pręest piis coniugibus.	108.b	Deus quomodo nos omnes aequalis habeat.	209.b
Deus est conciliator religiosi matrimonij.	182.a	deus sicut & in cęlo, ita & in terra.	210.a
deus quomodo penitere dicatur.	81.a	Deus cur in cęlis potissimum esse dicatur.	ibidem.
Deus quomodo hominem deserat.	89.a	deo propitio à nulla creatura timendum.	ibid.b
deus nullam in se habet iniquitatem.	90.a	Dei nomen inuocari super nos, quid sit.	211.b
Dei beneficiis cur afficiantur impij.	219.a	dei nomen pollui quid sit.	212.a
dei gratia bifarię accipitur.	91.a	Dei volūtas, alia atque alia.	217.b
Deus nemini gratiam suam ex toto subtrahit.	91.b	deus malorum conatus in suam vertit gloriam.	219.a
deus cur gratiam specialem impij subtrahit.	91.b	Dei voluntati nos submittere debemus.	ibidem.
		dei verbum quomodo salutare.	224.a
		Dei verbum, panis animę.	ibid.

Deus humilem à nobis confes-
sionem requirit. 4.a
deus semper paratus nos eripere
à tentatione. 231.b
Deus operatur sensibiliter in mē-
tibus hominum. 238.a
deus peccatori vt respiscat neces-
sarius. 240.
Deus solus verè est. 248.b
deus qualiter timendus. 249.a
Deo plus obediendum quam ho-
minibus. ibidem.
dei nomina plurima sunt apud
Hebræos. ibidem.
De^o cognoscit ab effectib⁹. 250.a
de^o cognoscit verbis & signis. ibi.
Dei nomē trāslatū ad Mosē. 251.a
deus huius seculi est Satanas. ibi.
Deus agnosci vult qualis erga nos
sit. 260.a
dei nomine quibus rationibus re-
ctè vtamur. 261.b
Deus in scripturis cur dicatur odif-
se sabbata. 269.b
deus bis condidit mundū. 271.b
Deus creauit omnia simul. 273.a
deus quomodo requieuisse dica-
tur. ibidem.
Deus quare solum sabbatum be-
nedixerit. 275.a
diabolus & deus diuersa tentant
ratione. 229.b
Diaboli machina duplex. 230.a
diabol⁹ in christo vincitur. 74.a
Diabolus est potestas tenebrarum
& princeps mundi. 337.a
diaboli libertas quæ sit. 245.b
Diabolus non potest nobis facile
incommodare, nisi permittēte
deo. 256.a
Diabolus abhorret signum crucis
ibidem. b
diaconorū officium, quale apud
veteres. 167.b
Diaconorum officium. ibidem.
dicere nos lingua sola peccatores,
non sufficit. 11.a
Dies aduentus domini nobis in-
cognitus. 17.b
dies dominicus quid nobis signi-
ficet. 270. 271.a
Dilectio est plenitudo legis. 17.a
discrimen inter exclusos ab eccle-
sia, & peccatores nondum rese-
ctos. 21.a
Discrimen sacrificij veteris & no-
uæ legis. 58.b
diuersitas particularium rituum
non soluit catholicam commu-
nionem. 26.b
Diuisio tertie partis symboli. 18.a
diuitibus quæ in confessione in-
iungenda. 160.a
Diuites incidūt in tētationes. ibi.
diuinitas in christo impassibilis.
12.a
Diuortium aliam habet rationē
quàm polygamia. 178.b
diuortium & polygamia denega-
tur christianis. 181.a
Diuortij, quorundam rationes ex-
penduntur. 184.a
diuortium astruentibus, Augusti
opponitur. 185.a
Doctrina christiana omnia redi-
git ad vnum. 277.a
dominica, dicuntur templa apud
veteres. 165.b
Dominorū, patrum & matrū fa-
milias officij erga seruos. 159.b

Dona Spirit⁹ sancti quæ sint. 45.a
& infra.
Dona spiritus & virtutes, suos ha-
bent gradus. 202.b
Dono liberi arbitrij nullum præ-
stantius. 100.b
Donū diuinū bene viuere. 241.b
Dubitationi cuidā quomodo suc-
currendum. 140.b
Ecclesia quasi euocata cōcio.
20.a
Ecclesia militans vinea domi-
ni, diuersa habet mēbra. 20.b
Ecclesia propter malos non dese-
renda. 22.a
Ecclesiæ autoritas non extenuat-
ur per iniquos pontifices. 22.a
Ecclesiæ catholicae certissima si-
gna. 22.b
Ecclesiæ nexus est ordo. 23.a
Ecclesiæ officia per christum dis-
creta. ibidem.
Ecclesiæ ministri non sunt à plebe
constituendi. 24.b
Ecclesia primitiua agnouit ordi-
nes minores. 164.b
Ecclesiæ veteris pietas circa sancto-
rum fidem. 257.b
Ecclesiarum varij mores. 281.a
Ecclesiæ ministris debetur vene-
ratio. ibidem
Ecclesia præsens credit sicut primi-
tiua. 26.a
Ecclesiæ censura in rebus dubiis.
ibidem. b
Ecclesiæ cæremoniæ sunt multū
necessaria. ibidem
Ecclesiæ primitiuae vehemens in
cunctis cruditio. ibidem.
Ecclesiæ præsentis parclauium au-
thoritas. 28.b
Ecclesia semper habebit tam ma-
los quam bonos. 20.b
Ecclesia cur sancta dicatur. 27.a
Ecclesiæ dei vnitas est peculiaris
ibidem. b
Ecclesiam non habere maculam,
quomodo accipietidum. 28.a
Ecclesia, quam ob causam dicatur
catholica. ibidem.
Ecclesia non est affixa vlli loco.
ibidem.
Ecclesiæ fundamentum christus.
ibidem. b
Ecclesiam in dies maiorē fieri nō
est necesse. 28.b
Ecclesiæ copula sub pastore vno.
ibidem, & 29.a
Ecclesiæ duæ, altera dei, altera dia-
boli. 29.a
Ecclesia sancta quid. ibidem
Ecclesiæ sacramenta septem. 33.a
Ecclesia ex institutione christi of-
fert ad baptismū paruulos. 38.b
Ecclesiæ hostes canonē Missæ in-
sectantur. 57.b
Ecclesia celebrat q̄ christus gessit
in cœna. 63.b
Ecclesiæ sacrificium quale. 66.b
Ecclesiæ baptisma est vniciū. 83.a
Ecclesia, quomodo satisfactionē
requirit. 129.a
Ecclesia vetus optimū habuit ordi-
nem. 165.a
Ecclesiæ veteris ordo pene confu-
sus. ibidem.
Ecclesia inuisibilis. 171.b
Ecclesia quid oret ī canone. 172.a
Ecclesia ab exordio mūdi christo
desponsata. 105.b

Ecclesia quare orat per interualla temporum. 205.a
 Effectus baptismi est mors peccati. 40.a
 Effectus gratiæ liberum excitans arbitrium. 99.a
 Efficacia & virtus baptismi. 41.a
 Eleemosyna, oratio & ieiunium peccata delent. 119.b
 Elementū baptismi est aqua. 37.a
 Elementū sacramēti ordinis. 172.a
 Elementi loco quid in ordinibus minoribus. ibid.b
 Elementum sacramenti matrimonialis. 186.a, & infra
 Elementū sacræ vnctionis. 194.b
 Eleuatio manuum in Missa. 68.b
 Energumeni qui. 164.a
 Episcoporum successio legitima. 23.b
 Episcopi, quos auctores habuerint. 23.b
 Episcopis quid olim cauendum. 110.a
 Episcopus dicitur superattendens. 169.a
 Episcopis & parochis quid debeatur. 157.b
 Episcopi soli olim de matrimonio iudicabant. 192.b
 Epistola ad Romanos duo potissimi mum continet. 145.a
 Error primus in ecclesia. 301.
 Erubescencia duplex. 121.b
 Esus sanguinis prohibitio quid sit 186.a
 Ethnici quomodo deum cognouerunt. 6.a
 Ethnici credebant culpā expiari non posse. 103.b
 Euāgeliū ante finē seculi predicabitur per totum orbem. 28.b
 Euangelium solum docet nos dei voluntatem. 33.a
 Euangelium quid differat à lege. 133.a
 Euangelium in exhibitione iustitiæ spiritualis consistit. ibid.
 Euangelium nouum testamentū dicitur. 134.b
 Euangel. propriè quid sit. 135.b
 Euangelium habet varia nomina. 135.b
 Euangelium quare dicatur lex spiritus. 245.b
 Euangelica lex est operosa. ibid.
 Euangelij professores debent esse verbi factores. ibid.
 Euangelium duo complectitur. ibidem.b
 Euangelij gratia quid agat. ibid.
 Euangelium non tollit ius naturale. 287.a
 Eucharistię sacramentum dicitur Synaxis. 50.a
 Euchar. sacramentum, quare post cœnam institutum. ibid.
 In Eucharistia quid credendum. 51.a
 Eucharistię minister sacerdos. 81.a
 Eucharistia certum pignus vitę eternæ. 76.b
 Eucharistię finem qui fructus commitentur. ibidem.
 Eucharistia animæ medicina efficacissima. 78.b
 Eucharistię proprius vsus. 79.a
 Eucharistię panis, quomodo nobis porrigatur. 222.a

Euchar. sacramēto nihil habet ecclesia sublimius. 49.a
 Excommunicati salus nequaquā negligenda. 109.a
 Exclui ab ecclesia qui sint. 21.a
 Excommunicandi potestas est diuini iuris. 113.a
 Exomologesis quid sit. 119.b
 Exēpla pietatis in parētes. 278.a
 Exorcismus baptismō adhibetur. 38.a
 Exorcistarum officium. 164.a
 Expositio canonis pia & germana. 69.b
Factores legis iusti. 137.b
 Festa in quem finē instituta. 271.b
 Fides regula est Symbolum. 2.b
 Fides est dei donum. 3.a
 Fides quid sit. ibidem.
 Fides coniugalis. 190.a
 Fidei vis que sit. 4.a
 Fidei robur est omnipotentia dei 5.a
 Fides mortua non confert ad salutem. 17.a
 Fidei nostræ conclusio vita eterna. 32.a
 Fides spei coniuncta esse debet. 69.a
 Fides informis, imperfecta, viuida, infusa, acquisita, habitualis, actualis. 85.a, b
 Fides in intellectu, & fides in voluntate, ibidem.b
 Fides iustificans non accipitur sine spe & charitate. ibid.
 Fides donum speciale etiam sine charitate. 86.a
 Fides historica quid faciat. ibid.b
 Fides in deum cum timore filiali veram contritionē parit. 87.a
 Fidei iustificantis gradus. 287.a
 Fide sola iustificari quid. 141.a
 Fidei præsumptio mala est. 142.a
 Fides est immediatum instrumentum iustificationis. 144.a
 Fidei proprium opus quale. ibid.
 Fides dæmoniaca & impiorum. 144.a
 Fides multiplex. ibid.
 Fides iustificans includit pœnitentiam. ibid.b
 Fides quare dicitur iustificare. 137.b
 Fides est instrumentum iustificationis. 236.a
 Fides accipit, non meretur. 145.a
 Fides debet cooperari operibus. 144.a
 Fides accedere debet sacramēto. 181.b
 Fides gratuitum donum. 196.a
 Fides, spes & charitas, coniunctæ esse debent. 197.a
 Fides christianorum non est euanida. 196.a
 Fidei spiritus suggerit nobis omnia. ibid.
 Fides donum dei. 124.a
 Fides prima orationis ala. 197.b
 Fides, nobis nostram ostendit infirmitatem. ibid.
 Fides exordium quale sit. 218.b
 Fiducia in deum, vnde. 5.a
 Fiducia nostra omnis in quo sit. 138.b
 Fiducia nostrā in quo consistit. 410.a
 Fiducia bonæ consciētiae in coniugio. 190.a

Fiducia misericordiae dei in nobis quid agat.	199.b	127.a	Fundamentum ecclesiae est christus.	28.b
Figmentū dei sumus omnes.	8.b	G entes agnouerunt matrimonium, re sanctam esse.	176.a	Gentes non viderunt causam finalem iustificationis.
Filij persona deus & homo pluribus nominibus designatur.	7.a		143.a	
Filium quare miserit pater.	9.a	Gentes & iudaei cur contraxerint matrimonia.	176.b	Gratia dei bifaria accipitur.
Filius quare incarnatus, & quomodo per hunc solum ad patrem perueniatur.	11.b.12.a	Gratia propria christianorum.	ibidem	Gratia duplex.
Filios caelestes pater caelestis requirit.	211.b	Gratia praeueniens duplex.	91.b	Gratiam suam deus nemini penitus subtrahit.
Finis rerum omnium conditarū quis sit.	5.b	Gratiam specialem cur deus impiis negat.	92.b	Gratia incitans non sufficit, sed iustificans.
Finis caeremoniarum ad sacra reuerentius tractanda.	26.a	Gratiae opera ante iustificationem.	93.a	De gratia subsequente adiicitur nonnulla.
Finis principalis eucharistiae quis sit.	57.a	De gratia subsequente adiicitur nonnulla.	24.b	Gratiae testimonium oratio.
Finis principalis & multiplex etiam eucharistiae.	78.b	Gratia non tollit liberū arbitriū, sed magis statuit.	95.b	Gratia subsequens comitatur nostram voluntatem.
Fomes concupiscentiae manet in baptizatis.	40.b	Gratiae effectus excitans liberum arbitrium.	99.a	Gratia ordinationis quomodo se habeat.
Fons quare consecretur.	38.a	Gratia quid in bonis sacerdotibus operetur.	ibidem	Gratia nostra in cruce domini nostri Iesu christi.
Forma extremi iudicij.	16.b	Gratia confertur a deo coniugibus.	181.a	Gloria Israel in nos translata.
Forma visibilis, inuisibilis est gratia.	186.a	Gloria nostra in cruce domini nostri Iesu christi.	13.b	Gradus poenitentiae.
Formula inquirendorum criminum.	109.b	Gloria Israel in nos translata.	150.b	
Fortitudo humana quae.	46.b			
Fortuna quos vexat aduersa quomodo docendi.	256.a			
Forum dei idem est quod sacerdotis.	118.a			
Fractio hostiae salutaris fit tantum in specie panis.	57.b			
Fructus spiritus, qui sint.	15.a			
Fructus sacrificij saluatoris nostri quis.	63.a			
Fructus eucharistiae qui.	77.a			
Fructus meditationis decalogi.	235.a			
Fructus poenitentiae qui sint digni.				

Gradus fidei iustificantis.	139.b	Homini bus inuolutis quid agendum.	155.a
Gradus quidam sunt in laedendo.	285.a	Homicida apud Deum quis sit.	246.a
H abitus virtutis & opus exter num differunt.	178.a	Hominem totum libido foeda commurat.	290.a
Halleluia quid significet.	50.a	Honor tria complectitur.	278.a
Haereditas impiorum mors aeterna.	32.b	Hostes nobis tres sunt, contra quos semper dimicandum.	42.a
Haeretici, falso apud se fidem esse volunt.	28.b	Hostes nostri diligendi sunt.	228.b
Haeretici, ipsam christum frustra respiciunt.	44.a	Hostes nostri tres, & potentes valde.	231. & folio sequen.
Haeretici hallucinantur in Pauli verbis.	83.b	Hostiae veteris legis, defunctio christi euauerunt.	13.a
Haeticorum studium in quo vigeat.	161.a	I anitorum officium quale.	163.b
Hominis mens incomprehensibilis.	5.b	Iconomachi damnati.	259.a
Homo quare creatus.	ibidem	Ieiunium, oratio, & eleemosyna peccata delent.	129.b
Hominem vestigium diuinitatis exprimit.	6.a	Ieiunium & eleemosyna oratione faciunt alacriorem.	203.b
Hominum quorundam stupiditas.	6.b	Ioannis Euangelistae locus explicatur.	111.b
Homo saepe carnalis & animalis appellatur.	20.a	Imaginum usus quomodo habendus.	258.b
Homo ex quibus constat.	30.b	Imaginum utilitas.	259.a
Homo creatus ad sacrificandum Deo.	59.b	Imago saluatoris quomodo colenda.	ibidem
Hominum quae insunt.	ibidem	Imagines non prohibentur, sed earum adoratio.	258.b
Homo obnoxius morti duplici ratione.	61.a	Imagines tenendae tanquam mutae historiae.	ibidem
Homo quomodo a Deo deseratur.	89.a	Imago crucis olim in ecclesia, sed non lanceae aut clauorum.	359.b
Homo non est in hac vita sine peccato.	96.a	Impietas huius seculi diuitum.	223.b
Homo bis se debet Deo.	98.b	Impiorum haereditas mors aeterna.	32.b
Homo, ex operibus sine, an ex fide iustificetur.	142.b	Impij suam damnationem in Deum transferunt.	88.b
Homo iustificatus in dies magis iustificatur.	144.a	Impiis quibusdam satis occurritur	
Homo quare aspergitur cinere in capite ieiunij.	150.b		

super illo dicto, Non est volē-
tis, &c. 99.a
Impij non habent fidem iustifi-
cantem. 144.b
Impij quare Dei beneficiis affici-
untur. 219.a
Immortalitas, piis & impiis com-
munis, impari tamen ratione.
31.a
Impositio manuum quid signifi-
cet. 151.b
Impositio manū quare fiat. 172.a
In prepositio. 18.a
Incepcatio nulla durior quā gra-
tia repudiata. 99.a
Indulgentia presentis ecclesie.
129.a
Indulgentiarum abusus. 131.a
Induci in tentationem quid sit.
230.b
Infidelis qui verbo Dei in sacra-
mento Eucharistie potentiam
detrahit. 50.b
Initium substantie quid sit apud
Paulum. 84.b
Iniquitas non competit Deo. 90.a
Inobedientia nos peccato inuol-
uit. 280.b
Iraici sine causa est prohibitum.
285.a
Inuocatio sanctorum an sit licita.
252. b. & infra ac folio sequenti
de sanctis pulcherrima.
Inuocatio, precipuus Dei cultus.
262.a
Intellectus & voluntas quomodo
hominibus indita. 3.a
Inunctio verticis quid signet. 40.a
Iudaei confessionem generale habent.
105.b

Iudaeis datus est spiritus timoris.
244.a
Iudaeorum monogamia. 177.a
Iudaeorum caritas. 9.a
Iudicium extremum in momen-
to peragatur. 17.a
Iudicium extremum in viuos &
mortuos quale sit futurū. ibidē.
Iudices quales esse debent in exi-
gendis iuramentis. 266.b
Iurare quatenus liceat. 263.b
Iurare quatenus Iudaeis olim per-
missum. 264.a
Iuramenta domino reddere quid
sit. ibidem.b
Iurans quatenus excusetur. 265.a
Iuramentū debet habere tres com-
mites. ibidem.b
Iuramentū non est omnibus ne-
gotiis adhibendum. 266.a
Iuramenta forentia moderanda.
ibidem.b
Iure naturæ quomodo omnia sint
communis. 247.a
Iustificatio legis quomodo à iu-
stificatis impleatur. 41.a
Iustificatio fit per inuouationem
voluntatis. 133.a
Iustificatio duo cōplectitur. 132.a
Iustificari quid proprie apud Pau-
lum significet. ibidem.b
Iustificantes seipfos quales sint.
134.a
Iustificationis nostræ sententia ca-
tholica. 136.a
Iustificationis instrumentum est
fides. ibidem.a
Iustificationem quibus modis cō-
sequamur. 137.b

Iustificatio quando accipiatur.
138.a
Iustificatio quæ requirat. 139.a
Iustificati, quomodo se habere de-
beant. 141.a
Iustitiæ corona cur dicatur. 98.a
Iustitia bonæ conscientie. 129.a
Iustitia fidei cur sic dicta. 134.b
Iustitia Christi & pharisæorum,
differt. 264.a
Iusti sumus, quia Christo iusti.
142.b
Iuuenes quomodo doceri oportet.
160.a
Labor externus quid faciat.
90.b
Laici quid episcopis & paro-
chis debeant. 157.b
Lapsi quomodo olim recipiebantur.
149.b
Latria soli Deo debetur. 72.b
Laurentius martyr sacrificij me-
minit. 77.b
Legis iustificatio quomodo à iu-
stificatis adimpleatur. 41.a
Lex naturæ arguit diuinam prou-
dentiam. 5.b
Lex iubet, sed gratia iuuat. 95.b
Lex & Euangelium in quo diffe-
rant. 133.a
Lex seruitutis & timoris. 134.a
Lex operum seu factorū. ibidem.
Lex est vehiculum quo ad Chri-
stum perducimur. 134.b
Lex fidei, lex spiritus vitæ. 135.b
Lex vnde dicta, & legis diuisio.
235. a. Multa quoque ac varia
de lege diuina, humana ac dia-
bolica simul inuenies. 235. b. &
infra.

Legis diuinæ diuisio. 237. b
Lex scripta necessario assumenda.
238. b
Itē fol. 240. b. & sequētibz opti-
ma quæque de lege inuenies.
Lex verè quomodo differat ab E-
uangelio. 242. b. Multa ibidem
& sequentibus folijs de lege.
Liber Tobie matrimonium hono-
rat. 182. b
Liberi arbitrij dono nullum me-
ritus. 100. b
Liberorum munus erga parentes.
159. b
Liberum arbitrium post lapsum
inefficax ad bonum. 238. b
Libertas diabolica quæ sit. 245. b
Libido sceda totum hominem cō-
mutat. 209. a
Linitio sputi in paruulis quid ve-
lit. 39. a
Litigandi pernicia damnat Pau-
lus, non iudicia. 216. a
Loci communes ad exomologe-
sum spectantes. 157. b
Locus Pauli ad Corinthios expli-
catur. 85. b
Locus Paulinus explicatur. 83. a
89. b
Locus prophetæ per Paulum ex-
plicatur. 135. a
Longanimitas summus charitatis
gradus. 288. a
Machina diaboli est duplex.
230. a
Magistratibus non est obe-
diendū contra Dei præceptum.
282. b
Magistratibus quid subditi debe-
ant. 158. a

Magistratus ciuitatum honorandi.	281.b	Matrimonium, aliud legitimum, raturum, & consummatum. ibidem.	
Maleficæ sua virtute nihil efficere possunt.	256.a	Matrimonij Christiani finis principalis.	190.a
Maleficis quibus modis sit obstitendum.	ibidem.	Matrimonij abusus summopere cauendus.	191.a
Malicia animi aggrauat peccatū.	152.a	Matrimoniuū quæ in dies perpendi vclit.	ibidem.b
Malum culpæ & malum pœnæ,	233.a	Matrimonij minister legitimus est sacerdos.	192.a
Manducare corpus Domini quid sit.	80.b	Mediator Christus nobis omnibus necessarius.	8.a
Manichæi damnantur.	97.a	Meditatio vera in lege domini quæ sit.	154.b
Manus quare imponuntur.	172.a	Melchisedech typum Christi portauit.	53.a
Maritorum officium quale.	158.b	Memoria sanctorum reuerenter habenda ob tres causas.	252.a, & infra.
Materia chrisimatis.	44.a	Mendicantes validi quomodo instruendi.	160.a
Matrimoniuū propter quatuor institutum.	174.b	Mens hominis incomprehensibilis.	5.b
Matrimonij descriptio etiā apud gentes.	176.b	Mens sibi conscia mali, omnium miserima.	103.b
Matrimoniuū apud gentes legitimum, sed non sacramentū. ibidē.		Mente & voce orandum.	204.b
Matrimonium Christianum quid habeat cū ceteris cōmune.	179.a	Mente æqua in omnibus nos esse oportet.	220.a
Matrimonium Iudaicū quo à nostro discrepet.	ibidem.	Mens hominis nullis subiaceat cōstellationibus.	255.a
Matrimonium, & matrimonij sacramentū differunt.	181.a	Mentem & os circa fidē concordare esse oportet.	262.b
Matrimonio quid veteres tribuerent.	ibidem.b	Mentis confessio nobis omnibus semper habenda.	105.a
Matrimonium verum non est extra legem Dei.	183.b	Mercenariorum munus erga dominos.	159.b. & infra.
Matrimonium est signum vnionis Christi & ecclesiæ.	187.b	Meritum congrui, meritū improprie dictum.	93.b
Matrimonij sacramentum quid magis requirat.	187.a	Meritum condigni cur sic dictū.	97.b
Matrimonium sine spe prolis potest esse.	ibidem.		
Matrimonium potest esse sanctū sine copula carnali.	ibidē.		

Meritum nostrum in miseracione domini consistit.	130.b	Moriens pro Christo sine ecclesiæ vnitate, non saluatur.	29.b
Methodi doctrinæ Christianæ.	246.b	Mors crucis redemptorem decervat.	12.a
Militibus quid iniungēdū.	160.a	Mors triduaana Christi à prophetis prædicta est.	14.b
Minister ordinis episcopus.	173.b	Mors aterna hæreditas impiorū.	32.b
Minister matrimonij sacerdos.	192.a	Mortem domini quis annuntiet.	80.b
Ministris ecclesiæ debetur veneratio.	281.a	Mortem qui sibi consciscunt grauissimè peccant.	280.b
Misericordia Dei super omnia eius opera.	261.a	Mors spiritualis ascendit per sensus.	291.b
Missa ex duabus partibus constat.	55.a	Mortificatio in homine, quomodo peragatur.	41.b
Missæ membra secundū ordinem enumerantur.	ibidem	Mos benedicendi cibum, &c. nobis retinendus.	223.b
Missæ vocabulum quid significet.	55.a	Mos benedicēdi ramos in die palmarum.	257.a
Missæ quale sit sacrificium.	58.b	Mortuorū resurrectio nostræ est basis fidei.	31.b
& infra.		Mortuorum resurrectio per spiritum sanctum.	31.a
Missæ sacrificiū quomodo sit eximium.	69.b	Multiloquium quomodo à Christo accipiatur.	204.b
Missæ ratio cōmemorationem de sanctorum requirit.	72.b	Munus, siue officium bonarū vxorum.	159.a
Mocchiæ appellacione, omnis illicitus coitus exprimitur.	290.a	Munus principum ac magistratum declaratur.	158.a
Moderationes quædam per ecclesiam circa pœnitentes receptæ.	110.a, & infra,	Mundi aduersa æquo animo ferenda.	233.b
Modus hic viuendi triplex.	152	Mundus cui tribuat bona temporalia.	222.a
Modus manducandi carnem Domini.	53.b	Mundus non habet pietatem spiritus.	47.b
Modus cognoscendi Deum præscribitur.	248.b	Mysteriū sanctæ Trinitatis incōprehensibile, etiā angelis.	18.b
Monicæ extrema postulatio.	74.b	Myteria ecclesiæ sacra p primos patres satis discutiuntur.	20.b
Monogamia patrum quid significabat.	177.a		
Mores corrupti ecclesiasticorum malorum ansan hæreticis præbuerunt.	166.a		

Mysterium baptismi expositio. 38.a	Nomen tetragrammaton ineffabile. 243.b
Mysteriorum quae apud fontem celebrantur expositio. 39.a	Nomine diuino recte utimur quae duplici ratione. 261.b
Mysterium dominicae mortis. 136.b	Nouatiani unde dicti. 82.b
Mysterium matrimonialis breuis explicatio. 175.b	Nouatiani hereticorum omnium immanissimi. 84.b
N atiuitas filij in diuinis inexplicabilis. 9.a	Nouatiani atque Anabaptistae ad quid cogantur. 227.b
Natiuitas diuina nulla similitudine explicatur. ibidem	Nouum testamentum duo complectitur. 114.a
Natiuitates Christi duae. 9.b	Nouum testamentum est lex uia hominem immutans. 134.b
Natiuitas Christi secunda. 10.b	Nuptiae quo differant a matrimonio. 174.a
Natura arguit prouidentiam diuinam. 5.b	Nuptiarum celebritas elementum sacramenti coniugalis. 189.b
Naturam eandem cum patre habet Christus. 9.b	Nuptiae inter amicos celebrandae. ibidem.b
Natura corrupta quomodo refingatur. 30.b	Nundinae diebus festis agi non debent. 276.a
Natura quae erat bona, qualitate facta est mala. 94.a	O blationes nostrae erga Deum a Christo petendae. 15.a
Necessitas & charitas in omnibus externis dispensant. 270.a	Oblatio Isaac typus Christi. 62.a
Necessitas duplex. 100.b	Oblatio in Missa duplex. 66.a
Nomina spiritus sancti in scripturis diuersa. 19.a	Oblatio corporis Christi mystici. 68.b
Nomen pietatis quid contineat. 47.a	Obedientia parentibus debita. 279.a
Nomina veteris testamenti sunt varia. 134.a	Occidere inuasorem multa requirit. 289.a
Nomen domini quid significet. 211.b	Occultorum confessio. 120.a
Nomen Dei inuocari super nos, quid sit. ibidem.	Offerre pro redemptione animarum quid sit. 71.a
Nomen Dei pollui quid sit. 212.a	Officium confessarij, & quid eisdem cauendum. 152.a
Nomen Dei multifariam afficitur contumelia. ibidem.	Officium sacerdotis munus spiritus sancti. 124.b
Nomen Dei nobis est illustrandum. 213.a	Officium presbyteri poenitentium. 149.a
Nomen Dei sanctificatur in nobis per bona opera. ibidem.b	

Officium maritorum, quale sit. 158.a	corporis membra. 29.b
Officium parentum erga liberos. 159.a	Oratio Episcopi super confirmandum. 45.a
Officium presbyterorum in quo situm sit. 171.a	Oratio dominica quomodo dona sancti spiritus comprehendat. 48.a
Oleo cathecuminorum vngitur peccatus. 39.b	Oratio in Missa pro quibus fiat fidelibus. 56.a
Oleum triplex in ecclesia. 44.a	Orandum tam pro pontifice, quam regibus. 55.b
Oleum quid significet in sacramento unctionis. 194.a	Oratio gratiae testimonium. 95.a
Oportetia Dei est fidei robur. 5.a	Oratio, ieiunium & elemosyna delent peccata. 129.b
Opera bona absque fide nulla sunt. 4.b	Oratio donum gratiae. Itemque & quis sit qui fideliter oret. 196.b
Opera bona necessaria quae sequuntur iustificationem. 8.a	Orate non oportet haesitare. 200.a
Opera satisfactionis cur dicuntur indebita. 127.a	Orantem, in spe patientem esse oportet. ibidem.
Opera gratiae ante iustificationem quae sunt. 93.a	Orationem faciunt alacrem ieiunium & elemosyna. 203.b
Opera legis a causa iustificationis excluduntur. 143.b	Orationis tota vis, in quibus consistat. 203.b
Opera legis paedagogia in Christum. 144.a	Orandi auctoritates conciliantur. 204.a
Opera fidei post iustificationem. 143.a	Orandum est in veritate. ibidem.
Opera gratiae praeuientis iustificationem. 144.b	Orationes Christianorum breues. 204.b
Opera nostra placet propter Christum. 144.a	Orare sine intermissione quid sit. 205.a
Opera bona actualis bona voluntas. 143.b	Oratio dominica omnibus anteponenda. 207.1
Optimi quique quid omnibus debeant. 167.a	Oratio dominica totum complectitur quicquid a Deo peti potest. ibi.
Opera extra charitatem seruitia. 271.a	Orationis dominicae perfectio. 208.a
Opera bona sunt inchoata uita aeterna. 146.b	Orationis dominicae petitiones sunt septem. 211.a
Opiniones quorundam danant. 147.a	Oratio pro quibus habenda. 215.b
Opus Missae fidem exercet & beneficia Christi illustrat. 57.a	ibidem lectu iucundissima inuenies pro salute omnium.
Oratio nostra tanquam per uisus	Oratione feruida quid consequamur. 205.2

Orandum sedulò Pro magistrati- bus. 281.b	& pharisæo. 198.b
Ordo per quem homo à Christo curatur. 29.b	Parabola de iudice iniquo, expli- catur. 101.a
Ordo pulcherrimus de tractatio- ne sacramentorum. 35.b	Parabola de amico nocte venien- te. ibidem
Ordo correctionis quare necessa- rius. 108.b	Parentes quomodo se habebūt er- ga suos liberos. 159.a
Ordo in ecclesia quid sit. 159.a	Parentes in scripturis sunt varij. 277.b
Ordinandi potestatem laici non habent. 163.a.& 24.b	Parentes impij ad pietatē ducen- di. 278.a
Ordinatio spiritui sancto tribuitur. ibidem	Parochis & episcopis quid à laicis debeatur. 157.b
Ordo & baptismus, quare nō rei- terantur. ibidem	Parochis ante omnia victus suppe- ditandus. 167.a
Ordinum, alij maiores, alij mino- res. ibidem.b	Passibile & impassibile quomodo fuerint simul in Christo. 11.a
Ordines minores primitiua eccle- sia agnouit. 164.b	Pater ex nihilo omnia per fidem condidit. 5.a
Ordines minores, quomodo in cō- temptum venerunt. 165.a	Pater quare filium cœlo dimisic- rit. 9.a
Ordo veteris ecclesiæ penè con- fusus. ibidem.b	Pater in filio loquutus est nobis. 34.a
Ordines minores ex Christi au- thoritate instituti. 166.b	Pater cœlestis filios requirit cœle- stes. 211.a
Ordo ministeriorū ecclesiæ pul- cherrimus. 171.b	Patribus spiritualib⁹ maximè iuc- currendum. 279.a
Ordo catechizandi ecclesiæ. 196.a	Eisdem debetur obedientia. ibid.
Ordo petitionum in oratione do- minica. 214.b	Partes symboli sunt tres. 3.b
Ordo catechismi ecclesiæ sub ba- ptismum. 234.b	Patriarchæ & prophetæ non ha- buerunt clauas remittendorū criminum. 112.b
Offitarius, quomodo olim ordina- batur. 163.b	Patriarcharum officium. 171.a
P anis in scripturis, quomodo accipitur. 52.b	Patrinorum munus, & quare par- uuli offerantur. 38.b
Panis in scripturis variè acci- pitur. 221.b, & infra.	Paulus ex cōmunicat fratrem in- cōstitutum. 21.b
Parabolę de filio prodigo quo re- spiciant. Similitèr de publicano	Pauli sententia contra hæreticos pulchrè exponitur. 161.b
	Paulus patientiæ exēplar. 200.a

Paupertas spiritus à sola mente merienda. 199.a	feclis. 233.b
Pax dñi quæ & quoruplex. 56.b	Peccandum non est ob Dei mise- ricordiam. 261.a
Pax dabatur pœnitentibus in die cœna. 149.a	Peccatores omnes sumus in con- spectu Dei. 226.b
Peccato resistendum est vsque ad mortem. 14.a	Peccatorum veniam consequi est facile. 227.a
Peccatorū remissio est in sola ec- clesia catholica. 30.a	Perfectio euāgelici p̄cepti. 108.b
Peccatum in baptismo omne re- mittitur. 42.a	Perfruitio deitatis quando plena erit. 224.b
Peccatum in Spiritum sanctum quod sit. 83.a.b	Periuriū homicidio & adulterio grauius. 268.b
Peccatum ad mortem, quod. 84.a	Peccatorum remissio à solo Deo petenda. 227.a
Peccator nullam habet excusatio- nem contra Deum. 101.a	Permissio dei iustissima. 99.b
Peccatorū triplex confessio. 103.a	Personarū equalitas i diuinis. 18.b
Pcti vis p̄ Ch̄m euacuata. 96.b	Pharisæica iustitia quæ. 144.b
Peccatum non agnitum nec con- fessum, non dimittitur. 105.b	Pietas & scientia quare simul esse velint. 47.b
Peccantibus publicè quid hodie incumbat. 110.b	Pietatis nomē qd cōplectatur. 47.
Peccata, quomodo soluantur cla- ue figillar. 114.a	Pietas uiuentium quibus defun- ctis profit. 73.b
Peccata sigillatim cōfiteāda. 121.a	Pietas in parentes magna est reli- gio. 278.b
Peccata cōstituenda quæ sint. 151.b	Pius & impiis quomodo cōmunis sit ipsa immortalitas. 31.a
Peccata venialia qualiter cōfiteā- da. ibidem	Pios dei præsciētia latificat. 101.a
Peccatorū circumstantiæ quæ sint confitendæ. 125.a	Pilatus propter duo in symbolo nominatur. 12.a
Peccata mortalia quæ sint. ibi.b	Pietas Dei immensa est erga nos omnes. 13.a
Peccatorum agnitio ex confessio- ne. 154.b	Planetæ & astra cur creata. 255.a
Peccatū, aut animo, aut vno quin- que sensuum cōmittitur. 153.a	Plebs non constituet pro suo arbi- tratu ecclesiæ ministros. 24.b
Peccata, num à solis sanctis dimit- tantur. 156.a	Plebi quid agendū, cui malus pa- stor præficitur. 25.a
Peccatoribus quo affectu sit orā- dum. 203.a	Plebi, quomodo iudiciū quarūdā rerū deferendum nō sit. ibid.b
Peccatoribus orandum, sed piè af-	Plebs quomodo instruenda circa sanctorum inuocationē. 254.b

TABVLA ENCHIRIDII

Plebs quomodo ad confitendum inducitur.	153.a	Pœnitentiæ sacramentum non est idem cum pœnitentia publica vel priuata.	ibidem,
Plenitudo legis dilectio.	17.a	Pœnitentiæ publica duplex.	148.b
Polygamia patrum nõ repugnat verbis Adæ.	177.b	Pœnitentibus dabatur pax in die cœnæ.	149.a
Polygamia Christianis iure negatur.	181.a	Pœnitentia publica non solènis.	150.a
Pœnitentiã spiritus sanctus in nobis efficit.	30.b	Pœnitentiæ sacramentũ quid.	151.a
Pœna in confessarium secreta referentem.	125.b	Pœnitentis affectus ad sacerdotẽ.	155.a
Pœnitentiæ tres sunt partes.	82.a	Pœna, est ìdiuidua peccati comes	228.a
Pœnitentiæ sacramentum. ibidẽ.		Polygamia patrum quid significat.	177.a
Pœnitentiæ veræ descriptio. ibid.		Pontifices mali non extenuat ecclesiæ autoritatem.	22.a
Pœnitentiã quotidiana.	81.b	Pontifices vnde dicantur.	169.b
Pœnitentia, secunda post naufragium tabula.	84.b	Pontifex Romanus quomodo ceteris præstet.	ibidem.
Pœnitentia in genere accepta tribus partibus cõstat.	84.b	Populus admonendus ad iugẽ cõfessionem interiorem.	104.a
Pœnitentiæ gradus qui sint.	88.a.b	Potestas sacerdotalis in malis nõ contemnenda.	25.a
Pœnitentiæ affectus est donum dei.	ibidem.	Potestas consecrandi non solis data apostolis.	51.b
Pœnitentia sedulo à Deo postulanda.	88.b	Potestas vnde sit nobis corpus Christi offerendi.	68.a
Pœnitentiam publicam, patres olim expetebant.	108.a	Potestas excommunicandi est iuris diuini.	113.a
Pœnitentiæ sacramentũ per Christum institutum.	116.a	Potestas ligandi atque soluendi, quæ.	148.b
Pœnitentes olim nobis feruiores.	124.a	Potestas tenebrarũ diabolus.	237.a
Pœnitentiæ fructus digni qui sint.	127.a	Postulationes nostras Deo innotescere, quid.	205.a
Pœnitentiæ singulæ partes dicuntur pœnitentia.	131.b	Preces cõmunes amat Christus.	209.b
Pœnitentia interior tribus partibus constat.	132.a	Præcepti euãgelici pfectio.	108.a
Pœnitentia exterior declaratur.	147.b	Præcepta pleraque quare negatiue tradita.	150.b
Pœnitentiæ sacramentum quare institutum.	148.b		

CHRISTIANÆ INSTITVTIONIS.

Præceptum primum secundæ tabulæ, honorare parentes.	277.b	Pudor, cõfessionẽ impediens pellendus.	154.a
Preces horariæ ad sacerdotes spectant.	205.b	Pugna in nobis assidua atque perpetua.	30.b
Prædicatio verbi Dei vnde ordinenda.	87.a.b	R adix quomodo in Adã corrupta fuerit.	3.a
Prælatis etiam iniquis honor exhibendus.	22.b	Radix & origo casuum reseruatorum.	110.b
Presbyteri, quare dicti seniores.	169.a	Radix indulgentiarũ papaliũ.	131.a
Presbyterorum officium, in quo sit situm.	171.a	Ratio confitendi Deo.	205.a
Præscientia Dei non est anxie inquirenda.	100.a	Ratio ac modus orandi.	196.a
Præscientia dei non obstat rerum contingentia.	ibid.	Ratio ordinis dominicæ precationis.	226.b
Præscientia Dei moderatè prædicanda.	101.a	Reconciliatio pœnitentium quomodo fiebat ecclesiæ.	119.b
Præfidentes nobis, omnes honorandi.	283.a	Redemptorem mundi mors crucis decebat.	12.a
Præsumptio fidei est mala.	142.a	Regnum Christi spirituale.	8.b
Præuaricatio Adæ quæ mala superinduxerit.	90.a, vbi & multa alia præclara inuenies.	Regnum quod duplex sit.	214.a, & folio sequenti leges pulcherrima.
Principum ac magistratum munus explicatur.	158.a	Regnum gloriæ postulandum.	215.b
Principes patriæ patres.	278.a	Regula fidei est symbolum.	2.b
Princeps, si efferus fuerit, quid agendum.	282.a	Reliquiæ peccati manent post remissa peccata.	126.b
Prõuidentiã diuinam arguit lex naturæ.	5.b	Reliquiæ martyrum in omni ecclesia religiosè habitæ, id quod hereticos male habet.	257.b
Proximus quomodo sit diligendus.	248.a	Rememoratio beneficiorũ Christi saluberrima.	16.a
Processiones cur die dominico agantur.	270.a	Remissio peccatorum est in sola Christi ecclesia.	30.a
Proprietates personarum in diuinis quomodo seruandæ.	3.b	Remissio peccatorum cui debetur.	70.b
Publicanis quid imponendũ.	160.a	Remissio publica lõge alia quàm priuata.	107.a
Pudor intollerandus, occulta nolite confiteri.	191.b	Remissio ac retentiõ peccatorum discretionem requirit.	114.b
		Remissio peccatorum quomodo applicatur per Christum.	126.b

Remissio peccatorum quibus de-
tur. 30.b
Remissionem culpæ subsequitur
pœnitentiæ satisfactio. 148.b
Remittere proximo, facile est.
228.a
Restitutio ad quos spectet. 153.b
Rerum diuisio, rerum cõmunio-
nem confirmat. 247.a
Rerum vniuersitas Deum esse te-
statur. 51.b
Res oblata in Missa duplex est.
65.a
Res piæ non sunt immutandæ,
sed abusus corrigendi.
75.a
Resurrectio corporum docetur p
similitudinem. 31.b
Resurrectio mortuorum est fidei
basis. ibidem.
Resurrectio mortuorũ est per spi-
ritum sanctum & in corpore
proprio. ibidem.a
Ritus diuersi in ecclesia, nihil ma-
li causant. 26.b
Ritus Missæ paucis explicantur.
55.a
Ritus pœnitendi quomodo subla-
tus. 123.a
Ritus ordinandi Ostiarium.
164.a
Ritus ordinandi episcopũ & pres-
byterum. 171.a
Ritus qui in collatione Ordinum
exhibetur. 272.b
S Abbatũ quàm variè sumatur
269.a. & sequentibus foliis
pulcherrima.
Sacerdotalis potestas in malisho-
noranda. 25.a
Sacerdotes Christi legatione fun-
guntur. 106.a
Sacerdos non remittit peccata, ni-
si confessã. 114.b
Sacerdotium ac regnũ in scriptu-
ris duplex. 161.b
Sacerdotium spirituale, laicis est
baptisma. ibidem.
Sacerdotium externum euangeli-
um non abrogat. 162.a
Sacerdotes vnde dicti. 159.a
Sacerdotium, summus ordo in ec-
clesia. 162.b
Sacerdotalem dignitatẽ quis de-
ceat honos. 173.b
Scientia & pietasquare iungantur.
47.b
Sacramentum, quid ethnoicis si-
gnificet. 33.a
Sacramenta ecclesiæ septem. 23.b
Sacramenta ecclesiæ cur sint insti-
tuta. 35.a
Sacramenta nouæ legis sunt reme-
dia contra peccatum. 35.b
Sacramenta principalia sunt duo.
ibidem.
Sacramento eucharie, nihil habet,
ecclesia sublimius. 49.a
Sacramentum & sacrificium quo
modo differant. 65.b
Sacramenti Eucharistiæ efficacia.
76.a
Sacramentum pœnitentiæ non est
idem cum publica pœnitentiã
&c. 148.a
Sacramentum pœnitentiæ quid.
157.a
Sacramentum ordinis. 161.a
Sacramenta veteris legis quo pa-
cto patribus profuerint. 179.b

Sacramenti ratio in quo consistat
181.b
Sacrificia veterum qualia fuerint
ex optimis. 62.a
Sacrificia veterũ quare deus non-
nunquam reprobarit. ibidem
Sacrificium propitiatorum vnicũ
tantũ pro peccatis. 58.a. & 62.b
Sacrificij veteris & nouæ legis di-
scrimen. 58.b
Sacrificium quid sit. ibidem
Sacrificia Deo reddere in nostra
sola non est potestate. 60.b
Sacrificia veteris legis, omnia ad
dilectionem referuntur. 64.a
Sacrificium duplex, quod & duo
expetit. 64.b
Sacrificium Missæ ex institutione.
66.b
Sacrificia pro mortuis quomodo
offerenda. 75.a. & infra.
Sal cõsecratũ quid significet. 38.b
Saltandi leuitas in nuptiis prohi-
benda. 189.b
Saluatio competit his, qui in vni-
tate ecclesiæ perseuerant. 29.a
Salus nostra ois est Christus. 8.b
Salus nostra cum tremore operan-
da. 88.b
Salus excommunicati non negli-
genda. 109.a
Sancti pro nobis apud Deum sunt
solliciti. 55.b
Sanctorum cõmunio quid signi-
ficet. 56.a
Sanguinis effusio, remissionẽ pa-
rauit. 13.a
Sanctorum cõmemoratio ritè fit
in Missa. 71. & infra.
Sancti vestigia Christi infecti
sunt. 220.b
Sancti se dei volũtati semper sub-
miserunt. 200.b
Sanctorum cineres, sanctorũ pi-
gnora. 258.b
Sapientia in quo consistat. 45
Sara filia Raguelis, exemplar ca-
sitatis. 191.b
Satisfactio nobis omnibus multũ
necessaria. 102.a
Satisfactio tertia pars pœnitentiæ.
& hæc est duplex. 126.a
Satisfactio pro peccatis imponi-
tur autoritate diuina. 128.a
Satisfactionis opera quare dicantur
indebita. 127.b
Satisfactione pensantur delicta,
præterita & pœna. 128.b
Satisfactio publica, veteribus gra-
tior. 130.a
Satisfactio in ecclesia nõ est abo-
lita. ibidem.
Satisfactiones ecclesiasticæ, quo-
modo redimãtur. 131.a
Satisfactio vera opus deo bis gra-
tum. ibidem
Satisfactionis vsus verus retinen-
dus est. ibid.b
Satisfactio quomodo populo in-
culcanda. ibidem
Scopus Epistolæ ad Hebræos.
62.a, & 172.a
Scopus Epistolæ ad Roman. indi-
catur. 144.b
Scopus orationis nostræ quis sit.
199.b
Scripturæ testimonia pro Sacra-
mento confirmationis. 43.a
Scientiæ mūdancæ finis. 47.a
Scire literatũ legis nõ sufficit. 240.b

Scopus omnis petitionis triplex. 207.a	latium. 32.a
Scriptura, quare corp ^o domini in- terdum post consecrationē pa- nem vocat. 54.a	Spes est secūda orationis ala. 199.b
Scripturæ quomodo expēdāt hoc verbum tentare. 229.b	Spei nostræ scopus quis esse debe- at. 200.a
Senes quomodo instruendi ac do- cendī sint. 160.b	Spes debet esse sincera, vt sancta petat. 201.b
Sensus horum verborum, Propter hoc homo relinquet. 180.a	Spiritui sancto quid peculiariter attribuatur. 10.b
Sententia quorundam de scriptu- ræ partibus. 133.a	Spiritus variè accipitur in scriptu- ris. 13.a
Sermo quomodo ad plebē habē- dus. 141.b	Spiritus sanctus deo patri, filioq; coæqualis. 18.b
Serpens ignitus est diabolus. 13.a	Spūs vnicus natura sanctus. 19.a
Seruitia coacta Deo non placent. 117.b	Spiritus sancti diuersa nomina in scripturis. ibidem
Seruorum officium erga domi- nos. 114.a	Spiritus quam in se fidem haberi velit. ibidem.b
Signa, ecclesiam catholicā vbi sit demonstrantia. 22.b	Spiritus sanctus mortificat & vi- uificat. ibidem
Signum dignæ susceptionis ipsius eucharistiæ. 81.a	Spiritū Christi non habentes, fru- strā appellant deum. 20.a
Siloë quid. 39.a	Spiritus sanctus pœnitentiæ effe- ctor. 30.b
Singulis sua crux ferenda. 274.a	Spiritus Dei quomodo reddit tes- timoniū spiritui nostro. 41.a
Similitudo nulla cōueniens ad in- dicanda diuina. 5.b	Spiritus idem innouans & defen- dens. 42.a
Similitudines non exprimunt na- tuitatem diuinam. 9.a	Spiritus sanctus varia specie vi- sus est. 42.b
Simplices oculis toti à Deo pen- dent. 7.a	Spiritus pauperes etiā possunt ef- se diuites censu. 199.a
Simultas omnis semper nobis de- ponenda. 79.b	Spirit ^o fidei suggerit nobis quod oremus. 196.a
Societas sanctorum cōmunionē, habet bonorum operum. 29.b	quo etiā sine nemo salubriter orat. ibidem.b
Socordia nostrā qualis sit. 105.a	Spiritus est qui clamat in cordib ⁹ nostris. 208.b
Solatiū nostrum est spes nostræ resurrectionis. 31.b	Spirituales ab impiis nihil pati pos- sunt. 219.b
Spes resurrectionis est piorum so-	Spiritualis nō est sub lege. 242.a

Spiritus lex, quare Euangeliū di- catur. 245.a	Testamentū mors sequitur testa- toris.
Spiritus Dei in nobis bifariam o- peratur. 274.a	Testes synodales visitationib ⁹ pa- rochiarū olim adhibiti. 109.a
Spiritus sanctus efficit in nobis re- quiem. ibid.b	Timor filialis perficitur. 180
Sputi libitio quid designet. 39.a	Timor seruilis solus parum vtilis. 86.a.b
Studium hæreticorum quale sit. 151.a	Timor filialis per fidem in deum, veram parit contritionem. 87.a
Stulti qui aliter orant, quā Chri- stus decuit. 229.b	Timor fiducia coniuñctus. ibidē.
Stupiditas hominū quorundā. 6.b	Timor duplex, seruilis & filialis. 86.a
Subdiaconorum officium. 166.b	Timor castus, amore dei coniuñ- ctus est. 48.a
Subditi quid debeant magistrati- bus. 158.a	Traditio ecclesie vniuersalis quid possit. 25.b
Substantia dei quomodo corpori- bus inseratur. 11.a	Tropus scripturæ in verbo indur- rare tradere. 99.b
Subtilitas corporum post resurre- ctionem. 17.a	Trinitas tota cooperata est myste- rium incarnationis. 10.b
Successio patrum legitima verum dat testimonium. 23.a	Typus Christi Melchisedech. 53.a
Superstitio omnis reprehenditur 254.a	Typus potestatis sacerdotalis. 122.a
Summa fidei nostræ quæ sit. 31.b	Tyrannus magistratum quomo- do molienda. 282.b
Sion mons vnde dictus. 247.b	V erbum æternum incommu- tabile. 5.a
Symbolum est fidei regula. 2.b	Verbum, virtus & sapientia patris. 5.b
Symboli partes sunt tres. 3.b	Verbum crucis virtus dei & pas- sionis mysterium. 12.a
T empla orationis dedicata cō- temni non debent. 206.a	Verbum est instrumentū quo dei voluntas significatur. 34.b
Templa inuitāt nos ad oran- dum. ibidem.	Verbum formale baptismi. 39.b
Temporalia videntur, non autem æterna. 14.a	Verba ligandi ac soluendi discuti- untur. 115.a
Tentare quid significet in scriptu- ris. 229.b	Verba absolutionis per sacerdo- tem, quæ. 151.a
Tentatus animo pusillo esse non debet. 230.b	Verbū sacramenti ordinis. 172.a
Tentationibus quo pacto resiten- dum. 232.a	

T A B U L A E N C H I R I D I I

Verbum sacri ordinis quo Episcopus utitur.	ibidem	Vires nostræ sine Dei providentia nullæ sunt.	6.b
Verba Adæ quomodo sunt intelligenda.	177.a	Vires superiores per peccatū non extinctæ.	90.a
Verbum, quo matrimonium efficitur sacramentum.	180.b	Vires liberi arbitrii non sufficiunt ad iustificatiōnem.	244.a
Verbum hoc, reconciliari, quomodo capiendum.	184.a	Viri non debent contemnere vxores suas.	192.a
Verborū profusio quomodo necessaria.	205.a	Vis baptismi tota vita exercenda.	41.a
Verbum Dei quomodo sit salutare.	224.a	Vix & efficacia sacramenti cōfessionis.	154.a
Verbum Dei panis animæ.	221.b	Vis peccati per Christum euacuata.	96.b
Verbi ministerio opus est in ecclesia.	243.b	Vis sacramenti Ordinis.	173.a
Veneratio reliquiarum & imaginum, licita.	257.b	Vis iustificandi detrahatur cōstitutiōnib ⁹ ecclesiasticis.	280.a
Veteris testamenti varia nomina.	24.a	Virtus efficacia sacramenti Eucharistiæ.	76.a
Vetus testamentum cur.	ibidem	Virtute legis non accipitur bona voluntas.	135.a
Vetus testamentum non ex tempore vetus vocatur.	135.a	Virtus sacramenti matrimonialis	190.a
Veruli possunt honestè contrahere.	191.b	Virtus in infirmitate perficitur.	230.b
Vestigium diuinitatis in mente hominis expressum.	6.a	Vita æternæ dulcedo.	ibidē
Vestigium publicæ pœnitentiæ in ecclesia Romana.	110.b	Vita æterna quid sit.	32.b
Victus quibus suppetit contenti esse debent.	160.a	Vita præsentē in oratione dominica quæ respiciant.	221.b
Vidua, quomodo per Confessarium docenda.	ibidem.b	Vitam æternam quare Christus mercedē nostram ingeminet.	ibidem.
Vigilare in oratione necesse est.	203.b	Vita beata est vna ac sola.	415
Vim vi repellere, an liceat Christiano.	289.a	Vitæ lōgitudinis merces.	199.b
Virgines in confessione quæ disce re debeant.	160.b	Vltima particula orationis dominicæ quid concludat.	232. b, & quomodo differat à priore. 233 & seq.
Virginis matris virginitas perpetua.	10.b	Vmbra ex se non iustificabant.	62.b

C H R I S T I A N A E I N S T I T V T I O N I S.

Vmbra ecclesiæ veteris à nobis non seruatur.	198.b	nis sufficit.	93.a
Vindicta exercenda secundum legem.	285.b	Voluntas, de qua in oratione dominica duplex.	216.b
Vnitatis cōseruandæ gratia, vnus carteris præfertur.	170.a	Voluntas duplex, diuina & humana.	ibidem.
Vnitatis nex ⁹ est ordo.	171.b	Voluntas Dei, alia atq; alia.	217.b
Vnitatem scindere, est proprium hæreticorum.	ibidem	Voluntas præscientiæ Dei non est inquirenda.	ibidem
Vnctionis extremæ finis.	193.a	Voluntas Dei scrutanda & agnoscenda.	ibidem
Vnctiones variæ in ecclesia.	ibid.	Voluntas Dei cognoscenda & facienda.	218.a
Vnctionem citat Iacobus ex Christi Euangelio.	193.b	Voluntas Dei est doctrina & vita Christi.	ibidem
Vnctionem qui ab ecclesia tollere nituntur, plurimum errant.	195.b	Voluntas Dei sequenda, quæ eodem.b	
Vnctionis sacramentum reiteratur.	ibidem.	Voluntati diuinæ nos subiicere debemus.	219.a
Vnctionis ritus quid sint.	ibidem	Voluntas Dei non est anteuertenda, &c.	eodem.b
Vnctionis minister sacerdos.	ibi.	Voluntas nostra sub sterniculum iustificationis.	143.a
Vocabulū sacramenti strictè nōnunquam accipitur, & interdū strictissimè.	33.b	Voluntas non iustificat seipsam.	ibidem.b
Vocabulum baptismi quid designet.	36.a	Utilitas confessionis interioris.	153.b
Vocabulū confessionis non vno modo accipitur.	102.b	Vxorum munus quale.	159.a
Voce & mente orandum.	204.b	Vxorem dimittere & aliam ducere non sunt idem.	184.a
Votum quàm variè sit sumendū.	267.a, b	Vxorem ducere, non est res leuis.	182.b
Voluntas Dei per charitatem adimpletur.	8.a	Xisti Pythagorici sententia.	161.a
Voluntas quauis bona non om-		Zizania non debent nos expellere ab ecclesia.	22.a

F I N I S.

LOCI COMMVNES THEO-

LOGICI INSIGNIORES, QUI IN

Institutione doctrinae Christianae, constitu-
tionibus conciliaribus subiuncta,

sparsim tractantur ac
explican-
tur.

De deo.
De Trinitate personarū vni-
us deitatis.
Quomodo agnoscatur deus.
De creatione.
De creatione hominis & viribus
ante lapsum.
De lapsu hominis seu peccato, &
causa peccati.
De pœna peccati.
De duplici peccato, originali &
actuali.
De humanæ naturæ viribus post
lapsum, ac libero arbitrio.
De præscientia & prædestinatio-
ne dei.
De rerum & actionū nostrarum
contingentia.
De natura & vi legis.
De triplici lege.
De lege naturæ.
De lege diuina & eius vsu.
De duplici testamento, Veteri &
Nouo.
De discrimine legis & Euangelij.
De discrimine legis naturæ & E-
uangelij.
De duplici gratia.
De gratia ante iustificationem &

cuis operibus.
De iustificatione hominis seu re-
generatione.
Quod iustificatio duo complecti
tur.
De triplici fide.
De fide qua accipitur, & retinetur
ac augetur iustificatio, & de e-
ius certitudine.
De bonis operibus.
De operibus legis.
De operibus fidei seu spiritus.
De spiritu & litera.
De meritis operum fidei.
Quatenus lex homini possibilis.
De libertate Christiana.
De scopo epistolæ ad Romanos,
& canonicae Iacobi apostoli.
De quadruplici voluntate dei.
De fide, spe, & charitate.
De iugi sabbatismo, qui relinqui-
tur populo dei.
De cruce toleranda, & post Chri-
stum portanda.
De vero vsu nominis diuini.
De ratione orandi deum.
De ieiunio & elemosyna.
De ecclesia & ecclesiæ visibilis seu
exterioris autoritate.

LOCI COMMVNES

De regno Christi spirituali.
De autoritate cōmunis consen-
sus ecclesiæ omnium tēporum.
De sacramentis, & causa institutio-
nis eorum.
De verbo, elemento & efficacia
singulorum.
De baptismo.
De fomite qui in baptismo rema-
net, & an is verè sit peccatum.
De baptismo infantium.
De confirmatione.
De donis spiritus.
De sacramento Eucharistiæ.
De veritate corporis Christi in Eu-
charistiæ.
De Missa.
De natura & distinctione sacrifi-
cij.
De sacrificio propitiatorio.
De sacrificio eucharistico, seu spi-
rituali.
Quod homo conditus sit tantus,
vt sacrificet deo viuenti.
De scopo epistolæ ad Hebræos.
De sacrificio ecclesiæ.
Quatenus Missa sacrificiū repræ-
sentatiuum, & quatenus eucha-
risticum & spirituale sit.
Quid sit in Missa p̄sens, quod pa-
tres nō verentur appellare pre-
tium redemptionis nostræ, aut
victimam salutarem.
De vero canonis intellectu & sen-
tentia.
De pœnitentia.
De peccato in spiritum sanctum.
De tribus pœnitentiæ partibus.
De contritione.
De duplici timore, seruili & filiali

De cōfessione interna & externa.
De triplici confessione peccatorū
externa.
De confessione sacramentali, &
quatenus ea sit iuris diuini.
De clauibus ecclesiæ.
De canone, oēs vtriusq; sexus, &c.
De sacramento pœnitentiæ.
De correptione fraterna.
De satisfactione.
De satisfactione propitiatoria, &
illius applicatione.
De satisfactione pœnitentiæ, & vi
ac vsu illius.
De satisfactione publica & priua-
ta.
Abolita culpa, non semper abole-
ri pœnam.
De radice indulgentiarum.
De veteris ecclesiæ severitate, &
præsents indulgentia.
De sacramento ordinis.
De maioribus & minoribus ordi-
nibus.
De sacerdotio ecclesiæ externo.
De officio singulorum ordinum.
Quomodo scripturæ ex suggestis
tractandæ.
De matrimonio & causa institu-
tionis eius.
De polygamia.
De repudio.
De sacramento matrimonij.
Quid differat matrimoniū Chri-
stianum à Iudaico & Gentili.
De bonis Christiani matrimonij.
De carnali copula, & quatenus ea
in matrimonio licita.
De clandestinis matrimonijs quid
censendum.

- De sacramento vnctionis infirmorum.
 De veneratione sanctorum.
 De imploratione sanctorū, & quatenus licita.
 De veneratione reliquiarū.
 De veneratione imaginum.
 De cura pro mortuis gerenda.
 De tēplis & oratoriis, & eorū vsu.
 De vsu rerum externarū, per verbum dei benedictarum.
 De ecclesiæ cæremoniis, & vsu illarum.
 De constitutionibus ecclesiasticis, ac eorū vi & vsu.
 De votis.
- De voto perpetuæ castitatis.
 De magistratibus ciuilib⁹, seu potestate seculari (vt vocant) & illius præstantia & autoritate.
 De legibus ciuilibus, & quatenus eæ per Euangelium abrogatæ sint.
 Quatenus iure ciuili experiri, cōtrahere, bellum gerere, & reliqua, sine quibus externa politia nō retinetur, agere liceat.
 De iuramento, & an Christiano iurare liceat, & quando
 De resurrectione mortuorum.
 De vita æterna, tū inchoata quàm glorificata.

Alios locos Christiano homini cognitu necessarios, in hac Institutione quisque inter legendum facile deprehendet.

Hermanus dei gratia
SANCTAE COLONIENSIS
Ecclesie Archiepiscopus, princeps Elector, Vnestualia & Angariae dux, ac administrator Ecclesie Paderbonen. & ca.
Omnibus ac singulis Parochis, aliisque diuini verbi ministris, per nostras Ciuitates ac diœceses constitutis, Salutem in Domino sempiternam.



Inchiridion doctrinæ Christianæ, quod vobis in cōcilio nostro prouinciali nuper polliciti sumus, præter institutum nostrum in iustum exiit volumen, quod tandem, Deo auctore, reddimus. Maluissimus certè, si licuisset, Enchiridij metas nequaquam excedere: verùm cum in progressu experiremur, res quasdam maximi momenti, quæ in præsentia, quorundam nouatorum curiositate summa cum ecclesiæ iactura controuertuntur, (veluti sunt illæ, de autoritate Ecclesiæ de hominis iustificatione, de sacrificio Missæ, ac similes cōplures) tam paucis explicari non posse, vt libellus intra Enchiridij angustias contineretur: & tamen vestra omnino referre sentiremus, vt hæc res ad catholicæ Ecclesiæ sententiam diligenter expenderentur, ac quàm fieri posset explicatè traderetur, quòd alioqui omnis noster labor nullum fructū facturum videretur: potius visum est, libro per nos edendo aliud nomen à iam designato, indere, quàm committere, vt vos ignoratis illis, quæ sine graui periculo, præsertim hac tempestate ignorari non possunt, non solum ipsi impingeretis, sed & populum vobis cōcreditum in eandem ruinā vobiscū traheretis. Quamobrem ne vel hinc quispiam ansam calumniandi arripiat, per nos planè licet, **A**

vt qui hunc quem damuslibrum, ob sui magnitudinem En-
chiridion propriè vocari ac inscribi non posse arbitrabitur,
is eundem aut Institutionem doctrinæ Christianæ, aut Com-
pendium Christianæ institutionis, aut (si malit) alio quolibet
nomine appeller, modò tamen operam nostram boni consu-
lat, & quæ pro nostra exiguitate in medium adferimus, sic
accipiat tanquam ab eo profecta, qui non suæ, sed communi
ecclesiæ sibi commissarum utilitati, in solius Christi glo-
riam tantisper saltem prospicere voluerit, donec generali
Concilio publicis totius Ecclesiæ rebus propè collapsis salu-
brius fuerit prouisum. Erunt, scimus, quam plures, qui huic
conatum nostrum vel non probauerunt, vel etiam arrodent
ac reprehendent. Quidam enim prophanam eruditionem ac
venustam sermonis elegantiam requirent. Sed hi sciant, hæc
nos non delicatis hominibus, sed nostris parochis; aliisque
verbi Dei ministris scripsisse. In quibus Paulus nõ decorum
aut venustum sermonis ornatum, sed tantum rerum diuina-
rum scientiam desiderat. Quosdam etiã offendet, quòd quæ-
dam parcius attracta sint, quædam fusius forsã quam par erat
tractata. Rursus, quòd quædam nõ minus quam quæ tradita
sunt cognitu necessaria, præterita videantur. Qui tamen vel
hinc nobis placidiores euadent, si intelligant nos nõ perfe-
ctum aut absolutum aliquod opus fuisse molitòs, sed qualem-
cunque saltem opem ecclesiis nostris afferre voluisse, qua se
aduersus grassantem hæc tempestatem veterum ac nouarum
hæreseon pestem, veluti præsentem quodam antidoto feruaret:
ac tuerentur, donec scilicet Concilium illud generale, pleno
remedio rebus exultantibus succurreret ac prospiceret. Qui-
dam denique erunt, qui in sententiam nostram non vbique
discedant, quin etiam quædam veluti ab eorum paradoxis
nuperius inuectis dissonantia suo more reprehendent. Qui
tamen vt spes est, nos mitius excipiet: tum quòd toto opere
nullum hominem cuiuscunque tãdem sectæ sit, nominatum
perstrinxerimus, sed tantum doctrinam nobis minime com-
probatam, non tam liberè quam modestè reiecerimus, ac
eius loco doctrinam hæc tenè receptam simpliciter ac bona-
fide reponere, ac cõfirmare simus annixi, ad eò vt eam etiam
apud aduersarios repertam, suis propemodum ipsorum ver-
bis efferre nõ abhorruerimus. Tunc quòd nemini (Deus no-
bis testis est) malè velimus, qui tamè ecclesiæ Christi, ac sibi

bene velit, nihil magis optantes, quam vt pacatis dissi-
diis, omnes in vnitatem catholicæ fidei ac professionis in Chri-
sto Iesu quãdoque coalescamus. Quòd si nihilo fecius quidã
aduersus nos contentiosi esse pergant, hos admonitos esse
volumus, ne simul & operam & oleum perdant, quòd tales,
tametsi suam quoque maledicentiam in nos libellis, quãuis
famosis, exerere ac stringere in animũ inducant, nullo digna
bimur responso, contenti illis opponere tam veterum quam
recentiorum orthodoxorum patrum dogmata, ac vniuersa-
lem totius Ecclesiæ, non huius tantum, sed omnium tempo-
rum, catholicum consensum. Nos enim in hac institutione,
non nostro ingenio, vel industriæ sumus innixi, sed sancto-
rum Patrum (qui ecclesiam à primis, vt dici solet, crepundiis
in hæc vsque tempora, & doctrina & exemplo illustrarunt)
ipsissimam, vt speramus, mentem in diuinarum scripturarũ
(quarum sacrosancta ac inuiolabilis est auctoritas) interpre-
tatione & intellectu vbique libenter sequuti sumus, eorum
non solum sententias, sed & cum licuit, ipsa verba transcri-
bentes. Quamobrem quis non videt eos ipsos, non nos, fu-
turos, qui impentur? quos certè necesse non est, vt nos ab
iniuria vindicemus, quod ipsi ad sua, quin potius vniuersa-
lis ac catholicæ Ecclesiæ (aduersus quam ne portæ quidem
inferi quid valebunt) dogmata tuenda ac defendenda, nullo
egeant defensore. Interim hoc vbique cõtestatum volumus,
vt quæcunque in hoc volumine veluti à nobis profecta vi-
debuntur, non vt pertinaciter dicta, sed potius, vt quæ Apo-
stolicæ sedis ac instantis Oecumenicæ synodi iudicio peni-
tus submiserimus, habeantur. Superest, vt vos Parochi nostri
ac cæteri verbi ministri, qui ecclesiis moderãdis estis destina-
ti (vobis enim potissimum hic labor noster paratus est) hæc
institutionem nostram diligenter cuoluatis, vestrasque con-
ditiones ad illius præscriptum exigatis, ac toti in hoc sitis, vt
disciplina cœlesti formati, sectas comprimatis, errores eradi-
cetis, veritatè Euãgelicã doceatis, ecclesiasticam vnitatem in
vinculo pacis conseruetis, quo per vestrum ministerium (cui
estis alligati) nomen, honor, & gloria Dei Opt. Max. vbique
amplietur ac illustretur, & homines quamplurimi ad salutis
æternæ consortium adducantur.

I N
Symbolum Apo.
STOLORVM

P R A E F A T I O.



Ordinis
ratio.

Cyprian.
in Symbolo.
Symbolū
fidei regu-
la.

Hebr. 31.
Heb. 8.

Heb. 11.

Ibidem.

Esa. 7.

Aug. in
Symbolo. li-
bro 4. ad
Cathecū.

Ephes. 2.

Esaie 10.

Vi doctrinæ Christianæ rudimenta, omnibus hominib⁹ ad perpetuam salutem necessaria compendio tradunt, (sunt enim in hoc argu- mento complures, quum doctrina, tum pie- tate illustres viri, summa cū laude ac fructu versati) haud dispartiri quidē sententia, nō vno tamen ordine omnes incedunt. Nos eū potissimū sequendū putamus, quo Ecclesia catholica per lauacrū regenerationis nos efficit Christianos. Ibi enim symbolum Apostolicum (quæ est fidei regula) primum locum tenet, quod hæc quum in fidelium mentibus digito Dei exacta fuerit omnem cęci- tatem cordis expellat, omnes satanæ laqueos (quibus implicati infeliciter nascimur) disrumpat, ianuamque diuinę pie- tatis aperiat, quam introgressi, soluto reatu corruptionis anti- quæ (qui ex primi parentis Adæ delicto, in omnes poste- ros deriuauit) ad suauē odorem præceptorum Dei feramur ipsiq̃ue in sua ecclesia læti deseruiamus, ac proficiamus de die in diem, donec occurramus omnes in virum perfectum, in mensuram plenitudinis Christi. Hunc ordinem ostendit beatissimus ille ecclesiæ doct̃or Paulus, Accedētem (inquit) ad Deum oportet credere. Et Rom. 5. Per quem habemus ac cessum per fidem in gratiam istam. Ac rursus ad Hebræos: Sine fide impossibile est placere Deo. Sed & propheta dicit: Nisi crederitis, nō intelligetis. Vt ergo intelligētis aditus pateat, omnium primū symboli professio proponitur, in qua fidei catholice fundamentum, super quod ædificium ec- clesiæ surrexit, constructum manibus Apostolorum ac pro- phetarum continetur, idque mirabili breuitate, perspicuita- tēque sermonis, vt de hac summa diuini dogmaris propheta non immerito dixisse videatur, Verbum consumans & ab- breuians in æquitate, quia verbum breuiatum faciet Domi- nus super terram.

P R A E F A T I O.

3

NE verò quis in primo vestibulo statim offendant, nemo putabit hanc fidei regulam ac doctrinam, humana tan- tum industria perficisci compararique posse. Dei enim donū est fides. Cæterum, verbi minister huius fidei prædica- tor, secundum gratiam quæ ipsi data est, non nisi plantator est & rigator. Neque tamen (vt Apostolus ait) qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus, qui vnicuique partitur mensuram fidei prout vult. Illi ergo tota laus debetur, qui intus & docentis organum temperat, & di- scentis mentem transformat.

Aug. ad
Sixtū cō-
tra Pella-
gianos.

1. Cor. 3.

1. Cor. 1.

Ibidem.

Qua de re cūm nobis tantus magister (quem cœli cœlo- rum adorāt, ac tremunt dominationes & potestates) audien- dus sit, oportet huc accedentem deponere omnem arrogan- tiam ac superciliū, omnē carnis sensum & humanæ & ratio- nis argutias, vt simpliciter certōque credat, quicquid nobis ad salutem diuina tradidit autoritas. Quod tamē nō prius faciet, quām Deus id per suam grauitatem misericordiā ipsi largiatur. Nam ea sola facit, vt fideles simus, ac Deo per om- nia credamus.

1. Tim. 7.

Fides ergo, de qua hic agimus, est donum nati hominis Fides
diuinitus infusum, quo citra vllam hæsitatiā credit es- quid sit.
se verissima, quæcunque diuina eloquia docuerunt: quā Aug. in
Paulus apostolus describens cōsistere asserit in earū rerū, quæ Enchir. ad
non videntur cognitione, assensionēque longe omnium cer- Laurētiū
tissima, quōd in Deum, cui creditur, nulla suspicio vanitatis Heb 13.
cadere possit. Hæc sola aditum præbet, ac facit, vt qui per in- Roma. 3.
credulitatem & superbiam veteris Adæ à Deo excidimus, Iohn. 3.
Deo rursus appropinquemus, ac etiam per charitatem infe-
ramur. Infecta est in Adam protoplaste radix, vnde conse- Radice in
quens erat, vt stirps quoque tota vitaretur. Erant siquidem Adā cor
homini in primis præcipuæ illæ animæ vires, intellectus & rupta vi-
voluntas, in hoc diuinitus inditæ, vt Deum veluti optimū si- tiata est
mul & maximum rerum omnium conditorem ac conferua tota stirps
torem perpetuo agnosceret, agnitū verò, quoad fieri posset generis
complecteretur. At posteaquam protoplastes legem Dei ne- humani-
glexit, & satanæ legibus obtemperare maluit, protinus intel Aug. de
lectum, hoc est mentem & rationem, qua iudicaret, quid eli- simbolo
gendum, omnis error inuasit. Itidem voluntatem, qua expe- ad cate-
teret quod commonstraret ratio, carnalis cōcupiscentia gra- chu. li-
uiter vitiauit. Atque ita factū est, vt recederet homo (qui ad bro 1.

Symboli Apostolorum R V M

EXPOSITIO.

Credo in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cæli & terræ.



Eum sicuti est, nemo vidit unquam, ut ne seraphimæ quidē mentes diuinā naturā sicuti est, comprehendāt. Multo minus nos in hac vita mortali quibus tantū per fidem Deū videre licet, sed tanquā in speculo & ænigmate. Optimo ergo iure symboli prima vox est. Credo, sed hoc initio cōmonendū est, duplicē esse credēdi rationē. Prior cum credimus Deum esse, vera esse quæ de Deo dicuntur, quemadmodum & dæmones credunt, & contremiscunt (sciunt enim illum mentiri non posse) & plerique philosophi crediderunt, sed tamen euauerunt in cogitationibus suis. Altera ratio credendi est, in Deo siue in Deum credere, quæ admodum pij credunt, qui pro compertissimis habent omnia, quæ sacris Bibliis ac catholica ecclesiæ diffinitione in Spiritu sancto prodita sunt, & sine omni dubitatione sperant, quæ Deus ibi promittit. Rursus timent quæ minatur, breuiter & constanter deo credunt eique se totos committunt quantū possunt. Qui sibi nihil quasi proprium & in sua potestate positum vendicant, sese illius clementissimi domini seruos profitētur, suāque omnia tradunt diuinæ voluntati propria abnegātes in omnibus. Quod facimus cū credēdo amamus, credendo diligimus & credēdo in eū imus. Hæc est fides quā in nobis exigit deus. Nec tamen inuenit, quod exigat, nisi donauerit quod inueniat. Hæc nos deo copulat, hæc in huius vitæ tenebris præluceat, ostendens quid verè fugiendū, quid expectandū, hæc nos armat, impavidos, inuictosque reddit aduersus omnes mundi satanæque machinas: hæc est quæ cōsolatur nos in omnibus afflictionibus spe bonorū celestium, semper habens in ore: Si Deus pro nobis, quis cōtra nos? Et, Non sunt condignæ passionis huius seculi ad futurā

Deus nobis tantum per fidem videtur. Ioan. 1. 1. Ioan. 4. 3. Reg. 8. 1. Cor. 3. Duplex credendi ratio. Aug. in Psal. 77. Credere deum. Roma. 1. Credere in Deo vel in deum. Au. i. s. l. lib. 1. circa. si. Quæ fides in nobis exigit deus & quæ illi vis sit. Aug. in Ioan. c. 29. Roma. 8.

Duplici remedio opus. Psal. 48. Acto. 15. 1. Tim. 1.

imaginem Dei creatus fuerat à Deo conditore suo) comparatūque iumentis insipientibus, similis illis factus sit. Vtraque ergo parte vitata, duplici remedio op^o erat, fide, quæ purificaret cor, hoc est mētem & rationem, cœu fontem animi: & charitate, quæ submoueret prauas cupiditates, vt ad ea tūcum feramur quæ præscripsit Deus. Sed vtrunque remedium non aliunde, quā à Deo petendum vel expectandum erit. ambo enim ipsissima Dei dona sunt, quòd nemo per fidem veniat ad patrem, nisi per filium. Et vicissim, nemo veniat ad filium, nisi pater taxerit eum. Rursus, Charitas Dei per filiū promerita nō aliter diffunditur in cordibus fidelium, quā per spiritum sanctum, qui datus est nobis.

Ioan. 6. Roma. 5.

Summa symboli. Credere in Deum, Deus vnus essentia, trinus in personis. Aug. de fide & symbolo.

Iam vt ad symboli apostolici, in quo hæc fides proponitur expositionem pergamus: Principio sciēdum est quicquid inibi cōtinetur, tribus verbis summam cōprehendi. Nēpe fide in Deum, qui vnitate essentiæ simplicissimè vnus est, & trinus in personis, quarum tamen eadem est deitas, eadem essentia & coæternitas, eadem omnipotentia, eadē maiestas, eadem sapientia, eadem bonitas. Prima appropriatur patri, secunda filio, tertia spiritui sancto: Quarum proprietate disseret obseruanda, & retinendæ sunt. Pater innascibilis est: Filius ab æterno genitus, appellatus Verbum & imago Dei patris, qui destinato tempore assumpsit humanam naturā ex virgine Maria: Spiritus sanctus ab vtroque procedēs, vtriusque quidem nexus ineffabilis. Pater per filium condidit vniuersa: Filius restituit prolapsa: Spiritus sanctus vtrique cum vtriusque cooperatur. Pater, cui summa est autoritas, per filiū redemit ecclesiam, per spiritum sanctum gubernat, vegetat ac viuificat. Tribus ergo partibus hoc symbolum, vt sunt tres sanctissimæ trinitatis personæ, ad quas refertur, constat. Prima pars Patri, secunda Filio, tertia Spiritui sancto deputatur. In singulas personas nos credere profitemur, vt diuinitatis vnitate, ac parem potentiam testemur. Nā pares sint necessè est, in quos par fiducia collocatur.

Proprietates personarum diuinitate obseruanda. Tres symboli partes.

Ephes. 6. gloriam quæ reuelabitur in nobis, de qua scriptum est: In-
1. Pet. 5. duite vos armaturâ Dei, in omnibus sumentes scutum fidei, in
1. Ioan. 5. quo positis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Et ite-
Nulla o- rum, Circuit vos tanquam leo rugiens, querens quem deuor-
pera bona abscip. fide. vinct mundum, fides vestra. Si desit hæc fides, nulla bona o-
Rom. 14. pera cõferunt ad salutem. Nam diuus Paulus peccatum pro-
Roma. 8. nuntiat, quicquid non est ex fide intelligens, quia non est sine
Aug. in fide quicquã meritorium. Sin adfit, omnia cooperatur i bonũ.
solilo. li- Neque enim Deus fide formata sibi sic credetem subleuare
bro 1. desinet, nihilque ei euenire permittet, nisi quod ei proficit, et si
 nesciat, vt siue viuamus siue moriamur, domini simus.

Iob 13. **C**Redimus, inquã, in Deum. Cum Deum dicimus, senti-
De⁹ quid mus illam æternã mentẽ, qua nihil esse potest nec mai-
 ius, nec sapietius, nec melius, quã incõmutabiliter est
 sine tẽpore, quẽ est ipsum esse, & à qua venit reb⁹ cõditis, vt
 sint aliquo modo. Sic Exodi 3. legimus: Ego sum qui sum, Et
Ioan. 4. qui est misit me ad vos. Et Christus ait: Deus spirit⁹ est, id est
 substantia spiritualis sine initio, sine fine, simplex, sine vlla
 admixtione inuisibilis, incorporea immensa, ineffabilis, inẽ-
 stimabilis, in qua nihil adiunctũ, nihil creatum sit. Nã infini-
 ta potentia, infinita sapientia, infinita bonitas, infinita iusti-
 tia, infinita misericordia, quẽ Deo tribuuntur, non sunt acci-
 dentia in Deo, sed Deus est re ipsa hæc omnia.

P A T R E M. Patrem addidit, vt distingueret hanc personã
 à filio. Mox enim subiicit: Et in Iesum filiũ eius vniciũ. Quã-
 quam in scripturis Deus trisariã appellatur pater. Primo, vt
 sit notionaliter nomen personẽ deitatis, cui soli hoc cõpe-
 tit, quod filii genuit eiusdẽ deitatis cõsortem, & vnũ cum
 patre existentẽ, quem admodum hãc accipitur. Et apud Ioan-
Ioan. 14. nẽ: Qui me videt, videt & patrem. Et Ego & pater vnũ so-
 mus. Deinde dei nomine sic accepto, vt totam declararet triũ-
Deut. 32. tatem, Deus rectẽ dicitur pater, quod creator sit omnium re-
 rum cõditarum, quem admodum legimus: Nunquid nõ ipse
 est pater tuus, qui possedit te & creauit te? Denique peculiari
Ioan. 1. ratione Deus dicitur pater timentiu ipsũ, quos in filios a-
 doptare dignatur, sicut scriptum est: Et dedit illis potestatem
 filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius.

O M N I P O T E N T E M. Quum audis omnipotentẽ in-
 telligis Deum esse, ad cuius potentiam & maiestatem nihil est

hominum aut angelorũ sublimitas, seu quẽcũque potestas.
 Potest quidem secundum datam potestatem, quilibet angelus
 vel homo dici potẽs, sed absit, vt dicatur omnipotens. Solus
 Deus omnipotens, qui omnia ex nihilo creauit. Et omnia qu-
 cunque voluit, fecit in cœlo & in terra, facitque hoc omnipo-
 tentis cognomẽ ad confirmandũ fidem imbecilliu, & ad ex-
 cludendas omnes ratiocinationes humanas in operibus diui-
 nis. Quibus omnibus hoc vno verbo respõdetur: Quia non
 est impossibile apud Deum omne verbum. Quũ enim infi-
 nita sit & incõprehensibilis Dei potentia, stultũ est disquire-
 re, quomodo hoc vel illud fecerit. Ex quo hunc fructũ homo
 fidelis capit, vt quẽadmodũ credit Deum omnipotentẽ, hũc
 mundũ cum nondum esset, condidisse, arque alia omnia quẽ
 Deũ fecisse sacra scriptura cõmemorat: Ita credat simul futu-
 rũ, quicquid ille futurũ promisit vel prædixit, quando nutu,
 quicquid vult potest, quantumuis homini videatur impossi-
 bile. Ita fit, vt incipiat homo suis, & quibuslibet humanis vi-
 ribus diffidere, & totus ab illo pendere, qui potest omnia cui
 nemo resistit aut dicit. Cur sic facis? Cum autẽ sit omnipo-
 tens, mori non potest, falli non potest, mentiri non potest: &
 quod ait Apostolus, negare se ipsum nõ potest, quod hæc om-
 nipotentia repugnet. In hoc autem articulo cum dicimus,
 Credo in Deum patrem omnipotentem, filium aut spiritum
 sanctũ omnipotentem nõ negamus, sed astruimus, quod si-
 cut patris & filij & spiritus sancti est eadẽ essentia & omni-
 potentia: sic & eadem sempiternitas.

C R E A T O R E M cœli & terrã. Qui condidit cœlum &
 terrã, & quẽcunque cœlo terraque continentur, visibilia &
 inuisibilia, idque ex nihilo per cõternum verbũ suũ, id est
 filiũ, sicut Psal. 32. legimus. Verbo domini cœli firmati sunt,
 & spiritu oris eius omnis virtus eorũ. Et deinde: Ipse dixit, &
 facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt. Quod tamẽ verbum
 nõ sicut verba nostra debemus accipere seu intelligere. Nã
 hæc verẽ atque ore prolata, verberato aere trãseunt, nec diu-
 titius manent quã sonant, cum illud æternum verbũ incom-
 mutabile maneat: nam de ipso dictum est, cum de sapietia di-
 ceretur, in seipsa manẽs, innouat omnia. Ideo verbum patris
 appellatum, quia per ipsum innotescit pater. Sicut enim ver-
 bis nostris hoc agimus, cũ verũ loquimur, vt animus noster
 innotescat audienti, & hoc conamur & verbis, & ipso sono-

Ioan. 1.
Psal. 134.
Omnipo-
tẽtia Dei,
fidei ro-
bur.
Luc. 1.

Fiducia i
deũ vnde
Iob 9.
Aug. de
Symb. ad
cathec. li.
1. cap. 1.
2. Tim. 2.
De sym.
ad cat. li.
2. cap. 3.

Pater ex
nihilo oĩa
condidit
per filiũ.
Psal. 32.
Psal. 148
Verbum
quod e
filius.
Au. de fi
de & sym.
c. 3.
Sap. 7.
Verbum
cur dica-
tur.

Nulla similitudo
conueniens
ad indicã
diuina
Verbum,
virtus &
sapientia
patris.

Ioan. 1.

Aug. de
Symb. ad
cathec. li.
1. ca. 1.

Genes. 1.
Mens ho-
minis in-
cõprehen-
sibilis.

Cur homo
creatus.

Psal. 8.

Finis ois
rerũ con-
ditarum.

Vniuersi-
tas rerum

Dei esse
testatur.

Roma. 1.

Lex natu-
re arguit
diuinam

providen-
tiam.

Act. 14.

vocis, & vultu & gestu corporis, vt animum ipsum nostrum, in nobis quidem manẽtes (quod fieri potest) cognoscendũ & perspiciẽdum animo auditoris inferamus, quod intus est demonstrare cupientes: Sic Deus pater, verbum ad seipsum indicandum genuit, quamquam hæc similitudinẽ infinitã dissimilitudinẽ habeat. Deus enim cum verbũ genuit id quod est ipse ab æterno genuit, in illud essentia suã transfundens. Vnde & virtus & sapientia eius dicitur, quia per ipsum operatus est, & disposuit omnia. Et ne quis in hac rerum creatione somniet præexistente materiam, diuus Ioannes ait: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. Quod & Apostolus exerte pronuntiat, Coloss. 1. Quoniã per ipsum condita sunt vniuersa, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum & in ipso creata sunt. Fecit in celo vitibilia, solẽ & lunã & stellas. Suis animalib⁹ terrestribus & omni plantarum genere impleuit terrã. Impleuit aẽrẽ volatilibus, mare natãtibus, omnia impleuit creaturis propriis. Fecit & hominẽ ad imaginẽ & similitudinem suam, in mente homini indita: ibi enim est imago dei. Ideo mens ipsa nõ potest comprehendĩ, ne à seipsa quidem, quia est imago Dei. Fecit, inquã, hominẽ, vt creaturis ceteris dominaretur, & cõstituit eũ super opera manũ suarũ. Omnia subiecit sub pedibus eius, oues & boues vniuersas insuper & pecora campi. Volucres cœli & pisces maris, qui perambulant fecimas maris. Et vt hæc propter hominẽ, ita hominẽ atque omnia alia propter se, tametsi ipse nullius egeat, creauit. Si quidẽ hic est finis omniũ rerũ cõditarum, vt cognoscant & glorificent cõditorem suum, quod fidelis Dauid non tacuit. Psal. 8. 18. 103. ac. 148. Quod & hymnus trium puerorũ manifestẽ declarat. Et quis tam cœcus est, qui non videat cœlos enarrantes gloriam Dei? Et hanc vniuersitatem rerum cõditarum demonstrare ac testari Deum, qui fit omnipotens, sapiẽs, bonus, & iustus? Ideo & Paulus ad Romanos inquit, diuinitatem in natura conspici. Inuisibilia enim dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoq; eius virtus & diuinitas, ita vt omnes pronuntiet inexcusabiles, qui quũ ex creatura cognouissent Deum, nõ sicut deũ glorificauerũt. Nõne lex naturæ quæ in omnibus rebus cõditis viget, hanc rerũ naturam non existere casu, sed certo cõsilio cõditam esse, gubernari, & cõseruari aperte cla-

mat? Veluti quod corpora cœlestia tot annorũ millib⁹, suos certissimos motus retinẽt, q̃ superiora & inferiora corpora in quadam naturarũ contrarietate, perpetuo quodã cõsensu colligantur: quod vices tẽporum recurrunt, quod maria, flumina, fontes, plãtæ, & omne animantiũ genus, siue quodquẽ natura legibus obtẽperat, & in suos certos vsus ac fines diriguntur. In primis autẽ in mente hominis expressum quoddam vestigiũ diuinitatis deprehẽdimus, cum illius admirabilem viam in corpore humano sentimus. Per hos grad⁹ etiam Ethnici venerunt ad aliquam noticiam summa: illius mētis, vnde cõdita sunt omnia. In quibus tamẽ nihil est tam egregium, quin insinitis partibus sit infra primam causam.

Iam Christiani hominis est, non solum intelligere hũc orbem à Deo conditum, sed & Deum vbique esse præsentẽ, sustentantẽ & gubernantẽ omnia, Ad eũ, vt si ille vel paulisper manum subtrahat, omnia statim in nihilum reciderent, quemadmodũ scriptum est. Psal. 103. Porrigente te manum tuam, omnia implebũtur bonitate. Auertẽte autẽ te faciem, turbabuntur: auferes spiritum eorũ, & deficiant, & in puluerem suum reuertẽtur. Quamobrem in hoc articulo nomine creationis nõ solum cõditio, sed & sustentatio ac gubernatio & cõseruatio rerum cõditarũ intelligi debet, vt quoque eo Psal. 103. dem psalmo subiicitur: Emitte spiritũ tuum, & creabitur, & renouabis faciẽ terræ. Hinc fit, vt in tota scriptura nihil vel factũ geratur vel dicatur sine mentione Dei, vt sciamus Deũ esse, cuius nutu gerũtur omnia, atque adeo p̃pẽ adesse Deũ, vt penẽ manibus cõtrẽctari possit. Quemadmodũ in Actis legimus Paulũ insigniter dixisse ad viros Athenienses: Deus qui fecit mũdum, & omnia quæ in eo sunt, hic cœli & terræ cum sit dominus, non in manufactis tẽplis habitat (intellige quasi circũscriptus loco) nec manibus humanis colitur, indigens aliquo, quum ipse det omnibus vitã & inspirationem, & omnia, fecitque ex vno omne genus hominũ habitare super vniuersam faciem terrẽ, definiens statuta tempora & tẽminos habitationis eorum, quærere Deum, si fortẽ atretectẽt aut inueniãt, quanuis nõ longẽ sit ab vnoquoq; nostrum: in ipso enim viuimus, & mouemur, & sumus. Et ad Hebr. 1. Por tã omnia verbo virtutis suæ. Itidem ad Colos. 1. Omnia per ipsum & ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso cõstant. Quod Christus (illud æternũ Dei verbum) in

In mente
hominis
expressum
vestigium
diuinitatis.

Ethnici
quomodo
Deũ esse
cognouerunt.

Aug. de
Symb. ad
cathec. lib. vlti.

Psal. 103.
Aug. de
dogma.

Act. 17.

Euāgelio manifestissimè docet: *Mat. 10.* Duo (inquit) passeres assè veneūt, & vnus nō cadit super terrā sine patre vestro, vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt. Et iterum: *Mat. 6.* Respicite volatilia cœli capitis omnes numerati sunt. Et iterum: & pater vester cœlestis pascit illa. Et paulo post: Si enim fœnum agri quod hodie est, & cras in clibanū mittitur, De⁹ sic vestit: quanto magis vos, modicæ fidei: Verbum ergo, quo *Genes. 1.* Deus dixit: Germinet terra herbā virentem & facientem semen, & factum est ita, nō desit operari, sed perpetuo operatur, & perpetuo vsque in cōsummationem seculi fit ita, & sic *Irene. lib. 4. contr. 1. har. c. 34.* sunt & terra. Vt p̄inde dixerit Christus: Pater meus vsq; modo operatur, & ego operor. Quod & vbiq; Psaltes mirificè inculcat: *Ioan. 5.* Omnia (inquit) à te expectāt, vt des illis escā in tēpore. Dante te illis, colligēt. Et iterum: Oculi omnium in te sperant domine, & tu das illis escam in tempore opportuno. *Psal. 146.* Atque alibi: Qui operit cœlum nubibus, & parat terrā pluuiam. Qui producit in mōtib; fœnum, & herbam seruituti hominū. Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorū inuocantibus eum. Ac *Psal. 35.* Homines & iumenta salua bis domine. Et iterum: Scitote quoniam dominus ipse est Deus: ipse fecit nos, & non ipsi nos: nos autem populus eius & oves pascuē eius. Quæ omnia euidenter ostēdunt nos nō nasci aut viuere, aut ali, aut hoc vel aliud operari casu, aut tātum nostris viribus seu prouidentia, sed Deo dante, viuificāte ac conseruante. Quemadmodum diuus Paulus *Timot. 5.* vocat Deum viuificantem omnia, qui præstat nobis omnia abundè ad fruendum, & est saluator omnium hominū, maximè fidelium. Hæc altius repetere visum est, quòd sciamus maximā hominum partē, tanta mentis caligine obtenebratam, vt et si se nosse Deum profiteantur, factis tamen negēt, ac si vitā instituunt, quasi Deo res creatæ nullæ sint curæ, & quasi Deum aliquid celare, aut præter illum sibi prospicere, aut quid aliud agere possint, quā tamē omnia nuda & aperta sint oculis eius, qui scrutatur renes & corda Deus sine quo nihil facere possumus. Qui crassissimus error facit, vt hoc *Eccle. 39.* hominū genus nunquā recta mente sit erga Deum & quicquid agat, nō agat ex fide, aut simplici oculo in Deū collato, *Psal. 7.* quem Christus in omni actione requirit: fit quoque vt Deū *Ioan. 15.* nō rectè colat aut inuocet. Cui enim nondum persuasum est *Mat. 6.*

omnia à Deo petēda, sed humanis viribus aut prouidētia eō parāda, quomodo is in oratione dominica panem quotidianū à Deo rectè petierit? quod id nemo rectè fecerit, nisi qui certū habeat eū adesse, gubernare, alere, & cōseruare omnia: & nihil nobis vel boni vel mali cōtingere posse, nisi dāte vel permittere Deo. Qui verò eō peruenit vt hæc intelligat, is non potest suis viribus, & quibuscunq; aliis externis præstidiis nō diffidere, & totus ab illo pendere, qui potest & præstat omnia: is nihil suæ sapiētia; tribuit, quum Dei sapiētia intuetur, sed credit omnia rectissimè, iustissimèq; ab eo fieri etiam si iuxta sensum humanum (id quod interdū fit) absurdum videatur, quale est, quòd videmus impios rebus exteriorib; florere, & pios in hoc mūdo tribulationi expositos esse. Is denique cū bonitatem Dei, omnia propter hominē, ipsūq; hominem ad suam imaginem & similitudinē creatum, ac lapsum per filium restituerem, ac omnia per Christū in Spiritu sancto, cum fiducia petēti, donantem intelligit, videt nihil esse, quod illius gratia; beneficentia; non debeat. Quo fit, vt sincero affectu totam spem in illum trāsferat, vt omnē sollicitudinem plena fiducia in illum (cui scit esse curā de nobis) coniciat. Vnde tādē consequitur, vt viuēda charitate erga Deum afficiatur, & in illum tēdat, quem nouit esse summè bonum, nihil illi in amore aut præferens aut æquās, vt libeat potius relinquere patrē, matrem, liberos, & vxorē, vt malit amittere principis amorē, perdere opes, honores, & omnem voluptatem, quin & vitā (si Deus ita iusserit) quā hunc offendere. Qui quicquid veneratur, quicquid metuit, quicquid amat, præter eum, eius causā amat, metuit ac veneratur, omnia ad illius gloriā referens, semper gratias agens, siue contingant læta, siue tristia, siue mori detur, siue viuere, certus, diligētibus Deum, omnia cooperari in bonū, & Deū non derelinquere sanctos suos, sed in æternum conseruare, breuiter, beatos esse omnes qui confidunt in eo.

*Et in Iesum Christum filium eius unicum
Dominum nostrum.*

Hic secūdū caput apostolici symboli ingredimur, quod nobis secundā personā, quæ Filij est redēptoris, proponit, quā in primis variis cognomētis nobis designat, vt omnibus modis declaret hæc personam, quæ carnem assu-

Ibidem.

*Qui oculis
simplici
sunt, totū*

Deo pend-

*ent, sibi
diffidēt.*

Psal. 36.

Psal. 72.

Psal. 33.

Genes. 1.

Luc. 11.

Roma. 8.

1. Pet. 5.

Mat. 10.

Luc. 14.

Rom. 8.

Psal. 36.

Psal. 20.

Filij per-

sona deus

& homo

pluribus

nominib;

designa-

tur.

*Ex sym-
bolo A-
thana.* pfit, esse verum Deum de Deo, & verum hominem ex homi-
ne. Sicut enim anima rationalis & caro, vnus est homo, ita
Deus & homo vnus est Christus Iesus. Et quemadmodū ab
*August.
de tri. lib.
13. c. 17.* aeterno tres personæ deitatis sunt, in vnitatem naturæ seu sub-
stantiæ, ita tempore destinatum factum est, vt verbum Dei hu-
manam naturam assumens sine confusione substantiæ, vnū
Christum constitueret, sicuti Ioannis Euangelium testatur:
Ioan. 1. Verbum caro factū est. Verbum, inquam quod in principio
erat Deus apud Deū, per quod omnia facta sunt, & sine quo
factum est nihil. Verbum in quo vita erat, lux hominum, &
lux in tenebris lucebat, & tenebræ eam non comprehende-
runt, lux vera quæ illuminat omnem hominem venientē in
hunc mundū. Verbū denique quod in mūdo erat, per quod
mundus factus est, & quod mūdus nō cognouit, factū est ca-
ro. Filius Dei factus est homo. Hic enim, caro, totum homi-
nem significat, sicut sæpe alibi. Induit, inquam, humanam na-
turam Dei filius, vt daret se recipientibus, ac lucem hanc ap-
prehendentibus, potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in
nomine eius. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate
carnis, neque ex voluntate viri (quales omnes sumus ex Adā)
sed ex Deo nati sunt, id est regenerati sunt. Hic est Christus
Iesus plenus gratiæ & veritatis, de cuius plenitudine nos om-
nes accepimus, & gratiā pro gratia, per quem Deus, quē ne-
mo vidit vnquam, multifariam, multisque modis olim in p-
phetis loquutus, nonnisi mē nobis in persona eiusdem filij sui
familiarissimē euentissimēque innotuit. Vnigenitus enim
filius, qui est in sinu patris, ipse enarrauit, per quem allata est
vita aeterna. Hæc enim est vita aeterna, vt cognoscant te solū
verum Deum, & quem misisti Iesum Christum, per quē libe-
ratio ac salus, humano generi in diabolica captiuitate deten-
to, apparuit, quæ admodum scriptū est: Si vos filium liberauerit,
tūc verē liberi eritis. Cū enim prim⁹ parēs noster Adā,
ab initio ad Dei imaginem & similitudinem conditus, ac in
paradiso deliciarum, vbi erat perpetuū beat⁹ & immortalis
futurus per inobedientiam seipsum perdidisset, factus carna-
lis & mortalis, tota natura corruptus & deprauatus, nimirū
auerfus a Deo vero, aeterno illo ac incōmutabili bono, atque
hæc corruptelam in totam stirpem suā massæ corruptæ so-
bolem deriuasset, nō potuit homo, sicut sponte ceciderat, ita
spōte etiam resurgere, quemadmodum qui seipsum occidit

seipsum resuscitare nō potest. Sed necessarius erat mediator
per quem Deus dexterā suā nobis porrigeret, qua perditos
nos reuocaret in vitam, & captiuos vindicaret in libertatē.
Proindēque factum est, vt illud Dei verbum, per quod facta
sunt omnia, & in quo omnia subsistūt, caro fieret, & vsque ad
miseriam nostrā sele demitteret, & habitaret in nobis, quē
admodū diuus Paulus ait: Qui quum in forma Dei esset, nō
rapinā arbitratus est esse se æqualē Deo, sed semetipsum exi-
nauit, formā serui accipiēs, vt fili⁹ qui in deitate erat patri
æqualis, humanā indutus naturā, & quatenus homo ab om-
ni tamen peccati. labe longē alienissimus: Deo patri vsque
ad mortē obediē factus, hominē, qui à Deo per inobediētiam
in mortē prolapsus erat, seq̄ue diabolo subiugauerat, in vitā
ac libertatem reuocaret. Nobis datus, nobis natus, vt peccata
nostra, imō totus mundi (pro quibus nihil dignū nos quod
exlucrimus Deo habuimus) ipse portaret, & nos quū inimi-
ci essemus Deo, per mortē suā in sanguine suo recōciliaret,
suisque sp̄itus in se credentes participes faceret, per quē dif-
funderet charitatē in cordibus nostris, qua Deum sponte ac
libenter, non vt serui, sed vt ingenui filij, læti ac alacres, Dei
voluntatem faceremus. Tūc enim efficiimur verē liberi, quū
Deus nos fingit, id est format & creat, nō vt homines (quod
iā fecit) sed & vt Deo accepti ac boni homines sumus, quod
nunc gratia sua facit, vt scimus in Christo Iesu noua crea-
tura, secundum quod dictum est: Cor mundū crea in me De⁹.
Necessē ergo fuerat vt hic mediator simul Deus esset & ho-
mo, quod alioqui perditos seruare, mortuos viuificare, iusti-
ficare impios, peccata remittere, spiritum sanctum dare bre-
uiter, nos regenerare nō potuisset: quæ omnia benignitas &
humanitas saluatoris nostri Dei in Christo non ex operibus
iustitiæ quæ fecimus nos, sed secūdam suam misericordiam
perfecit. Misericordiam enim consequuti sumus, vt simus fi-
deles & hoc nō ex nobis, sed Dei donū est, non ex operibus,
ne fortē quis extollatur. Ne tamē quis intelligat, sic nos gra-
tis liberatos, vt bonis operibus post hac non sit opus, statim
subiecit. Ipsius enim figmentum sumus, in Christo Iesu, in
operibus bonis, vt in illis ambulemus. Non quæ iustifican-
dum præcedunt (quod impossibile sit sine fide placere Deo,
aut bene viuere) sed quæ comitantur iam iustificatū, qui sunt
fructus spiritus & fidei per charitatem operantis.

2. c. 20.
Christus
nobis me-
diator ne-
cessarius
erat.
Philip. 2.
Esa. 53.
1. Ioan. 3.
1. Petr. 2.
Gene. 3.
Esa. 9.
Roma. 5.
Ephes. 1.
Roma. 8.
Per chari-
tatem vo-
lūtas Dei
adimple-
tur.
Aug. in
ench. c. 31.
Galat. 6.
Psal. 50.
Gratis re-
depti su-
mus.
Ti. 2. 3.
1. Cor. 7.
Opera bo-
na necessā-
ria, quæ
sequuntur
iustificā-
tionem.
Eibr. 11.

Priori ad uerū Christi venit ut Saluator.
Lucæ I. *Hier. in Iosue.* *Deu. 17.* *Iosue I.*
In solo Christo salus.
Acto. 4.
Ioan. 4. *Ioan. 10.*
Cyprian. in symbolo Christus plenitudinē spūssā inuictus. *Esa. 61.* *Christus sacerdos.* *Hebr. 6.* *Ephes. 5.* *Esa. 9.* *Lucæ I.* *Christus rex.* *Christi regnū spirituale.* *Ioan. 18.* *I. Ioan. 2.*

E T I N I E S V M. Vides qualis uenerit hic mediator. Nō enim uenit ut ultor, sed ut saluator. Iesus enim Hebræis saluatorem sonat, ut non temerè id nominis ei tributum sit, sed ab angelo priusquam nasceretur, inditum, sicut scriptū est: Et uocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Legimus & alium quempià Iesum, filium Naue, sed nihil aliud quàm Iesu redemptoris typum ac imaginem gerentem. Moyses enim, qui typus veteris legis est, nō potuit populum in terrā repromissam perducere, sed illi succedens dux Iesus, qui & Iosue, perduxit. Et quē admodum is de terra Aegypti populum eductum, deque eremi erroribus liberatum, in terrā repromissionis introduxit: Ita hic Iesus redemptor noster populum de ignorantia tenebris eductum, & de mundi erroribus euocatum, ad regna cœlorum prouexit. Nec enim aliud nomē est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri, quod nō sit aditus ad uerā felicitatem, nisi per fidē in Iesum, sicut ipse testatur: Nemo (inquiens) uenit ad patrē, nisi per me. Et iterū. Ego sum uia, ueritas, & uita. Ego sum ostium: si quis per me introierit, saluabitur, & cætera quæ sequuntur.

C H R I S T V M. Christus uel regiū uel pontificale nomē est. Nā & sacerdotes & reges apud Iudeos, uigēto chrisma-tis consecrabantur, qui & Christi dicebantur, sed illi exteriori unguento, materiæ corruptibili uelut mortales corruptibiles uogebantur. Hunc autem singulariter plenitudinē spiritus sui unxit Deus, sicut & Esaias ex persona Domini præsignauerat. Spiritus Domini super me, eō quod uuxerit me, euāgelizare pauperibus misit me. Uterque porrò titulus Christo apprimē cōgruit, qui dictus est sacerdos secundum ordinē Melchisedech. Qui ut sacerdos, ut seipsum agnū uerē immaculatū in ara crucis obtulit, p̄ salute mundi. Rex quoque ab angelo pronuntiatius est: Dabit (inquit) illi Deus sedē Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Regnabit, inquam, non in regno corporali aut mundano, quod nullum tale sit æternum, & ut ipse alibi testatur, regnū eius non est de hoc mundo, sed spirituali, in quo sedet ad dexteram Dei patris, interpellans pro nobis, dās remissionem peccatorum & Spiritum sanctum in ipsum credentibus, & inuocantibus eū, quos & sanctificat ut resuscitet eos à nouissimo die ad uitam & gloriam æternam.

De hoc

De hoc Christi regno, quod est uita æterna, quæ hic in nobis incipit, ibi consumēda, alibi fusius dicemus. Tantum hic ad-monebimus symbolum docere, hūc esse uerū Messiam illū unicum à prophetis olim promissum. Nam quem Latini unicum uocant, Græci Christum, Hebræi Messiam appellant. Proindeque cæcos Iudeos frustra alium expectare, quod semel Christus uenerit, qui non potentia corporali instructus, sed plenitudine spiritus sancti inunctus, sanguine suo, consummato illo unico atque admirabili sacrificio, in ara crucis oblato, nos à tyrannide satanę liberauerit, condonatifq; peccatis omnibus, ueræ libertati restituerit, tandem quoque cœlestis regni sibi coheredes & confortes asciscendos.

F I L I V M E I V S U N I C V M D O M I N V M N O S T R V M.
 Duobus prioribus uerbis symbolum eam personā nobis nominatim indicauit, quæ in hoc erat ab æterno destinata, ut p̄ eam mūdus redimeretur, & ut notum faceret nobis Deus sacramentum uoluntatis suæ secundū beneplacitum eius, quod proposuit in Christo, in dispensatione plenitudinis temporū instaurare omnia quæ in cælis, & quæ in terra sunt in ipso. Iam declarare incipit hanc personam, & uerum Deū & uerum hominem esse. Verū enim Deum ostendit, quum Christum filium Dei unicum pronūtiat, id est, natura filium Dei ex substantia patris genitum, & ut aliud symbolum exponit, patri consubstantialē. Et proinde ob diuinam naturā, quā eandem habet cum patre, omnipotētī uirtute, magnitudine, sapientiā, bonitate, sempiternitate, hoc quod pater est omnia, tamen hæc non sine auctore, sicut pater, sed ex patre, tanquā filius patri æqualis, habet sine initio à patre natus, quemadmodum Ioannes ait: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum: hoc erat in principio apud Deum. Porrò filium Dei quum audis, nolo cogitationem carnalis natiuitatis assumas, sed cum Esaiā exclama: Generationē eius quis enarrabit? Nam si uel eo quod generat, uerbum, uel mēs rationem, uel lux ex se parit splendore, nulla fragilitas cogitatur, quāto sacratius de horum omnium creatore censendum est? Quanquam hic nulla similitudo afferri possit, quin innumera discrepent. Nulla enim creatura talis esse potest, qualis creator eius. Et ideo sicut sine exemplo est diuina substantia, ita & sine exemplo est diuina generatio. Lux enim non parit substantiarum splendorem, aut cor

Christus unicus ille Messias. Iudaorū cecitas. *Gen. 49.* *Danie. 9.* *Mat. 26.* *Lucæ 9.* *Ioan. 6.* *Ioan. 1.* *Hebr. 1.* *1. Petr. 2.* *Colo. 1. 2.* *Roma. 8.* *Cur pater filius misit* *Ephes. 1.* *Christus uerus deus & homo.* *Symbdl.* *Nica.* *Philip. 2.* *Cypri. in symbolo.* *Ioā. 5. 16.* *17.* *Ioan. 1.* *natiuitas filij i diuini inextinguibilis.* *Esa. 54.* *Nulla similitudo diuinae natiuitatis exprimi potest.*

Psal. III. Substantiuum generat verbum siue conceptum siue prolatū, sed filius Dei substantialiter generatur, quod pater in eum omnem essentiam suam transfundit. Sicut ipse in Euāgelio dicit: Ego & pater vnus sumus.

Ioan. 10.

Esai. 1.

Ioan. 1.

Roma. 8.

Roma. 5.

Ioan. 1.

Ephes. 1.

Addidit ergo Vnicum, vt hūc natura filiū Dei, secernat à filiis adoptionis Dei. In scripturis enim frequēter homines pij appellantur filij Dei, at non natura. Natura enim omnes nati sumus filij iræ, sed dignatione adoptionis per fidē in Christū facti sumus filij Dei, quemadmodū Ioānes ait: Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius, quum Christus nunquam non fuerit natura filius Dei, Deus de Deo. Itidem Paulus Apostolus: Prædestinauit (inquit) nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum. Et iterum *Roma.* 8. Accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus: Abba pater.

Secundū ergo hāc priorē generationē, Christus nō frater est noster, nec hērēs dēi, nec fratres habet, nec cohēredes habet. Quāquā etiā vel ob id filius vnicus rectē asseritur,

Due Christi natiuitates.

Cur Christus passus dominus in scripturis appellatur.

Quæ licet sit deus & homo, duabus naturis, deitate ac humanitate cōstans, sit etiā bis natus, vnus tamē filius est. Non enim duos fatemur filios, sed deū & hominē, vnū filiū credimus, manentē in duabus naturis, nō tamē cōfusus. Et quāquā duas habeat natiuitates. Vnā, qua nascitur ex patre sine tēpore: alterā, qua nascitur ex virgine matre, tēpore p̄finitiuo à deo, nō tamē duo, sed vnicus est filius, nō ali⁹, sed idē aliter nat⁹.

D O M I N V M N O S T R V M. Filius in scripturis frequēter dominus appellatur, quod cognomē in Christū cōperit, nō tātū iuxta alterā, sed vtrāq; naturā & diuinā & humanā. Quatenus enim est ab æterno deus de deo, dominus est omnium, nō alius dominus à patre, quēadmodū nec alius deus.

Christus omnium dominus deus.

1. Cor. 8.

Christus dominus, quatenus homo.

Ephes. 1.

Philip. 2.

Etiā enim dicuntur alij domini, cōcessa & impartita: nō genita, potestate dicuntur. Hic verò solus est vnicus filius, & sol⁹ vnicus dominus. Sicut Apostolus dicit: Vnus pater deus, & vnus dominus Iesus Christus, per quē omnia. Iuxta assumptā verò naturā per crucē, mortem, & ignominia promeruit intrare in gloria patris, omnib⁹q; sibi subiectis cōstitutus est ad dexterā Dei in cælestibus, super omnē principatū, & potestatem, & virtutem, & dominationē, & omne nomē quod nominatur, non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro.

Et vt alibi Paulus ait: Datum est illi nomen, quod est super

omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestiū, terrestriū & infernorū. Et omnis lingua cōfiteatur, quia domin⁹ Ies⁹ Christ⁹ in gloria est Dei patris. Vnde ipse apud

Mat. dixit: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Ob vt humanitati Christi nō tribuamus omnipotentia, tamē et vnitate hypostaseos, duas naturas cōplectentis, rectē dicitur omnium domin⁹, quēadmodū Christianē ac piē dicimus, Deū passum ac mortuū. Sed peculiari ratione Christus dicitur dominus credentiū, seu electorū, & ideo symbolo additur nostrū, quo admonemur, quorquot in Christo per baptis mū renati sumus, quorquot habemus redēptionē per sanguinē eius, vt totos nos ei dedicemus, & hūc vnicū dominū nostrū p̄fiteamur, qui nos à dominatu satanæ liberauit, & sibi peculiū & populū acquisitionis fecit. Nā quē essumus filij peccati (qui enim facit peccatū, seruus est peccati) & per peccatū diabolus in nos tyrannidē obtineret, is clementissimus domin⁹, nostri misert⁹, ab hoc tyrāno crudelissimo dominū in se transtulit, & nos suo suauissimo iugo subiecit, vt qui in baptisimo diabolo renūciamus, & ipsi vti domino nostro nomen damus, ipsius etiā p̄ceptis per omnem virā voluntariē parere, & sub eius tutelā securi viuere possimus & debeam⁹.

Suauissima vox est dicētis: Vos vocatis me magister & domine, & bene dicitis sum etenim. Sed vide quid repositat: nē pe vt quēadmodū ipse fecit, ita & nos faciamus. Certe quod ab eo toti p̄dētes, tuti sumus ab omni periculo. Nā oues quę audiunt vocem eius & sequuntur eū, non peribunt in æternum, & nō rapiet eas quisquā de manu eius. Breuiter, dat eis vitam æternam: nimirum à patre impetrans hic benignissimus dominus, vt vbi ipse est, illic sit & minister eius.

ET quanquam secundū hāc rationē humanitatis assumptæ, & peractæ redēptionis, dominus noster sit, nō dedignatur tamen secundū eandē, nos suos compellere fratres, & pro seruis amicos. Quidni, quū nec dedignatus sit agere ministrū? Ego (inquit) ī medio vestrū sum, sicut qui mihi frater. At hęc vocabula nō equalitatis, sed similitudinis cognitionis, & charitatis sunt. Nā quod & ad humanitatē atinet, habitū quidem inuentus est vt homo, receptis in se omnib⁹ in cōmodis, quæ naturæ veritatē comitantur, vt sunt, esurire, sitire, lassari, angī, tædere, denique mori, idque volens nostra causa, vt exolueret quod nos cōmerueram⁹, sed interim gra-

Mat. vi.

Christus omnium dominus.

Peculiari ratione dominus creditur.

1. Petri. 1.

Ephes. 1.

1. Petri. 2.

Ioan. 8.

Coloss. 2.

Mat. 17.

Ro. 6. 7.

Ioan. 13.

Christo si des ab omni periculo lotus.

Ioan. 10.

Ioan. 17.

Ioan. 12.

Christi quatenus homo fratres sum⁹.

Mat. 28.

Ioan. 15.

Luca. 22.

Philip. 2.

Mat. 2. 6.

Luca. 24.

Ioan. 1.

Colof. 2.

ria & veritate semper plenus, nempe in quo inhabitauit plenitudo diuinitatis corporaliter, expers omnis peccati, & ad peccandum procliuatatis, erroris ignoratiæ, breuiter omniū quæ vel non congruunt dignitati personæ (quæ simul erat Deus & homo) vel gratiæ plenitudinem excludunt.

Qui conceptus est de spiritu sancto, natus ex Maria virgine.

Secundæ Christi natiuitas. Barn. 3. Esa. 7.

Cypria in symbol. Tota trinitas cooperata est mysteriū incarnationis. Luca 1. 1. Cor. 1. Quid spiritui sancto peculiariter de dicatur.

Ioan. 3.

Perpetuo virginis matris virginitas.

Hic articulus secundam Christi natiuitatem (de qua propheta prædixit: Post hæc, inquit, in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est) proponit. Quæ ergo ex prioribus, secundum naturam diuinam ab æterno ineffabiliter ex patre natum didicisti, eundem hic audis in tempore de spiritu sancto conceptum, & ex virgine natum, quemadmodum ante multa secula variatatus erat Esaias: Ecce (inquit) virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomē eius Emanuel, quod est, nobiscum Deus. In primis ergo hoc articulo refertur, Spiritus sanctus dominicæ carnis & tēpli eius creator: Sic tamen, vt intelligas totam trinitatem hoc adorbile mysterium cooperatam esse. Quod testatur Euāgelista, referens angelum virginis Mariæ respōdentem: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Et ideo quod nascetur ex te sanctū, vocabitur filius Dei. Adest ergo altissimus, intellige patrem, fontem & authorem deitatis. Adest virtus altissimi, nempe filius qui proprie carnem assumpsit. Adest Spiritus Sāctus, cui tamen hoc opus peculiariter quadam ratione attributum, scriptura dedicat, quod nō est rarum, vt quædam quæ omnium personarum cōmunia sunt scriptura singulis tribuat personis, veluti quum patri tribuit omnipotentiam, filio sapientiam, spiritui sancto charitatem. Iam quum opus incarnationis Christi, opus sit incomprehensibilis & ineffabilis charitatis Dei, quemadmodum Christus dixit: Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vngenuitum daret, rectè hoc opus spiritui sancto tribuitur, per quem dilargitur charismata.

NATVSEX MARIA VIRGINE. Sic enim debebat adimpleri scriptura, prophetico ænigmate perpetuā integritatem virginis Mariæ significans, quum ait: Porta, hæc clausa erit, & non aperietur, & vir non transibit per eam, eritque

clausa principi. Quo quid euentius de consecratione virginis dici potuit: Clausa fuit in ea virginitatis porta, soli Deo Christo principi paruit, respiciens ad Orientem, vnde sol ortur: nunquam occidens, qui visitauit nos oriens ex alto, vt ilucescat his qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent, per hanc prodiit Sol ille iustitiæ, qui illuminat omnem hominē venientem in hunc mundum. Non humana nec vulgari ratione. Spectabat enim porta ad viam sanctuarij exterioris, quoniā ea natiuitas erat extra vulgarem hanc natiuitatem, nihil habens admixtum humanæ concupiscentiæ aut fragilitatis. Suscepit verbum carnem, non est mutatum in carnem, quia manens Deus suscepit hominem.

Quanquam nec hoc omitte dū videtur, quòd filius Dei per animam rationalem, tum simul creatā, omnis cœlestis gratia plenam, in secreta rationabilis spiritus arte verbum capientē, tanquā mediam carnī vnitus sit. Neque enim substātia Dei, quæ per omnia incorporea est, inferi corporibus, vel capi ab' eis principaliter potest, nisi aliqua media sit substātia spiritualis, quæ capax esse diuini spiritus possit. Nihil ergo hic vulgare cogitandum est, vbi sanctificatio spiritus inerat, & anima quæ erat Dei capax, particeps etiā fiebat carnis. Nihil putandum impossibile, vbi aderat virtus altissimi. Nihil de humana fragilitate cogitandum, vbi plenitudo inerat deitatis.

Virginem autem designat ex nomine Mariæ, idque non temerè, quod & Lucas facit Missus est (inquit) angelus Gabriel ad virginē desponsatā viro, ac statim postea: Et nomen virginis, Maria. Hæc est illa Maria ad cuius nomen recreantur omnes animæ picrum. Eua siquidem diabolo assentiens, maledictionem & mortem orbi intulit: Maria virgo Deo credens, benedictionem & vitam protulit. Per Euā adhuc virginem serpentis afflatu deceptam, venit calamitas: per virginem spiritus sancti afflatu grauidam, rediit beatus mundus. Per Euam præuaricantem Dei præceptum, iræ filij nascitur: per Mariam Deo subditam, ac dicto angelico parentē, atque credentem, Christum accepimus, per quē renascimur filij Dei. Eua superbiens gratiam Dei amittens, audiuit: Multiplicabo arumnas tuas, & conceptus tuos. In dolore paries filios, & quæ sequuntur. Maria gratiam apud Deū inueniens humilis audiuit: Aue gratia plena, Dominus tecum, benedi-

Cypria. in symbol. Eze. 44.

Luca 1. Ioan. 3.

Cypria. in symbol.

Luca 1. Ad Mariæ nomē oēs picrum animæ recreantur. Genes. 3.

Gene. 1. 3. Gene. 3.

Luca 1.

Gen. 12.
21.

Christus
propter
nos incar-
natus.

Iacobi 1.

Mat. 8.

Mar. 5.

Luce 8.

Symbol.

Nica.

Aug. de
lib. confes.

7. cap. 18.

1. Tim. 2.

Ioan. 14.

Act. 4.

Cur filius
incarnat^o.

Ioan. 14.

Aug. de
symbolo ad
cathedra.

1. Tim. 2.

Cur de
spiritu sancto
conceptus,
&
ex Virgine
natus.

Et tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui, nimirum in quo benedicuntur omnes tribus terræ.

Non suffecerit autē vt hæc omnia ineffabili Dei dispensatione facta credas (nam & dæmones ad eum modū credunt & cōtremiscunt, exclamantes: Iesu fili Dei altissimi, vt quid venisti ante tempus perdere nos?) sed necesse est, vt credas hæc omnia ppter te facta, quemadmodū symbolum Nicænum exerte cōmemorat. Qui propter nos (inquit) & propter nostram salutem descendit de cœlis. Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria virgine, & homo factus est. Venit de cœlis Deus, homo factus ex Virgine, vt esset mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus, qui est super omnia deus benedictus in secula, vt esset via per quā veniremus ad patrem, quemadmodum ipse ait: Ego sum via, veritas, & vita. Neque enim per vllam aliam creaturam, siue sit in cœlo, siue sit in terra, venit ad patrem, sed tantū per filium. Nec est aliud nomen sub cœlo in quo oporteat nos salvos fieri, quod non sit in alio aliquo salus. Verbum caro factum est, vt lactaret infantiam nostram sapientia Dei, per quem creata sunt omnia. Induit humanam naturam aeterna veritas supereminens omnibus creaturis suis, vt subditos erigeret ad seipsam, vt aperiret nobis voluntatem Dei, vt erudiret nos abnegare omnem impietatem, & secularia desideria, vt nos deprimeret à nobis ipsis, & ad se traiceret, vt carnales faceret spirituales, vt filios hominum per institutionem adoptionis faceret filios Dei: factus humilis, vt sanaret superbos. Exaltauit enim se homo, & cecidit: humiliavit se deus, & exiit. Nos cecidimus, ille descendit. Nos gemebamus, ille se inclinavit, ac manum deus homini porrexit, ac miserè lapsum subleuavit. Conceptus de Spiritu sancto, sine omni humana ac carnali actione, sine viri semine, idque propter nos, vt conceptionem nostram carnalem, impuram ac damnatam mundaret, nosque per infinitam suā patrisque misericordiam in Spiritu sancto regeneraret. Nat^o ex Maria virgine, illæsa ipsius virginitate, ac pudore permanente, idque propter nos, & vt natiuitatem nostrā, originalis peccati macula pollutam, purgaret deus & homo. Nam qui posset hæc, nisi esset pariter deus & homo? Quis enim (vt Iob ait) potest facere mundum de immundo conceptum semine? Nonne tu qui solus es?

Passus sub Pontio Pilato, crucifixus mortuus
& sepultus est.

Verbum

Iam mysterium passionis ingredimur, quod Paulus Apostolus verbū crucis appellat, in quo solo oportet nos gloriarī. Nam etsi verbū crucis pereuntibus stultitia sit, his tamen qui salui fiunt, virtus Dei est. In primis ergo credimus Christū verē passum. Sic enim scriptura clamat apud Esaiam prophetam. Verē languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Et in Euangelio Lucæ dominus loquitur: Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum antequam patiar. Et iterum: Nonne oportuit Christū pati, & ita intrare in gloriam suam? Itē primæ Petri secundo: Qui quū pateretur, non comminabatur. Passus itaque est in corpore & anima, indicans se verum hominem esse, captus, vincus, contumeliosis adfectus, colaphis cæsus, consputus, flagellatus, spinis coronatus, denique in crucem actus. Et ne existimes eum à passione, quod ad animam attinet liberū fuisse, audi quid dicat: Tristis (inquit) est anima mea vsque ad mortem, & factus in agonia, prolixius orabat, & factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Absit autem, vt credas Christum vel damno aliquo, aut iniuria impasibilis diuinitatis in carne passum, aut passionem quam in carne animo sustinuit, per diuinitatis vnionem absorptā esse. Vnio enim illa incomprehensibilis, singulis naturis suam proprietatem seruaui. Quod enim pasibile, nempe humanitas, pasibile fuit. Quod impasibile, nempe diuinitas, mansit impasibile. Ego (inquit) deus, & non mutor.

SVB PONTIO PILATO. Iudicis nomen, sub quo passus est Christus, adiectū est, propter temporum agnitionem & historię certitudinem. Erat enim id temporis Pōcius Pilatus præses Iudææ, sub Tyberio Cæsare Augusto, qui Christum, licet innocentē à se iudicatum, in crucem tamen egit. **CRUCIFIXVS.** Mortis genus audis, quod vt erat maxime cruciabile ac lentū, ita habebat summā ignominia maximē apud Iudæos. Nā in lege eorū scriptū reperiebatur: Maledictus omnis qui pēdet in ligno. Cur autē hæc mortis species omnium acerbissima à deo electa sit præter scripturæ vaticinium (quæ hanc & typis & prædicationibus apertissimis futuram prodiderat) non oportet Christianum admodum

crucis, vt
tus Dei.
1. Cor. 1.
Christus
vere pas-
sus.

Esaiæ. 53.

Luce 22.

Luc. 24.

Passus in
corpore &

anima.

Mat. 26.

Mar. 14.

Luce 22.

Ioan. 12.

Diuini-
tas in

Christo

impasibilis

Psal. 101.

Mala. 3.

Mat 27.

Mar. 15.

Luce 23.

Ioan. 18.

Mors in
cruce dece-
bat redem-
ptorem.

*Cypria, in
Symboli.*

esse sollicitum, modo credat ac sciat eam mortis specie ad redimendū genus humanum, nedum optimam, sed & decētissimam fuisse. Decebat enim, vt qui in ligno per superbix & voluptatis stimulos vicerat, in ligno quoque per extremam humilitatem & ingentissimos dolores vinceretur per Christū dominum nostrū. Decebat, vt Christus expanſis brachiis à terra sublimis pēderet, qui pro sua ineffabili misericordia quarebat omnes complecti, quemadmodum ipse discipulis suis mortis genus significans, ait: *Quū exaltatus fuero à terra, omnia trahā ad meipsum.* Decebat eū, ppter quē omnia, & per quē omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, a thore salutis eorū per passionē & crucem cōsummari. Decebat, vt spōsus noster thalami sui lignū ascēderet, & quum in eiusmodi thalami lecto domiret, aperiretur latus ei⁹, & ecclesia virgo prodiret, despōsanda Christo, vt quomodo Eua facta est ex latere Adæ dormientis, ita & ecclesia formetur ex latere Christi in cruce pendentis, ex quo manauit sanguis & aqua, q̄ sunt ecclesie sacramēta. Decebat denique, vt Christ⁹ qui sibi tria regna subiecturus venerat, quēadmodū Paul⁹ apostol⁹ ait: *Quia in nomine Iesu omne genua flectetur: cœlestiū, terrestriū & infernorū: in aērē sublimar⁹, aëreas subiugaret potestates rēderetq; manus, vt populo nō credētī incredulitatē suā exprobraret, & inuitaret credentes, fixa demum cruce in terrā, vt indicaret quōd & inferna sibi regna subiceret.* Crux ergo ista triūphus erat seu potius triumphī insignē, q̄ trophæum appellamus, nempe deuicti hostis indicīū.

*Ioan. 12.
Hebr. 2.*

*Aug. de
sim. ad ca
thec. lib.
2. cap. 6.
Gene. 2.
Ioan. 19.*

Philipp. 2.

Esa. 65.

*Cruz tro-
phæum.*

*Philipp. 2.
Hebr. 2.*

M O R T V S. Ecce hostia pro peccato in ara crucis immolata. Ecce Christū, Dei & hominis filiū, obedientem patri vsque ad mortem, mortem autē crucis. Ecce Iesum gratia Dei p̄ omnibus mortem gustātem, atq; ideo participātem carni & sanguini, vt p̄ mortem destrueret eū, qui habebat mortis imperiū, id est diabolū, & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruituti. Id quod & ecclesia canit: *Qui mortem nostram moriendo destruxit.* Et propheta Osee ante multa tēpora p̄dixit: *O mors, ero mors tua, morsus tuus ero inferne.* Et ideo Christus Noui testamenti mediator est, vt morte intercedente in redemptionem earū prauaricationum, quæ erant sub priori testamento, reuersionem accipiant, qui vocati sunt æternæ hæreditatis. Vbi enim testamentū est, mors necesse est intercedat testato

*In prof.
missæ.*

Osee 13.

Hebr. 9.

ris. Testamentum enim in mortuis cōfirmatum est, alioquin nondum valer dum viuit qui testatus est. Vnde nec primum quidem sine sanguine dedicatū est. Et omnia penē in sanguine secundū legem mūdantur, & sine sanguinis effusione nō fit remissio. Sed prioris testamenti typi, nimirū diuersa illa hostiarum & holocaustorum genera euauerunt, postquam Christus verus agnus dei, qui tollit peccata mundi, per spiritum sanctū semetipsum obtulit immaculatū Deo, vt emūdat cōscientiā nostrā ab operibus mortuis ad seruiendū Deo viuenti. Obtulit autem semetipsum volūtariē sacrificiū deo, sicut scriptū est: *Oblatus est, quia voluit, vt vel hoc iter mortem nostrā & Christi intersit, quod nostra anima vi morbi, aut humorū defectu à corpore depellitur, sed domin⁹ volens animā suā deposuit, quemadmodum apud Ioannem ait: Nemo tollit animam meā à me, sed ego pono eam à meipso.*

E T S E P V L T V S. Sepultus est, vt monumentum clausum, resurrecturo ad vitæ nouitatem testimoniū præberet, sicut nascituro vterus virginalis. Sepultus autē in monumēto nouo è viuo solidōq; lapide exciso, vt sicut in hoc monumēto nullus alius mortuus sepultus est, nec ante nec postea: sic in illo vtero, nec ante nec postea quicq̄ mortale cōceptū est, quamquam & alia pleraque myſteria hæc sepultura complectatur.

Iam qui credis Christum passum, crucifixum, mortuū & sepultum: & in Christū propter te passum, crucifixū, mortuū & sepultum crede. Audi Christum tuum te aduocantē ac dicentem: *Sic Deus dilexit mundū, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat vitā æternam.* O ineffabilem Dei misericordiam, quam Deus cōmendat in nobis, quoniam adhuc quum peccatores & impij essemus, secundum tempus, Christus p̄ nobis mortuus est: quum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij ei⁹. Capiat ergo fiducia anima Christiana pro qua mortuus est Christus filius Dei, hostia immaculatā, sufficiens ad totius mundi diluenda crimina. Hic est agnus ille immaculatus, cuius purissim⁹ sanguis submouit angelū extinctorē. Hic est ænens ille serpens quem exaltauit Moyses in deserto, positus pro signo, vt qui percussī sunt ab ignitis serpentibus, & aspexerint eū, viuant & sanentur: Serpens ignitus est diabolus, qui humanum genus à Deo viuo per inobedientiam auertens, per concupiscentiam omnium malorum

*In sangui-
nē omnia
mūdantur.
Christo in
cruce obla-
to omnes
vet. legis
hostiæ eua-
nerunt.
Volunta-
rie Chris-
tus mor-
tuus.
Esa. 53.
Ioan. 10.*

*Aug. de
fide cōsy.
Mat. 27:
Ineffabi-
lis dei pie-
tas erga
nos.*

*Aug. de
sym. ad
cathec. li.
2. cap. 6.
Ioan. 3.*

*Roma. 5.
Hebr. 9.
Ioan. 1.
Exod. 12.
Num. 21.
Ioan. 3.
1. Tim. 6.
Coloss. 2.*

In peccatis nostris remiſſati sumus.

radicem, peccare fecit, & peccati chirographum contra nos scripsit, quia vt propheta dicit: In peccatis nostris venundati sumus. Pretiū enim animæ suæ diuenditæ vnusquisque consequitur, quū concupiscentiæ satisfecerit. Christus ergo non suam, sed patris faciens voluntatem, ascendens crucem, deluit quod aduersus nos erat chirographum, & affigens illud cruci suæ, traduxit principatus & potestates, triumphans in semetipſo, dans subinde hominibus, in se crucifixum creditibus, potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici.

Roma. 6.

DEinde pro peccatis nostris mortuus & sepultus est Christus, vt & nos peccatis moriamur. An ignoratis (inquit Paulus) fratres, quia quicūque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Cōsepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruat corpus peccati, vt vltra non seruiamus peccato, nec regnet peccatū in nostro mortali corpore, vt obediamus concupiscentiis ei.

Itidē Petrus Apostolus ait: Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplū, vt sequamini vestigia eius, qui peccatū nō fecit, nec inuētus est dolus in ore eius, qui quū male diceretur, nō maledicebat: quū pateretur, non cōminabatur. Tradebat autē iudicanti se iniultē, qui peccata nostra tulit in corpore suo sup lignū, vt peccatis mortui, iustitię viuam, cuius liuore sanati sumus. Et iterū, Christo ergo passo in carne, & vos eadem cogitatione armemini, qui passus est in carne, desit a peccatis, vt iā non desideris hominū, sed voluntate Dei, quod reliquum est viuat tēporis. Iuuet ergo exclamare cū Paulo: Mihi abſit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quē mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Qui enim Christi sunt, carnē suam crucifixerunt cū vitiis & concupiscentiis, qui Paulū cōmonentem, & audiunt & imitantur, dicentē: Mortificate mēbra vestrā, quæ sunt super terrā, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiā, quæ est simulachrorū seruitus ac deponentes iram, indignationē, malitiā, blasphemiam, turpem sermonē de ore vestro, non mentientes, sed expoliantes vos vererē hominem qui renouatur in agnitionē Dei, secundum imaginē eius, qui creauit illū. Docet denique Christus, quā̀m absolutā obedientiā prestare erga deū nos oporteat,

1. Petr. 2.

in nostro mortali corpore, vt obediamus concupiscentiis ei. Itidē Petrus Apostolus ait: Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplū, vt sequamini vestigia eius, qui peccatū nō fecit, nec inuētus est dolus in ore eius, qui quū male diceretur, nō maledicebat: quū pateretur, non cōminabatur. Tradebat autē iudicanti se iniultē, qui peccata nostra tulit in corpore suo sup lignū, vt peccatis mortui, iustitię viuam, cuius liuore sanati sumus. Et iterū, Christo ergo passo in carne, & vos eadem cogitatione armemini, qui passus est in carne, desit a peccatis, vt iā non desideris hominū, sed voluntate Dei, quod reliquum est viuat tēporis. Iuuet ergo exclamare cū Paulo: Mihi abſit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quē mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Qui enim Christi sunt, carnē suam crucifixerunt cū vitiis & concupiscentiis, qui Paulū cōmonentem, & audiunt & imitantur, dicentē: Mortificate mēbra vestrā, quæ sunt super terrā, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiā, quæ est simulachrorū seruitus ac deponentes iram, indignationē, malitiā, blasphemiam, turpem sermonē de ore vestro, non mentientes, sed expoliantes vos vererē hominem qui renouatur in agnitionē Dei, secundum imaginē eius, qui creauit illū. Docet denique Christus, quā̀m absolutā obedientiā prestare erga deū nos oporteat,

1. Petr. 4.

in nostro mortali corpore, vt obediamus concupiscentiis ei. Itidē Petrus Apostolus ait: Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplū, vt sequamini vestigia eius, qui peccatū nō fecit, nec inuētus est dolus in ore eius, qui quū male diceretur, nō maledicebat: quū pateretur, non cōminabatur. Tradebat autē iudicanti se iniultē, qui peccata nostra tulit in corpore suo sup lignū, vt peccatis mortui, iustitię viuam, cuius liuore sanati sumus. Et iterū, Christo ergo passo in carne, & vos eadem cogitatione armemini, qui passus est in carne, desit a peccatis, vt iā non desideris hominū, sed voluntate Dei, quod reliquum est viuat tēporis. Iuuet ergo exclamare cū Paulo: Mihi abſit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quē mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Qui enim Christi sunt, carnē suam crucifixerunt cū vitiis & concupiscentiis, qui Paulū cōmonentem, & audiunt & imitantur, dicentē: Mortificate mēbra vestrā, quæ sunt super terrā, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiā, quæ est simulachrorū seruitus ac deponentes iram, indignationē, malitiā, blasphemiam, turpem sermonē de ore vestro, non mentientes, sed expoliantes vos vererē hominem qui renouatur in agnitionē Dei, secundum imaginē eius, qui creauit illū. Docet denique Christus, quā̀m absolutā obedientiā prestare erga deū nos oporteat,

Gloria nostra, in cruce domini.

Gala. 6.

Quomodo

crux post

Christū.

Coloss. 3.

in nostro mortali corpore, vt obediamus concupiscentiis ei. Itidē Petrus Apostolus ait: Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplū, vt sequamini vestigia eius, qui peccatū nō fecit, nec inuētus est dolus in ore eius, qui quū male diceretur, nō maledicebat: quū pateretur, non cōminabatur. Tradebat autē iudicanti se iniultē, qui peccata nostra tulit in corpore suo sup lignū, vt peccatis mortui, iustitię viuam, cuius liuore sanati sumus. Et iterū, Christo ergo passo in carne, & vos eadem cogitatione armemini, qui passus est in carne, desit a peccatis, vt iā non desideris hominū, sed voluntate Dei, quod reliquum est viuat tēporis. Iuuet ergo exclamare cū Paulo: Mihi abſit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quē mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Qui enim Christi sunt, carnē suam crucifixerunt cū vitiis & concupiscentiis, qui Paulū cōmonentem, & audiunt & imitantur, dicentē: Mortificate mēbra vestrā, quæ sunt super terrā, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiā, quæ est simulachrorū seruitus ac deponentes iram, indignationē, malitiā, blasphemiam, turpem sermonē de ore vestro, non mentientes, sed expoliantes vos vererē hominem qui renouatur in agnitionē Dei, secundum imaginē eius, qui creauit illū. Docet denique Christus, quā̀m absolutā obedientiā prestare erga deū nos oporteat,

Philip. 2.

quemadmodum diuus Paulus exponit: Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu, qui quū in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualē Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinē hominū factus, & habitu inuētus vt homo, factus est obediens patri vique ad mortem, mortē autē crucis. Proponit ergo in eadē cruce nobis exemplū resistendi peccato vsq; ad mortē, & libenter interitū suscipiendi, si ita res postulet p̄ pietate. Demonstrat enim corporis mortem timendam non esse, dū ipse prius pro omnibus dignatus est mori, & de morte triumphare. Diabolus p̄mittit suæ voluntatis sectatoribus vitam temporalem, & momentaneā voluptatē: Christus vero iulitiam vsq; ad mortem siticentibus vitā æternā. Et hic admodū suauē est gustare & sentire per mortem & passionē Christi factū esse, vt & afflictiones nostras, imò & mors ipsa (modo tantū eas dei respectu ac paciētē feramus) ipsi deo nō tantū grata sint & acceptę per Christū, sed & nobis salutare, habētes promissionem, quoniā si cōpatimur, & cum illo gloriificabimur. Non enim condignæ sunt passiones huius temporis ad futuram gloriā, quæ reuelabitur in nobis. Hæc est crux, quam tollere nos iubet Christus, & eum sequi, quā̀ gaudentes susceperunt Apostoli, & martyres Christi. In hac gloriatur apostolus Paulus. 2. Corinth. 11. Hæc qui intelligūt, in omnē fortunam erecti, cum fidei lob dicūt: Dominus dedit dominus abstulit. Sicut domino placuit, ita factū est. Sit nomē domini benedictū. Nouerūt enim, quod in p̄senti est momentaneū & leue tribulationis nostrę, supra modū in sublimitate æternū gloria pondus operari in nobis, nō contēplantibus nobis quæ vidētur, sed quæ nō videntur. Quæ enim videntur, tēporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna sunt. Hæc qui sciunt, ne mortem quidem abhorrent. Sciunt enim quod siue viuim⁹ siue morimur domini sum⁹. Sciūt quoq; quod mors ad eō nō separat nos a charitate Dei, vt & arctius copulauerit, quod sit via, per quam transimus a charitate imperfecta ad perfectam optabilis piis, sed horribilis impiis. Paulus clamat: Cupio dissolui & esse cū Christo. Et sancti patres morte piorū, transitus seu dormitationes, imò natales potius vocant, quā̀m mortem Christi verbum sequuti, dicentis, quod qui crederit in eum, non morietur in æternum, sed transeat a morte ad vitam. Sed alia longe ratio est de impiorum mor-

Resistenti peccato vsquo ad mortē

Aug. de symb. ad cathec. li. 1. cap. 3.

Mat. 10.

Afflictiones modo patienter ferantur salutare.

Roma. 8.

Iob 1.

2. Cor. 4.

Roma. 8.

Aug. de symb. ad

cathec. lib. 2. cap. 10.

Ioa. 3. 11.

Pfal. 33. teinam quæadmodū Propheta ait, Mors peccatorū pessima.

Descendit ad inferos.

Cur Christi ad inferos descendit.
Credimus Christū ad inferos descendisse, non quod ibi sit aliquid passus. Nā in cruce omnis passionis eius cōsummatio facta est, sed vt nobis frāgeret regnū satanæ. Descendit, nō vt illic cruciaretur, sed vt satanam cū omni potentia, propter quā princeps mundi huius dictus est, sibi & in se credentibus subiiceret, ac captiuam duceret captiuitatem. In *Acto. 2.* Christo enim verē cōpleta est propheta *Psalmi:* Nō derelinques animam meam in inferno, quemadmodū Petrus *Apostolus* de Christo p̄dictū in *Actis Apostolicis* interpretatur. Idē in prioris *Epistolæ* cap. 3. scripsit in hunc modū: Mortificatus autē carne, viuificatus autē spiritu, in quo & his qui in carcere erant, spiritu veniens prædicauit. Huc quoque spectat propheta *Osæ:* Ego mors tua, o mors, morsus tuus ero inferne. Et piē interpretantur, qui ad hunc articulū citāt, quod *Zacha. 9.* scribitur: Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos de lacu, in quo non erat aqua. Et quod *Eclesiast. 24.* sub persona Sapientiæ dictum legimus: Penetrabo inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in domino. Et pleraque alia ex *Psalms*, cum hoc articulo congruentia.

Tertia die resurrexit à mortuis.

1. Cor. 15. **I**N missæ symbolo canit ecclesia. Et resurrexit tertia die, secundum scripturas. Et Paulus *Apostolus* ait: Tradidi vobis in primis quod accepi, quod Christus pro peccatis nostris mortuus est, & sepultus est & resurrexit secundum scripturas. Nam triduana mors domini, passim & prædicta est & præsignata per prophetas. *Ionæ* enim propheta typus quod spectet, ipse dominus indicauit, quum ait ad *Iudæos:* Generatio hæc, generatio nequam est: signum querit & non dabitur ei, nisi signum *Ionæ* propheta. Sicut enim *Ionas* fuit in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita oportet esse filium hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus, quod per synecochen intelligitur. Porro in *Euangelio* nihil est quod tam sæpe inculcat Christus, tam euidenter prædicat, quam se passurum, & tertia die resurrecturum, vt postquam factum fuerit quod prædixit, inconcussa fide teneremus *Christi*

rum Deum & hominem, vt hæc omnia nostræ salutis causa perageret, de cælis descendisse. In passione hominē se declarauit mortalem, per quā quod infirmū ac fragile erat, absoluit. In resurrectione se Deū declarauit, & immortalē. *Qui* enim deuicta morte resurgit, nō potest esse mortalis. Atque ita decebat eū, propter quæ omnia, & per quem omnia, multos filios in gloriam adducentem, authorē salutis eorū per passionē cōsummari. Resurrexit ergo Christus pro nobis, sicut passus est pro nobis. Primum, vt eum quem authorē salutis nostræ agnosceremus, in quo omne præsidium incolumitatis nostræ collocamus, immortalem sciremus. Christus enim resurgens ex mortuis, iam nō moritur, mors illi ultra nō dominabitur. Deinde, vt nos simul cū illo per poenitentiam cōmortui peccatis, & per baptisma consequuti simul etiā cū illo in nouitate vitæ resurgeremus: vt quomodo Christus surrexit à mortuis pro gloria patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus, vt excitati per gratiam, ac spiritū ipsius, ipsi piē uiuendo, & in mandatis Dei ambulando, seruiremus. Traditus est ergo propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Si ergo complantati, facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Si mortui sumus cum Christo, credimus, quia simul etiam viuemus cū illo. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quod autē uiuit, uiuit deo. Ita & vos existimate, vos mortuos quidem esse peccato, viuentes autem Deo in Christo Iesu, mortificatos legi per corpus Christi, vt sitis alterius qui ex mortuis resurrexit, vt fructificetis Deo. Fructus autem spiritus sunt, charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas, aduersus quæ non est lex. *Qui* enim Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cū vitiis & concupiscentiis. Et iterum, Si confurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt querite, vbi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite, non quæ super terrā: mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cū Christo in Deo. Induite ergo vos sicut electi Dei, sancti & dilecti viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, supportantes inuicem & donantes vobismetipsis si quis aduersus aliquem habet querelā, sicut & Dominus donauit vobis, ita & vos. Super omnia autem hæc, charitatem habete, quod est vinculū perfectionis. Et pax Christi exaltet in cordibus ve-

Heb. 2.

Christus pro nobis resurrexit Rom. 6. Ibidem. Colof. 2.

Lucæ 1.

Roma. 4.

Roma. 6.

Roma. 7.

Fructus spiritus qui.

Gala. 5.

Colof. 3.

Deprecatio Paulina.

1. Cor. 15.

stris, in qua & vocati estis in vno corpore, & grati estote. Proinde pietissima oratio est Pauli ad Hebraeos: Deus pacis, qui eduxit de mortuis pastorem magnū ouium in sanguine Testamenti aeterni, dominū nostrum Iesum Christū, aptet vos in omni bono, vt faciatis volūtatē eius, faciēs in vobis quod placeat corā se, per Iesum Christū. Denique Christus surrexit primitiā dormientium, vt nobis certā spē resurrectionis faceret. Ipse est enim caput corporis ecclesie, qui est principium, primogenitus ex mortuis. Qui autem primus est, solus esse nō potest, neque caput deseret sua membra. Si enim (vt diuus Paulus colligit) Christus resurrexit, & nos resurgem⁹.

*Ascendit ad cælos: sedet ad dexteram
Dei patris.*

Christus ascendit secundū habitum assumptum & cur.

Philip. 2.

Hier. 23.

Ioan. 1.

Hebr. 2.

Psal. 67.

Ephes. 4.

Acto. 1.

Consummatis his quæ in terra gerebātur, & animabus de inferni captiuitate reuocatis, breuiter cōsummato redēptionis mysterio Christus ascendit in cælū, nō secundū deitatem, qua semper æqualis est patri, qua vbique est, & qua nusquam deest, sed secundum hominē allumptū, gloria & honore coronatū subiectis sibi omnibus, & quæ in cælo & quæ in terra. Ascendit vero vt propheta, & prophetā explicans Paulus, ait: Captiuam ducens captiuitatē, corporis aspectum subducens discipulis, & animos illorum ad cælestia subuehens, promittens dona spiritus, ex alto. Ascendit autem post quadraginta dies a resurrectione, intra quos seipsum discipulis suis viuum præbuit in multis argumentis apparens eis, & loquens de regno Dei.

Quomodo Christus sedet ad dexteram patris.

Aug. de symbo. ad cath.

lib. 2. c. 7.

Ephes. 1.

Acto. 7.

Sedet ad dexterā dei omnipotentis. Sessio ista nō est accipienda humano sensu, tanquā pater ad sinistrā, filius ad dexterā sedeat: sed per dexteram intelligenda est honoris æqualitas, regni consortium, & potestas, qua constitutus est Christus super omnes creaturas, & quæ in cælo, & quæ in terra, & quæ apud inferos sunt, sicut Paulus Ephes. scribit: Secundū operationē potentia virtutis eius quam operatus est in Christo Iesu, constituens eum ad dexterā suam in cælestibus super omnem principatum & potestatem & virtutē & dominationē, & omne nomen quod nominatur nō solum in hoc seculo, sed & in futuro. Sic Stephanus legitur vidisse cælos apertos, & Iesum stātem à dextris virtutis Dei. Et ipse

Christus sic futurum dixit: Veruntamen dico vobis, amodo videbitis filium hominis, sedentē à dextris virtutis Dei. Sedet qui sine solitudine gubernat vniuersa, stat paratus ad opitulandum omnibus ipsū implorantibus, sicut Paulus dicit: Habemus aduocatum in cælis. Secundum ergo hanc virtutem de cordibus fidelium nūquam discedit, nunquam suos derelinquit, sed semper potens est nos eripere de omnibus tribulationibus, angustiis, ac hostibus nostris, quemadmodum pollicitus est nobis, dicēs: Et ecce ego vobiscū sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.

Ascendit Christus propter nos, vt omnes illum spiritaliter amaremus, & ex æquo omnes animos in cælū tolleremus, scientes illic esse caput nostrū. Ascēdit Christus pro nobis præcursor, pandens iter, & securos nos de se reddens, vt fideliter speremus, ad ipsū nos posse peruenire, quæ credimus ad dexteram patris sedere, quemadmodum Paulus apostolus dicit: Habentes ergo pontificem magnum, qui penetrauit cælos, Iesum filiū Dei, teneamus spei nostræ cōfessionem. Ascendit caput nostrū in cælum, vt nō membra sua secū in cælum subleuaret, alioqui nunquam ascensuros. Nemo enim ascendit in cælū, nisi qui descendit de cælo, filius hominis qui est in cælo. Vis ergo ascendere in cælum ascendentem tene, etenim per te ipsum leuari nō poteris. Vis ascēdere: membrum illius esto, qui solus ascendit. Qui simul cōfiscitauit nos, simulque sedere nos fecit in cælestibus.

Vides quantem Christo deb eas, vt te à seruitute diaboli redimeret, factus est homo: & vt certus de liberatione tua esses, tradidit se in mortē, animā suā pro te posuit, tēque precioso sanguine suo cōemittit, vt in nouitate vitæ resurgeres, vt certa fiducia crederes te in die illo extremo, eodem quod gestas, sed glorificato corpore, reuicturum: ipse primus a mortuis resurrexit, vt scires vbi petēda sollicitas, vt hoc mūdo nō aliter quam peregrinus ac in transitu vtereris, aliā inquirens patriam, omnemque curam ad illam cælestem æternamque vitam transferres, subuehendus tandem in terrā uenturum, ipse primus ascendit in cælum, vt non timeres vel à mundo, vel à morte, vel à diabolo, sedet ad dexterā virtutis Dei, paratus misereri tibi: Ideo enim vt Paulus ait, debuit per omnia fratribus similari, vt misericors fieret & fidelis pontifex ad Deum, & vt repropitiaret delicta populi. In

*Mat. 28.
Cur sedere dicitur & cur stare.*

*Hebr. 6.
1. Ioan. 2.
1. Pet. 1.*

*Mat. 26.
1. Petri 1.*

*Aug. de symbo. ad cathec. lib. 2. c. 7.
Hebr. 4.
8. 9. 10.*

August. Ephes. 1.

Rememoratio beneficiorum. Christi.

*Ioan. 10.
2. Cor. 6.*

*Roma. 9.
1. Cor. 15.
1. Petri. 1.*

*1. Cor. 5.
1. Petri. 2.
Hebr. 10.*

*11.
Psal. 26.
Hebr. 2.*

Psal. 15. eo enim, in quo passus est ipse, & tentatus, potes est eis qui tē tantur, auxiliari. *Quid* facies igitur o homo qui tāta Christi erga te beneficia vides? *Exclama* cū Propheta: *Quid* retribuā Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Et si non habes quod retribuas, accipe ab eo quod illi offeras. Et dic cū Propheta, Calicem salutaris accipiā, & nomē Domini inuocabo.

Inde venturus est iudicare viuos & mortuos.

Duo christi aduentus
Aug. de fide & symbo. c. 82.
Mat. 24.
Mar. 13.
Luce 13.
Acto. 1.
Symbolum apostolicum duos Christi aduentus cōmémorat. Alterū, quo descendens de cœlis, humilis venit, vt per mortē & sanguinē suū captiuos redimeret, perditos repararet ac seruaret, de quo dictum est prius. Alterum, quo veniet conuenientissimo tempore ac die, quem nobis ignotū esse voluit ī gloria patris iudicatur⁹ viuos & mortuos. Quos ambos aduentus in scripturis cautē distinguere necessariū est. Reditus est autem in ea forma qua ascendit, attestantibus id ipsum quum ascenderet, angelis, ac dicentibus: Viri Galilæi quid statis aspiciētes in cœlum? Hic est Iesus qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum. Humana quidem specie cōspicuis, sed iam immortalitatis gloria resurgens.

Iudicium extremū.
Aug. de symbo. ad cathed. lib. 1. c. 4.
Rom. 14.
Ioan. 5.
Iudicabit autem viuos & mortuos: id est feret sententiā, & de viuis qui tum adhuc in aduentu suo supererūt, & de mortuis, nimirum omnibus, quotquot ab Adam vsque in eum diem defuncti sunt, tum subitō reuicturis, quæadmodū diuus Paulus ait: *Quod* nos qui viuimus, qui residui sumus in aduentu Domini, non præueniemus eos qui dormierunt. Oportet enim nos omnes fisci ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque ppria operis sui, prout gessit, siue bona siue mala. Pater enim omne iudicium dedit filio. Nec tantū homines, sed & angeli boni ac demones impij corā eo sistēt. Iesumque præsentem intebūtur, pij ad solatiū, impij ad terrorem. *Qui* hic iniuste pro nobis iudicari condēnariq; sustinuit, illic iudicabit orbē vniuersum, redditur⁹ cuique secundum opera sua. Et hæc forma iudicij, cū venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo, tum sedebit super sedem maiestatis suæ, & congregabūtur ante eū omnes gentes: & separabit eos ab inuicē, sicut pastor segregat oves ab hœdis:

Mat. 25.
ab hœdis: & statuet oves quidem à dextris suis, hœdos autem à sinistris. Tunc dicit rex his qui à dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei, possidete paratū vobis regnum à constitutione mundi. Esurini enim, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere, hospes eram, & collegistis me: nudus, & operuistis me: in firmus, & visitastis me: in carcere eram, & venistis ad me. Et quādiu fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tūc & rex his qui à sinistris eius erunt, dicit. Discedite à me maledicti in ignem æternū, qui paratus est diabolo & angelis eius. Esurii enim, & non dedistis mihi manducare: sitiui, & non dedistis mihi potum: hospes eram, & non collegistis me: nudus, & non operuistis me: in firmus, & in carcere erā, & non visitastis me. Et quādiu non fecistis vni de minoribus his, nec mihi fecistis. *Quæ* verba diligenter recolēda sunt, quibus docetur Christianus, se ex fide illa mortua, quā nulla comitatur fidei & dilectionis opera haud saluandū. *Quin* ad eō charitatis ac misericordię opera (sine quibus nemo verē fidelis seu Christianus cēferi potest) requiri, vt de cæteris penē omnibus sileatur. *Qui* enim dilectionem habet, omnia habet. Plenitudo enim legis dilectio est. Et finis præcepti, charitas est de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta. Nam et si quisque per fidem absque meritis propriis, ex impio fiat iustus, interim tamen manifestum est, fidē sine operibus fidei non prodesse ad salutem, in eo qui tempus habet operandi.

Cæterum totū hoc iudiciū non humano more, sed in momento punctoq; tēporis geretur, & tamen verissimē geretur. Nec enī opus est morosa discussione, quādo patebūt omnia cordiū arcana, quādo sua veniente dānabit conscientia, sicut Apostolus ait: Testimoniū illis reddente cōscientia ipsorum, ac inter se inuicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus in die, quū iudicabit Deus occulta hominum. Corpora quoque tūc ad immortalitatem immutata, non occupabunt (quemadmodū nunc) spaciū loci, iuxta triplicē dimensionem, longi, lati, & profundi, vt nemo demirari debeat, vbi sītēdi sint omnes homines, qui tot annorū millibus ab orbe condito fuerunt, & tamē erunt verissimē eadē corpora, quemadmodū circa articulū resurrectionis mortuorum latius dicitur. *Quod* autē scriptura ita loquitur, perinde atq; humano more iudiciū hoc extremum

Fides mortua nō cōfert ad salutem.

Plenitudo legis, dilectio.

Rom. 11. August.

Iudicium extremū in momento peragetur.

Roma. 2.

1. Cor. 15. Corpora post resurrectionem subtilitatis.

peragendum sit more suo facit, at tēperans sermonem ad hū manum captum, obsecundans tarditati nostrā.

*Reditur^o
ppter nos
& cur.*

*1. Thes. 4.
Mat. 25.
Roma. 2.*

C Redimus autem Christum propter nos venturū iudicare viuos & mortuos, vt pios a corporalī morte ac aliis omnibus angustiis liberatos, in regnū suū cœleste, vbi perpetuū cum eo erimus, subuehat. Impios verò debitis pœnis afficiat, quemadmodum ipse dixit: Et ibunt hi, nimirū impij, in ignem æternum: Iusti autem in vitam æternā. Itidē beatissimus Apostolus ait: Qui reddet vnicuique secundum opera sua, his quidem qui secundum patientiā boni operis, gloriā & honorem & incorruptionem quærunt, vitā æternā: his autē qui sunt ex contentione, & qui non acquiescūt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio, tribulatio & angustia in omnem animā hominis operantis malū, Iudæi primū & Græci. Non enim est personarum acceptio apud Deum. Proindēque omnes pij hūc aduentū cum summo desiderio morantur, expectantes beatam spem & aduentum gloriæ magni Dei, & saluatoris nostri Iesu Christi, semper orantes, vt Deus pacis sanctificet eos per omnia, vt integer spiritus eorum & anima & corpus sine querela in aduentu Domini nostri Iesu Christi cōseruetur, scientes quia fidelis est qui vocauit eos, qui etiam faciet. Diligentibus enim aduentum eius, magna re promittitur beatitudo, quemadmodum Pauli testimonio comprobatur. De cætero (inquit) reposita est mihi corona iustitię, quam reddet mihi Dominus iustus iudex in illa die: non solum autem mihi, sed & his qui diligunt aduentum Domini.

*Act. 18.
Tit. 1.*

1. The. 15.

2. Tim. 4.

*Cur dies
aduentus
domini
nobis
ignotus.*

V Oluit autem Dominus hunc diē aduētus sui nobis esse ignotum ad excitandum nos, quo semper in officio & ea qua vocati sumus vocatione, parati inueniamur. Proindēque apud Marcū, Dominus ita Euangeliū suū claudit: Videte & vigilate & orate: nescitis enim quando tempus sit: sicut homo qui peregre profectus, reliquit domum suam & dedit seruis suis potestātē cuiusque operis, & ianitori præcepit, vt vigilet: Vigilate ergo, nescitis enim quando dominus domus veniat, serō, an media nocte, an galli cantu, an mane: ne quum venerit repente, inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico. Vigilare. Vigilemus ergo & oremus, quia breuis est & incerta ista vita, & nescimus tempus quando venturus est dominus.

*Aug. in
Symbol.*

Credo in spiritum sanctum.

S Vbsequitur etia symboli pars, quæ spiritui sancto tribuitur, in primis declarās eius diuinam naturam quā habet cum patre filiōque cōmunem, salua distinctione proprietas personarū, subinde dilucidē exprimes, qui per spiritum sanctum in Christi corpore, quod est ecclesia, gubernatio. Spiritus interdum pro flatu aëreo accipitur re inconstanti, volubili & instabili, secundum quam appellationē non oportet aliquid simile imaginari de spiritu sancto. Sed frequentius in scripturis, generali vocabulo, spiritus dicitur, quicquid incorporeum est. Sic in Euangelio dicitur: Spiritus est Deus, quod omnibus personis iuxta diuinam naturā cōmune est. Sic & angeli spiritus dicuntur, sic & animus hominis spiritus appellatur, sed ratione incomparabiliter crafsiore. Peculiari autem appellatione in scripturis sanctis, tertia in diuinis persona, Spiritus sanctus nuncupatur.

*Tertia
partis
symboli
diuisio.
1. Cor. 12.
Spiritus
varie accipitur.
1. Sal. 148
Ioan. 4.
Hebr. 1.
Roma. 8.
1. Cor. 2.*

*Summa
symbol.*

C R E D O, &c. In exordio nostræ expositionis diximus summam apostolici symboli tribus verbis cōtineri, nimirū, Credo in Deū. Cætera enim quæ sequuntur, tres vnus eiusdemque deitatis personas, personarūque proprietates exponunt: quare si folius diuinitatis ratio habeatur, vnico contextu dicemus: Credo in Deum patrem, filium, & Spiritum sanctum: quemadmodū Athanasius in suo symbolo docet, fidē hanc esse catholicam, vt vnū Deum in trinitate, & trinitatem in vnitatem veneremur. In qua nihil prius aut posterius, nihil maius aut minus, sed totæ tres personæ coeternæ sibi sunt & cœquales. Illa ergo omnia quæ de Christo, post articulum, Et in Iesum Christum filium eius vnicum dominū nostrum: media intercedunt, ad incarnationis & passionis eius mysterium pertinent. In quibus tamen de Spiritu sancto non silebit, sed vt vna eadēque in trinitate diuinitas doceatur, subnequitur tertia Symboli pars, de qua principio dicemus:

*Cypria. 7.
symbol.*

C R E D O I N S P I R I T V M S A N C T V M. Diligenter enim hic retinenda est præpositio, I N, quæ manifestē declarat spiritum sanctum Deum esse patri filiōque cœqualem. Nam in quas personas pariter creditur, easdem necesse est cœquales, atque vnū Deum esse. Nemo enim in creaturam vllam credit, hoc est summā fiduciam collocat, sed in vno solōque Deo, sicut scriptū est: Audi Israël, dominus Deus tuus vnus est.

*Præpositio, in, Spiritus
ritus
deus.
Aug. in
Ios. c. 14.
Deut. 6.*

Mat. 22. Interrogati ergo de patre, an pater Deus sit: Respondemus
Mar. 12. Deus est. Interrogati de filio, eodem modo, quia Deus est. In
Luc. 10. interrogati deniq; de Spiritu sancto, pariter dicim⁹, quia Deus
August. de fide & symbol. cap. 9. est. Nō tamē tres dii, sed vnus est Deus, de quo meminit scri-
Rom. 11. ptura: Quoniā ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia: ipsi
honor & gloria in secula seculorū. Amen. Quāquam autem
omnium verissimū sit, in rebus creatis nullam reperiri posse
conuenientē similitudinē, per quā vel tenuiter hæc trini-
tas personarum in vnitāte deitatis intelligi possit: quę enim
ratio, aut quę similitudo incomprehensibili & ineffabili Deo
cōparari potest, quę admodum quoque suprā meminimus?
Tamen, cū venia diuinę maiestatis, sequuti diuū Augustinū,
ad iuuandā infirmitatem nostrā, aliquam afferemus similitu-
dinem in ea re creatā, in qua Deus noster, in scripturis appa-
ruissē dicitur, nepe igni. In igne tria cōspicimus, lumē, ignis
splendorem, & calorem, & quū sint tria, vnū lumē est, simul
exurgunt, simūlq; cōsistunt, nec ignis præcedit splendorem,
nec splendor calorem: & hæc nō confuse vnū sunt, simul opa-
rātur, & inseparabiliter operantur: aliud igni tribuitur, aliud
splendori, aliud calori. Nam quum ad ignem refertur visionem,
ibi operatur & splendor, & calor: & quum ad splendorē refertur
illuminationē, simul operatur & ignis & calor: & quū ad ca-
lorem refertur calefactionem, simul operatur ignis & calor &
splendor. Ita quum dicitur, quōd Deus fecerit mūdum, intel-
ligimus patrem, ex quo omnia, per filiū, per quem omnia, in
Spiritu sancto, in quo omnia mūdū condidisse. Et quū dici-
mus filiū p nobis incarnatū, & passum, intelligimus incar-
nationem & passionem filij operatū fuisse & patrem & filiū
& Spiritum sanctū, quem admodū superius quoque memini-
mus. Et quum peccatorū remissio tribuitur Spiritui sancto,
intelligimus totā trinitatē hoc donū inseparabiliter operari.
Hoc ob omnino rudes dixerimus. Nā illud mysteriū, quod
est ineffabile & incōprehensibile, nec verbis angelicis expli-
cari possit: quanto minus humanis: ppter ea temerē nihil de
inuisibilibus affirmemus tanquā scientes, sed tanquā creden-
tes, quoniā non nisi mūdo corde videri possunt: idque non
aliter in hac vita quā ex parte tantum, & in ænigmate.
Simpliciter ergo credenda est hæc personarum æqualitas.
Nā quid eō manifestus, quod Saluator in Euangelio ait:
Baptizātes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Hic

enim tres personas recenset, quibus tribuit parem potentia
virtutem & honorem remissionis peccatorū, & regeneratio-
nis nostrę, per baptismum. Et vt euidentius symbolū, quod
in missa canitur, æqualitatem Spiritus sancti in diuinitate cū
cæteris personis indicaret, addidit quasdam voces de spiritu
sancto, appellans illum dominum, & viuificantem qui ex pa-
tre filioque procedit, qui cum patre & filio simul adoretur &
conglorificetur, qui loquutus sit per prophetas.

SPIRITVM SANCTVM. Sanctum appellauit, quia vni-
cus est spiritus, natura sanct⁹, ex se omnia sanctificās quę san-
cta sunt: appellatur propterea à Paulo spirit⁹ sanctificationis
angelorū quidem hominū priorū spiritus. Sancti quoque dicū-
tur, at nō sanctificātes, sed sanctificati per spiritū creatorem.
Sanctus quoq; spiritus nūcupatur, ad discretione aliorū spiri-
tumum. Nā in scripturis legitur, Sauli fuisse spiritū à domino
malum, & spiritū mendacē in ore prophetarū, spiritū vertigi-
nis, spiritū pythonicum, spiritū fornicationum, spiritum ne-
quū, spiritū immundū, spiritū huius mundi, spiritū satanę, spi-
ritū tumidū & elatū. His omnibus spiritus sanctus cōtrarius
est, eicit eos. Nam dispellit omnē malitiam, pro ferocibus
mites reddit, deducit in omnem veritatē, reuelat scripturarū
mysteria, per fidē purificat corda, largitur verā charitatē, quę
nō cogitat malum, nec operatur perperā, inspirat huius mū-
di contemptū eximit ab omni cōsortio satanę, & subiectos
reddit Deo, quia spiritus Dei est, & spiritus Christi à patre fi-
liōq; procedens. A patre quidem, attestāte scriptura: Qui (in-
quit Christus) à patre pcedit, ille testimoniū perhibebit de
me. Et iterum: Nō enim vos estis qui loquimini, sed spiritus
patris vestri qui loquitur in vobis. A filio vero, quum Euan-
gelium dicat, quōd filius post resurrectionem mittens disci-
pulos suos prædicare Euāgelium, insufflauit in faciem ipso-
rum, & dixit: Accipite Spiritū sanctum. Et Apostolus ait: Si
quis spiritum Christi non habet, hic non est eius.

Haber autē spiritus sanctus in scripturis diuersa nomi-
na secundum diuersas operationes. Digitus Dei, dicitur
in quo Christus eiciebat dēmonia. Spiritus paraclēt⁹,
id est consolator, qui confirmat & cōsolatur nos in omni tri-
bulatione nostrā, seu aduocatus. Ipse enim postulat p nobis
gemitibus inenarrabilibus, id est, ad postulādū nos incitat &
impellit. Spiritus rectus, quōd deducat nos in viam rectā à

*Symbolū;
Constan.*

*Vnic⁹ spi-
rit⁹ natu-
ra sanct⁹
Roma. 1.*

*1. Reg. 15.
3. Re. 22.
1. Re. 23.
Acto. 16
Luca 11.*

*2. Cor. 12.
1. Cor. 16.
1. Cor. 12.
1. Cor. 13.*

*1. Cor. 14.
& 15.
Roma. 8.
1. Cor. 5.*

*Mat. 10.
1. Cor. 20.
Roma. 8.
Spiritus
sancti di-
uersa no-
mina in
scripturis.*

*Luca 11.
Mat. 10.
2. Cor. 1.
Psal. 50.*

terrenis affectibus, quibus inambulamus, nos purgans, & ad cœlestia subuehens à circuitu, in quo impij ambulans, reuocans, & in viam rectam mādatorum domini reducens. Spiritus principalis, quod confirmet nos, vt nullis perturbationibus à Christo separari valeamus, nullis terroribus recedere, nullis cruciatibus infirmari. Spiritus bonus quem dat Deus perentibus eum, diffundens charitatem in cordibus nostris, Spiritus adoptionis filiorū Dei, in quo clamamus: Abba pater. Tribuitur autem in primis Spiritui sancto bonitas, quoniam per ipsum fit remissio peccatorum, & largitio donorū, quibus ornat animam abolitis peccatis. Itidē charitas, quia per ignem amoris sui congregantur & conglutinantur fideles, sicut membra corporis nostri coherēt integra beneficio animi seu spiritus nostri.

Roma. 8.
Luc. 11.
Roma. 5.
Roma. 8.
Galat. 4.
Rom. 12.
1. Cor. 12.
Ephes. 4.

Quomodo
in spiritū
sanctum
credentiū.
Ioan. 14.
15. & 16.
Ioan. 3.
Roma. 8.
Acto. 11.
1. Cor. 6.
Ioan. 16.
Ber. in ser
mone dici
Pentec. 1.
Spiritus
sanc. mor-
tificat. &
uiuificat.
Galat. 5.

2. Cor. 5.
Ephes. 1.

Roma. 8.

Credimus ergo in Spiritū sanctū Deum, cum patre & filio. Credimus quod in illo pater per Christum, & in Christo omnia operatur, omniāque viuificat ac fouet. Credimus quod hoc ducente & gubernante, per filiū veniemus ad patrē, quod per hunc à Deo patre cū filio agitemur, excitemur, vocemur, ac trahamur. Credimus quod ille per eā fidē quæ in Christū est, donetur, quod per eum inhabitantē, efficiamur templum Dei, sicut dicit sanctus Paulus: Templū enim Dei sanctum est, quod estis vos. Et iterū: Nescitis quia corpora vestra templum sunt spiritus sancti, qui in vobis est, quē habetis à Deo. Credimus quod hic est, qui conscientias nostras reas arguit de peccato. Cui enim dubium est, aliū spiritum spiritui nostro in æquitate frigidum, tum aduenisse, cū feruore accenditur pœnitentiæ? Neque enim qui lethali crimine occubuit, seipsum rursus accedere potest, vt ad Deum suū reuertatur, nisi accedat alius, hoc est Dei spiritus, ipsum diiudicans. Credimus quod hic spiritus mortificet in nobis carnales cōcupiscencias, quod extinguat opera carnis, & motus in nobis excitet, & fructus gignat spirituales. Est itaque certissimū pignus vocationis voltræ, quoniam quum sentimus opera eius in nobis, id est cōuerſionem animarū nostrarum ad Deum viuentem, & cætera quæ diximus: ipse spiritus reddit testimoniū spiritui nostro, quod sum⁹ filij Dei. Si autem filij, & coheredes: heredes quidem Dei, cohæredes autē Christi. Quo imbuti, cū fiducia clamemus: Abba pater. Nā qui hoc spiritu vacant, mundano spiritu imbuti, falso dicunt

Christo, Domine domine: quia hoc spiritu carent, nō facientes voluntatem patris, nec fructus spiritus: proinde que secūdū Ioannis testimonium, nemo Iesum appellat dominū, nisi in spiritu sancto. Dominum enim Iesum appellare nō potest quisquam, qui se illi totum nō committit & subdit quod fit spiritu sancto docente. Ergo fratres (vt diuus Paulus inquit) debitor sumus, nō carni, vt secundum carnem viuamus. Si enim secūdum carnem vixeritis, moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Quicumque enim spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei.

Nolo tamē, vt intelligas hanc motionem animi tui esse ipsum Spiritū sanctum, estū in scripturis interdū sic nominetur, nimirū quod sit gratia & opus Spiritus sancti ab eo proficiscens, quæ non substantia, sed accidens in nobis est. Ad eum modū orat Paulus, vt hic spiritus integer p̄ſerueret in nobis, hoc est spiritus sancti gratia. Atque huius gratiæ respectu, quā operatur spiritus sanctus in cordib⁹ fidelium, homo ex corpore, animo, & spiritu humano cōpositus sapenumero, caro, carnalis, seu animalis apud Paulum appellatur, quod quicumque ex spiritu sancto non fuerit renatus, mentem, rationem, & voluntatem carnalibus desiderijs ita obſtam teneat, vt regnum Dei videre non possit.

Sanctum ecclesiam catholicam.

Hic sermonis vis mutatur: omittitur enim p̄positio, I. N. Nō enim dicit symbolum, Credo in sanctā ecclesiā, & cætera quæ sequuntur, sicut superius dixi: Credo in Deū patrem, & in Iesum Christum filium eius vnictū, & in Spiritum sanctum: sed tantum, Credo sanctā ecclesiam catholicam, id est credo ecclesiam à Deo congregatā esse nō in sanctam ecclesiam, vt in Deum. Hac ergo p̄positionis syllaba creator discernit à creaturis, & diuina separatur ab humanis.

SANCTAM ECCLESIAM. Proximo articulo didicimus, spiritum omnia sanctificantē: hic ecclesiam audimus ad illo sanctificatā. Ecclesia Græca vox est, ab ἑκκλησιῶν, quod est euocare. Vnde ecclesia quasi euocata concio. Fides enim (vt ait Paulus) ex auditu est: auditus autem per verbū Christi. Qui ergo per verbum Christi euocati sunt à simulachris mortuis ad Deum viuum, ab ignorantia tenebris ad lucem Christianæ veritatis, & obtemperarunt, ecclesia Christi dicuntur. Ec-

Qui spiri-
tū christi
non habet
is frustra
appellat
Deum.

1. Cor. 15.
Roma. 8.

Aug. de
tri. libr. 5.
cap. 14.

1. Thes. 5.

Aug. de
fide &
sym. cap.

19.
1. Cor. 2.

Ioan. 3.

Cypri. in
symbolū.

Credimus
sanctā ec-
clesiā, non
in ecclesi-
am.

Ecclesia
quid signi-
ficet.

Roma. 11.
1. Petr. 2.

*Ecclesia duplex.**Aug. in ench. 65.**Apo. 7.*

clesia autē duplex est, militans & triūphans: vtrunque complectitur hic articulus. Triumphans est cæterus ille beatarum animarum cum Christo regnantium, qui de mundo & diabolo triumphauit, & regnat cum Christo securus in cæternū, quē Apocalypsis describit. Hi (inquit) sunt qui venerunt de tribulatione magna & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni, & ideo sunt ante thronum Dei, & seruiunt ei die ac nocte in tēplo eius: & qui sedet in throno, habitabit super illos: non esurient neque sitient amplius, nec cadet super illos sol, neque vilius æstus: quoniam agnus qui in medio throni est, reget illos, & deducet eos ad fontes aquarū, & absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum.

*Militans bifariam consideratur.**Aug. de fide ad Pe.**Tit. lib. 7. contra doctrinam.**Apoc. 2.**1. Cor. 12.**Rom. 12.**Ephes. 4.**Tit. 2.**2. Tim. 2.**Ecclesia visibilis.**Aug. de fide ad Pet. cap. 45.**Boni & mali in ecclesia quomodo.**Mat. 15.**1. Cor. 5.*

VT ad ecclesiā militātem veniamus, hæc bifariam consideratur. Primū strictius, quatenus dicimus eos esse in ecclesia, qui ita sunt in domo dei, vt & ipsi domus dei, seu templum spiritus sancti, qui constituit vrbem illam beatam Hierusalem de cælo descendente, à Deo paratā, constructā viuus ex lapidibus, de quibus dixit Apostolus: Multi vnū corpus sumus in Christo lesu, quos & alibi vocat populum emundatum ab omni inequitate, acceptabilem Deo, sectato rem bonorū operum. Ecclesia vtro earum accepta soli Deo nota est, quemadmodum idem Apostolus ait: Cognouit dominus qui sunt eius. Verum ad eum modū non oportet accipere Ecclesiæ vocabulum, vbi vel Christus de audienda Ecclesia præcipit, vel patres post Apostolos de autoritate Ecclesiæ disserunt. Hanc enim quæ audiēda est, & cuius autoritas sequenda, nobis cognoscibilem atque ad eō visibilem esse oportet. Secundo ergo Ecclesia consideratur, vt cōplectitur omnes qui habent communionem professionis fidei, doctrinæ, & sacramentorum, secundum catholicam & apostolicam traditionem. Ad hunc modum, nimirum quod ad eam societatem attinet, tam boni quàm mali, per quandam colligantiam eiusmodi professionis ac exterioris participationis sacramentorum, sunt in Ecclesia Dei: mali tamen non secus quàm palea est in frumēto. Et quemadmodum humano corpori plerunque adhærent membra, aut mortua, aut arida, aut putrida, aut languida, quæ nonnunquā refecanda veniunt, ne cætera membra horum contagione inficiantur: interdū toleranda, ne fortē si abscindantur, totum corpus in periculum veniat, quæ etsi membris viuus in vitali spiritu nō com-

municēt, colligantia tamen quadā viuus adhærent, proindeque adhuc corporis mēbra dicuntur & corporis esse partes. Ita de ecclesia ad hunc modum accepta sentiendum est, vt sit populus in vnā professionem fidei & communionem sacramentorum vocatus, cohærens saltem secundum vnitatem professionis, & visibilem quandam Chistianæ fidei formam. In quo cœtu & bonos & malos dicimus esse permixtos, qui etsi non sint colligati omnes vnitatem spiritus & vinculo charitatis, colligati tamen sunt secundum vniōnem vniuersaliā signaculi fidei, & corporaliter coniuncti secundū visibilia pietatis sacramenta: quauis nonnulli inter eos sint impij, peccatores, auari, fornicatores, & id genus homines, secundum exteriorē fidei professionem, formam quidem pietatis habentes, virtutem tamen eius abnegantes.

AD hunc modum accipientes ecclesiā, excludimus ab ea tum excommunicatos, tū hæreticos, schismaticos, itē & paganos. Excommunicatos quidē q̄ publico ecclesiæ iudicio ab exteriori ecclesiæ cōsortio, donec resipiscant, separati sint. Hæreticos autem & schismaticos, quod sua sponte ecclesiam exierint, deseruerintque, eandem & contemnentes & persecuentes. Paganos verò, quod ecclesiā, veluti in qua nec sint nec vnquā fuerint, nulla ex parte agnoscant, secundum nullā, nec exteriorē quidē & visibilem formam religionis & sacramentorū ecclesiæ vnquā adscripti seu coagulati. Nec dubium est, magnū discrimen esse inter hos, quos à consortio ecclesiæ penitus secludimus, & illos quos certa ratione vti membra, licet inutilia, ab ecclesiæ vniōne non repellimus. Nā gentes, itidē manifestos hæreticos, schismaticos: & excommunicatos, quauis ecclesiæ mēbris cohærent, & secundum exteriorē politā cū ecclesiæ mēbris conuerterentur, nemo tamen eos ecclesiæ mēbra dixerit, quod secus est in Christianis, quāuis publicē peccatiuibus, ab ecclesiā tamen consortio nondū refecatis, scripturis id apertissimē docentibus. Paulus Apostolus ad Corinthiorum ecclesiā scribēs, culpā ipsos, quod audiretur inter eos fornicatio talis, qualis nec inter gentes. Et statim apertum discrimē facit inter fornicarios & sceleratos fratres ac fornicarios ac sceleratos huius mundi, quod illos vti mēbra contagiosa tolli ac segregari, & vt fermentum malitiæ ac nequitiae, cōmixtum massæ, expurgari iubeat, donec resipuerint, quæ ad

*Qui ab ecclesia sint exclusi.**1. Cor. 5.**1. Ioan. 2.**Ioan. 2.**Aug. li. 7. contra Donat.**Discrimē inter exclusos ab ecclesia & inter peccatores nondum refecatos.**1. Cor. 5.*

*Paulus ex
cōmunicat
fratrem in
castrum.*

modum ipse illic incāstum fratrem excommunicat, ac sarnæ in interitū carnis tradit, vt spiritus eius saluus fiat in die domini non tolleret autem nec segregaret, nisi eum intus in ecclesia fuisse fateretur. At hos nempe fornicarios ac sceleros huius mundi, ibidē penitus foris esse dicit, & eos ad suū iudiciū non pertinere. Quid enim mihi (inquit) de his qui foris sunt, iudicare? Nonne de his qui intus sunt, vos iudicatis? nam eos qui foris sunt, Deus iudicabit. Auferte ergo (vt subdat) malū ex vobis ipsīs. Hæretici ergo ac schismatici manifesti, nō intus, sed foris esse dicuntur, vt qui secundum verbum

1. Ioan. 2.

Apostoli recesserint, & nō permanserint in doctrina Christi: qui ex nobis prodierunt, sed non erāt ex nobis: nam si fuissent ex nobis, permāssissent vtiq; nobiscū, quibus ne vel Aedicamus, vel hospitium præbeamus, idem Apostolus verat, ac Paulus hæreticum hominē post vnā & secundam correptionē deuitari præcipit, quod fubuersus sit qui eiusmodi est, & delinquat quum sit proprio iudicio condemnatus. Quod si (vt omnes solent hæretici) se ecclesiæ membrū esse simulet, statim vt innouerit, ecclesiā exiisse, ac palmitem arefactū esse, ecclesiastico sarculo rescindendus est, ne viti officiat.

*Cū hereticis non
communi-
candum.
Tit. 3.*

Ioan. 13.

*Malos
suo modo
in ecclesia
esse cōpro-
batur.*

ET ne quis hoc discrimen vanum esse putet, sed intelligat Christianos vitæ, licet non satis inculpatæ, ac carnaliter viuentes, atq; adeo lethalibus criminibus contaminatos (modo tamen pacem integram, tum quod ad fidei professionem ac doctrinam, tum quod ad sacramentorum participationem attinet, cum membris viuus retineant) ad prædictum modū in ecclesia esse, Christus ecclesiā suam, aream vocat, quæ continet paleam & triticum: Sementem quoque fœminatā in agro, in quo quum superfeminatur lolium, succrescant simul zizania & triticum. Sagenā item in mare missam, atque ex omni genere piscium cōgregatē, malosque pisces simul cum bonis permixtos habentem. Itidem vineam, in qua sunt palmites, non tantum vuas, sed & labruscas faciētes. Regnū etiam cœlorum appellat ecclesiā, quod cōfert decē virginibus, quinque prudētibus, & quinque fatuis. Denique quæ admodum in arca Noë, animalia munda erant simul cū imundis, ita & in ecclesia, quandiu in hoc mūdi pelago iactatur, bonos habebimus & malos.

Mat. 3.

Luca 13.

Mat. 13.

Mat. 20.

Ioan. 15.

Mat. 25.

Gene. 7.

*Cypri. ad
Dioc.*

Hæc autem nosse oportet omnem Christianum, ne existimet ecclesiam propter malorum permixtionē dese-

rendam, & aliam quærendam. Verum in omnibus (vt Augustinus ait) tenēda est beatissimi Cypriani plenissima charitatis pietatisque sententia, dicentis. Quamquam in ecclesia videamus esse zizania, non tamen debet perturbari aut fides aut charitas nostra, neque de ecclesia recedere debemus ob id quod zizania in ecclesia esse cernimus, quin potius vbi videmus ecclesiam opprimi per impios, hic fidei articulus, quæ tractamus, nos confirmabit, ne desperemus, sed sciamus ecclesiam esse permanfuram, & nauiculam iactandam quidē, sed non submergendam.

Secundo, vt intelligamus non extenuandā ecclesiæ auctoritatē, multo minus ab ecclesia recedendum ob id quod interdū cathedrā occupent Pontifices vitæ non satis inculpatæ, aut quod in ecclesia præcidere cōspiciamus criminofos, modō tamen p legitima ordinatione ius & potestati ministerij acceperint, & in cōmunionē permanserint. Si quidem eum qui semetipsum constituerit Episcopū, nemini succedēs, nemine legitima ordinatione episcopatū dante, quantumlibet sub se congreget multitudinem populi, & dicat se seruare ac docere quatuor Dei euangelia, apostolicam scripturam, & fidem & charitatē cū cæteris ecclesiis non posse tamen ecclesiæ membrum esse, palam est. Ecclesiæ ergo ordinē autoritatēque ob malos tantummodo mores ministorum labefactare, planē schismaticū est. Nā & si tales ecclesiæ ministri, vitam ducentes improbatam, spiritu careant, quod ipsi sancti sunt & iusti: quandiu tamen ecclesiæ membra sūt, & ab ecclesia tollerētur spiritu sanctum, qui Christi & ecclesiæ ministerij, quæ per eos agūtur, afsistit, habent per quæ in ecclesia peccata remittunt, ac sacramentum efficaciter impertuntur. Neq; enim ideo nō sunt efficacia sacramenta, quæ per malos tractantur. Omnia enim sacramēta, licet indignè tractantibus ob sint, profunt tamen per eos dignè sumētibus.

In ministris enim, quatenus ministri sunt, nō attēdimus meritum diuersitatē, sed tantū virtutē ac potestati eius cuius munere funguntur. Non enim pendent sacramenta ex dignitate ministrorum, sed ex mādato & ordinatione diuina Clamat cōtra Corinthios Paulus, quod æstimarunt baptismi gratiam à ministris, dicētes: Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego verō Cephæ, ego verō Christi: quasi diuinus esset Christus, vel Paulus, vel Apollo pro ipsis crucifixi, aut

*Aug. cō-
tra. Cres.
grāmat.
cap. 31.*

Mat. 16.

Mat. 14.

*Ob malos
pontifices
non exte-
nuāda ec-
clesiæ au-
thoritas.*

*Iren. con-
tra heres.
li. 4. cap.
43. 63.
Tertu. de
prescrip.
hære.*

*Cyprian.
Sacramē-
ta efficaci-
ter conse-
crantur per
malos mi-
nistros.*

*Vt sacra-
mentorum
exordina-
tione Dei
1. Cor. 1.*

1. Cor. 3. in nomine Pauli, & non potius Christi baptizati essent. Proindeque grauius arguit eos, vt schismatis reos, dicens: *Qui sit inter vos zelus & cōtentio, nōne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Quid enim Apollo? quid verò est Paulus? Ministri eius cui credidistis. Ego quidem plantaui, Apollo rigauit, sed qui incrementum dat, Deus. Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus. Hac de re multæ insignes in scripturis sententiæ extant. In euangelio Ioānis legimus Baptistæ testimonium:*

Ioan. 1. *Qui (inquit) misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris spiritum descendentem & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto, similiter apud cæ-*

Mat. 3. *teros Euāgelistas, Ego baptizo vos aqua, ille autem baptiza-*

Marc. 1. *bit vos in Spiritu sancto. Docet idem aperta Christi senten-*

Lucæ 3. *tia, honorem etiam deferens in dærorum cathedræ, in qua-*

Mat. 24. *tamen impij sedebant: Super cathedrā (inquit) Moyū sederunt*

Mat. 8: *scribæ & pharisei, quæcunque dixerint, facite. Et iterum: Va-*

Lucæ 17. *de, & ostende te sacerdoti. Itidem alibi: Ite, & ostendite vos*

Lucæ 10. *sacerdotibus. Et quid aperti⁹ eo quod ait: Qui vos audit, me*

audit, qui vos spernit me spernit: Vbi ministerij authoritatē

à ministris in se trāsfert. Baptizatus ergo ab immundo sacer-

dote, nihilo secius mundatur, nō ab immundo, sed à Christo

Ephes. 4. *qui intus baptizat in homine, in quem oportet totā spem*

ponere. Maledictus enim qui confidit in homine.

Tertio hac nosse oportuit, vt sciamus malos in Ecclesia

Dei præfidentium mores, non tanti estimandos, vt nos

dubitare faciant, vbinam sit ecclesia Christi, quod hac

tēpestate multis vsu venit, qui fluctuāt ab omni vëto doctri-

næ, à nobis recedētes, & in angulum aliquem se recipientes,

dicere incipiūt: Ecce hic Christus, ecce illic. Sic enim fieri nō

oportuit. Notas & signa habemus longè certissima, quæ nos

de ecclesia vbinam sit, dubitare non sinunt. Principio nemo

negat in ecclesia sinceram doctrinam, euangelicam & apo-

stolicam esse oportere. Et hæc præcipuā esse ecclesiæ notam,

iuxta illud, Oues meæ vocē meam audiūt, & quod est apud

Paulū, Si quis prædicauerit aliud Euangelium, anathema sit.

Mat. 22. *Sed hæc nota non statim defendet nos ab hæreticis. Nam & apud se solos esse*

Marc. 13. *Christi fidē, sacramenta, & scripturas, sed aut mentiuntur de-*

Luc. 17. *torquētes scripturas, aut grauius fallūt. Nam & Cyprian⁹*

Cyprian⁹ *certissima signa ecclesiæ catholicæ*

Ioan. 10. *Galat. 1.*

ait: Scripturas si seruarent, ecclesiam Christi cognoscerent, & in ea permanerent. Quærenda est enim ecclesia in scripturis sacris, vbi manifestè cognoscitur, quibus designatus ipsa ab Hierusalem incipiens crescere, & inde per apostolos diffusam in omnes gentes, secundum seriem successiones durans ad hæc vsque tēpora. Quisquis ab hac ecclesia catholica fuerit separatus, quantumlibet se laudabiliter viuere existimet, hoc solo scelere (q̄ à Christi vnitatem se iunctus est) non habebit vitam aternā, sed ira Dei manet super eum. Quisquis autem in hac ecclesia bene vixerit, nihil ei præiudicāt aliena peccata, quia cōmunio malorū nō maculat aliquē cōmunionem sacramentorū, sed cōsensus factorū. Hæc est ergo sola religionis Christianæ machina, quæ cunctas hæreses semel abolet. Ipsa, inquam, concors doctrina omnium sanctorū patrū, secundum tuorum temporū successiones, cōcorditer reddentium testimonium verbis Christi, & primitiue ecclesiæ cōsuetudini.

Quod vt paulò euidētius fiat, ex scripturis manifestū est, ecclesiæ colligantiam, nō tantum constare aliquorum hominum cōsensu, in vnam aliquam fidei professionem, sacramentorumque cōmunionem, aut in eadē Euāgelia, eadēdemq; canonicas scripturas, sed præter hæc, ordo in ecclesia retinēdus est, veluti quidā ecclesiæ nexus, non quem humana præsumptio adinuenit, sed quā Christus instituit, qui in ecclesia sua omnia ordinatissima esse voluit, singulaque mēbra sua officiis defungi, diuidens vnicuique gratiā, prout vult. Proindeq; posuit ac dedit quosdam apostolos, quosdam autem prophetas, alios verò Euangelistas, alios autē pastores, & doctores, ad cōsummationem sanctorum, in opus ministerij, in edificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionē filij Dei, in virū perfectū, in mensuram plenitudinis Christi. Et cur hoc necessarium fuerit, continuo addidit, dicens, vt iam non simus paruuli fluctuantes, & circūferamur omni vento doctrine in nequitia hominum. Officia ergo Christus in ecclesia disceuit, non parem membris omnibus tribuens potestatem, sacerdotalem instituens functionem, cui annexit nō humanam, sed planè diuinam potestatem, nempe prædicandi Euangelij, remittendi & retinēdi peccata, dandi spiritum sanctū, claudendi & aperienti regnum cælorum, cōficiendi corpus & sanguinē domini, ac cætera sacramēta ecclesiæ ministrandi. Hanc po-

Aug. ad circ. epi- sto. 159. Ad Do narij. 160. epist. 160. Luc. 24.

Successio patrū legitimā.

Colligantia ecclesiæ quibus consistet. Ordo ecclesiæ membris.

1. Cor. 12. **Ephes. 4.**

Christus in ecclesia disceuit officia.

Lucæ 22. **1. Cor. 4.**

testatem collaturus Christus Apostolis, iā renatis ac spiritu sanctum habentibus, post resurrectionem insufflans, dixit: *Mat. 18.* Accipite spiritum sanctum. Quorum remisieritis peccata, remittuntur eis. Hanc insufflationem Augustinus ac ceteri patres, peculiarem gratiam ac potestatem interpretantur, quæ per traditionem infunditur baptizatis, quum per manus impositionem ritè ordinantur, de qua dicit Apostolus ad Timotheum, Noli negligere gratiam Dei, quæ in te est per impositionem manuum presbyterij. Visibili ergo ordinatione per Christū instituta, per Apostolos dein facta, & in nos cōtinua successione serie deducta, ad retinendam ecclesiæ unitatem quàm maximè opus erat.

Ioan. 10. *Mar. 16.* *Mat. vit.* **N**am nunq̄ schismatū fuisse finis, nisi Christus non tantū inuisibili, sed & visibili iussione ac sacramēto, apostolos suos misisset, dicēs: Sicut me misit viuens pater, & ego mitto vos. Et iterū, Euntes in mundū vniuersum prædicare Euangeliū omni creaturæ, baptizantes eos in nomine Patris & filij, & Spiritus sancti, docentes eos omnia seruare quæcunque præcepi vobis. Quomodo enim prædicabunt, nisi mittantur, vt Apostolus ait? Non enim tutò vlli hominū creditur, se inuisibiliter missum aut à deo vnctum esse dicenti, quum & Paulus Apostolus & Barnabas visibili sacramēto segregandi erāt apostolica autoritate ad ecclesiastica ministeria. Et Paulus Titum officij commonens, ait: Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt corrigas, & cōstituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi. Querenda est ergo ecclesia apud eos, apud quos est concors doctrina & legitima episcoporum successio, ab Apostolorum temporibus ad hæc vsque tempora deducta.

Act. 13. *Tit. 1.* *Legitima episcoporum successio ecclesie nota.* **Q**uod patres apertissimè docēt, & in primis Irenæus vtuatissimus episcopus, qui non multo post Apostolorū tempora floruit, hanc sententiā passim inculcat. Nā lib. 4. aduers. heret. c. 63. sic habet: Agnitio vera (nimirum ecclesiæ) est apostolorum doctrina, & antiquus ecclesiæ status in vniuerso mundo, & charactere corporis Christi, secundum successiones episcoporum quib⁹ illi eam quæ in vnoquoque loco est, ecclesiā tradiderunt, quæ peruenit vsque ad nos, custodita. Et post pauca. Et præcipuum dilectionis munus (subaudi ecclesiā habet) quod est preciosius quàm agnitio, gloriosius autem quàm prophetia, omnibus autē charismatib⁹

supereminens. Et eiusdem libr. cap. 45. (vbi refert se audisse presbyterum, qui audierat ab his qui Apostolos viderāt) ait: Vbi igitur charismata domini sunt posita, ibi discere oportet veritatē, apud quos est ea quæ est ab apostolis ecclesiæ successio quod hinc confirmat, quia posuit deus primo in ecclesia Apostolos, & c. Eandem sententiam lib. 3. cap. 1. 2. 3. 4. & 5. aduersus hæreticos grauissimè ac luculentissime defendit vindicans autoritatem & traditionē ecclesiæ: quæ ab Apostolis per successione presbyterorū custoditur, quoniam vsq; ad nos. Et eiusdem astruens unitatem: Plenissima (inquit) est hæc ostensio, vnā & eandem viuificatricē fidem esse, quæ in ecclesia ab Apostolis vsque nunc sit conseruata, & tradita in veritate. Et ne quis putaret solius fidei successione sufficere, libro quarto capit. 43. ait: His tantum presbyteris obediendum qui successione habēt ab Apostolis, qui cum episcopatus successione, charisma veritatis secundum placitum patris acceperunt. Reliquos qui absistunt à principali successione, & quocunque loco colliguntur, suspectos habendos, vel quasi hæreticos & malæ sententiæ, vel quasi scindētes & elatos, & sibi placentes, aut rursus vi hypocritas, quæstus gratia & vanæ gloriæ hoc operantur, qui omnes à veritate decidunt. Et hæretici quidem (vt subdit) alienum ignem offerentes ad altare Dei, id est alienas doctrinas, à cœlesti igne comburentur, quemadmodum Nadab, & Abiu: & qui exurgunt cōtra veritatem & alios adhortantur aduersus ecclesiā Dei, remaneant apud inferos, voragine terræ absorpti, quemadmodū qui circa Chore, Dathan, & Abiron. Qui autem scindunt & separant unitatem ecclesiæ, eandē quam Hieroboam penā percipiunt à Deo. Hæc ille. Cui reliqui sancti patres vno ore omnes assentiuntur ac subscribunt. In primis autem Tertulianus libro de præscrip. hæreticorum, vbi docet episcopum principalem in vnaquaque ecclesia habuisse auctorem vel Apostolum, à quo ius & potestatem sacerdotij acceperit. Idem Cyprianus passim: ex professo verò in Epistola ad Antonianum. Eos docet esse schismaticos, qui se præpositos constituunt sine vlla ordinationis lege, qui nemine episcopatum dante, episcopi sibi nomen assumunt. Cui Hieronymus accedit: sine charismate (inquit) & episcopi iussione, neque presbyter, neque diaconus ius habent baptizandi. Denique vt ceteros fileamus, diuus Augustinus clara voce

Schismatici qui se ipsos præpositos cōstituant.

Num. 16.

3. Re. 14.

Cyprianus ad Antonianum. Hieron.

August. pronunciat eos extra ecclesiā esse, qui relicto Episcopo Dei, succedanea ordinatione præsentente, aut sibi metipsis, aut semetipsos constituunt præpositos, primates, & episcopos.

Plebs non habet potestatem pro suo arbitratu ministros ecclesiæ constituendi. Vbi in primis eos perstringit, qui etsi ecclesiæ ordinariam potestatem verbis ornent, tamen re ipsa confundunt, asserentes apud ecclesiā, hoc est promiscuum populum, ius esse constituendi ministros, modo hi qui titulum habent ordinariæ potestatis, dare nolint. Interpretanturque ecclesiā eam, quæ habet purum verbum Dei absque omni alia nota. Ordinarios, autem tum nolle dare dicunt, quum non statim dant quos ipsi petunt homines reprobos circa fidem, quo hoc contendunt, ut plebs aliqua malè persuasa, se tantum purum Dei verbum habere, contēnat ecclesiasticam ordinationem, & ministros legitimè constitutos pro suo arbitratu reiiciat, & sibi metipsi constituat magistros prurientes auribus, & huc torquent scripturas, afferentes illud: Cauete à pseudoprophetis.

Ioan. 10. Et illud: Oves meæ vocem meam audiunt. Et hoc: Si quis aliud Evangelium prædicauerit, præterquam quod prædicatum est vobis, anathema sit. Imò non tantum scripturas torquent, sed & patres citant, in primis Cyprianum, quasi is plebi potestatem fecerit interpretandi scripturas, desituendi ac constituendi pro suo arbitratu ministros, quum tamen Cyprianus in eo quem citauimus loco diuersam sententiam accerrimè tueatur. Aderunt ergo, quod Cyprianus habet epistol. 4. vbi ait: Propter quod plebs obsequens præceptis dominicis, & Deum metuens, à peccatore præposito separare se debet, nec se ad sacrilegi sacerdotis sacrificia miscere, quum ipsa maximè habeat potestatem, vel eligendi dignos sacerdotes, vel indignos recusandi. Sed ipsi videre nō volūt hanc epistolam de hæresiarchis, Martiale & Basilide scriptam esse, & in hoc scriptā esse, ut doceat, plena diligentia, & exploratione sincera, oportere ad sacerdotiū deligi eos, quos Deo confiteri fore acceptos, non tantū suffragio plebis (quanuis & plebem adhiberi conuenerit, ut præsentē plebe, vel detegantur malorum crimina, vel bonorū merita) sed legitima & iusta ordinatione accedente, nimirum sacerdotali auctoritate, alioqui cōpetet in plebem, quod per Oseam Dominus dixit:

Dilutio. Sibi met regem constituerunt, & non per me. Propterea (ut ibi subdit Cyprianus) de traditione diuina, & apostolica obseruatione seruandum est & tenendum, ut ad ordinationes

ritè celebrandas, ad eam plebem cui præpositus ordinatur, episcopi eiusdem prouinciæ proximi quique conueniant, & episcopus eligatur plebe præsentē. Et post pauca: Quāuis Domini voce prædictum sit, deficiente mundo, bona quoque deficere, mala verò ac aduersa proficere. Non sic tamen, quāuis nouissimis temporibus in ecclesiā Dei, aut euāgelicus vigor cecidit, aut Christianæ virtutis & fidei robur elanguit, ut non sit portio sacerdotum quæ minime ad has rerum ruinas & fidei naufragia succumbat: sed fortis & stabilis, honorem diuinæ maiestatis, & sacerdotalem dignitatē plena timoris obseruatione tueatur. Apertè ergo Cyprianus diffinit aliud esse eligere, ac nominare hominē, qui incipiat esse pastor aut episcopus, quod permissum est plebi aliud constituere pastorem, quod proprium est Apostolorum, & eorū qui ipsi succedunt. Vt enim scriptura habet, Apostoli constituerūt diaconos, presbyteros, ac episcopos per loca, & ciuitates. Denique aliud esse instituire sacerdotium, seu episcopalem potestatem quod proprium est Christi.

QUOD autē Cyprianus ait, licere plebi separare se à peccatore & sacrilego sacerdote: vel intelligendum est de eo qui extra legitimam ordinationem ecclesiā exiens, cathedrā occupat: vel si malis generatim intelligere, cognoscēs aliud esse vitare personam vitii corruptam maximè cū ecclesiæ legitimo iudicio à consortio resecta sit: aliud verò separare se à cathedra: hoc est aliud esse, cōtemnere corruptā vitā hominis in cathedra sedentis: aliud, cōtemnere sacerdotalem potestatem: nam & hæc in malis episcopis honoranda est, non vita. Hanc fuisse Cypriani sententiam, ipse ubique testatur & exemplo declarat. Nam & ipse (ut beatus inquit Augustinus) cum avaris & rapacibus, non solum laicis & clericis, sed & episcopis, atque pōtificibus, panem Domini manducabat, & calicem bibebat, nec tamē terrebarur verbo Apostoli iubētis non commiscere illis, nec cibum sumere: sufficiebat enim illi à talibus corde seiungi vita & moribus distingui, qui non poterat ab eis corporaliter separari. Quare si plebs ex vita scelerata pastoris scandalizet, non separat se ob id à pastoralī potestate, non constituit sibi pro priet arbitratu parochum, sed expectet ecclesiæ iudiciū, quæ seruata lege Euangelij, debet tollere, malos ac contumaces à communione. Interea autem sequatur plebs Euangelij præ-

Mat. 21.
Mar. 15.
Luc. 21.

Act. 14.
Tit. 1.

*Sacerdota
lis potestas
cui in ma
lis hono
randa.*

*August.
Quid agē
dū plebi,
cui præse
ctus mal'
pastor.*

Mat. 18.

Mat. 23. ceptum: Quæcunq; dixerint vobis, facite: secundum opera verò facere nolite.

Plebs non est deservendi iudicium de puritate doctrinae.
Iam quod de puro verbo adseruit, non est audienda plebs, vindicâs sibi censuram & autoritatem de puritate verbi cognoscendi. Nâ si quibuslibet licebit de puritate scripturæ & doctrinæ pronunciare, tot erunt ecclesiæ, quot sunt hæreticorum capita. Quis enim ignorat omnes schismaticos superbia inflatos, aut miserabili cæcitate deceptos, dicere se tenere scripturas, & rectè sentire de domino nostro Iesu Christo, nomen Christianum fortiter iactantes? Neque enim sibi blandiantur (vt inquit Hieronymus) n̄ de scripturarum capitulis videantur sibi affirmare quod dicunt. Nam & diabolus de scripturis nonnulla est loquutus, & scripturæ non in legè do, sed in intelligendo consistunt. Alioquin (vt subdit) si licentiam sequimur, possumus & nos quoque noui vobis dogma componere, vt afferamus in ecclesiam non recipiendos, qui & calceati sunt & duas tunicas habent, ex cap. 9. Lucæ de toto, sed puritas doctrinæ expendenda est, non secundum traditionem præsentis, aut huius, vel illius particularis ecclesie, huius vel illius interpretis, sed secundum traditionem ab initio à temporibus apostolorum, concordia patrum sententiâ ad nos vsque deductâ. Non enim ideo quia Cyprianus, aut Hieronymus, aut Augustinus ita docuit, sed quia ecclesia Christi ab initio secundum successiorem, seriè ad hæc vsque tempora deducta, ex scripturis sic credidit, tenuit, docuit, & prædicauit, idem credendum ac docendum est.

Hierony. Mat. 4.

Vniuersa lux & perpetua traditio ecclesie.

Obiectio. Dilutio.

Quare nemo nobis opponat ecclesiam præsentem in singulis membris posse falli, aut ecclesiæ præsentis non licere novos fidei articulos cõdere. Neq; enim hoc dicimus, ecclesiam præsentem pro arbitratu suo posse diffinire & statuere de fidei articulis, sed doctrinam ecclesiæ dicimus eâ quæ spiritu Dei ab Apostolis in nos vsque, concors deriuata est. inuitur ergo præsens ecclesia antiq; fidei, antiquis scripturis ac traditionibus veteris ecclesiæ apostolicæ, cui hæc ecclesia per fidei spiritum copulatur.

Cum ecclesia quæ sit oriatur, quo recurrendum.

Si ergo (quemadmodum Ireneus lib. 3. cap. 4. pulcherrimè dixit) de aliqua quæstione disputatio est oportet ad antiquissimas recurrere ecclesias, in quib; cõuersati sunt Apostoli, & ab eis de pposita quæstione sumere quod certum est. Quid autem si neque [Apostoli quidem scripturas reliquis-

sent nobis? nõne oportebit ordinè sequi traditionis, quem tradiderunt his quibus committebant ecclesias, cui & barbari assenserunt, atramento scriptam habentes per spiritum in cordibus suis salutem? Hæc ille. Proindeque Paulus dixisse videtur: Si quis euangelizauerit vobis præter id quod accepistis, nimirum traditione, non scriptura.

Renæo consentit Augustinus contra Manichæos: Palam (inquit) est, quòd in re dubia ad fidem ac certitudinem valeat autoritas ecclesiæ, quæ ab ipsis fundatissimis Apostolorum sedibus, vsque in hodiernum diem durans, succedentium sibi tot episcoporum seriè, & tot populorum consensione firmatur. Iam si inspicientes veteris ecclesiæ traditionem & antiquissimorum patrum volumina, planè videmus veteris ecclesiæ doctrinam prorsus cum doctrina ecclesiæ præsentis conuenire, & in hisce quæ fidei sunt aciem, & statum ecclesiæ præsentis, esse antiquo statui consentaneum, & ecclesiam Christianam in præsentiarum credere & obseruare, quemadmodum credidit & obseruauit ecclesia, quæ fuit, quum Bernardus ageret in humanis: Et ecclesiam eam, quæ atate Bernardi fuit, in eisdem fidei rebus ita credere, & docere: quemadmodum tota ecclesia Christiana, quæ Bernardum sexcentis, & multo pluribus annis antecessit, quæ & baptizabat infantes, & pro defunctis orabat, & ieiunia commendabat, & vota obseruabat, & sanctorum intercessionis nõ respuebat, ac alia nunc in contentione vocantur, tradebat. Insanimus profectò, si concordia & vestutissima ecclesiæ traditione relicta, schismaticis assentiamur.

Et vt nunc occurrat aliquid quod vel apertè scripture testimonio, vel synodorum generalium autoritate apertè decisum nõ sit, sed inter dubia cõputetur, sua cõsura, & autoritas etiam præsentis ecclesiæ subrahenda nõ est, ad quam Christus vltimum iudicium retulit. Præterea præsens ecclesia potestatis habet instituendi ordinationes & ritus ecclesiasticos, ad fidem charitatèmq; adificandam alendamque quarum finis quum huc tendat, vt in ecclesia omnia (secundum diui Pauli præscriptum) ordine ac decenter gerantur, vt sint pædagogia ad secretiora mysteria capessenda, & sacra reuerentius tractanda, vt sint imagines pietatis, & fidei in oculos, & aures influentes, vt sint fulcimenta virtutis, & stimuli quidam nos admonentes, quid à quo, quo tempore, quòve pacto susci-

2. Cor. 3. Gala. 1.

Aug. cõtra Manichæos.

Præsens ecclesia credit quæ admodum primitiua.

Ecclesiæ censura in rebus dubiis.

Mat. 18. Finitis caeremoniarum.

1. Cor. 15.

1. Cor. 14.

pi, agi, tractarique in toto isto ordine conueniat, omnino cō-
temnenda non sunt. Quæ tamen ab ecclesia sic instituitur,
non vt charitati (modo absit scandalū) interdum cedere non
debeant, sed potius vt fidem & charitatem prouehāt, quales
sunt ieiuniorum, feriarum, ac alij innumerij pij ritus, qui huc
spectant, vt expeditiores simus ad audiendum verbum Dei,
sacramenta participandum, & seruendum Deo viuenti, &
proinde non tantum viles, sed & necessariæ sunt in præsentī
ecclesia, quæ multos carnales complectitur, quibus manu-
dūctio opus est. Quare qui has spernit & reicit, aut vt mera
figmenta hominū irridet, aut à Deo veritas esse dicit, is cum
Deo & discipulo eius Paulo pugnat. Nā vt cetera sileamus,
prior ad Corinthios epistola latis ostēdit, quā fuerit diuus
Paulus in ritibus istis pijs ordinandis, atque ad eō obseruan-
dis sollicitus, vt pronunciarit reiciendos secus sentientes. Si
quis (inquit) vult contentiosus esse, nos talem consuetudine
non habemus, nec ecclesia Dei.

Ceremo-
nia in ec-
clesia ne-
cessariæ.
Paulus ce-
rimonias
astruit.

1. Cor. 12.

Primiti-
uæ ecclesiæ
in euēdis
mysterijs
maior sciē-
tia sine e-
ruditiō.

Luc. 23.
presentis
ecclesiæ
par clauis
authori-
tas.

Claves

quid.
Diversi-
tas parti-
cularium
rituū non
soluit ca-
tholicam
cōmunio-
nem.

August.

Denique vt præsens ecclesia nō sit eiusdē illuminationis
& reuelationis, cuius illa fuit, quæ sub Apostolis, & sta-
tim post Apostolos erat, quod ad docēda ac tradenda
Christianæ fidei mysteria atque doctrinas attinet, quōd Apo-
stoli ac ipsorū proximij successores, ecclesiæ primitiuæ colū-
næ arctius testimoniū de his quæ viderāt, perhibere poterāt,
qui & ipsū Christū, illiusque opera viderunt, & doctrinā ex
sacratissimo ipsius ore perceperunt, manifestationēque diuini
spiritus in signis & prodigijs assequuti sunt, quib⁹ & ipse Chri-
stus post resurrectionē aperuit sensus, vt intelligerent scriptu-
ras prophetarū. Præsens tamen ecclesia eadem authoritatem
habet, quam illa primitiua, quod ad clauis ecclesiæ traditas
attinet, quæ nihil aliud sunt quā potestas ecclesiastica in
docendo verbo Dei, in sacramentis, ceterisque mysterijs Chri-
sti dispensandis, in remittendis ac retinendis peccatis in ex-
cōmunicando ac reconciliando criminosos ac contumaces, ac
alijs eiusdem generis, de quibus suo loco latius dicemus.

Iam neminē offenderet, quōd singularē ecclesiæ suos interdū
ritus nō admodū cōsentientes habeant. Hæc enim diuer-
sitas fidei ac charitatis cōmunionē nō dissoluit, præsertim
quum idem finis sit, & idem scopus, quæ singuli in his rebus
(vt diximus) intendunt: multo minus quōd patres interdum
diuersa tradere vidētur. Nam quōd extra eos articulos, quos

ecclesia catholica traditione diffiniuit (cui illi scientes nun-
quam repugnarēt) salua fidei compage, & spiritu charitatis,
interdum dissonant non ducimus absurdum, quōd in his nō
immobili sententia diffiniendo locuti sunt. Comperta est enim
pietas fidei in eis non vacillare, quoniā omnia (in vnitae
ecclesiæ vsque in vita finem manentes, ad fidei adifica-
tionem, & ecclesiæ concordiam alendam dixerunt.

EX quibus omnibus manifestum euadit ecclesiam Dei,
quod ad exteriorem colligantiā & communionē atti-
net, vsque in finē seculi habituram permixtos bonos &
malos, etiā secundū rationem membrorū. Deinde quōd ob
malos mores vel præsentium in ecclesia, vel membrorum
ab ecclesiæ vniōne recedendum non sit, sed semper ecclesiæ
authoritas quærenda, ne perpetuo vel ob malos mores præ-
sentium vel ecclesiæ membrorum, etiam mortuorum, hareca-
mus, nū in corpore veræ ecclesiæ simus, necne. Denique ad quā
regulam scripturæ interpretatio & dubiarum rerum, quæ in
ecclesia occurrunt, determinatio exigenda sit.

Interim tamen, quod & supra diximus, non inficiamur, ad
ecclesiam strictius acceptā, quatenus scilicet in ecclesia
esse dicuntur, ex quibus ciuitas Dei constat tantū vitæ spiri-
tualis participes, & sibi mutuo in spiritu charitatis cohæren-
tes pertinere, ad quem modū Ecclesia est corpus Christi my-
sticum, seu cōgregatio fidelium, in vnitae fidei & charitatis
vinculo, sub vno capite Christo militantium, ipsique capiti
(ex quo totū corpus per nexu coniūctionēque subministra-
tum & constructum crescit in augmentum Dei) per viam
fidem & charitatē cohærentium. Quā hic symbolū appellat
sanctā, id est mundam, ac purā, quanquā & sancta recte dicitur,
quōd sit Deo cōsecrata: sicut sanctū domino dicitur, quod
est illi sacrū. Denique quod ad eam rationē, qua sanctū in ui-
olū appellamus, ecclesia omnino inuiolabilis est, fundata su-
pra firmam petrā, id est Christum, adeō vt ne portæ quidem
inferorū aduersus eam præualere possint. Talem ecclesiā cō-
stantem tantum ex membris participibus vitæ spiritualis &
occulta quadam connexionione in spiritu charitatis cohærenti-
bus, apostolus Paulus describit Ephe. 5. Christus (inquit) dile-
xit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt exhiberet ipse sibi gloriosam
ecclesiam, nō habentē maculam, aut rugam, aut aliquid hu-

Epilogum.

In eccle-
sia strictē
accepta so-
li prædesti-
nati.

Ephe. 1.

Colos. 1. 2.

Ephe. 4.

Ecclesiæ
cur sancta
dicatur.

Luc. 2.

Mat. 16.

iuscemodis: sed vt sit sancta & immaculata, nutritq; & fouet eam quia membra sumus corporis eius & de oisibus eius.

Sym. Cōstant.

Vnit. as ac charitas, mutua ecclesia peculiaris. Ephes. 4.

NEc pratermittendum censemus, quod missę symbolū (vt quæ vera sit ecclesia, manifestus reddat) vnam sanctā dicit: nam ecclesię catholicę nihil ita peculiare est quàm vnitatis: proindeque inter alias notas, quauia membra ecclesię dignoscuntur, hæc est, quod supportant inuicē in charitate, sollicita seruare vnitatē spiritus in vinculo pacis. Vnum (inquit Apostolus) corpus, & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestrę, vnus dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus & pater omnium, qui est super omnes & per omnia & in omnibus nobis. Vocati ergo sumus in vnitatem spiritus, vt veritatem facientes, in charitate crescamus in illo per omnia, qui est caput, Christus, ex quo totum corpus compactum, & connexum, per omnem iuncturam subministrationis secundum operationem in mensuram vniuscuiusque membri augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate. Et alibi: Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundē actū habent: ita multi vnus corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra: habentes autē donationes secundum gratiā, quæ data est nobis, differentes, & cetera quę sequuntur. Hęc in Canticis describitur in hunc modum: Vna est colūba mea, perfecta mea, vna est matri suę, electa genitrici suę. Hęc est tunica illa inconsutilis, desuper contexta p totum quæ scissa non fuit, de qua Christus dixit apud iohannem: Et erit vnum ouile & vnus pastor.

1. Cor. 10.

Ioh. 19.

Ioh. 10.

Aug. de bapt. contra Don.

lib. 5. c. 27

Cant. 4.

Ephes. 1.

2. Tim. 1.

Cant. 2.

Prædestinatorum

tres gradus.

Galat. 5.

Hęc describitur hortus cōclusus, soror mea spōsa, fons signatus, puteus aquę viuę, paradysus cū fructu pomorū. Quod intelligere non audet Augustinus, nisi in sanctis & iustis, non auaris, fraudatoribus, rapacibus, ebriosis & inuidis, quibus baptismū habuisse cum iustis cōmune est, cū quibus nō habent communem charitatē. Numerus ergo iustorū, qui secundū propositum vocati sunt, de quibus dictum est: Nouit dominus qui sint eius: ipse est hortus cōclusus, fons signatus, puteus aquę viuę, paradysus cū fructu pomorū. Ex hoc numero (vt subdit Augustinus) quidā spiritualiter viuūt, & supereminentē viā charitatis ingrediūtur, & cum præoccupatum hominē in aliquo delicto intendunt, instruit in spiritu lenitatis, ne & ipsi tententur. Et cū forte ipsi præoccupan-

tur, reprimitur in eis aliquantulū, nō autem extinguitur charitatis affectus, rursusque resurgēs inardescens pristino cursui restituitur. Norunt enim dicere, Dormitauit anima mea præ radio, confirma me in verbis tuis. Quidam verē adhuc carnales & animales prouectus suos inuicē exercēt, & vt cibo spiritali hīat idonei, sanctorum mysteriorū lacte nutriuntur, ea quæ in prauis moribus, populari etiā iudicio manifesta sunt, in Dei timore deuītāt, & vt minus minusque in rebus terrenis & tēporalibus delectētur, vigilantissimē satagūt, regulam fidei diligenter inquitā firmissimē tenent, & si quid ab ea deuiāt, citō authoritate catholica corrigūtur. Ex numero etiam eorū qui nequiter viuunt, aut etiā in hæresibus vel in gētilium superstitionibus iacent, nouit dominus qui sunt eius, qui nobis quidem foris esse videntur, Dei autē præsciētia intus sunt, ipse enim nouit si cōuertantur ad eū & viuāt.

Psal. 118.

Tit. 2.

Ecclesiam nō habere maculam quō accipiendum.

Ephes. 5.

1. Cor. 1.

1. Ioh. 2.

Aug. lib. retr. c. 19.

Mat. 6.

Luce 11.

Ecclesia cur catholica dicatur.

Ecclesia nō est affixæ vlli loco.

Galat. 3.

Rom. 2.

Acl. 10.

Ioh. 8.

1. Petr. 2.

Hebr. 12.

Quod ergo diximus, sanctā ecclesiam nō habere maculam aut rugam, intelligendū est de criminibus lethalibus, a quibus omnes qui Christiani sumus, & possumus, & debemus abstinere, opitulante spiritu Christi, qui cōfirmabit nos vsque in finē sine crimine in die aduētus domini nostri Iesu Christi. A leuiorib; autē, quis dicere potest se mūdū esse? Sed hi neui verius sunt quàm maculæ, facile diluibiles. Aut quod dicimus ecclesiam non habere maculā, aut rugā, non sic accipiendum est, quasi iam sit tota pulchra, sed quod ad summam puritatē enitatur, & a Deo præparetur, vt tādē gloriosa appareat. Nunc enim propter quasdam ignorantias & infirmitates membrorum suorū habet ecclesia, vnde quod tidie tota dicat, Dimitte nobis debita nostra.

CATHOLICA M. Ecclesia sancta appellatur catholica, hoc est vniuersalis, protendens palmires suos in qualibet & loca & tēpora, tum praterita, tum præsentia, tum futura, secundū seriem successione, nascentium & decedentium continuata sub vno duce inuisibili, Deo in vnitare fidei & religionis. Proindeque hæc ecclesia nō est affixa vlli loco regioni, genti, aut familiz, dicēte scriptura: Nō est distinctio Iudæi, & Græci, Non est personarum acceptio apud Deū, sed in omni gēte & loco, qui timet Deum, acceptus est illi. Quicumque ergo ab Adam in præsens vsque tempus fuerunt, ac deinceps vsque in consummationem seculi erunt, de fide in vnū Deū & Christum eius, quem sancti ab orbe cōdito in spiritu vē-

Mat. vii. turum & diaboli regnū destructurū nouerunt consentientes, vnus eiusdemque fidei & spiritus uiuificantis signaculo ob signati, de ecclesie mēbris sunt, nouerint se mutuo necne. Sufficit enim scire hanc societatem spiritu Christi conglutinatam, in orbe semper fuisse & vsque in consummationē seculi futuram. Viderunt sancti ab orbe condito diē Christi, & gauisi sunt. Viderunt autē partim diuino & supercœlesti lumine illustrati, partim diuinis promissionibus innixi, quæ statim post Adæ lapsum (ne desperaret homo) insonuerunt de semine, quo conterendū foret serpentis caput, & in quo benedicerētur omnes gentes. Proindēque manifestū est, & veteris & Noui testamenti vnā eandēmq; ecclesiā esse fundatam, super fundamentum prophetarū & apostolorum, hoc est Christū, qui vtriusq; testamenti fons est, & vtriusque populi fundamentum, lapis ille angularis quo vterque populus connectitur. Vocamus ergo ecclesiā catholicā, quod ramos & palmites suos per vniuersam terrā extendat. Quemadmodum dominus pronunciauit ecclesiā ab Hierusalē incipientē crescere, donec perueniat in omnes gentes. Prædicabitur totū orbē. (inquit) Euangeliū regni in vniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet consummatio. Et iterum, Mut. 24. Oportebat Christū pati, & in nomine eius prædicari poenitentia & remissionem peccatorū per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalē. Et alibi: Eritis mihi testes in Hierusalē, in Iudæa & Samaria & vsq; ad vltimū terrę: nō quod necesse sit, ecclesiā in dies maiore fieri, sed quod quotidie accrescant noui palmites ex gentibus: aut rursus, non quod nulla sit natio, vbi in preseniarum non vigeat fides, quod possibile sit, nonnullas adhuc esse gentes, quibus Euangelium prædicatū non sit, sed quod finis seculi vterus nō sit, donec Euangeliū salutis in omnibus gentibus prædicatū fuerit: Ex quibus omnibus est consequens, hæreticos insanire, qui asserunt totum terrarum orbem apostatasse, & fidem tantū apud se remansisse, & à sua parte in quodam terræ angulo stare.

Utr autem symbolum misse addat, apostolicā superioris exposuimus ac docuimus, Spiritū sanctū remittentem peccata, non alibi residere, quā apud ecclesiā apostolicā, cui Iesus dixit: Accipite spiritū sanctum: quorum remisertis peccata, remittuntur eis. Hic enim spiritus copulatur & sociatur omnia ecclesie membra, non secundū corporalem con-

gregationem, in vnā patriam, prouinciam, regionem, sed secundum spiritualem copulam, in vno fidei sacramento, in vna professione, in vno grege in vno ouili, sub vno pastore, sub vna cathedra.

DEnique nosse oportet ex scripturis duas Ecclesias esse, vnā Dei, alteram diaboli: vnā Christi, alteram satanæ: vnā priorū, alterā malignantiū. Prioris author est Deus, & sanctificator spiritus sanctus, de qua hic articulus loquitur. Alterius, diabolus, per apostatationē à deo. Duæ quidem ciuitates, quarū vtraque vti corpus quoddā crescit vsque ad consummationem seculi, de quorū ortu, progressū ac exitu insigne volumen edidit Augustinus, cui nomē à parte meliori indidit, de ciuitate dei. Constat autē ecclesia malignantium ex conuenticulis schismaticorum, hæreticorum, ac aliorum impiorum, aduersus ecclesiasticā hierarchiā tranquillitatem conspirantiū, quæ licet innumera sint, variis titulis se venditantia & inter se contraria, in hoc tamen conueniunt, quod vni ecclesie catholice nunquā nō insidiantur, aduersantur, ac bellū non incruentū mouent. Contra quæ hic articulus fiducia præbet, quod non praualebunt aduersus eam.

CRedimus ergo, vt huius articuli finē tandē faciamus, vnā tantū per totum terrarum orbem sanctā ecclesiā catholicam, quæ per Spiritū sanctū in vnitatem fidei colligitur, cōseruatur & gubernatur, quodque nullus saluari possit, vel qui de hac ecclesia non est, vel qui ab illa ritē resectus est, nisi se illi reconciliet. Quod fit quā per ecclesie ministros autoritate clauium in gratiam recipitur, nā & sæpe in scripturis, ecclesie ministri, iudices, rectores, moderatores, & pastores ecclesie dicuntur. Quemadmodū si diuo Chryso-stomo credimus, dictum est Marci 18. Si te non audierit dic ecclesie, id est ecclesie præsulibus ac præsentibus, quibus Christus ligandi ac soluendi potestatem commisit.

Sanctorum communionem.

Articulus iste potius explanatio est, proxime prioris, quā articulus nouus. Declarat enim quid intelligendū sit per sanctā ecclesiam, & quæ fructū referat qui ecclesie catholice viuum est membrum. Sancta enim ecclesia (vt paulo antè diximus) est cœtus & congregatio fidelis populi, vnū Deū, vnū Euangelium, vnā fidem, vnā spem, in vincu-

Ecclesia copula sub vno pastore, sub vna cathedra. Dna ecclesie altera dei, altera diaboli. Aug. de ciuitate. Dei.

Mat. 16. Extra ecclesie vnitatem nemo saluatur.

2. Cor. 2. Chrysost.

Sancta ecclesia quid Ephes. 4.

lo charitatis profitentiū, atq; eiusdem spiritus, eorundemq; sacramentorum participationem habentium. Credimus ergo, non solum in cælis, sed & in terris esse talem sanctorum societatem, spiritu Christi conglutinatā, idque arctissima cōiunctione mystici corporis cum capite ac inter se membrorum, ad eō ut in hac societate talis quædam sit cōmuniō omnium bonorū operū, inter omnes pios qui fuerunt ab initio mūdi, qualis est mēbrorum corporis inter ipsa societas. Proindeq; credimus aliorum omnium piorum hominum bene facta nobis subuenire, nos iuuare, defendere ac confirmare, donec tamē mēbra corporis, hoc est ecclesiæ fuerimus. Hinc est quod Christus nos orare docens, iubet non sibi quenque peculiariter aliquid rogare, sed velut vnus corporis membra eodem animata spiritu, quod in commune omnibus expediat, postulare, quemadmodum suo loco in expositione dominicæ orationis dicemus. Alter enim alterius onera portamus, & sic adimplemus legem Christi.

CAeterum extra hanc sanctorum cōmunionem, quæ est ecclesia, ne propria quidē benefacta conducunt cuiquā ad salutem, quālibet etiam in specie eximia. Quapropter etsi pro Christi nomine quis sanguinem fundat, tamē si in hac vita non tenuit ecclesiæ catholicæ vnitatem, non habebit æternam salutem. Nam si vnā sanctā ecclesiam, sanctorumque cōmunionē credimus (quæ est Christi corpus mysticum) consequens est, eum nullam cum sanctis cōmunionem habere qui hanc vnitatem deserit: in corpore quoque Christi mystico nō esse qui ab illa recedit: nec pertinere ad Christi præmia qui relinquit ecclesiā Christi: alienus est, prophanus est, hostis est, denique habere non potest Deum patrem, qui non habet ecclesiam matrem, in qua sola est remissio peccatorum. Et ideo sequitur.

Remissionem peccatorum.

EX superioribus manifestū euadit, non propter aliud factum esse, ut & pater mitteret filium & ipse filius susceperet hominem sanandū, & spiritus sanctus sua dona in nos effunderet, nisi nostræ animæ, à sarcinis peccatorū liberarentur. Suscepit quidem Christus totum hominem, & in animā & in corpore curandam, à cura tamē animi cæpit, tandem etiam corpori daturus foelicitatem, in

quin priorem curam animæ adhibendam esse quā corpori demonstrauit, quum paralyticum sanaret: Fili (inquit) con fide, remittuntur tibi peccata tua. Deinde quū vidisset peruersam Iudæorum mentē: Vt (inquit) sciaris, quia habet potestare filius hominis in terra dimittendi peccata, ait paralytico: Surge tolle grabbatum tuum, & ambula. Necessē est enim, ut prius interius sanus sit, qui exterius saluus esse desiderat, quemadmodum dominus alibi ait: Munda prius quod intus est, ut fiat, & id quod de foris est mundum.

CRedimus ergo in sola ecclesia Christi, neque vsquā ali bi esse remissionem peccatorum. In ecclesia, inquam, non hæreticorum sed sancta, catholica & apostolica, in spiritu Christi congregata, est remissio peccatorū per baptismum, & post baptismum per pœnitentiā & claus ecclesiæ datas. Baptismus quidem extra ecclesiam esse potest apud hæreticos baptizantes: in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: sed prodesse nō potest ad remissionem peccatorum, nisi baptizatus ante finem vitæ suæ, catholica ecclesiæ reconciliatus, redditus, & incorporatus fuerit. Quia & si habeam (inquit Apostolus) omnem fidem, & nouerim omnia mysteria charitatem autem (quæ in hæreticis & schismaticis se ab vnitare ecclesiæ separantibus non est) non habuero, nihil sum. Nam & in diebus diluuij neminem legimus extra arcā potuisse saluari. In ecclesia autem catholica, sanctum baptismum omnia prorsus delicta delet, & originalia & propria, ut amodo non impudentur. Innouat siquidem hominem per baptismum qui fecit illum, præuenit gratia etiam ipsam infantiam, ut sint liberi, per Christum liberati, qui in Adam à diabolo tenebātur antè captiui. Deoneratur anima sarcinis peccatorum, ut libertate nouæ vitæ induta, aduersus diabolū cum adiutorio diuino fortiter valeat dimicare, eumque à quo superata est, ita superet, ut in regnum Dei translata, de hoste de uictō securi regnet cum suo capite Christo. Quum ergo baptizati fuerimus, ducere vitam bonam in præceptis Dei debemus, ut baptismum custodiamus vsque in finem.

AT si post baptismum in peccata, quantum grauiā & crebra, ceciderimus, superest secūda post naufragiū tabula nepe pœnitentia, per quam lapsi in virtute sanguinis Christi donatur remissio peccatorum, ministerio clauium ecclesiæ in persona Petri traditarum: Tibi dabo (inquit)

*Mat. 9.
Mar. 2.*

*In sola ecclesia.
Christi catholica remissio peccatorū est.*

*Aug. de fide ad. 1. et. c. 37.
et seq. 1. Cor. 13.*

*Genes. 7.
Aug. de symb. ad cath. lib. 2. ca. 10. et libro ult. cap. 9.*

Baptizati quomodo agenda vita.

Hieron.

Mat. 16.

In societate sancto- rū cōmuniō bonorū operum.

1. Cor. 12. Oram⁹ p inimicem, ut vnus corporis membra

Mat. 6. Luca 6. Galat. 6.

Aug. 1. Cypri. de sim. prel.

Aug. de symbo. ad cath. lib. 2. cap. 10. Quo ordi- ne homo per Christi- stam cure tur.

claves regni cœlorum: & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque solueris super terram erit solutum & in cœlis. Et iterum Mat. 18. Amen dico vobis: Quæcūq; ligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcunque solueritis super terram, soluta erūt & in cœlo. Et hæc pœnitentiæ ianua non aperitur, nisi per spiritum sanctum illuminantem & conuertentem, quemadmodum Apostolus dixit. Ne forte det illis Deus pœnitentiam ad cognoscendū veritatem, & resipiscant à diaboli laqueis: sed de hoc suo loco latius. Tantum meminisse omnes debēt tunc demū remitti nobis peccata, si nos vicissim proximo remiserim⁹.

Hic locus foret non importunus de septem ecclesiæ sacra mentis dicendi, sed ne lectorem ad symboli finem properantem remoremur, peculiarem illis locum, statim post calcem huius explanationis reseruamus.

Carnis resurrectionem.

IAm diximus Christum totum hominem curandū & saluandū suscepisse. Constat autem homo anima & corpore. Anima rursus duas partes habet, rationale & vitalem seu sensitiuam. Rationalis (qua carent bestia) mens seu spiritus dicitur, qua Deo seruiamus, nō prius tamen quam hic spiritus noster, per spiritus sancti gratiam exoneratus à peccatis & innouatus fuerit. De qua parte dixit Apostolus: Mente serui legi Dei. Et iterum: Testis est mihi Deus, cui serui in spiritu meo. Altera pars, nempe vita, qua coniungimur corpori, anima dicitur: quæ quū etiam in electis & innouatis non omni no concupiscentiam carnalem exuerit, caro nominatur. Vnde dicitur, Mente serui legi Dei, carne autem legi peccati. Postremo, tertia pars, quæ tantum visibilis est, vltimū & infimum in nobis, corpus est nostrū. Iam natura corrupta refingitur, & perficitur, quum spiritus hominis subiicitur spiritui Dei, & quum sequitur ducētem Deum per veram fidem & bonam voluntatem, dein quum anima spiritui nostro per spiritum Dei innouato, ad bonā operationē subditur: quod non tam citō fit, quam spiritus noster spiritui sancto subiugatur: aliquanto enim tardius eius impetus, quo in carnalia & tēporalia defluit, refringatur. Et ideo assidua in nobis nec vixerimus pugna est, qua spirit⁹ concupiscit aduersus carnem, & caro concupiscit aduersus spiritum. Sed tamen quia

Pœnitentiæ effectus spiritus sanctus
 2. Tim. 2.
 Mat. 6.
 Marc. 11.
 Nō aliter remitti.
 peccata,
 nisi nos vicissim proximis remittam⁹.

Homo cōstat aīa et corpore.
 Aug. de fide & sym c. 10.
 Mens.
 Roma. 7.
 Anima
 Quomodo natura corrupta refingitur.
 Roma. 8.
 Gala. 5.
 Luca. 2.
 Assidua & perpetua in nobis pugna.
 Gal. 5.

& ipsa carnalis anima mundatur, recipiens stabilitatē naturæ suæ dominatē spiritu, qui ei caput est, cui⁹ rursus caput est spiritus Christi: non dubitandum, sed firmiter credendum est, corpus etiam ipsum, beneficio Christi tandē propriæ naturæ restitui, quanuis nō tam citō quam vel anima vel spiritus restituantur, sed tempore opportuno, in nouissima tuba, quum mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur.

Credimus ergo per spiritum sanctum resuscitadā omnem carnem, hoc est omnes homines secundū corpus & carnē reuicturos, tam pios quā impios, tã bonos quā malos, sic vt eadē caro quæ circumferimus, quæ mortua est & sepulta ac computruit, resuscitanda sit: quod apertē ostendit Paulus, quum resurrectionē carnistradit, addito pronomine dicens: Oportet corruptibile hoc. Quum enim dicit, hoc, in carnem quam gestamus, quasi digitum intendit. Quid enim aliud est dicere, mortale hoc, quā hæc visibilis caro sit reuictura? Sicut & apertissimē Iob testatur, dicens: Et rursus circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deū meum: quē visur⁹ sum ego ipse, & oculi mei cōspecturi sunt, & nō alius.

Resurget ergo hoc corpus ad immortalitē, quæ piis atque impiis cōmunis erit, sed longē diuersa ratione: nā piis æternam beatitudinem, impiis verò æternos cruciatus adferet, quemadmodū apud Danielem prophetam legimus, quia tūc resurget qui sunt in terræ puluere, hi quidem in vitā æternam, hi autem in opprobrium & confusionem æternā. Sicut Christus dixit: Et pcedent qui bona fecerūt, in resurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij, id est æternæ condemnationis, quemadmodum explanatius dicitur in symbo Athanasij: Ad cuius aduentum omnes homines resurgere habent cū corporibus suis, & redditori sunt de factis propriis rationem. Et qui bona egerunt, ibūt in vitam æternam: qui verò mala, in ignem æternum.

Resurget ergo caro nō mutata substantia sed qualitate. Quod si Deus noua corpora creare potest, cui dubiū quin hæc corpora ad immortalitē restitueret possit, non immutata corporis substantia, sed corporis qualitatibus? Nō cōtradicit ergo resurrectioni corporum, quod Paulus 1. Cor. 15. (vbi toto capite resurrectionem corporum ex professō demonstrat) ait: Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt, hoc enim ostendere voluit, quod caro & sanguis cum

1. Cor. 10.
Per spiritum sanctum resurrectio mortuorū.
 Eodē corpore resurgemus.
 1. Cor. 15.
 Iob 19.
 Immortalitas piis & impiis cōmunis, sed diuersa ratione.
 Dan. 12.
 Symbolū Athanasij.

*Quæstio.
Responso
2. Cor. 15.*

his qualitatibus corruptibilibus nõ resurgant. Subdit enim:
Neque corruptio incorruptelam possidebit.

*Cyprian.
in Symb.
Similitu-
dine resur-
rectio cor-
porum do-
cetur.*

Dicet ergo quispiam. Quomodo ergo mortui resurgēt? Quali corpore veniēt? Audi respondentē Paulum: Insi-
piens tu, quod feminas, non viuificatur, nisi prius mori-
ariatur. Et quod feminas, non corpus quod futurū est feminas
sed nudū granum, vt puta tritici, aut alicuius cæterorū. Deus
autem dat illi corpus sicut vult, & unicuique seminū propriū
corpus. Quasi diceret: Quod in seminib⁹ quæ tu in terrā iac-
is, per annos singulos fieri vides, hoc in tua carne, quæ lege
Dei seminatur in terra, futurū esse nõ credis? Nõne quum
diuersa semina quis in vnum permiscet, & hæc indiscreta se-
minat, vel passim spargit in terram, vniuscuiusque seminis
satio quocunque loco fuerit, competenti tempore secundū
naturæ suæ speciem germen producit, & culmen suæ forme
suique corporis reportat? Quid ergo mirum, si Deus vniuf-
cuiusque carnis substantiam, quanuis variè dispersam, muta-
tis qualitatibus, reparat, ac resingat, sic vt unicuique animæ
non confusum ad extraneum corpus, sed suum quod habue-
rat, reparatur, vt subinde idem corpus cum anima sua vel pu-
dica coronari, vel impudica puniri possit?

*Summa
fidei no-
stra.*

1. Cor. 15.

*Basis fi-
dei, resur-
rectio mor-
tuorum.*

2. Cor. 15.

Hæc est ergo summa fidei nostræ, quæ separat nos ab in-
fidelibus, qua sine, vana est fides nostra, tum quod qui
nõ credit resurrectionē mortuorū, neq; credit qd̄ Chri-
stus resurrexit: tum qd̄ nos, illi in hæc vita tantū in Christo sper-
rantes sumus, miserabiliores simus omnibus hominibus. Hęc
inquam est basis totius fidei nostræ, quæ piis in hoc seculo
præcipuum adfert solatiū contra omnes afflictiones, impiis
verò terrorē: alioqui in omnia seclera sine modo p̄ lapsuris.
Porro hic articulus insignis est (quod ad pios attinet) p̄mis-
sionum magnitudine, vt ex multis pauculas referamus. Chri-
stus (inquit Paulus) resurrexit à mortuis primitiæ dormien-
tium: quoniã quidem per hominem mors, & per hominē re-
surrectio mortuorū: & sicut in vno omnes moriuntur, ita & in
Christo omnes viuificabuntur: primitiæ Christus: deinde
qui sunt Christi, qui in aduentum eius crediderunt. Et sta-
tim post, Stella à stella differt in claritate, sic & resurrectio
mortuorū seminatur in corruptione, surget in incorruptione:
seminatur in ignobilitate, surget in gloria: seminatur in
infirmate, surget in virtute: seminatur corpus animale, sur-

get corpus spirituale, sicut scriptū est: Factus est primus Adā
in animam viuentem, nouissimus Adam in spiritum viuifi-
cantem: primus homo de terra, terrenus: secundus homo de
cælo, cælestis. igitur sicut portamus imaginem terræ, por-
temus & imaginē cælestis. Quibus & hæc addit. Ecce in ystē-
terium vobis dico, Omnes quidem resurgemus, sed nõ omnes
immutabimur, in momēto, in ictu oculi, in nouissima tuba.
&c, quæ sequuntur. Quum autem mortale hoc induerit im-
mortalitatē, tūc fiet sermo qui script⁹ est: Absorpta est mors
in victoria: vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus
tuus: hoc est peccatum. Stimulus enim mortis, peccatū est,
quod tunc euacuabitur. Et iterum, quid dulcius illa consolā-
tione, quæ est ad Thessalon. Nolo vos (inquit) ignorare fra-
tres de dormiētibus, vt non contristemini sicut & cæteri qui
spē nõ habent, nam si credimus quia Iesus mortuus est & re-
surrexit: ita Deus eos qui dormierunt per Iesum, adducet cū
illo. Hoc enim vobis dicim⁹ in verbo Domini, quia nos qui
viuimus, qui relictī sumus, in aduentu Domini nõ p̄uenie-
mus eos qui dormierūt: Quoniam ipse dominus in iussu, in
voce archægeli, in tuba Dei descēdet de cælo, & mortui qui
in Christo sunt, resurgēt primi: deinde nos qui viuimus, qui
residui sumus, simul cum illis rapiemur in nubibus obuiam
Christo in aëra, & ita semper cū Domino erimus. Itaque (vt
subiicit) consolemini inuicem in verbis istis. Quod magis
solatiū homini pio adferri potest, quod Deus Apostolum
suū testatur, piorū corpora in tantam gloriam mutari, vt in
occursum Domini suspēsa nubibus, & aëre vestrata rapiantur?
Quinimo, quod Deus trāsformabit corp⁹ humilitatis nostræ
configuratū corpori filij claritatis suæ, faciēque æquales an-
gelis, sicut in Euangelio pollicitus est: In resurrectione mor-
tuorū nõ nubēt neque nubentur, sed erunt sicut angeli Dei
in cælo, vt viuant cum ipsis in aeterna vita. Et ideo sequitur.

Et vitam aeternam.

Quid iucūdius: quid dulcius: quid optati⁹ hac symboli
conclusionē, qua in Christo manentibus post glorio-
sam resurrectionē corporū p̄mittitur aeterna vita, æter-
na felicitas, æternaq; beatitudo? In hac lachrymarū valle ni-
hil præsentē vita charius ducimus, quæ tamen vix vita dicē-
da est. Quæ ergo non delectet verā aeternāque vitā fidelis

1. Thes. 4.

*Nullū so-
latiū pio
homini
maius
quam
spes resur-
rect.*

*Cyprian⁹
in Symb.
Gloria
corporum
piorū post
resurrect.
Mat. 22.*

*Vita aet-
na fidei*

*nostra cō-
clusio.*

*Vita aet-
na dulce-
do.*

Apo. 7. promissio? Vita, inquam corporis & animi nunquam finienda. Quod enim ad corpus attinet, non erit amplius obnoxium fami, siti, aestui, frigori, indigenti, lassitudini, seruituti, dolori, morti, aut vilo incommodo: sed erit immortalitate, agilitate, subtilitate, & claritate summa decoratum, sicut scriptum est: Quod iusti sicut sol fulgebunt, & sicut splendor in firmamento Dei. Et iterum: Fulgebunt iusti & tanquam scintille in arundinetis discurrent. Quod ad animam attinet, nullis vitiis, nulla tristitia, aut caestitia sollicitabitur, sed perpetuo fruetur summo bono qui est Deus. Quae fructio quanta bona complectatur, nulla lingua dicere, nulla mens humana apprehendere poterit. Nec enim oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quae preparauit Deus diligentibus se. *Quis enim explicet, ex qua gloria, in quam gloria sanctorum corpora resuscitata transeant? Quis cogitatio assequatur, quemadmodum sponsa ecclesia in virum perfectum conuertatur, quemadmodum co-regnatura Christo? Quis explicare audeat, quomodo ipse filius quem tradiderit regnum Deo & patri, id est congregationem fidelium, ita illum hominem susceptum ampliusque clarificatum non dimittat, vt eam claritudinem quam habet cum patre, antequam mundus fieret, suis fidelibus demonstrare non differat? Denique, quomodo erit Deus omnia in omnibus, ceterplantes delectabimur, & delectabiliter coterplando, Dei visionem fruemur, idque in sanctorum omnium communionem, ubi erit feruentissima charitas, non minus de bonis alienis quam de suis gaudens. Bonis, inquam spiritualibus, quibus fruuntur angeli, semper videntes faciem patris qui in caelis est, tum coplebimus quod iubet Dauid: Vacate & videre, quoniam ego sum Deus. Haec est enim vita aeterna, vt cognoscatur te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.*

Mat. 18. *Psal. 46.* *Vna eterna quid.*
Quemadmodum autem pij vitam aeternam hereditabunt, ita impios mors aeterna & animi & corporis, hoc est aeternum supplicium possidebit, sicut Christus dixit: Et ibunt hi in supplicium aeternum, iusti autem in vitam aeternam. Impiorum enim immortalitas, verius aeterna mors, quam immortalitas nuncupatur, quod aeternos cruciatus tantum animi quam corporis absque vlla spe veniae sit allatura. Quemadmodum Paulus Roma. 3. Stipedia (inquit) peccati, mors: gratia autem Dei, vita aeterna in Christo Iesu domino nostro. Amen.

Amen.

Amen.

Quonia omnia praedicta verissima esse indubitate credimus, & quae vel ad creationem vel redemptionem vel sanctificationem nostram pertinent, patrem caelestem per filium, in & cum spiritu sancto operatum esse, & nobis certo obuentura per Dei misericordiam credimus: idcirco dicimus, Amen, quae vox est sermonem confirmantis & ratum fore precantis, hoc est ita certo fiat.

Amen quid.

Soli Deo saluatori nostro, per Iesum Christum Dominum nostrum gloria & magnificentia, imperium & potestas ante omnia, & nunc & in secula seculorum. Amen.

DE SACRAMENTIS NOVI TESTAMENTI.



Sacramenti vocabulum varie accipitur: nam qui ad proprietatem latinae vocis respiciunt, & ethnicis tantum scriptoribus verbi significationem petunt, sacramentum appellant iustitiam seu obligationem numinis ac religionis interuentu confirmatam. Sed qui Biblia transfulerunt ac ceteri sancti patres eam vocem accommodant, ad significandum id quod Graeci mysterium dicunt, quod sacrum secretum aut religiosum arcanum dicere possumus. In qua tamen significatione interdum latius, interdum restrictius accipitur. Nam in genere accepto vocabulo, significat omne religiosum arcanum, seu omnem rem sacra absconditam, & si alterius rei signum non sit, vt dicimus sacramentum diuinitatis. Paulus Ephesim scribens, ait, Deum nobis sacramentum voluntatis suae notum fecisse secundum beneplacitum suum, quod aliis generationibus non est agnitum, sed absconditum a seculis, nempe gentes esse corporales & comparticipes promissionis eius in Christo Iesu, in quo omnes habemus fiduciam ac accessum in confidentia per fidem ad ipsum. Item. 1. Timoth. 3. Et manifeste magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne: nimirum ipsum Christum innuens, magnum esse pietatis sacramentum quod quum sit filius Dei

Quid sacramentum significet ethnicis.

Quid sacro simplici toribus. Interdum latius accipitur.

Ephes. 2. Per solum Euangelium diuina voluntate Dei erga omnes gentes a prudentibus huius seculi absconditum.

Interdum restrictius accipitur sacramentis vocabuntur.

E

*Sacramē-
ta veteris
& hancēti.
Aug. cō-
tra Faus-
t. Manich.
lib. 96 c. 13
Interdum
strictissi-
me.
Roma. 3.
Septē ec-
cle. sacra-
menta.
Ber. in ser-
mo. in ex-
na domi-
ni de bap-
tismi & sa-
cramento
altaris.
Quædam
propter se
sunt, quæ
dā ppter
alia desi-
gnanda.
Christus
sacramēta
instituit
vt per hæc
nobis me-
deretur,
nosq; sibi
colligaret.
Roma. 1.
Ioan. 1.
Mat. 9.*

inuisibilis, manifestatus est in carne. Frequentius verò sacra-
mentum dicitur sacræ rei signum, quod eius similitudinem
gerit cuius signum est, quemadmodum signa & figuræ vete-
ris Testamenti sacramenta appellantur, id quod familiare
est patribus. Sic Augustinus ait: Sacramenta quæ obserua-
bantur ex lege, prænunciatiua tantum fuisse Christi venturi.
Denique quod ad propositum nostrum attinet, patres sa-
cramenti vocabulum ad significandum peculiariter sacra-
menta nouæ legis deflexerunt, ea scilicet quæ sunt signa vesti-
bilis inuisibilis gratiæ Dei, quam Deus efficaciter & certo
in ipsis operatur, modo ritè nec indignè tractentur & accipi-
antur. Qui enim suis sacramentis se ad futurum promisit De-
us, mentiri seu fallere non potest.

Ad hunc ergo modum accepto vocabulo, septem numerat
tur Ecclesiæ sacramēta, quæ sunt, Baptismus, Cōfirmatio, Eu-
charistia, Pœnitentia, Extrema vñctio, Ordo & Matrimonium.
Ex scripturis enim animaduertentur patres, hæc septem my-
steria rectè ac propriè sacramenta dici, quòd ita sunt sensibili-
a signa inuisibilis gratiæ Dei, vt & ipsius gratiæ quæ impar-
titur, imaginè gerat & causa sint: quod vt paulò notius fiat,
à rebus externis sumamus exemplum. Quædam sunt quæ in-
terdum propter se fiunt, interdum autè propter alia designan-
da, quatenus scilicet & dicuntur & sunt signa: quemadmodum
annullum interdum datur, non vt sit alterius rei nota, sed tan-
tum propter se: interdum vero datur vt congruè fidelitatis
signum, veluti quo dominus Vasallum de feudo inuestit, quo
scilicet accepto, Vasallus non solum de beneuolētia domini
seu beneficio accepto certus efficitur, sed & mutuam quod-
dam scædus inter dominiū & vasallum contrahitur, vt iam
dicere qui annullum accepit, possit: Non respicio annullum
sed hæreditas est, quam quærebam. Eodem modo sentiendū
ac tenendū est (quod est huius rei caput) nempe dominum,
nostrum Iesum Christum signa quædam delegisse, per quæ
Deus in virtute verbi sui peccatis nostris mæderetur, & nos
quodammodo de gratia sua inuestiret ac fœdere spirituali si-
bi colligaret. Ita enim ipsi Deo opti. Max. semper visum est
subducere nos per sensibilia ad inuisibilia. Nam quæ est hu-
manarum mentium caligo, ex primorum parentū præuari-
catione in nos deriuata, nõ potest homo ex seipso in Dei co-
gnitionem assurgere, aut Dei voluntatè in remittendo pec-

cata ratione deprehendere: propterea Deus semper & verbis
& externis signis nobiscum egit, per quæ nobis se manifesta-
ret, suamque erga nos voluntatè indicaret. Atque ideo quum
iam multifariâ multisq; modis Deus olim loquut⁹ fuisset in
prophetis, consuluitq; verbo, lege, signis & prodigiis, no-
uissimè nobis locutus est in filio suo, quem carnè sumere, &
crucem pro nobis subire voluit, vt in illum tanquã in signum
potentissimū à Deo positū, similem nobis factū, visibile ac
palpabilem intuētes, eundemq; audientes. Deū in ipso agno-
scere, Deo credere ac fidere, Deum denique super omnia dili-
gere inciperemus. In ipso enim Dei potentia, sapientia & bo-
nitas perfectissimè, euidentissimèq; resplendēt, in quo habi-
tat plenitudo diuinitatis corporaliter. Et quo tandem signo
Deus potentius ostēdere potuit, nos sibi præcipue curæ esse,
quã quod filiū suū vnigenitū pro nobis dedit, vt omnis qui
credit in illum, non pereat, sed habeat vitã æternam. Et quo-
niã tota virt⁹ passionis Christi, quod ad nos attinet, in appli-
catione sita est, vt scilicet eam gratiam (quã nobis in ara cru-
cis moriēdo promeruit Christus) participemus, dignatus est
ipse quædam post se sacramenta relinquere, quæ suo verbo
& pmissione firmavit, vt sciremus per eorū legitimum vsum
fructum suæ passionis nobis efficaciter & certo cōmunicari.
Potuit quidem ille sine omni visibili forma gratiã suam no-
bis donare, sed quoniam carnales sumus, & ad spiritalia ca-
pessenda admodum tardi, quòd animi robur, corporis vitiatum
mole ac operatione debilitetur ac distrahatur, à fide, spe, &
charitate subinde cōcidens: idcirco fragilitas carnis sub for-
ma visibili reparanda, incitãda, erudienda, fouenda & confor-
tanda erat. Et ne quis de horū visibilium sacramentorū vir-
tute addubitaret, addidit Deus signo visibili, verbum pmissi-
onis: adhibuit quoque inter initia sacramentorū, visiones
visibiles ac miracula, vt ea quæ semel facta cernimus, per eū-
dem Christi spiritum in sacramentis in dies fieri, fidei ardore
credamus. Nam vt certa fide teneres, quum baptizaris, spi-
ritum sanctū in te venire, Spiritus sanctus in columbæ specie
supra Christum quum baptizaretur apparuit. Vt crederes,
quum cōfirmaris, spiritum sanctum tibi ad robur dari, fact⁹
est in die Pērecostes spiritus vehemēs, ac visæ linguæ dispari-
tate tanquam ignis, sedētes supra apostolos: & sic de cæteris
quæ euidentia signa quotidie replicari non est necesse, quum

Rom. 10.

Hebr. 1.
Grego.

Luca 2.

Hebr. 2.

1. Ioan. 1.

Ioan. 3.

2. Petr. 1.

Ioan. 14.

Rom. 5.

Colof. 1.2.

Ioan. 3.

1. Ioan. 7.

Ioan. 17.

August.
lib. 3. de
tri. ca. 4.

Ioan. 3.

Mat. 2.6.

Roma. 7.

Ephes. 5.

Aug. in

Ioan. tra.

80.

Aug. in

Psal. 109

144.

Chrys. in

Mat. ho

mil. 12.

Mat. 3.

Marc. 1.

Luca 3.

Acto. 1.

Ioã. 20.
Grego.
As. cõt.
Fauf. lib.
19. ca. 16.
Magist. 7.
4. dist. 1.
ac tripli.
Aug. in
Ioan. trac.
80.
Rom. 10.
Rom. 2. 1.
Aug. cõ-
tra Fauf.
li. 16. c. 4.
Cyprie. de
car. pe.
Chrift. 1.
fer. de bap
tiimo
C. risti.
Ephes. 5.
1. Petr. 3.
Ioan. 19.
Aug. in
Pfal. 113.
Gerf. in
compen.
traff. 3.
art. 1.
Mar. 2.
Aug. in
Le. quaft.
88. li. 23.
de trini.
ca. 7. libr.
4. contra

nobis sola fides sufficere debeat, quæ alioqui euanesceret, si Christi verbo addito sacramento, absque euidenti miraculo credere detrectaremus.

Sunt ergo sacramenta noui testamenti principaliter instituta, ut sint certa & efficacia signa voluntatis & gratiæ Dei, in sensum externum incurrentia, admonentia & erudientia nos, ut quod foris in specie visibili geri cernimus, intus per Dei virtutē effici credamus. Constat enim sacramentū duobus, nempe elemēto sensibili, uti signo & verbo. Verbum est inuocatio Trinitatis verbo promissionis innixa. Elemētum est aqua, oleum, & cetera eiusmodi. Quemadmodū vero verbum instrumentum est, quo Dei voluntas significatur, & apprehēditur, & per quod Spiritus sanctus efficax est, sicut Paulus ait: Fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Et iterum, Euangelium est potentia Dei ad salutē omni crediti. Ita per sacramenta tanquā quedam indicia seu testimonia Dei (quibus testatur se nobis placatum propter Christum filium suum) spiritus sanctus efficaciter operatur salutem, & confert gratiam. In sacramento ergo non tantum elemētum seu exteriorem speciem respicimus, sed magis verbum.

Vnde quum queritur, quomodo sacramenta visibilia operari possint in animā, seu partem hominis spiritualem & in corporalem, facilē responderetur, virtutem sacramētī non tribui seia ascribi elemēto exteriori, sed Deū esse qui pro bona sua volūtate per hæc sensibilia in verbo fidei gratiam inuisibilem operetur, quam promeruit Christus, ex cui⁹ latere in cruce aperto sacramenta nouæ legis fluxerunt. Quod ergo supra diximus, sacramēta nouæ legis ita esse signa gratiæ, ut sint & causā, intelligēdum est non quod sacramenta propriē & per se sint causā efficiens, remissionis peccatorum seu colationis gratiæ: nam ad eum modū solus Deus iustificat, qui solus peccata remittit, sed quod sint causā, large sumpto vocabulo, quemadmodū causam rei dicimus: sine qua res fieri nō solet, quāuis sine ea fieri possit. Non enim (ut dixim⁹) sic alligauit Deus potentiam suam sacramentis, ut sine illis gratiam suam donare nō queat, quanuis sine sacramentis, quum illis conceditur uti minimē eam donet. Constat quidem ple risque ab exteriori cōmune sacramētorum per præoccupationem mortis prohibitis, suam fidem & bonam voluntatem sacramēta (si licuisset) percipiendi, ad salutem suffecisse.

Interim tamen vis sacramentorū (quæ inenarrabiliter valet plurimum) contempta, sacrilegōs facit. Impiē quippe cōtem nitur, sine quo nō potest perfici pietas. Quare carenus sacramēta gratiæ causā sunt, quatenus Spiritus sanctus eorundē effectum in nobis operatus fuerit: alioqui sine ipfius Spirit⁹ opere sacramenta nullam in nobis efficaciam habent.

Hæc est ergo principalis causa institutionis sacramentorū nouæ legis, ut sint præsentissima remedia contra peccatum, & efficacia signa gratiæ Dei, quæ ipsorum dispensatione nō resistentibus fidei, & recipientibus non indignē, certissimē conferatur. Proindēque sūt signa, ut non tantū signent, sed & sanctificent: ut hinc facilē sit discernere sacramēta veteris legis à sacramētis nouæ legis. Illa enim umbra futurorum fuerunt, ut signifiarent quæ cum suo aduentu Christus impleuisset, ablata sunt, & ideo ablata, quia impleta. Hęc verò instituta sunt, virtute maiora, utilitate meliora, actu facilliora, numero pauciora: ut non tantum significarent, sed & mundarent ac sanctificarent. Deinde (licet minus principaliter) sacramenta instituta sunt, ut sint signa memorialia passionis ac mortis Christi, signa quoque consolationis futuræ gloriæ. Denique signa excitantia in nobis fidē, ac cohortantia ad mutuam dilectionem aliōsque sanctos ac Christianos mores: quo argumento sæpe vtuntur sancti patres.

Aliam insuper institutionis sacramentorum causam diuus Augustinus recenset: In nullum (inquiens) nomē aut verum aut falsum coagulari homines possunt, nisi aliquo signaculo rum vel sacramentorum visibilium consortio colligantur. Quamobrem Dominus Iesus Christus leui iugo suo & leui farcinæ nos subdens, sacramentis numero paucissimis obfer uatione facillimis, significatione præstantissimis, societatem noui populi colligauit, de qua colligatione latius dictū est in explanatione symboli, circa articulos qui de ecclesia sancta catholica & sanctorum communionē sunt.

Et ut reuertamur vnde digressi sumus, firmiter retinendū est, sacramenta his duobus consistere, videlicet verbo & elemēto, tanquam partibus quibusdā substantialibus, quibus tamen ecclesia plerisque ritus, tam ad decorem honorēque sacramenti, quā ad denotandum & docendū nos, quid in sacramento agatur, addidit: sine quibus licet verum sacramentum consistere quidem possit, modo ibi sint verbum &

Dona.
cap. 2. 2.
Aug. cõ-
tra Fauf.
li. 9. ca. 11.
Aug. li.
2. retra-
cti.
Sacramē-
ta cur in-
stituta sūt.
Aug. cõ-
tra Fauf.
lib. 19. ca.
11. 13. 14.
16.
Aug. in
Pfal. 73.

Aug. cõ-
tra Fauf.
lib. 19.
cap. 9.
Aug. cõ-
tra Fauf.
lib. 19.
ca. 11. de
doct.
Chryf. li.
3. cap. 9.

Magist. 7.
4. dist. 1.

elementum, tamen quum eiusmodi ritus diuinorum mysteriorum pleni sint & magna cum ratione à patribus instituti, nempe in excitationem fidei & charitatis, nequaquã contemnendi erunt: quin potius ex doctrina Pauli (qui iubet vt in ecclesia omnia honestè, ordinatè, ac ad edificationem fiant) maximè circa sacramentorum dispensationem, ne vilescant vt fulcimenta pietatis diligentissimè ac acerrimè (nisi instans necessitas prohibeat) retinendi sunt, tanquam catenulae quædam ecclesiasticæ vnitatis.

Quamquam verò hæc legis nouæ sacramenta presentissima remedia sunt, quibus Samaritan^o ille bonus vulnerato appropinquas, & originalis & actualis peccati vulneribus medetur, & corda nostra per operationem Spiritus sancti in verbo illuminata, sanctificat, confortatque: nõ tamè omnibus vna est significatio, nõ eadè dignitas aut virtus. Nam præter omnem cõtrouersiam, duo inter illa præcipua sunt, baptismus & eucharistia, at singulis suum est verbum, quod formale sacramenti quidam appellant: suum item signum rei externæ & visibilis, internam & inuisibilem gratiam referens & adumbrans, quod quidam materiale dicunt. Hoc verò omnibus est commune, quod minister seu sacramenti dispensator, nõ suam, sed Christi personam refert, quemadmodum in expositione articuli symboli Apostolice (qui de ecclesia catholica est) declarauimus. Tantum hic repetisse suffecerit, sacramenta nec bonorum dispensatorum meritis ampliari, nec malorum (modò in ecclesia consortio maneat) attenuari. Alia ratio est in hæreticis. Nam etsi apud hæreticos sacramenta sint & ministrentur, tamen non præstantur ad remissionem peccatorum seu salutem, quod extra ecclesiam sacramentorum efficacia esse non possit, proindeque qui in hæresim quacunque vel schismate, in nomine patris & filij & spiritus sancti, baptismi sacramentum acceperit, integrum quidem sacramentum accepit, sed salutem (quæ virtus est sacramenti) non habet si extra ecclesiam catholicam sacramentum nõ habuerit. Debet ergo ad ecclesiam redire, non vt sacramentum baptismi iterum accipiat, sed vt ecclesie reconciliatus, in societate catholica vitam accipiat. Et vt quæ diximus magis perspicua fiant, de singulis sacramentis speciatim dispiciemus, idque eo ordine, vt primo, de verbo sacramenti: secundo, de exteriori elemeto: tertio, de cæteris ritibus, quos ecclesia ad sacramenti usum addidit: quarto, de es-

1. Cor. 14.

Sacramēta nouæ legis sunt remedia cõtra peccatum.

Luc. 10.

Aug. ad Iannua

epist. 118.

Ite de doctri.

Etri. Chri.

li. 3. ca. 9.

Duo sacramenta

præcipua.

Aug. super Ioan.

de conf.

dist. 4. ca.

baptism^o.

Aug. de fide ad

Pe. cap. 5.

Ordo ritus Etationis.

sectu & virtute cuiuslibet: quinto, de accedentium adfectu, sexto, de cuiusvis ministerio, idque quàm fieri potest, breuifimè dicturi sumus.

DE BAPTISMI SACRAMENTO.



Baptismus Græca vox est, significans tinctio- nem seu lotionem. Quamobrem vocabulum in genere acceptum, etiam ad lotionem rerum exter- narum accommodatur, sicut Mar. 7. legimus, Pharisei & omnes Iudei à foro venientes, nisi baptizentur nõ comedunt. Et alia multa sunt, quæ tradita sunt eis seruari, & baptisinata calicum & vrecorum & aramentorum & lectorum. Transferuntur item ad calicem passionis dominicæ, & mortis eiusdem Mar. 10. Potestis baptismum quo ego baptizor baptizari: id est, sanguinem fundere & supplicium mortis mee sufferre? Et Lucè 11. Baptismo habeo baptizari, & quomodo coartor vsque dum perficiatur: id est patendum mihi est pro salute generis humani, id quod summè desidero. Sed quod ad propositum nostrum attinet, pro lauacro regenerationis accipitur, quod est omnium sacramentorum primum, & ianua qua in ecclesiam, & ad cætera sacramenta peruenitur.

IN baptismo duo sunt, verbum & elementum. Verbum est ipsa inuocatio trinitatis, huic diuinæ pmissiõni innixa. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, quæ pagitur hisce verbis à Christo traditis, videlicet, Ego baptizo te in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. In quod quidè verbum in primis intuentum est. In aqua enim verbum mundat. Detrahe verbum, & quid est aqua, nisi aqua? Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum. Vnde ista tanta virtus aquæ, vt corpus tingat, & cor abluat, nisi faciente verbo? non quia dicitur aut pronunciat, sed quia creditur. Nam & in ipso verbo aliud est sonus transiens, aliud virtus manens. Propterea dixit Apostolus: Christus dilexit Ecclesiam, & tradidit seipsum pro ea, vt eam sanctificaret, mundans eam lauacro aque in verbo. Mündatio igitur nequaquam fluxu, & labili tribueretur elemento, nisi accederet verbum quo accedente fit sacramentum, quod perinde se habet atque visibile verbum.

Baptismi vocabulum quid significet.

Baptismi ianua in ecclesiam. baptisimi partes.

Aug. in Ioan. tra- cta. 80. Item in 102. tra- cta. 53.

Aug. cõtra faulsi. 19. c. 16. Ephes. 5. Aug. cõtra faulsi. 19. c. 16.

*Sententia
verbi bap-
tismi.*

*Baptismus
fœdus dei
cū h. mine
& fœdus
hominis cū
Deo.*

*Rom. 6.
Tit. 3.*

1. Petri 1.

*Aug. in
Ioa tra-
cta. 80.*

Tit. 3.

Acto. 8.

*Circunci-
sio figura
baptismi
Abh. li.
questio.
38.*

Gene. 17.

*Analo-
gia baptis-
mi ad cir-
cuncionem
Mat. 24.*

Acto. 2.

Gen. 17.

NAM quum dicit minister, Baptizo te in nomine patris & filij, & spiritus sancti, sensus verborum est: Hoc visibili signo tecū pacifcor ac restor, te recōciliari Deo, te recipi à Deo, qui est pater filius & spiritus sanctus. Nā quid aliud est baptismus, quā fœdus Dei cum homine & hominis cum Deo: Nam quatenus homo, satana & mudi gloriæ, pompisq; abrenūtiat, & se vero Deo astringit, ad mortificandū per omnem vitam membra peccati, cū fœdus hominis cum Deo. Rursus quatenus se Deus vicissim homini astringit, quod peccata illi remittat, quod propter filium recipiat, quod spiritum sanctum donet, qui viuificet & sanctificet, fœdus Dei cū homine dici potest, quod diuus Petrus grauissimè testatur. Sic & vos (inquit) baptisma saluos facit, non carnis depositio sordium, sed conscientia: bonæ interrogatio in Deum per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis. Id est baptismum esse nō tantum externam sordium corporis abluitionem, sed pactum bonæ conscientia: erga Deum per resurrectionem Christi, quo Deus erga nos testatur, se nobis placatum esse propter resuscitatum Christū, vt vicissim hoc federe bona conscientia bene respondeat apud Deum, confidens se habere placatum deum propter Christum.

TYP⁹ autē baptismi in Veteri lege, circūcisio fuit, in mysterio & significatione cū baptismo conueniens adeo vt beatus Athanasius dixerit, baptismū esse ipsam circūcisionē spirituale. Quemadmodū enim circūcisio signum seu pactum fœderis inter deum & Abraham, Abrahæq; posteros fuit, vti scriptura dicit: Statuam pactum meū inter me & te, & inter semē tuū post te in generationib⁹ suis fœdere sempiterno, vt sim deus tuus, & seminis tui post te. Et tu ergo custodies pactum meum, & semē tuū post te in generationibus suis. Quod pactum subinde exprimes ait: Hoc est pactū meū, quod obseruabitis inter me & vos, circūcidetur ex vobis omne masculinum & circūcidetis carnem præputij vestri. Infans octo dierum circūcidetur in vobis, critq; pactū meum in carne vestra in fœdus æternum. Ad eundem modū in Euāgelio discipulis loquitur Christus: Ite (inquiens) docete omnes gētes, baptizātes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Et in Actis ait Petrus: Baptizetur vnusquisque in nomine Iesu Christi, in remissionem peccatorū. Et quē admodū dicit scriptura veteris legis, Masculus cuius præpu-

tij caro circūcisā non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit. Ita de baptismo dixit Christus: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei.

ET vel ex hoc ipso refelluntur impij Anabaptistæ, qui baptismum infantiū impie negant ac auersantur. Nā deus in veteri lege circūcisā iussit infantes, vt infererētur synagoga, & adiecit pactum promissionis: Ero deus eorum. Ergo per baptismum qui circūcisioni successit, pueri inferendi sunt ecclesiæ, extra quā non est salus, ne excludantur à regno dei: quod Christus ad eos pertinere aperte asseruit: Sinite (inquit) paruulos venire ad me, talium enim est regnum cœlorū. Item, Nō est voluntas corā patre vestro qui in cœlis est, vt pereat vnus de pusillis istis. Et iterū, Videte ne contemnatīs vnū ex his pusillis. Dico enim vobis, quia angeli eorum semper vident faciē patris mei, qui in cœlis est. Quibus verbis testatur paruulos deo placere, & per deum custodit. Et sicut pactum circūcisionis nō ideo minus ad infantes pertinuit, quod non intelligerent quid ageretur, ita nec baptismus, propterea minus valet in infantibus, quod nondum intelligant pactū gratiæ diuinæ, quo remittitur ipsis peccatum originale. In fide enim ecclesiæ per verbū credentis, offerentis, benedicentis, tingentis, etiam tantilli mundantur infantuli, quantum nondum valentes corde credere ad iustitiam, & ore confiteri ad salutem. Sed quid opus est errorem ab ecclesiā catholica à temporibus Apostolorum semper damnatū pluribus reuincere? Tantum de verbo Baptismi.

ELEMENTŪ autē seu materiale externum huius sacramenti est aqua. Ideo autem per aquā celebratur, vt sicut aqua corporis sordes abluat, ita credamus & nos per baptismū ab omni peccato spiritualiter mundari, innouari & regenerari, vt quod incorporale est, inuisibiliter abluatur. Vnde & lauacrū regenerationis appellatur. Natura enim nascimur filij iræ, sed baptismus regenerat nos filios gratiæ. Natura nascimur ex sanguinibus, ex voluntate carnis, ex volūrate viri, hoc est in peccatis, sed ex baptismo renascimur filij dei nimirū Christo filio dei per baptismū inferri, sicut Paul⁹ ait. Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis. Porro omnino conueniebat, vt huius sacramenti elementum aqua esset, Nam inter alias huius sacramenti figuras, lib. 3.

Ioan. 3.

*Anabap-
tistæ dā-
nantur.
Gen. 17.*

*Mat. 19.
Mar. 10.
Luca 20.*

*Aug. ad
benifici-
um epist.
23. in 10-
an tra-
cta. 80.*

*Elemētū
baptismi
aqua.
Quid si-
gnificet a-
qua.*

*Ephes. 5.
Ephes. 2.
Ioan. 1.*

*Galat. 3.
Amb. de
myst. init,
lib. 3.*

Pharao imaginem gessit nequitia suae vires amittere. Pharao enim reluctatus, & in sua perfidia demoratus, tandiu restitit ac praualuit, donec ad aquam veniret, quod quum venisset, victus est & extinctus cum suo satellitio: sic hodie per exorcismos, voce humana, sed potestate diuina flagellatur, vritur, & torquetur. d. abolus: interim tamen fallax est exire se & homines dimittere simulan. Sed quum ad aquam salutarem & baptismi sanctificationem venit, scire debemus & confidere, quod illic diabolus opprimitur, & homo dicatur Deo, diuina indulgentia liberatur.

I Am de mysticis ritibus, quos ecclesia in baptismo adhibet, paucis agemus. Adhibetur (vt & supra diximus) non temere, sed vt via quaedam incitamenta fidei & pietatis ad formandam religionem necessaria, nimirum quibus manuducitur vulgus ad intelligendum & retinendum mysteria Christi. Pedagogia enim & lacte ei principio opus est, vt assuecat disciplinam Christi: Nec dubium est, maximam ceremoniarum partem, quae circa administrationem adhibentur, a primitiua & apostolica ecclesia ad nos peruenisse, vt impie abiiciatur quod tot seculis, tot sanctissimis viris sacrosanctum est habitum.

I N primis consecratur fons baptismatis, & signatur oleo vinctiois duobus solennibus anni diebus, quando in primitiua ecclesia baptismus recipi consueuerat, nepe Paschae & Pentecostes, quem ritum ex ecclesia matrice ad nos deriuatum, diuino Augustini testimonio testatur, quanquam tempore necessitatis etiam aqua non consecrata, liceat baptizare: quod Victor Rotomund. qui circa annum 190. vixit, decreuit, quo Decreto primitiuae ecclesiae consuetudo aperte comprobatur.

Q uum vero baptismus ministratur, principio adhibetur exorcismus, qui verbo & exufflatione peragitur, vt spiritus immundus a baptizando expellatur, vtque per purum sacerdotis ministerium, Spiritui sancto cedat fugiens malignus. Non enim natura (vt inquit Augustinus) exorcizatur aut exufflatur, sed ille sub quo sunt qui sub peccato nascuntur. Adiurantur ergo, vt expellatur ab eis potestas inimica, quae decepit hominem, vt possideret hominem, ne post hac contentat eos subuertere, nec hoc sacrum signaculum vnquam audeat violare. Quem ritum antiquissimum esse, ex Tertulliano, Hieronymo, Ambrosio, & quem citauimus, Augustino, Chrysostomo, Coelestino papa, aliisque patribus discimus.

Ceremonia circa baptismum.

Hebr. 5. Ceremonia ecclesiae rusticae vetustissima

Consecratur fons.

c. ecclesiae rusticarum. 11. dist.

Ex Decreto Victor.

Vide Augustini. libr. 2. de gratia Christi. & peccati origin. c. 40. Li. de symb. Gene. 3.

Gene. 7. 1. Pet. 3. baptismi typus diluuium fuit. Nam quemadmodum Deus per diluuium mundum perdidit, & paucos in arca seruauit per aquam, sic per baptismum, mundus, id est peccata pereunt, & baptizati in arca ecclesiae, ex aqua emergentes seruantur. Atque caro immergitur, vt significetur illic veterem hominem mori, ablui omne peccatum, sepeliri omne vitium. Ex aqua reducimur, vt significetur illic nos in nouitate vitae resurgere, quam obrem Paulus passim ait per baptismum nos commori & consepeliri Christo, & resurgere cum Christo. Roma. 6.

Per baptismum Christo commorimur.

Colof. 2.

2. Cor. 4.

Roma. 6.

Roma. 8.

Athan.

1. Cor. 10.

Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, vt quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitae ambulemus. Rursus, consepulti Christo per baptismum in quo & resurrexistis per fidem operationis Dei, qui suscitauit illum a mortuis. Hinc illa exhortationis vox: Igitur si consurrexistis cum Christo, quae sursum sunt querite, vbi est Christus in dextera dei sedens, quae sursum sunt sapite, non quae super terram, mortui enim estis, &c. Et iterum: Mortificate ergo membra vestra, quae sunt super terram, fornicationem immunditiam libidinem, concupiscentiam malam & auaritiam. Ergo baptismi mysterium non leuiter transmitti, sed haec significat & requirit per omnem vitam meditari, in his exerceri oportet, vt mortificationem Iesu Christi in corpore nostro perpetuo circumferamus, id est, vt exemplo Christi Deo viuamus mortui mundo. Et vt Christus, quod mortuus est, mortuus est semel, quod autem viuuit, viuuit Deo: ita nos peccato semel mortui, voluntatem nostram Dei voluntati attemperemus. Mortificanda est enim non natura, sed concupiscentia mala. Si enim (vt Paulus ait) secundum carnem, id est secundum carnalem concupiscentiam vixeritis, moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuuetis, vbi Athanasius: Corpus (inquit) non morte conficiendum, sed opera carnis, quae Paulus ad Galat. 5. & Coloss. 3. enumerat.

M Are etiam rubrum, sacramentum seu signaculum baptismi fuisse declarat beatus Paulus, dicens: Nolo enim vos ignorare fratres, quia patres vestri omnes sub nube fuerunt, & per mare transferuntur, & omnes in Moysen baptizati sunt, in nube & in mari, & adiecit dicens: Haec autem omnia in figura nostri fuerunt, significatis in baptismo, diabolus (cuius

*Signū cru-
cis in fron-
te.*

*Super oculo-
s. Aures.
Nares.
Pectus.
Rom. 10.
Scapula.
Os.*

*Rom. 10.
Sal conse-
cratum
quid signi-
ficet. Beda
Lectio e-
uangelij.*

*Mat. 19.
Ecclesia
ex institu-
tione Chri-
sti offert ei
paruulos
baptizan-
dos.*

*Patrimo-
rum mu-
nus.*

*Aug. ad
Bonif. de
baptif.
In baptif-
mo paruul-
i per ali-
os credit.*

DEinde signū crucis fit principio in frōte, ad significandum, quōd baptizandus nomen dat Christo crucifixo, in quo cōfidat, & quē publicitus confiteri nunquā erubescat. Super oculos dein, vt intelligamus baptizandū preparari ad videndū charitatē Dei. Super aures quoque, vt intelligamus eum consecrari, vt audiat verbum veritatis Dei. Super nares etiam, vt percipiat suauitatē odoris Dei. Signatur quoque pectus, vt credat in eo: quia corde creditur ad iustitiā. Scapulæ quoque, vt suscipiat iugū seruitutis Dei, iuxta Christi præceptum: Tollite iugum meum super vos. Os denique, vt confiteatur illi: quia ore confessio fit ad salutem.

Inter exorcizandū, sal consecratum in os baptizandi datur, vt per sal typicum cōditus, iniquitatis fœtore careat, id est carere significetur, vt quæ à vermibus peccatorum vitrā ne putrefiat, sed magis illæxus, ad maiorem gratiam recipendam seruetur ac ad sapientiæ saporem præparetur.

DEin legitur Euāgelij, Oblati sunt Iesu paruuli: quo significamus nos paruulos nostros offerre Christo, quia ipse dicit: Sinite paruulos venire ad me, Et quoniā addit: Taliū est enim regnū cœlorū. Offerimus etiā eos Christo baptizandos. Si enim illorū est regnū cœlorū, non negabit eis Christus baptismum, qui est (vt diximus) ianua, qua in ecclesiam, & subinde in regnum cœlorum intramus.

Post, patrini manū infanti imponunt, symbolūmq; recitant & orationem dominicam, quōd ecclesiam referat, quæ domino pueros offert baptizandos, & in suā illos fidem recipit. Offeruntur quippe paruuli ad percipiendū spiritualem gratiam, non tam ab eis quorum gestantur manibus, quāuis & ab ipsis, si & ipsi boni fideles sint, quā ab vniuersa societate sanctorum atque fidelium. Ab omnibus nanque rectē offerri intelliguntur, quibus placet quōd offeruntur, & quorum sancta atque indiuidua charitate ad communicationem sancti spiritus adiuuantur. Tota ergo hoc mater ecclesia, quæ in sanctis est, facit, quia tota omnes, tota singulos parit. Vnde non fides illa particularis, quæ in patrinorum credentium voluntate consistit, sed fidei sacramentum fidelem facit. In ecclesia ergo Christi per alios paruuli credunt, sicut ex aliis (quæ in baptismo remittuntur) peccata traxerūt. Deinde per alios patrini sicut quodammodo fidei iustores constituunt pro baptizatis. Ideoque semper admonere debēt eos, vt castitatem

custodiant, iustitiam diligant, charitatem teneant, ante omnia vero, symbolum & orationem dominicam edoceant.

DEinde illinitur spurū naribus & auribus, exēplo Christi, qui prius cecī nati oculos luto ē spūto facto subliniuit, & sic ad aquas Siloē misit. Illinitio uocationem ad gratiā baptismi significat, vnctus nōdum videt, sed mittitur, vt lauet ad aquas Siloē, id est vt baptizetur in misso, id est Christo: id enim Siloē significat. Et dicitur ei verbum Euāgelicum, quōd Iesus, quando mutum & surdum sanauit, tangens spūto linguā eius, & mitēs digitos in auriculam eius, dixit: Epheta, quod est adaperire, verbum sanē sacramento conueniens. Admonentur enim baptizandi per salium typicam & saluatoris factum, vt aperiantur ipsis nares ad odorem notionis Dei & vitæ aternæ capiendum, quo baptizati dicant: Bonus odor Christi sumus: vt que aperiantur eius aures ad audiendum verbum & mandata Dei. Salina, typus est sapientiæ & gratiæ Dei & discretionis fidei, cuius acceptio in auditu, & discretio in naribus significatur.

Post peractum exorcismum succedūt mysteria quæ apud ipsum fontem celebrantur. In primis queritur de nomine infantis. Nā vetustissimo ecclesiæ more ante baptismū, baptizandi nomen suū dant, quo significatur, eos per abrenunciationē prioris possessoris, se nomen dare Christo, vt in illius dominium transeant. A nomine enim quod ab Adā habebant, scilicet filij Adæ vocati, ad nouum nomen quo filij Dei vocantur, perueniunt: quoniam tum demum nomen acquirunt, antequam enim baptizemur, fide & nomine caruimus. Postquam verò inuocatur nomen Dei super nos secundum nomen eius vocati sumus. Reddito nomine, baptizandus ter abrenuntiat. Nam interrogatus, Abrenuntias satanæ: respondet, Abrenuntio. Et omnibus operibus eius: respondet, Abrenuntio. Et omnibus pompis eius, omni vanitati & gloriæ seculi, fastui, luxui, voluptatibus, breuiter omnibus vitiis: respondet, Abrenuntio. Quam ecclesiæ primitiue consuetudinē fuisse, docet Tertullus. De corona militis. Debet ergo baptizatus tota vita esse memor sermonis sui & nūquam committere vt sibi excidat suæ series cautionis. Per verbi enim illius renunciationis, quæ in baptismo fit, recordationem, diabolicas incantationes, fastum, voluptates breuiter, omnia peccata facillè vincemus.

*Illinitio
spūti
quid signi-
ficet.*

Ioan. 9.

*Siloë quid
Mar. 7.*

*2. Cor. 2.
Salina
quid.*

*Mysterio-
rum quæ
apud fontem
celebrantur.
expositio.*

*Trina ab
renuntia-
tio.*

*Tertullus
de corona
militis.*

*Ambr.
de myst.
init. ca. 2.*

*et lib. 1.
de sacra.
cap. 2.*

*Oleū ca-
thecume-
norum.*

Post hæc baptizandus oleo catecumenorum inūgitur in pectore & inter scapulas, at post baptismum, chrismate in vertice. De chrismate postea latius dicemus. Quod autem ad vñtionem (quæ in baptismo fit) attinet, beatus Augustinus traditionis apostolicæ esse dicit: eam siquidem ab apostolorū temporibus ad nos vsque deriuatā, & canones Clementis ac Fabiani pōtificis, & pleraque Concilia declarant. Prioris vñtionis, quæ ante baptismum fit, mysterium Augustinus explicat: Vngimur (inquit) in pectore & scapulis, quoniā fides mente concipitur & opere perficitur. Vngitur pectus, vt significetur hoc pectus consecrari Christo, & mentē in sanctæ trinitatis fide confortari, in qua amodo nullas reliquias latētis inimici residere oporteat. Vngitur inter scapulas, vt lignificetur, baptizandum per gratiam vniuersi muniri ad bona opera faciendā, & ad portandum onus Domini, fortitudinem accipere, quæ admodū diuus Ambrosius ait: Vultus es quasi athleta Christi, quasi certamen huius seculi luctaturus.

*c. ecclesia-
sticorum,
11. dist.*

Rom. 10.

Roma. 2.

Iacobi 2.

*Inter sca-
pulas cur.*

*Amb. de
sacr. c. 2.*

*Cateche-
sis.*

Mat. 28.

*Vide ex-
pos. sym-
bol.*

*Eccle. 15.
Ex cōcil.
Toleta.*

*Verbum
formale
baptismi.*

*Infās ter-
tingitur.*

Vñtioni succedit catechesis, id est inquisitio de fide trinitatis, idq; iuxta domini nostri Iesu Christi Saluatoris imperium, qui quum ad patrem in cælum ascenderet, apostolis mandauit: Euntes (inquit) docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & spiritus sancti. Quod autem interrogamus, Credis sanctā ecclesiā, remissionem peccatorum, carnis resurrectionē, & vitā æternā post mortem, nõ eo modo interrogamus, vt quomodo in Deū creditur, ita & in ecclesiā sanctam credatur, sed vt in ecclesia sancta cōuersantes, in Deū credamus. Nam ecclesia ppter ea sancta & catholica est, quia rectè creditur in Deū. Proindeque interrogatur: Vis baptizari? & respōdetur, Volo. Nemo enim saluatur inuitus, sed volens, vt integra sit forma iustitiæ. Sicut enim homo propria arbitrij libertate serpenti obediens periit, sic vocante se gratia Dei, propria mentis conuersione saluatur.

Quo factō, baptizatur tandē infans in hisce Domini verbis: Er ego te baptizo, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Quid autem verba ista significant, & quod fōndus inter Deum & hominem hisce verbis contrahatur, supra diximus.

Ter verò infans vel immergitur vel tingitur aqua baptifmatis. Baptizamus enim in Patrē & Filiū & Spiritū sanctū ad singula nomina, ad singulas personas tingimur,

vt æqualitas, eadēque personarum potestas ac maiestas de claretur, vt trinitatis vnū appareat sacramentū. Tertio quoque repetita immersio vel tinctio, typum triduanæ domini sepulturæ exprimit, per quam Christo consepulsi fumus in baptismo, & cum Christo resurreximus in fide, vt à peccatis abluti, in sanctitate virtutum viuamus, imitando Christum.

Post baptismū, baptizatus inungitur chrismate, sed in vertice, cuius mysterium diuus Ambrosius declarat, dicens: Memento quid tibi dixerit, nimirū sacerdos baptizans, Deus (inquit) pater omnipotēs, qui te regenerauit ex aqua & Spiritu sancto, concessitque tibi omnia peccata tua, ipse te vngat in vitam æternam. Noli ergo hanc vitam illi æternæ vitæ anteferre. Verbi gratia: Si exurgat inimicus aliquis, si velit tibi fidem tuam auferre, si minuat mortem vt præuarice ris, vide quid eligas. Noli eligere in quo non es vnctus, sed elige in quo es vnctus, & vitā æternā vitæ præferas temporali, per Christum Iesum dominum nostrum. In capite verò vngitur baptizatus, vt norit se capiti Christo insumum, vt sciat se iam à Christo nomen accepisse, seque Christo nomen dedisse, hoc est Christi militia esse inauthoratū. A chrismate te enim nomen habet Christianus, sicut & chrisma à Christo, in cuius nominis inuocatione, ad eum quem diximus inungendi vsum, praparatum est chrisma.

Postremò baptizatus alba veste vestitur, quod est signum manumissionis & libertatis, teste Tertulliano. Notat quoque innocētiam & puritatē Christianam, quam post ablutas veteres peccatorū maculas studio sanctę cōuersionis immaculatam seruare debet, ad repræsentandā eam ante tribunal Christi. Olim in primitiua ecclesia, baptizati adulti per totā hebdomadam stolis albis sese vestiebant: quamobrē dies ille dominicus proximus post pascha, dominica in albis vocatur: quia caremonia ecclesia & fidem & vitæ innocentia, religionisque puritatem animis nostris imprimere studuit.

Virtus, efficacia, seu effectus baptismi, satis superque ex prædictis colligitur. In baptismo enim per aquā & spiritū in paruulis originalis culpa aboletur, & ex filio ire fit filius Dei. In adultis verò tā originalia quam actualia seu personalia peccata delētur. Morimur enim in baptismo peccato, victuri Deo in Christo Iesu, qui per lauacrum aquæ mūdāt ecclesiam, in verbo vitæ, vt exhibeat ipse sibi gloriæ

*Aug. de
cōsec. dist.
3. ca. post-
quam.*

Roma. 6.

*Inunctio
quæ cha-
rismate
in vertice
fit quid
signet.*

*Amb. de
sacr. c. 2.*

*Vñctio
quæ fit in
capite,
quid si-
gnet.*

*Christus.
Chrisma.
Christia-
nus.*

*Tertul-
lianus.*

*Amb. de
myste. in-
carnatio.
christ. c. 7.*

*Domini-
ca in albis
cur dica-
tur.*

*De re sa-
cramenti
baptismi.*

*Roma. 6.
Ephē. 5.*

fam ecclesiam, nō habentē maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata. De hoc baptismi fonte vaticinatus est Zacharias: In die (inquit) illa, erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hierusalē, in ablutionem peccatorum. Itidem Ezechiel, dicēs: Et effundam super vos aquam mundam, & mūdabimini ab omnibus iniquitatibus vestris, & ab vniuersis idolis veitris mūdabo vos, & dabo vobis cor nouū, & spiritum nouū ponā in medio vestri. In baptismo enim regeneramur ac renascimur, sicut Christ⁹ in Euangelio dixit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest videre regnum Dei. Ad Tit. 3. Secundum suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrū regenerationis & renouationis spiritus sancti, quē effudit in nos abū dē, per Iesum Christum saluatorem nostrum, vt iustificati gratia ipsius, haredes simus secundum spem vitæ æternæ. Quotquot enim baptizati sumus in Christo Iesu, Christū induimus. Effectus ergo baptismi est mors peccati, vt alia sequatur natiuitas quæ corporis manēte compagine, hominū mentē innouat, sepulta omnium peccatorum verustate: quāquam idē baptismi effectus demū morte corporali (qua & animo & corpore peccatis penitus defungimur) abfoluatur.

Iam si quis quærat: Si verum est, in baptismo deleūt esse peccatum, quod à parentibus contraximus, quur adhuc manet cupiditatis fomes, & veluti incentiuum quoddam peccati? Neque enim dubium est quin à primis parentibus in nos traducta sit lex ista peccati seu membrorum, id est concupiscētia, quā Paulus opponit legi mentis seu Dei, dicens: Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem. Vi deo autem aliam legem in membris meis, repugnantē legi mētis meæ & captiuantē me in lege peccati, quæ est in membris meis. Omnes siquidem in peccatrice voluptate generamur, propterea licet inuiti, etiam post baptismum illicitos quosdam & bestiales propemodū motus sentimus, qui assiduam in nobis pugnā generant, Paulo teste: Caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem, & c. Huic ergo quæstioni respondendum est in baptismo imputationem & creatum omnis peccati tolli, quia deletur chirographum damnationis, nostræ & responsum mortis quod in nobis ex inueterato hulcere manabat. Reat⁹ enim seu imputatio in peccatum, propriē peccatum est. Beatus enim vir,

cui non imputat dominus peccatum. Sed manet concupiscentia, quæ licet à Paulo interdum peccati dicatur, veluti quum ait: Si autem quod nolo, illud facio, iā non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Tamen post baptismū fomes non imputatur in peccatū, nisi ei mens seu voluntas assentiat. Atque hæc est eximia baptismi virtus, quod nō tantum peccatum tollit, sed & contra hunc fomitem gratiā confert, ne iam nobis concupiscentia noccat, si tamen à consensu abstinēamus: quod vt facere possim⁹, impartit nobis De⁹ in baptismo spiritum, cuius ductū sequuti, non in nostra, sed in eius virtute de concupiscentia ac diabolo triūphemus, atque in hunc modum hanc quæstionē dissoluit Paulus: Infelix (inquit) ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrū. Vt ergo concupiscentiam, quæ radix est amaritudinis, quæ seges est omnium malorum, reprimamus, ne germinet iterum: denique, vt eradicemus eam, tota vita elaborandum est. Et perpetuo cū Paulo orādū, vt spiritus ille in baptismo nobis collatus, integer perseueret in nobis: nimirum vt gratia spiritus sancti (quæ spiritum nostrum mouet, incitat, purificat, fouet, ac confirmat) nunquam auferatur à nobis, sed in vilceribus nostris cōtinuo innouetur, vt illius virtute iustificatio legis impleatur in nobis, qui non secūdū carnē ambulauimus, sed secundum spiritum. Si quis autem hunc Christi spiritum non habet, hic non est eius. Si verò Christus in nobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus verò viuit propter iustificationem. Ergo (vt Apostolus infert) debitores sumus non carni, vt secundū carnem viuamus. Si enim secundū carnem vixeritis, moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Quicumque enim spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei. Reddit autem ipse spiritus testimonium spiritui nostro, quod sumus filij Dei, quum sentimus, nō accepisse nos spiritum seruitutis iterum in timore, vt scilicet Deum tanquā tyrannum aliquem metuamus: sed quū sentimus nos accepisse spiritum adoptionis filiorum Dei in quo filiali amore perciti clamamus, Abba pater. Si autē per baptismum filij, ergo & haredes: haredes quidem Dei, cohæredes vero Christi. Si tamen compatimur, vt & conglorificemur. Baptismi ergo vis & effectus tota vita in nobis ad hūc modum (vt diximus) exercendus est, atque ita viuendum, vt

*Psal. 31.
Roma. 3.
Roma. 7.
Roma. 8.*

*Præcipua
virtus ba-
ptismi.*

Roma. 7.

*Concupi-
scentiā vt
mortificem-
us tota
vita eni-
tendum.*

1. Thes. 5.

Psal. 50.

Roma. 8.

Iustificatio

legis

quomodo

à iustifica-

tis implea-

tur.

Quomodo

spiritus

Dei red-

dact testi-

monium

spiritui

nostro de

nostro de

voat. no-

stra.

Roma. 8.

Baptismi

vis tota

vita exer-

cenda.

*Zach. 13.
Ezec. 35.*

Ioan. 3.

*Galat. 3.
Amb. in
epistol. ad
Rom. c. 6.*

*Concupi-
scentiæ fo-
mes, soluto
reatu re-
manet in
baptizato.
Roma. 7.
Bernard.
in ser. in
carnā do-
mini de
baptif.
Galat. 5.*

*Peccatum
propriē
reatus.*

Mortifica
tio in ho-
mine quo-
modo per-
agatur.
Philip. 1.
1. Cor. 15.

Amb. in
epistol. ad
Roma. 6.

De affe-
ctu quo
ad percipi-
endum
baptisma
accenden-
dum sit.

Vide Ma-
gist. in. 4.
dist. 4. &
5. art. So-
let etiam
&c.

Cypri. de
cardi. op.
christi ser-
mo. de ba-
pti. Chri-
Tertul. in
lib. de ex-
hor. casti.
Hier. ad-
uer. Luce-
fer.
1. Cor. 1.

vitali huic moriamur vsui, vt seipsum homo sibi abneget, & totus muretur, imitans Christum ducem. Quod faciendū, tādem etiam absque molestia mortificationē carnis (in domo no obdormiētes) pergamus, adeo, vt cū Paulo dicere libeat: Mihi enim viuere Christum est, mori lucrum: nimirum quod hoc mortale induet immortalitatem, & corruptibile hoc induet incorruptionē. Tunc enim planē effectus baptismi absoluetur, nempe per corporis resurrectionē, cuius baptisma est pignus & imago (si diuo Ambrosio in epistolam ad Romanos credimus,) sed de hoc latius supra diximus circa articulum symboli, qui de carnis resurrectione est.

DE affectu quo ad baptismum accedendum sit, in canonibus concilij prouincialis, sub titulo De administratione sacramentorū, dictum est, vt hic reperere non sit necesse. Qui adult⁹ accedit, cogitare debet, seque exitū veterem hominem, nouūque indutum exhibere, repræsentareque, atque hoc tota vita conaturum, vt candidam illam vestem, insigne libertatis & manumissionis ab omni peccatorum labe immaculatā, ad tribunal Christi perferat. Quod si torum ludicrē, mimicē, & ioco ageretur, tum nec recipitur sacramentum, nec res sacramenti, si indignē aut irreuerētē propositum peccandi retinēs, quis accedat, characterem quidem sacramentale recipit, sed rem sacramenti, id est, gratiam nullam consequitur: postea tamen reconciliatus ecclesiæ, effectum sacramenti absque noua tinctione per pœnitentiā recipit ac adispicitur.

Minister sacramenti, sacerdos est, in quo (quantū ad sacramenti efficaciam attinet) vitæ meritum non respicimus. Nā reuera non homo est, sed Christus qui baptizat: sacerdos verō legatione tantū pro Christo fungitur, per quem Christus baptizat. Et quanuis sacerdos dicat: Ego te baptizo, tamen vt eum non aliter quā ministrum hoc agere intelligas, non in nomine suo, sed in nomine patris & filij & spiritus sancti, baptizare se dicit, quemadmodum Paulus ait: Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis?

DE CONFIRMATIONIS
SACRAMENTO.

Vum in baptismo non solum omne peccatū tā originale quā actuale remittatur, sed & spiritus sanctus in nouā nos regenerans creaturā, detur, qui & concupiscentiæ fomites (id est appetitus inordinatiōē, & naturā corruptæ imbecillitatē, quæ in nobis post baptismū reliqua est) sic attenuat, vt ea nobis, nisi rursus peccato affectus sentiamus, nocere nō possit: consequens est, vt si cōtinuo ex hoc seculo post receptū baptismū nobis migrandū foret, solus ipse baptismus sufficeret, & regeneratio per se saluaret, mox in pace beati seculi recipiendos. Qui enim post baptismū cū acquisita innocētia immaculatus peruenit ad mortē, ipsa mortē confirmatur, quod nō possit peccare post mortē. Iā vero quū nos post transitū mare rubrū, vastū huius mundi desertū ingredi, ac cū hostib⁹ & internis & externis, prius quā ad terrā repromissionis perueniamus, sine intermissione dimicare oporteat, nēpe carne, mundo, & diabolo, quorū impetus tantus est, vt nemo securū glorietur se in hoc corpore peccati sine peccato esse posse, quod humanæ cupiditates & veteris peccati reliquiæ in sinu nostro latentes, rebellionē aduersus spiritū mouere nunquam cessant: Mundus quoque nos adhuc mortali corpore onustus omnib⁹ machinis oppugnat, denique diabolus ille artifex tanquam leo rugiens semper circuit, querens quē deuoret: vt meritō quis hanc initurus luctam grauiter terreatur, nisi interim agnoscat Christū redemptorem (qui carnem domuit, mundum vicit, ac diabolū mundi principem foras eiecit) aduersus hocce insultulū alia parata remedia, quibus luctantibus nobis subueniret, reliquisse, vt non in virtutibus nostris, sed in eo faciamus virtutem. In Exodo legimus, filios Israēl ex Aegypto per mare rubrum iam egressos, deuictis ac submergis etiā nūm hostibus (flauit enim spiritus Dei, & operuit eos mare) tum maximē fuisse compluribus aliis confortatos sacramentis.

In primis expansione nubis, in protectionem eorum, & ignis, vt luceret eis per noctem: deinde alitione panis cœlestis, & bibitione aquæ, quam percussa dedit petra.

Ad eundem modum Christus (qui veteris legis typos im-

Am. lib.
de myste.
mit. c. 3.
Tit. 3.

Vide Ber-
in ser. ha-
bito in

die canē
domini de
baptismo.

Rom. 8.

Ex decre.

Melchias.

pape.

Dimicant

dā nobis

tota vita

cū tribus

hostibus.

Rom. 7.

1. Ioan. 1.

Gala. 5.

Mundus.

Diabol⁹.

1. Petr. 5.

1. Petr. 4.

Ioan. 16.

Ioan. 12.

Psal. 59.

Exod. 15.

Columnas

nubis,

ignis.

Psal. 140

Mat. 11. pleuit) post baptismum pleraque alia spiritus sancti munera, ac gratiarum dona nobis reliquit, quibus nos per baptismum resurgentes & erectos sustentaret confirmaretque, ne ab hostium impetu nos rursus impetente succumbamus, quæ sunt cætera ecclesiæ sacramenta, in primis verò Confirmatio & Eucharistia. De confirmatione nunc dicendum est. In baptismo, filij Dei renascimur, & cælestis hereditatis promissione accipimus: sed ut hanc retineamus, pupillis tutore est opus. Quare non satis visum est Christo, in baptismo nobis impartiri spiritum inuouantem, nisi & per confirmationis sacramentum largiretur spiritum tuentem ac defendentem, qui tamen non alius, sed idem est spiritus in baptismo datus, alius tantum, atque alius secundum diuersas gratiarum donationes & charismata. Nam quatenus in confirmatione datur, parate tus est, qui regeneratus in Christo, & custos consolator & tutor est. Ergo spiritus sanctus, qui super aquas baptismi saluifero descendit illapsus, in fonte pulchritudinem tribuit ad innocentiam: in confirmatione augmentum præstat ad gratiam, quia in hoc mundo tota ætate victuris, inter inuisibiles hostes & pericula gradiendum est: quam obrem alia atque alia specie subinde visus est.

In baptismo, in specie columbæ descendit, innocentiam (inquam regenerat) restat. In die verò Pentecostes, in discipulos in linguis igneis illapsus est, quibus Apostoli intrepidi loquerentur magnalia Dei.

Itaque in baptismo regeneramur ad vitam, post baptismum confirmamur ad pugnam. In baptismo abluimur, post baptismum roboramur: in baptismo in milites Christi recipimur, ac signamur, in confirmatione ad agones & prælia mundi huius reseruandi, armis competentibus instruimur pugnaturi.

VTrunque ergo magnus est sacramentus, & quamuis alteri alteri admodum coniunctum sit, tamen in Euangelicis & Apostolicis literis sic discernuntur, ut non vnum, sed duo plane appareat sacramenta. Postquam enim Christus in vltima cæna apostolis pedes lauisset, & dixisset: Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis, tandem post multa subiicit: Quomodo autem venerit paracletus, quem ego mittam vobis à patre, spiritum veritatis, qui à patre procedit, illius testimonium perhibebit de me, & vos testimonium perhibebitis. Et iterum: Adhuc multa habeo

vobis dicere, sed non potestis portare modo, quum autem venerit spiritus ille veritatis, docebit vos omnem veritatem.

Deinde post resurrectionem, quamuis dominus inuisibiliter in apostolos, dicens: Accipite spiritum sanctum: tamen iam in cælum ascensus, alium donum apostolis & per apostolos, omnibus regeneratis pollicetur est: Ego (inquit) mittam promissum patris mei in vos: vos autem sedere in ciuitate, quoad usque induamini virtute ex alto. Et iterum: Accipietis virtutem spiritus sancti superuentientis in vos, & eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa & Samaria, & usque ad vltimum terræ: quam promissionem, postea in signo visibili in die Pentecostes euidentissimè præstitit, ut quod in apostolis semel in forma sensibili factum esse cernimus, in nobis per sacramentum confirmationis fieri minimè ambigeremus. Nam quod in primitiua ecclesia, spiritus sancti descensus in credentium populos donauit vniuersis, hoc in confirmationis neophytis impositionis manus episcoporum tribuit singulis, vnicuique tamè secundum mensuram donationis Christi. Alioqui Christus verè diuinum illum sermonem in cæna habitum (quo toties paracletum pollicetur) finiens, frustra orasset in hunc modum: Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis vnum sint, &c.

Quod ut manifestum fiat, saltè duo apertissima scripturæ testimonia intuenda sunt. Actorum 8. sic legimus. Quum autem audissent apostoli, qui erant Hierosolymis quod recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum & Ioannem. Qui quum venissent, orauerunt pro ipsis ut acciperent spiritum sanctum, nondum enim in quenquam illorum venerant, sed baptizati tantum erant in nomine domini Iesu: tunc imponebant manus super illos, & accipiebant spiritum sanctum, etiam in signo visibili. Sequitur enim Simonem Magum vidisse, quia per impositionem manus apostolorum daretur spiritus sanctus. Item Acto. 19. His auditis baptizati sunt in nomine domini nostri Iesu: & quum imposuisset illis manus Paulus, venit spiritus sanctus super eos, & propheta-bant. Quos ambos locos omnes catholici scriptores ad sacramentum confirmationis referunt.

Hic si quis requiratur, quid profuerit apostolis aduentus spiritus post ascensionem Christi, quæ & prius

*Ioan. 20.**Lucæ 24.**Acto. 1.**Chryso-st. de const. dist. 5. ca. nonisimæ.**Ephes. 4.**Ioan. 13.**14. 15. 16.**Ioan. 17.**Testimo-nia scrip-turæ pro hoc sacra-mento.**Acto. 8.**Cur Chri-**stus post**scen. mi*

serit spiritui sancti apostolis que prius dedit.

Luc. 24.

Mat. 19.

Marc. 9.

1. Petri 1.

Mat. 14.

Ioan. 13.

Mat. 26.

Mar. 14.

Luc. 22.

Ioan. 18.

Ioan. 20.

Act. 1. 2.

Act. 4.

Acto. 5.

Quid agatur in sacramento confirmationis.

Galat. 6.

Roma. 5.

Rom. 8.

acceperunt: ex Evangelio respondetur, quoniam profuit ad robur virtutis, qua induri sunt ex alto. Docuerunt certe nos Apostoli, quanta sit infirmitas nostra, & quanto spiritus profectu etiam post baptismum indigemus. Petrus Apostolorum princeps Christum vidit, gloriam eius in monte gustavit, voce patris audiuit, mira opera suis oculis conspexit: ipse quoque miracula fecit, super aquas pedibus ambulavit, cum domino familiarissimè conuersabatur: ubi à domino lotus esset, & mundus pronuntiatus se paratum & in carcere & in morte cum eo ire adferebat. Sed quid factum est? Ad vocem ancillæ terretus, statim negavit. Venit alia ancilla, & iterum negavit. Quomodo Petrus stetit coram regibus & principibus, qui coram mulieribus stare non potuit? Quinimo, post resurrectionem viso etiamnum Christo, ac larga consolatione recepta simul cum cæteris Apostolis, propter metum Iudæorum latebat, atque adeo ubi cum cæteris Christum tam gloriose ascendente vidisset, & angelorum visione, consolationeque confortatus esset, in publicum tamen prodire non audebat, sed expectabat promissum patris, Spiritum sanctum. Quum primum vero hic aduenit, tunc ipse statim simul & cæteri Apostoli, magna fiducia loqui cœperunt, virtuteque magna testimonium resurrectionis Christi reddiderunt, atque adeo principes sacerdotum & reges huius mundi non timuerunt, ut gloriarentur etiam in tribulationibus, & irent à conspectu concilij gaudentes, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.

Hoc ergo in sacramento confirmationis agitur, ut Spiritum sanctum, quem in baptismo ad purificationem & emundationem accepimus, ad robur quoque & augmentum virtutis capiamus, quo aduersus peccatorum, mundi, & diaboli insultus confirmemur, & facti intrepidi, nullis perturbationibus fragi, nullis tribulationibus succubere, nullis denique terroribus ac cruciatibus à Christo separari valeamus, affectantes cum Paulo dicere: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Hoc spiritus sancti robur, est illa charitas Dei, quæ diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum qui nos certos facit, quia neque mors, neque vita, neque angelus, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu. Quam gratiam quam

Christo visum sit, sanctis Apostolis suis signo quodam visibili supra modum illustri impartiri, quâto magis necesse erit, ut eadem nobis tanto infirmioribus, signo quoque visibili, ad confirmandam in nobis verbi fidem traderetur?

Verbum quo hoc sacramentum traditur, hoc est: Signo te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis, in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti: Promissionem, cui hoc verbum innititur, & ex qua eruitur, supra retulimus.

Materia verò huius sacramenti, chrisma est, quod manu Episcopi in frontem confirmandi illinitur. In ecclesia dei triplex oleum in die cœnæ Domini per episcopos consecratur, Oleum infirmorum, oleum cathecuminorum, & chrisma quod ex oleo oliuæ & balsamo componitur, idque non absque insigni mysterio. Nec putandum est, nouam esse sacri chrismatismis inuentionem, quum ex Dionysio, Clemente, Fabiano, Tertulliano, Cypriano, Hieronymo, Augustino, cæterisque catholicis scriptoribus chrismatismis consecrationem nos ab Apostolis recepisse, eandemque non tantum in Romana, sed per totam ecclesiam catholicam receptam esse, dicere ac videre est.

Quamquam enim veteris legis cæremoniarum, Christo illucescente, cuanuerint, vnctionis tamen mysterium religioni Christiana non contempsit, sed potius quod regibus & sacerdotibus eius tantum gentis vnde Christus erat venturus, peculiare esse consuevit, in omnem populum catholicum propagatum est, ut sicut Christus à chrismate dictus est, eo quod singularis excellentiæ oleo, hoc est Spiritu sancto, præ participibus suis vnixerit eum Deus: ita & participes eius, quotquot sunt confortes sint tam actionis quam nominis, & dicantur à Christo Christiani, ut sint sui. Christo duce rectores & duces, & offerant Deo spiritualia sacrificia, ordinati à Deo sanctimoniarum sacerdotes, quemadmodum Petrus omnes Christianos appellans: Vos (inquit) estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. Vnctio ergo chrismatismis exterior, vnctionem. Spiritus sancti interiorè significat, quam accipimus à Christo, quæ docet nos de omnibus.

Iam quod ecclesiæ hostes chrismati suum honorem detrahere cõtendunt, eo quod in Actis apostolicis non legamus, apostolos in confirmandis baptizatis chrismate vfos fuisse, sed tantum manu impositione & oratione, id illi suo more faciunt, degeneres filij, ecclesiam matrem, veritatis columnam fra-

verbum huius sacramenti.

Materia chrismatismis.

Cyprian.

Aug. in

Psal. 178

Ion. 3. de

sac. vnc.

ti vni-

set par.

vnde in

venc.

Acto. 11.

1. Pet. 2.

1. Inoc. 3.

1. Ioan. 1.

Et hereticis

chrisma-

ti suis ho-

norem de-

trahere

cõtendunt

sed fru-

stra.

1. Tim. 3. mendacē facere cupiētes, quę assuerat per Apostolos chris-
Mat. 16. matis consecrationem nobis commendatam, sed superat illa
 & superabit, perpetuō quōd nec portę inferi preualebūt ad-
 uerſus eam. Vis autem ſcire cur neque Chriſtus Apoſtolos,
 neque Apoſtoli in primis eccleſię primordiis, populos cōfir-
 mandos chriſmate vaxiſſe legātur? animaduerte chriſmatis
Aſt. 8. exteriori inunctione (quę denotaret inuiſibile Spiritus ſan-
 cti vnctionem) tantisper non fuiſſe opus, quantisper Spiritus
 10. ſanctus ſigno viſibili deſcēdit in cōfirmatos, quod per impo-
 ſitionem manuū Apoſtolorum in primis illis eccleſię cre-
 pundiis factū legimus: poſtea verō dilatata eccleſia Dei, cūm
 ſigno illo viſibili diuerſitatis linguarū opus nō eſſet ampli-
 us Spiritu ſancto roborandi, ac cōfirmādi chriſmate ſunt inun-
 cti, vt & ipſi ſigno externo admonerentur, excitarenturque
 ad myſterij interioris fidem & contēplationem, quandoquē
 iuxta beatus Auguſtinus ait: Sacramentū chriſmatis in gene-
 re viſibilium ſignaculorum ſacroſanctum eſſe, ſicut ipſe ba-
 ptismus eſt. Neque enim (vt idem alibi ait) temporalibus &
Lib. 2. cō- ſenſibilibus miraculis aſſeſtantibus, per manus impoſitionē
traliter. as modō datur Spiritus ſanctus, ſicut antea dabatur ad cōmē-
Petilian. dationem rudis fidei & eccleſię primordia dilatanda.
c. 104.
De bapt.
cōtra Do-
nat. c. 16.

Ibidem. **Q**uis enim nūc hoc expectat, vt hi, quibus manus ad ac-
 cipiendū ſpiritū ſanctum imponitur, repente incipiāt
 linguis loqui? ſed inuiſibiliter & lateſter intelligitur p
 vinculū pacis, eorū cordibus diuina charitas inſpirari, vt poſ-
 ſint dicere: Quoniam charitas Dei diſſuſa eſt in cordibus no-
 ſtris per Spiritū ſanctū, qui datus eſt nobis. Opponendus eſt
Roma. 5. ergo æmulis noſtris, vniuerſalis conſenſus eccleſię omnium
 temporū, vt certiffimum teſtimonium, quōd hæc ordinatio
 ſit Apoſtolica, maximē quum vel vno eodēmq; tēpore, idq;
 non multo poſt Apoſtolorū deceſſum, per omnes ferme ec-
 cleſias, vt apoſtolica cuſtodita cōprobatur: Sic enim habet
Ire. lib. 4. Fabianus: Hęc (nimirū chriſmatis annuam cōſecrationē, re-
cōtra he- ſeſ. ca. 63. nouationem, & veteris cōfirmationem ſignificans) a ſanctis
Ex Decre Apoſtolis & ſucceſſoribus eorū accepimus, vobis que tenēda
tu Eabi. mādamus. Hęc ſancta Romana eccleſia & Antiochena a tē-
 pore Apoſtolorum cuſtodit: Hęc Hieroſolymorū & Epheſia
 norum tenet, in quibus Apoſtoli præſidentes hæc docuerūt.

Chriſma **N**ec hic prætereundū eſt, quōd chriſma aliter in baptif-
aliter i ba mo, aliter in cōfirmatione datur. Signatur enim bap-
 ti

zatus chriſmate per ſacerdotem in capitis vertice, per ponti-
 ficem vero in fronte, vt in priori vnctione ſignificetur ſpi-
 ritus ſancti ſuper ipſum deſcēſio, ad habitationē Deo cōſecrā-
 dam. In ſecunda vero, vt eiſdem ſpiritus ſancti ſeptiformis
 gratia, cum omni plenitudine ſanctitatis, & ſcientiæ & virtu-
 tis in hominem venire declararetur, quōd orationes, quę circa
 vtranque recitantur, ſatis indicant. In cōfirmatione ſic in-
 ter alia orat Epicoſopus ſuper cōfirmandū. Immitte in eū Spi-
 ritum ſanctum tuum ſeptiformis gratiæ tuæ, paracletum de
 cœlis, ſpiritum ſapientiæ & intellectus, ſpiritum conſilij &
 fortitudinis, ſpiritum ſcientiæ & pietatis, & imple eum ſpi-
 ritu timoris tui, & ſigna eum ſignaculo ſanctę crucis ſpi-
 ritatus, & Spiritum ſanctum non amittat in vitam æternam.
 Quamobrem Dionyſius hoc ſacramentū ab apoſtolis voca-
 tum eſſe Teloten teſtatur, id eſt, perfectionem & abſolutio-
 nem virtutis ſpiritualis.

Hic obiter ſe offert locus de donis ſpirit⁹: Sapiētia (quę
 donū eſt Spiritus ſancti) in cognitione & delectatione
 ſummi boni, id eſt Dei, ſita eſt, quā beatus Aug. Theo-
 ſebian, id eſt cultum Dei, appellat: quia vacat ac ſtudet Deo
 & fertur in deum, ſyncero affectu totam fiduciam ac ſpē in
 illum transferens, ipſumque ex toto corde, tota anima, tota
 mente, tota virtute diligens: præterea nihil amans aut colēs,
 niſi Dei cauſa, omnia ad illius gloriam referens. Quo ſit, vt
 nihil niſi Deum ſuſcipiat, ac omnia quę in mundo ſunt, præ-
 Deo, tanquam ſtercora contemnat, vt Chriſtum luſtrari,
 quę ſapientia plena eſt cœleſtis ſuauiſſimæ. Hęc eſt quę de
 ſurſum deſcēdit a patre luminum, donū Spiritus ſancti, quę
 neque naturę beneficio, neque humana ratiocinatione aut
 ſtudio acquiritur, ſed ab illo illuſtrante datur, de quo ſcriptū
 eſt: Omnis ſapientia a Deo eſt. Quare, quem admodum di-
 uis Iacobus monet. Si quis indiget ſapientia, poſtulet a Deo,
 & dabitur ei. Huic oppoſita eſt ſapientia huius mundi, quam
 diuis Iacobus, terrenam, animalem, ac diabolicam appellat,
 nimirum propter ſinem in quē intendit, qualis erat philoſo-
 phorum ſapientia, qui licet ratiocinando, qualem qualē Dei
 cognitionem eſſent aſſequiri, non tamen deum ſicut deum
 glorificauerunt, non fide, ſpe & charitate deum coluerunt,
 ſed euauerunt in cogitationibus ſuis, ſibi tantū placentes,
 & ſuam, non Dei gloriam, non æternam, ſed terrenam com-

piſmo alſ
terius con-
fir. datur.

Oratio e-
piſcopi ſu-
per cōfir-
mandum.

Sapientia
in quo cō-
ſiſtat.
Aug. in
ench. c. 1.

Philip. 3.
Am. li. 3
offic. ca. 1.

Iacobi 3.

Eccleſ. 1.

Iacobi 1.

Iacobi 3.

Roma. 1.

Colo. 2.

moditatem quærentes, imò in sapiëntia, quin potius astutia & viribus suis, tanquam in idolo quodam, spem suam collocantes, quibus insultat Apostolus, dicens: Vbi sapiens, vbi scriba, vbi conquisitor huius seculi? Nonne stultam fecit Deus sapiëntiam huius mundi? Et iterum: Sapiëntia huius mundi: stultitia est apud Deum.

1. Cor. 1.

1. Cor. 3.

Matt. 13.

Mar. 4.

Luce 3.

Ioan. 12.

Esa. 6.

Act. 23.

Roma. 11.

Mat. 11.

Luce 24.

Apo. 3.

Esa. 26.

Hier. 31.

Ioan. 6.

Psal. 11.

1. Cor. 3.

2. Petr. 3.

Hieron.

ad Paul.

Roma. 8.

1. Cor. 2.

Grego. 1.

mora.

1. Cor. 13.

Cõsiliũ in

quo sitũ.

Intellectus secundum donum, in agnitione consistit, sicut præcedens donũ in contẽplatione. Christus in euangelio ad discipulos ait: Vobis datũ est nosse mysteriũ regni, illis autẽ qui foris sunt, omnia in parabolis fiunt, vt videntes videant & nõ videant, & audiẽtes audiant & nõ intelligant. Itẽ, Cõfiteor tibi pater domine cœli & terræ, qui abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuulasti ea paruulis. Hoc dono, noui & veteris testamenti scripturæ sincere & rectẽ intelliguntur, proindẽq; hoc dono Christus illustrauit mẽtes discipulorũ, vt intelligerent quæ de ipso erant, aperies illis scripturas. Neq; enim aliter vnquã eas intelligemus, nisi ille qui solus aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit, nobis reuelat. Oportet enim nos omnes à Deo doceri & Theodidactos esse: quod sentiens Dauid, dominũ orat: Da mihi (inquit) intellectũ, & scrutabor legem tuã, & custodiã illam in corde meo. Hoc dono cæci Iudæi carent, qui exteriori literę legis sunt affixi, super quorum oculos velamen positum est, vt non possint intendere in faciem Moysi. Hoc dono hæretici vacant, qui Paulinas epistolas (in quibus sunt quædam difficulta) indocti & instabiles deprauant, sicut & cæteras scripturas ad suam ipsorum perditionem. Hoc donũ Aristoteles, quantumuis magni, sed humani intellectus philosophus nesciuit, & facundus Demosthenes ignorauit. Breuiter, quotquot animales sunt, qui non percipiunt ea quæ sint spiritus Dei. Stultitia enim est illis, & non possunt intelligere. Soli verò spirituales, quibus Deus impartitur, hoc donum habent, quẽadmodum Paulus ait: Nos autem sensum Christi habemus.

Inguntur autẽ hæc ambo dona, quod minor sit sapiëntia si intellectu careat, & valde inutilis sit intellectus, si sapiëntia non subsistat. Quid enim prodest habere prophetiã, & nosse omnia mytheria, si charitas Dei in qua verus Dei cultus, id est sapiëntia consistit, non habeatur?

Tertium donum spiritus est, cõsiliũ. Duo priora dona in contẽplatione & agnitione sita sunt, quæ rectẽ se-

quitur consiliũ, quod consistit in iudicando & amplectẽdo. Hoc dono confertur bona voluntas Deum colendi & bene operandi, per sapiëntiam gustamus, per intellectum videmus per consiliũ iudicamus, quia suauis est dominus, & quod proinde beatus est vir qui sperat in eo. Postquam ergo Dei aliquam suauitatem degustauimus, & aliquem cognitionem accepimus, orandum nobis est, vt voluntatem etiam ad seruiendum Deo capiamus. Nam nisi hæc adsit, nihil cerẽ proderit operum externorum facies, quantumuis in speciẽ bona, quia Deus intuetur cor & spontaneam voluntatem, quod Christus apud Mat. in bonis operibus in signioribus, nempe ieiunio, elemosyna & oratione, diuini simẽ explicat. Hoc est donum quo audemus dicere: Voluntariẽ sacrificabo tibi & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum est. Nã & si distribuero in cibos pauperũ omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, tamen si non prius statuero in corde meo, hoc bonum esse coram deo, & sponte fecero propter deum, nihil mihi prodest. Propterea Apostolus dixit: Vnusquisque prout destinauit in corde suo, non ex tristitia aut ex necessitate: nã Spiritus sanctus, spiritus liberatis est. Huic dono spiritus, opponitur consiliũ humanũ, cuius scopus nõ est dei gloria, sed hæret in rebus externis, & quærit quæ sua sunt. Consilio dono spiritus instructi erant Apostoli, quũ principibus sacerdotum præcipientibus, ne docerent in nomine Iesu, responderunt: Oportet magis obedire deo quàm hominibus. Consiliũ verò humanũ ceperunt ipsi sacerdotum principes, conferentes ad inuicem ac dicentes: Quid faciemus hominibus istis? quoniam quidẽ notum factum est signum omnibus habitãtibus Hierusalem, sed ne amplius diuulgetur in populum, comminemur eis, & vtrũ loquantur in nomine hoc vlli hominũ, sed Gamaliel vtriusque consilij vim rectẽ ac grauiter discreuit: Quoniã (inquit) si est ex hominibus consiliũ hoc, aut opus, dissoluetur: si verò ex deo est, non poteritis dissoluere, ne fortẽ & deo repugnare videamini. Et Dauid in eandẽ sententiã: dominus dissipat consilia gentium, reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat consilia principum, consiliũ autem domini manet in æternum.

Fortitudo quartũ donũ spiritus est, quo dei respectu, res labentes forti animo contẽnimus, quo nullis illecebris

Psal. 33.

Deus non exteriorũ operum finẽ, sed cor respicit.

Huius doni vis.

Psal. 53.

1. Cor. 13.

2. Co. 8. 9.

Rom. 8.

2. Cor. 3.

Cõsiliũ humanũ

quale.

Acto. 5.

Acto. 4.

Acto. 5.

Acto. 5.

Psal. 32.

Amb. l.

off. 1. ca.

31. & seq.

emollimur, nullis aduersis perturbamur, quo nõ lucris aut diuitiis vincimur, nõ adulatione flectimur, non fauore delinimus, nullius potentiaæ terrore prosternimur, sed inuictũ animum pro cõseruatione Christianaë iustitiæ tenemus, quo casto corde, nulli⁹ vanæ gloriæ causã, sed veri Dei amore, quiduis libenter perferimus. Quo dono omnia possumus, in eo

2. Tim. 2.

Iob 7.

2. Tim. 3.

Acto. 5.

Fortitudo
humana
que.

Psal. 58.

Psal. 45.

Psal. 59.

Libr. 5. de
ciuitate d.

1. ca. 18.

Psal. 19.

Psal. 45.

Grego.
moral.

Mat. 27.

Mat. 13.

Mar. 4.

Luc. 8.

Mat. 24.

qui nos confortat. Hoc ergo dono nullum aliud magis est nobis necessarium, quandiu in hac vita (quæ militia est super terrã) degimus. Omnes enim qui volunt piè viuere in Christo, oportet in hoc mundo persecutionem pati. Quinimo ex hoc dono sit, ne quispiam verè Christianus potissimum cognoscitur: nam qualis vnusquisque apud se lateat, illata contumelia probat. Hoc dono instructi apostoli, ibant à conspectu concilij gaudentes, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Huic vero dono opponitur fortitudo virium humanarum, quatenus sibi ipsi fidit. Nam prior innititur dei præsidio, habens semper in ore, fortitudinem meam ò deus, ad te custodiam: Deus refugium nostrũ & virtus: In deo faciemus virtutem, quia vana salus hominis. Posterior viribus humanarum, potentia multitudine, & animi pertinacia constat, quæ adeò virtus non est, vt potius vitium sit. Quamobrem apud deum nullam laudem merentur fortia illa philosophorum ac Romanorum facta, absque pietate. Quoniam (vt diuus Augustinus inquit) libertas & cupiditas laudis humanæ, ad facta compulere miranda Romanos. Nos itaque cum Dauid dicere conuenit, Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine domini dei nostri exultabimus. Non enim dominus in fortitudine equi voluntatem habebit, nec in tibiis viri beneplacitum erit ei, sed beneplacitum est Domino super timentes eum.

Bene autem consilium & fortitudo iunguntur, quoniam valde inutile est consilium, cui opus fortitudinis deest, & valde fortitudo destruitur, nisi per consilij fulciatur.

Non probat Deus constantiã hæreticorum, aut eorum qui sibi ipsis mortem consciscunt, quia est sine consilio, qualis & Iudæ fuit, qui seipsum suspendit. Nec probat consilium eorum, qui quum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum: & quia radices non habent, ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Itaque non qui cœperit, sed qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.

Scientia quintũ donũ spiritus sancti, ab August. episteme, hoc est disciplina vocatur, sita in elaboratione boni, idq; propter summum bonum, Deũ, qua prudenter conuersatur in medio nationis prauæ, sine nostro & aliorum scandalo. Hæc Sapient. 4. dicitur scientia sanctorum: Iustũ (inquit) deduxit dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei, & dedit illi scientia sanctorum: honestauit illũ in laboribus & compleuit labores illius. Et apud Iob legimus: Recedere à malo, scientia. Sicut ergo sapientia in contẽplatione, intellectus in agnitione, consilium in deliberatione & approbato iudicio, fortitudo in contẽptu rerum labentium, ita scientia in opere cõsistit, cuius finis est, declinare à malo & facere bonum: inquirere pacem & persequi eam: prouidere bona, non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Huic opposita est scientia mundana, cuius finis est rerũ notitia, in ostentationem seu ob quẽstum, de qua Paulus dixit: Scientia inflat, charitas autem ædificat. Et Sapiens: Qui addit scientiam, addit & laborem. Scientia ergo, quæ donum spiritus est, charitate semper temperata est. Vnde hoc dono carent, qui inflati scientia, traditiones ecclesiasticas temerè dissoluunt, in scandalum infirmorum, propter quos illæ factæ sunt, quos grauiter increpat Paulus ad Roman. 14. & 1. Corin. 8. atque alibi queritur Paulus, Iudæos zelum quidem Dei habere, sed non secundum scientiam.

Sextum donum spiritus, pietas dicitur. Hoc nomẽ cõplectitur omnem affectũ, cultũ omniãque officia quæ debentur his vnde vitã accepimus. Sũma ergo pietas debetur Deo, secundũ quam quidem summã speciẽ, pietas nõ est donum à dono sapientiæ distinctum, sed est ipsa sapientia, quæ admodũ in Iob legimus: Ecce pietas est sapientia, vbi Græcè legimus, *εὐνοία*, id est Dei cultus. Sed quatenus distinctum donũ est, significat misericordiã, ac sita est in affectu hominis prono ad bene merendũ de proximo, idque causa Dei, vt scilicet Dei voluntatem exequatur, & obsequiũ deo præstet: quia Deo fœneratur, qui miseretur proximi. Vnde & pietas vulgò accipitur pro operibus misericordiæ, & pius pp misericordie. Qui pius est, in domino gloriatur, & proximum non nisi in domino diligit. Hæc pietas nobis commẽdatur. 1. ad Timoth. 4. Exerce teipsum ad pietatem. Nam exercitatio corporalis ad modicum utilis est, pietas autem ad

Aug. de
citi. Dei.
14. c. 1.
Philip. 2.

Iob 28.

Psal. 33.
2. Cor. 8.
Scientia
mundana
finis.

1. Cor. 8.
Eccles. 1.
1. Cor. 8.

Rom. 10.

Pietatis
nomen
quid com-
plectatur.

Aug. in
ench. c. 2.

Ambr.
de vocat.
gentium.

Mundus non habet pietatem spiritus.
Mat. 10. Lucæ 14.
Huius domini vis.
Mat. 9.
Cursciantia & pietas iungatur.
Timor duplex.
Roma. 8.
1. Ioan. 4.
1. Petr. 1.
Psal. 127.
Psal. 18.
Aug. in.
Casti coniuux quid timeat.
Adultera quid.

omnia valet. Hanc pietatem mundus non habet, quamlibet multa pietatis exempla liberorum in parentes, seruatorum erga dominos, ciuium erga patriam cōmemoret, quia non statuit finē beneficentiæ Deum. Pietas autem Christiana ad eum scopum habet, vt Dei causa relinquat patrem, matrē, fratres, & sorores, patriam & cognationem, imò impium putet in causa Dei, parentes Deo præponere. Hoc dono muniti, facillè condonamus fratribus, libenter largimur egentibus, subuenim⁹ oppressis, ac alia misericordiarū opera (ad quæ alioqui, nisi spiritu Dei excitati, torpentes sumus) libenter præstamus, quam nobis Christus mirificè commendat. Misericordiam (inquit) volo, & non sacrificium.

Neque temerè scientia & pietas iunguntur. Nulla est enim scientia, si vtilitate pietatis non habeat, & valde inutilis est pietas, si scientia discretionem careat, quod Paulus Roma. 14. & 1. Corinth. 10. grauisimè ostēdit, quemadmodum etiam iamiam declaratum est.

Superest septimū donū spiritus sancti, timor. Timor duplex est, seruilis ac filialis. Seruilis est, quo perinde atque serui dominos timore plagarū metuunt : Deus timetur, ne scilicet mittat in gehēnā, hoc timore lex custoditur metu pœnæ, quo qui præditus est, præuaricari mallet, sed à crimine lex timoris cohibet illum, qui veluti tyrannum, & exactorē deum habet, non patrē, de quo timore dixit Apostolus: Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore. Et alius Apostolus: Perfecta charitas foras mittit timorē. Timor castus, qui & filialis, & reuerentialis dicitur, est timor syncerus, absque prauo affectu: quo præditi mandata dei cū quadā reuerētia & ex intimo affectu custodiunt, semper solliciti, ne alicubi offendant, suam salutem in timore ac tremore operantes, quos Dauid beatos pñūciat: Beati (inquit) qui timēt dominū, qui ambulāt in vis eius. De quo timore alibi idē Psaltes dixit: Timor domini sanctus permanet in seculū seculi. Vtri usque timoris exēplū beatus Augustinus dat, in Psal. 127. singit duobus timorib⁹ similes esse duas vxores: Pone (inquit) aliquā mulierem castam, timentem virum: aliam pone adulteram, & ipsa timet virum. Casta timet, ne discedat vir: adultera, ne veniat. Illa timet, quia amat virū, eius optans præsentiā, cui se castos debere amplexus agnoscit : adulterinos vero concubitus super omnia detestatur, cogitat tantū vt pla-

ceat viro suo. Hęc timet maritū, quia adhuc nequitia amat plus quàm maritum. Proinde grauis est illi mariti præsentiā, cui si speraret occultum fore, adulterium cōmitteret. Illius timor ex mariti reuerentia & amore procedit, odit crimen, etiam si sciat perpetuò id posse latere: trepidat & ardet, vt officio respondeat: timet, ne qua macula displiceat vicio: metu it ne quid illi mali contingat absentis, cuius præsentiā nihil ipsi gratius est, quem cupit mente. Huius verò timor ex metu pœnæ proficitur, amans iniquitatem, quam cuperet perficere, si tandem speraret posse latere. Admodum igitur castæ & pudicæ fœminæ se habet castus timor erga Deū, qui perpetuò curat, ne offendantur Deus, Dei amore & reuerētia honestè agit, amans synceritatem, nequitiam fugiens, cupiens tantum placere Deo, cui coniungi nunquam non desiderat, dicens cum Paulo: Cupio dissolui & esse cum Christo. Seruilis verò longè secus se habet, quòd oderit peccare non Dei amore, sed formidine pœnæ, quam à Deo comminante peccatoribus expectat. Et quanuis timor seruilis meritū non habeat, tamen quum Dei iustitiam respicit, ac Deo credit comminanti præparat locum charitati. Quū enim quis per hunc timorē se à peccato cōtinet, assuescit iustitiæ, & incipit quod durum erat amari, tū dulcescit Deus: & quo magis charitas crescit, decrescit timor, donec perfecta charitas penitus foras mittat timorem. Est denique timor quidē merè humanus, qui Dei respectum non habet, sed tantum alicuius externi incommodi, quemadmodum timēt homines, ne damnum, ne orbitas, ne alicuius chari amissio, ne exilium, ne carcer, ne tribulatio, & his similia ipsis obuenciant: qui timor quate nus naturalis est, licet defectus potius corruptæ naturæ quàm peccatum sit, tamen quum à iustitia defleat & Dei amori præponitur, damnabilis est, prohibetur à Christo: Nolite (inquit) timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Et iterum: Nolite solliciti esse de crastino. Orandum itaque nobis est, vt Dominus timorem seruilē in nobis extenuet, donec perfecta charitas eū foras mittat. Nam nisi timor Charitate fulciatur, & cæteris donis munitur, ad nullum opus bonæ actionis surgit.

Quòd si orationē dominicā diligenter expendamus, singulis donis singulæ precatōnes videntur dicatē. Timorē castū petimus, quum dicimus: Libera nos à malo.

Castus timor, amor Dei cōiunctus.

Philip. 1.

Aug. in Psal. 127.

1. Ioan. 4. Timor merè humanus quū.

Mat. 10. Mat. 6.

Grego. 1. mora.

Vide Aug. de ser. domini in mō. l. 2.

Fortitudinem precamur, Et ne nos inducas in tentationem. Pietatē, dicentes: & dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Scientiam petimus, orātes: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Consilium, quando dicimus: Fiat voluntas tua. Intellectum, dicentes: Adueniat regnum tuum. Denique sapientiā, quum dicimus, Sanctificetur nomen tuum.

Cur hoc sacramentū patres Teleten appellant.

Ex prædictis ergo satis superque liquet, cur sancti patres hoc sacramentum Teleten, seu sacramentum perfectionis & consummationis vocariot.

Cur christifirma consistit ex oleo oliuæ & balsamo.

Am ad signorum & rituum expositionem pergemus. Quid christifirma significet, supra diximus, quanquam non temerē etiā ex oleo oliuæ & balsamo mixtum conficiatur. Nam oleum, gratiæ pinguedinem, splendorem fidei, & ardorē charitatis signat: Balsamum, spiritus suauitatem, qua nos Christus ad se trahit, & cuius communicatione dicimus: Christi bonus odor sumus. Ideo enim cōfirmamur, vt meminerim⁹ nos intrepide fidem confiteri, & bonū odorem factorū ad ædificationem proximi nos circumferre oportere.

Cur cōfirmādus signetur cruce in fronte.

Signatur verō confirmādus signo crucis in fronte, qui locus est pudoris, vt admonemur suscepisse signum Imperatoris nostri Christi, quē omni metu atque pudore postposito, palām & vbique confiteri debeamus, quemadmodū Paulus dixit: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi.

Mat. 10. Mar. 9. Luc. 12. Galat. 6. Act. 5. Mat. 5.

Post confirmationē, confirmatus alapa cæditur, vt meminerit, se deinceps pro nomine Iesu contumeliam libēter passurum, & percutienti se ad dexteram, sinistram etiam porrecturum.

Quid susceptori- bus iniungatur.

Postremo, post absolutas diuinas orationes & inuocationes quæ fiunt super confirmatos susceptoribus seu patris iniungitur, vt confirmatū in fide instruat: declinare malum & facere bonum, ac dominicā orationem edoceant. Effectus sacramenti satis superque ex prædictis elicitur, nempe quod detur ad impartendum donū spiritus, quod confirmemur aduersus omnes tentationes carnis, mūdi & diaboli, quo in fide robaremur ad confitendū & glorificandū nomen Domini nostri Iesu Christi, quo denique charitatis augmentum ac perseverantiam in bonis operibus capiamus. Huius ergo sacramenti mysteriū tota vita rememorandum

ritum est, vt recogitet Christianus, se Christi signiferū esse, se Christi arma in fronte portare, se in crucifixo omnia aduersa victurum, se pro desertore habendum, si ab his signis ad aduersarij, nempe diaboli, castra peccādo transfugerit: se non coronandū, nisi legitime certauerit: se denique perdendum, nisi ab imperatore suo in omnibus actionibus, tribulationibus & angustiis fideliter steterit. Vix est ergo vlla cęremonia in ecclesia, quæ nos in omnibus tentationibus ad cōstantiā, perseverantiam, & patientiā efficacius cohortetur.

Huius sacramenti mysteriū totū ritus memorandum. Roma. 8. 1. Ti. 1. 2.

Affectus accedentis ad participandum hoc sacramentū is erit, vt credat se accepturum spiritum sanctum, arrationem salutis. Confirmabit autem fidem suā ex locis scripturę suprā allatis, memor verbi Saluatoris, quod Christi⁹ ad Apostolos (quorum Episcopi in ecclesia successores sunt) dixit: Sicut me misit viuens pater, & ego mitto vos. Vt enim diuus Ambrosius ait: Non humanum hoc opus, neque ab homine datur, sed inuocatus à sacerdote spiritus à Deo traditur, in quo Dei munus ministerium est sacerdotis.

Quo affectu accedendū sit. Roma. 8. Ioan. 20. Ambrosio del spiritus sancto li. 1. cap. 7. Act. 8.

Denique, minister huius sacramenti Episcopus est. Nam vt in Actis legimus, Philippus diaconus, licet Samaritanos verbo Dei cōuerterit, & baptizauerit, nō tamē hoc sacramentum ministrauit, sed Apostoli miserunt ad eos Petrum & Ioannem, qui quū descendissent, orauerunt pro ipsis vt acciperent spiritum sanctum, quod nunc faciunt Episcopi, nimirum Apostolorum successores.

Hierony. cōtra Lucifer.

DE EVCHARISTIAE
SACRAMENTO.

Acramento Eucharistiæ ecclesia nihil sublimius habet. Quid enim augustius, quā quod ecclesia p corporis & sanguinis dominici participationē, etiā iuxta naturā & substantiā vniū cū Christo efficitur, & quodammodo in Deū suū transformatur? Quid efficacius est perfectā, indissolubilēq; concordia fouendā, quā quod ecclesia eodē corpore vescens, eundē sanguinē bibens, per eundē spiritū in vniū corpus redigitur, & Christo capitiviuo, viua connectitur? Et eatenus hoc sacramentum cæteris sacramentis, tum veteris, tum noui testamenti maius & excellentius est.

Sacramēto Eucharistiæ ecclesia nihil habet sublimius.

In ceteris sacramentis exterior speciei non mutatur substantiatur.
In sacramento aliarum non manet quod ante fuerat.
 quòd in aliis elementum seu exterior species nullã substantialem mutationẽ recipit. Neque enim aqua baptismatis aut oleum chrisimatis consecrata, in aliam naturã mutantur, neque spiritus sanctus (quẽ aqua in baptismo significat ablucetẽ & emundantẽ, chrisma verò in confirmatione roborantẽ & illuminantem) in eisdem elementis essentialiter continetur, quantum credentibus in mysterio exhibeatur & detur. At solũ sacramentũ panis & vini, potentia verbi diuini ita mutatur, vt substantiatur non sit quòd antè fuerat, sed quã ante consecrationem erant panis & vinum, post consecrationem substantiatur caro & sanguis Christi. Vnde (id quod paulò ante diximus) consequitur, nõpe nos virtute huius tam eximij sacramenti non solum spiritualiter (quod rectè a fide charitateque sincera fit) sed & corporaliter Christo vniri, vt simus non tantum spiritu ei conglutinati, sed & simus mēbra corporis eius ex carne & ex ossibus eius, quemadmodum apud diuum Paulum Ephes. s. legimus. Sic enim cum locũ orthodoxi patres, in primis vetustissimi illi, Cyrillus ac Hylarius interpretantur. Sed de hoc infra latius dicemus. Nunc nobis, quem institutionis causa delegimus, ordo sequendus est.

De nomine in primis videndum: Constat autem varias esse huius sacramenti appellationes.

Eucharistia cur dicitur.
Basilium.
A Patribus certè frequẽtius Eucharistia appellatur. Eucharistia verò quidam gratiarum actionem, quidam bonam gratiam interpretantur. Basilium hoc sacramentũ Eucharistię vocabulũ exprimere volẽs, corporis & sanguinis Christi gratiam appellat: vtique rectè, in eo enim Christus, qui gratia & veritate plenus est, seipsum nobis exhibet, ac retatur carnẽ suam, quam ipse æternum patris verbum, mortalis factus, nostri causa suscepit, pro nobis crucifixum & sanguinem suum pro nobis in cruce effusum esse in remissionẽ peccatorum nostrorum: iubet; nos eandem carnẽ pro nobis vulneratam sumere, & sanguinem bibere, idq; in suã commemorationẽ, hoc est, vt pro tantis beneficiis in Eucharistia, tanquam in nostrã redemptionis, & futurã salutis ac gloriã pignore, nobis exhibitis, ipsi gratias agamus, quemadmodũ, diuus Paulus ait: Quotiescunque manducabitis panem hunc & calicẽ bibetis, mortẽ domini annunciabitis donec veniat.

Ecclesie consuetum.
Hoc sacramentũ cur synaxi mystici corporis cum capite, hoc est Christi & ecclesie, & omnium Christi membrorum, Christi nomen verè profitentium inter se, quã appellatio ex diui Pauli verbis desumpta est, dicentis: Calix benedictionis cui benedicimus, nõnne participatio corporis domini est? Quoniam multi vnus panis, & vnũ corpus multi sumus, qui de vno pane & de vno calice participamus. Gemina ergo ista nomina ab effectu sacramenti desumpta sunt, de quo infra latius dicemus. Quòd hodie quidam hoc sacramentum exemplo diui Pauli, cœnam dominicam malunt appellare, id non admodũ improbandũ, modò nouandi studium abesset. Cæterum post Paulum vix reperias quenquam ex patribus, qui hoc sacramentum cœnam dominicam appellet, postquã scilicet visum esset spiritui sancto, vt in honore tanti sacramenti in os Christiani hominis dominicũ corpus prius intraret quàm alij cibi: nõ enim quia post cibos dedit dominus, propterea pransi aut cœnati fratres ad illud sacramentum accipiendũ conuenire debent aut (sicut faciebant, quos Apostolus redarguit & emēdat) mēsis suis ista miscere. Nam Saluator, quo vehementius commendaret mysterij illius altitudinem, vltimũ hoc voluit insigere cordibus & memoriã discipulorum, à quibus erat ad passionem digressurus. Quo autẽ ordine deinceps sumeretur, apostolis, p. quos ecclesias disposurus erat, docendum referauit.

Verbum huius sacramenti est sermo Christi, cuius virtute hoc sacramentum cõficitur, cuius efficacia panis fit corpus Christi, & vinum aqua mixtũ transit in sanguinem. Hunc sermonẽ Ecclesia sancta Dei à domino suo Christo Iesu per apostolicã traditionem acceptum, sic pronũtiat: Accipite & manducate ex hoc omnes: Hoc est enim corpus meum. Et iterum: Accipite & bibite ex hoc omnes: hic est enim calix sanguinis mei, noui & æterni testamēti mysterij

Ecclesie consuetum.

Hoc sacramentũ cur synaxi mystici corporis cum capite, hoc est Christi & ecclesie, & omnium Christi membrorum, Christi nomen verè profitentium inter se, quã appellatio ex diui Pauli verbis desumpta est, dicentis: Calix benedictionis cui benedicimus, nõnne participatio corporis domini est? Quoniam multi vnus panis, & vnũ corpus multi sumus, qui de vno pane & de vno calice participamus. Gemina ergo ista nomina ab effectu sacramenti desumpta sunt, de quo infra latius dicemus. Quòd hodie quidam hoc sacramentum exemplo diui Pauli, cœnam dominicam malunt appellare, id non admodũ improbandũ, modò nouandi studium abesset. Cæterum post Paulum vix reperias quenquam ex patribus, qui hoc sacramentum cœnam dominicam appellet, postquã scilicet visum esset spiritui sancto, vt in honore tanti sacramenti in os Christiani hominis dominicũ corpus prius intraret quàm alij cibi: nõ enim quia post cibos dedit dominus, propterea pransi aut cœnati fratres ad illud sacramentum accipiendũ conuenire debent aut (sicut faciebant, quos Apostolus redarguit & emēdat) mēsis suis ista miscere. Nam Saluator, quo vehementius commendaret mysterij illius altitudinem, vltimũ hoc voluit insigere cordibus & memoriã discipulorum, à quibus erat ad passionem digressurus. Quo autẽ ordine deinceps sumeretur, apostolis, p. quos ecclesias disposurus erat, docendum referauit.

1. Cor. 10.

Cœna domini.

1. Cor. 11.

Aug. ad Iamna.

1. Cor. 11

Christus.

cur post cœnã hoc sacramentum instituerit.

Ambro. de sacramentis.

Lucanone.

fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissione peccatorum. Reliqua omnia quae dicuntur, vel ad vsum sacramenti pertinent, vel laudes, vel gratiarum actiones sunt, vel certae obsecrationes & fidelium petitiones. Tam autem apertus est hic Christi sermo, quo hoc sacramentum (vt diximus) conficitur, vt planè insani sint, qui eum secus quam à Christo dictus est, interpretari, quin potius dedita opera depaquare (sed frustra) contendunt.

Christus enim aeterna illa veritas, quae omnino metiri non potest, vt euentissimè nobis ostenderet, quid in hoc traderet sacramentò, quum hoc ipsum diuina potestate institueret

ac porrigeret, simplicius ac apertius dicere non potuit, quam quod attestatibus Matthæo, Marco, Luca euangelistis dixisse legitur. Accipite & comedite: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hic est sanguis meus noui testamèti, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

Itidem diuus Paulus vas illud electionis, cuius experimentum habemus, quia in eo loquitur Christus, dominicam institutionem renarrans, sic habet. 1. Cor. 11. Ego enim accepi à domino quod & tradidi vobis, quoniam dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens, fregit & dixit: Accipite & manducate: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem postquam cœnauit, dicens: Hic calix nouum testamētum est in meo sanguine: hoc facite, quotiescunq; biberitis, in meam commemorationem. Porro hic sermo quæ reuulimus, nec humanus, nec angelicus etiā putandus est, sed planè diuinus, quæ et si pronunciet consecrans sacerdos, homo mortalis, tamen pronuntiando non suis, sed Christi verbis vitur.

Itaque non sacerdotis, sed Christi sermo est, cui omne genu flectitur, cœlestium, terrestriū & infernorum. Is vtiq; sermo, quo facta sunt omnia, quum antea non essent. Ante conditionem mundi cœlū non erat, mare non erat, terra non erat, nulla creatura erat. Sed audi dicentem: Ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt. Ergo quum Christus illud aeternum Dei verbum, per quod facta sunt omnia, exertissimè dicat: Accipite & comedite, hoc est corpus meum. Et iterum, Accipite & bibite, hic est sanguis meus, certissimè credere debemus, hoc quod nobis porrigitur, esse & verum corpus & verum sanguinem Christi, licet ante consecrationem, quæ sit

hoc omnipotenti verbo Dei, fuerit panis & vinum, quod qui non facit, is ne primū quidem apostolici symboli articulum mente perceperit, neque etiam in Deum omnipotentem credit, qui verbo eius omnipotentiam detrahit. Rursus qui omnipotentiam diuini verbi intelligit, is statim colligit, quod Deus quæcūque vult facit in cœlo & in terra. Et vt Paulus ait: Vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt. Quod si tanta vis est in sermone domini, vt incipiant esse quæ non erant, quanto magis operatorius est, vt quæ erant suo iussu in id quod prius non erant (id est in corpus & sanguinem suum) commutentur? Quum itaque Christus, inuisibilis ille sacerdos, per visibile ministrum, panem in manus accipit, ac benedicit, dicens: Hoc est corpus meum: scito ibi statim ac certissimè esse corpus Christi. Itidem ad hæc verba, Hic est sanguis meus, statim adesse sanguinem Christi. Absit ergo, vt fidelis quispiam aecommodet impiis illis Sacramentariis hæresarchis, qui ex cœca mente omnipotentiam Christi in hoc sacramento credere vel comprehendere detrectant, quos tanquam pestem quandam lethalem vitare, ac intellectum nostrum in obsequium Christi captiuare debemus, ex èplo fidelis patris nostri Abraham, qui in

re promissione Dei non hæsitauit diffidentia, sed cōfortatus est fide, dans gloriam Deo, plenissimè sciens, quia quæcunq; promissit Deus, potens est & facere. In solum Christi testimonium, quod non potest non esse verissimū (quod Christus sit ipsa veritas) inueneri debemus. Ipse est qui testificatur nobis quod corpus suum accipiam & sanguinem, sic enim ait: Accipite, hoc est corpus meum. Nunquid debemus de eius fide & testificatione dubitare, qui vt omnem nobis scrupulum eximeret, addidit: Quod pro vobis tradetur, id est, non aliud, sed illud idem substantialiter, quod pro vobis redimendis tradetur ad mortem, & crucifigetur? Neque enim vel hoc imaginandum est, quod ipsum corpus in vtero virginis formatum, deinceps formetur, sed illud ipsum corpus quod per Spiritum sanctum in vtero virginis formatum, & igne passionis in ara crucis decoctum est, verbo cœlesti conficitur.

Deinde, ne hæc tanta mysteria ex persona seu dignitate ministri seu sumentis mereris, adiecit: Hoc facite. Hoc inquam, id est, hoc ipsum quod ego vunc facio, instituo, ac faciendum & sumendum iubeo, facite & vos: nimirum ex pane corpus meum, non vestra virtute, sed meo verbo consecrare, accipi-

Dei hoc sacramento omniam potentiam detrahit. P'sal. 134 Roma. 2. Amb. de sacra. Quid credendum in Euchari. 2. Cor. 12. Rom. 2, 3. Chrys. in hom. 51. in Marc. 14. Ioan. 14. Mat. 26. 1. Cor. 11. Magist. 4. dist. 11. Damaſc. libro de orth. c. 4.

Magist. 4. dist. 11. Damaſc. libro de orth. c. 4.

Auguſt. c. vti de consecr. dist. 2.

Ioan. 14. 2. Tim. 2.

Mat. 26.

Mar. 14.

Luca 22.

Acto. 6.

1. Cor. 2.

7.

Chryſ. ho mil. 51. in

Mat. c. 14

Philip. 2.

Genes. 1.

Ioan. 1.

Amb. de sacramen.

Infidelis qui verbo

*Non solū
Aposto-
lis hęc po-
testas con-
cessit.*

1. Cor. 11.

*Amb. de
sacramen-
t. sp. 6.*

*Veritas
corporis
Christi
ex Paulo.
1. Cor. 11.
Ibidem.
Sęsus ver-
borū A-
postoli.*

*Corinthij
reprehens-
grawiter
à Paulo.*

te & manducate, ac aliis manducandum porrigite. Rursus, ne putares hanc potestatem conficiendi & porrigēdi corpus dominicum Apostolis tantum fuisse concessum, adiecit: In meam commemorationem, id est, corpus meum accipite & manducate per successiōem temporum vsque in finē seculi, in memoriā passiōis meę, quemadmodū diuus Paulus ceteris Euangelistis apertius retulit, dicens: Quotiescunque māducabitis panem hunc, & calicem domini bibetis, mortē domini annuntiabitis donec veniat. Ergo hoc ipsum quod Christus fecit, quod deinde Apostoli eius mandato fecerūt, nunc quoque per sacerdotes & fideles ipsius in consecrando, porrigendo, & manducando corpore dominico fit, & deinceps fiet, donec ipse redierit ad iudicandum viuos & mortuos. Interea enim oportet perpetuo meminisse & prædicare mortem domini, & annunciare remissionem peccatorum in nomine eius, videlicet quod is per mortem & sanguinem suum nos à morte aeterna redemerit, remissionemque peccatorum, & vitam aeternā impetrauerit, quod certē maiori serio facere aut exprimere haud possumus, quā edendo corpus Christi in commemorationem corporis eius pro nobis in cruce mortui, & bibendo sanguinem Christi, in commemorationē sanguinis Christi pro nobis in cruce effusi. Iam ut Apostolus veritatem dominici corporis in Eucharistia magis etiam confirmaret ac testatorem redderet, sic subintulit: Itaque quicumque manducauerit panem hunc, & biberit calicem domini indignē, reus erit corporis & sanguinis domini. Et iterum: Qui enim manducat & bibit indignē, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini. Quorum verborum sensus est: Quandoquidem dominus Iesus testatur se in hoc sacramento, nobis tradere verū corpus ac sanguinem suum: itaque quicumque manducauerit indignē, reus sit corporis & sanguinis Domini, id est reatum damnationis aeternę incurrit, ac pœnas mortis Domini dabit, quia non diiudicat corpus domini, id est non discernit quā sit hoc corpus dignius omnibus creaturis, tamen quod ad externam speciem attinet, videatur esse panis: id quod ipse Apostolus graui censura coarguit in Corinthiis, qui non diiudicabant illud, sed velut quemlibet cibum indiscertē, negligentēque sumebant. Quos & superioris commonefaciens, ait: Calix benedictionis cui benedicimus, nōn-

ne communicatio sanguinis Christi est? Et panis quem frāgimus, nōne participatio corporis Domini est? Quibus verbis nihil aliud significatur, quā porrecto nobis sacramento sub speciebus panis, & vini in Eucharistia exhiberi nobis corpus & sanguinem Christi, qui vt communicauit carni & sanguini propter nos, ita ea per quę nobis coniuuctus est, indicibili charitate nobis rursus communicat & impertit. Ex quibus omnibus manifestū euadit, quid Christianum hominem de hoc sacramento omnium maximo sentire, & interrogatum respondere oporteat, nepe in hoc sacramento nobis ad manducandum & bibendū exhiberiverum corpus & verum sanguinem Christi, sub speciebus panis & vini ex ipsius Christi institutione. Ipse est enim (vt supra diximus) ipse inquam est non minister, qui nobis carnē & sanguinem suum (licet per ministrū sacerdotem) porrigit, quod verba sua clarissimē testatur.

Elementū ergo seu materia huius diuinissimi sacramenti, panis est, & vinum aqua mixtum, ad quę quū accedit verbū, transeūt in verū corpus & sanguinem Christi, & fit sacramentum. Hoc (inquit Augustinus) est quod dicimus quod modis omnibus approbare contendimus sacrificiū ecclēsię duobus confici, duobus constare, visibili elementorum specie, & inuisibili Domini nostri Iesu Christi carne & sanguine: sacramento, id est visibili, sed mystico signo, & re sacramenti, id est corpore Christi, quamquam hic adnotandum est, rem huius sacramenti geminam esse. Vnam, quę sub speciebus panis & vini verē continetur, nempe carnem & sanguinem Domini, atque illud ipsum corpus quod pro nobis traditum est: quę res huius sacramenti basis & fundamentū est. Alteram, quę est huius sacramenti virtus & efficacia, secundum quem dicendi modum rem huius sacramenti, vnitatē corporis Christi (quę est ecclēsia) appellamus, quę res magis significatur hoc sacramento quā continetur. Dicimus autē species panis & vini tantum sacramentū, & non re esse sacramenti, quod sint sacrę rei signum: siquidem præter speciem, quam sensibus ingerunt, aliud faciunt in cognitionem venire. Quod vt paulo manifestū euadat, nosse oportet nullo elementum congruentius esse ad significandum rem in hoc sacramento contentam & significatam, quam sunt panis & vinum. Qui in scripturis vel mediocriter versati sunt, no-

*1. Cor. 10.
Hebr. 2.*

*Quid christi-
anum
hominē de
hoc sacra-
mento in-
terrogatū
respondere
oporteat.
Cypria.
de cena
domini,
sub finem.
Elementū
huius sa-
cramenti
quod sit.
Aug. in
lib. sentē.
prospe. c.
hoc est. de
consec.
dist. 2.*

*Aug. de
sacramen-
t. fide.
Species
panis &
vini tan-
tū sacra-
mentum.*

Panis quo modo in scripturis accipitur
Ioan. 6.
1. Tim. 6.
Ioan. 6.
Rom. 6.
7. & 8.
Ephes. 2.
H ebr. 10.
Hier. 11.
Deute. 8.
Matt. 4.
Mar. 6.
Psal. 103
Rom. 6.
Tit. 3.
Ioan. 6.
Psal. 22.
Ephes. 2.
Aug. in sermo. de sac. sid.
Aug. in sermo. ad infan. de sacramen.

uerunt appellatione panis, non tantū hunc, qui ex farre frumentitio conficitur, venire sed per panem interdum significari Christum, quemadmodum idem de seipso ait: Ego sum panis viuus qui de cœlo descēdi. Ipse enim vniigenitus filius verus panis est, qui quō sit ex substantia patris naturaliter cū cœta viuificans, vniuersum terrarū orbem potest nutrire, & toti mundo vitā præbere, qui & solus per Spiritū sanctū, spiritum nostrū viuificat, & corpus ipsū à corruptione liberat. Quia vero christus hunc mirabilē in nobis operatur effectū, virtute passionis & mortis suæ, quam in carne sustinuit, frequēter panis, Christi corpus significat, vt est apud Hieremiā: Venite (quæ est Iudæorum vox) mittamus lignum in panē eius, hoc est crucein in corpus eius. Interdū verbū Dei, quo fidelis anima reficitur ac sustentatur, panis dicitur. Nā vt in Deuter. legimus, & Christus in Euāgelio testatur: Nō in solo pane viuunt homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Hic enim est panis ille supersubstantialis, quē petimus nobis quotidie dari. Interdū panis, omnia ad vitæ præsentis subsidium necessaria designat, & præsertim panē illū materiale, quo potissimum victitamus. Ergo quum Christus se ipsum nobis in sacramento exhibere & porrigere, esuquē corporis sui, in fide verbi diuini, reficere, sustinere & conseruare nos voluerit, elementū delegit, quod ad hæc omnia significanda, & non tantum menti, sed & oculis nostris inculcanda congruentissimū est. Vt enim panis hic terretistris imbecillitate carnis nostræ reficit, sustinet & conseruat, & vinū hominem lætificat atque inebriat: sic caro & sanguis Christi, quum non tantum sacramentaliter, sed & spiritualiter manducantur, interiorē hominē mirificē reficiunt, lætificant & saginant, quum scilicet intelligit se per Christū acceptū esse omnia, regenerationem, iustificationem, & vitam æternam. Quam refectionē præuidens Dauid, cecinit: Calix meus inebrians, quā præclarus est. Deinde quē ecclesia Christi corpus mysticum sit, & illius vnitate, perceptione huius sacramenti Christus nobis cōmendare voluerit, panis & vini materia cōgruentissimē delecta est. Quoniā sicut ex multis granis conficitur vnus panis, & ex pluribus acinis vinū confuit, & vnū corpus ex multis membris cōponitur, sic ecclesia ex multis fidelibus charitate copulante connectitur. Mysteriū siquidē pacis & vnitatis nostræ, Christus in sua mēsa con-

trauit. Præterea sic oportebat adimpleri scripturā, & vmbra per superuenientē lucē euacuari, & veritate figuræ respondere. Quod enim Melchisedech typum Christi portarit, declarat Spiritus sanctus ex persona patris ad filiū, dicens: Ante luciferum genui te. Iurauit dominus, & non pœnitabit eum: tu es sacerdos in æternum secundū ordinem Melchisedech. Hic est (inquit Apostolus) Melchisedech, qui obuiauit Abraham reuerso à cæde regū, & benedixit ei, cui & decimas omnium diuisit Abraham. Primum quidem quia interpretatur rex iustitiæ, deinde autem & rex Salem, quod est rex pacis, si ne patre, sine inatre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finē vitæ habēs, alsimilatus filio Dei, manet sacerdos in æternū. Quæ tamen Apostoli verba sic intellige, nō quod Melchisedech sine patre & sine matre fuerit, sed vt scriptura in typo nobis ostenderet sacerdotium Christi, sinē non habiturū, subito introducerit in Genesi, Melchisedech occurrissē Abraham, à cæde hostium reuertenti: cuius quidem nomen, nec antea, nec postea reperitur ascriptū. Hic Melchisedech (quemadmodum scriptura refert) proferens panem & vinum, erit enim sacerdos Dei altissimi, benedixit Abraham. Quis est iste Melchisedech, qui significatur rex iustitiæ, rex pacis, nisi Christus, qui solus est Dei iustitia, Dei pax, & Dei sapientia: in quo solo iustificamur, & iustificati per fidē pacem habemus apud Deum? Hic protulit panem & vinū, dicens: Hæc est corpus meum, hic est sanguis meus, hic benedixit fidei Abraham, & obtulit semetipsum pro eo verum sacrificium. Per suum enim sanguinem, benedictionem, id est peccatorum remissionē acquisiuit illi, imò & omnibus electis, qui expectauerunt eum ab origine mundi.

Non enim benedictio illa ad Abraham tantū, sed ad nos pertinet. Nam si Abraham Deo credidit & reputatum est illi ad iustitiā, vtique quisquis Deo credit & fide viuunt, iustus inuenitur, & iam pridem in Abraham fidei (cui deus repromissit: quia in illo benedicentur omnes gentes) benedictus & iustificatus ostenditur, manducans ac bibens carnē & sanguinē domini sui, quæ verus ille Melchisedech sacerdos in æternum sub specie panis & vini, ipsi de altari suo profert. Cæteras huius sacramenti figuras, quæ plurimæ sunt, persequi in præsentiarum supersedebeimus, quod hanc institutionē nostrā breuitas deceat: sufficiat admonuisse per manna nō tan-

Typus Christi Melchisedech.

Psal. 109
H ebr. 7.

Gene. 14.

Chry. hom. 34, in Gene. Ibidem.

1. Cor. 1.
Ephes. 2.
Coloss. 1.
Roma. 5.

Gen. 15.
Roma. 4.
Galat. 3.
Gen. 12.

Hier. in Psal. 109

Exod. 16. tum verbum Dei, sed & hoc sacramentū pulcherrimè adumbratum esse. Qui vero volet cognoscere quàm conueniat figura veritati, veteres orthodoxos perlegat. Certè Paulus apostolus testatur, patribus omnia in figura cōtingisse: Nolo (inquit) vos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari, & omnes eandem escā spiritualem manducarunt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt. Biberunt autem de spiritali consequente eos petra: petra autem erat Christus. Sed, vt subiecit, non in pluribus eorum beneplacitum est deo: nam prostrati sunt in deserto. Hæc autem in figura facta sunt nostri, &c. Et post pauca: Hæc autem omnia in figura cōtingebant illis: Edebāt ergo illi manna, bibebant de petra, sed aliud illi, aliud nos: illis imago dabatur, nobis veritas exhibetur: illi māducabant māna, vmbra tantum veri panis, qui de cælo descendit, quæ ad modum Christus ait: Non moyses dedit vobis panē de cælo &c. nos corpus & sanguinē Domini, in sacramento re ipsa præsentia, edimus. Illis petra erat Christus, sed non aliter quàm in signo & figura, in qua omnia (vti seipsum interpretatur Paulus) cōtingebant illis. Sed nos edimus ac bibimus corporis & sanguinis veritatem, eam nobis non petra in se sibi, sed ipso Christo porrigit, qui vt omnē allegoriam & æquiuocationem tolleret, tā diligenter diffidimus ac descriptis, quod dedit, vt accuratius non potuerit: Hoc est (inquit) corpus meū. Et addidit: Quod pro vobis traderetur. Item: Hic est sanguis meus. Et adiecit: Qui pro vobis, & pro multis effunderetur in remissionem peccatorum, totumque modum manducandi carnem suam & bibendi sanguinem suum tradens: Hoc (inquit) facite in meam commemorationem.

Aug. in P'sal. 19.

Ioan. 6.

Mat. 26.

Mar. 14.

Luca 22.

Modus manducandi carnem domini.

P'asch. de hoc sacramento. c. 4.

Aug. de cōse. dist. 2.

ea, hoc est.

Proinde cunctis figurarum vel similitudinū nebulis amoris non corpus quodlibet, sed corpus Domini, quod pro nobis traditū est, edere, & illū sanguinem, qui pro nobis effusus est in remissionem peccatorum, nos bibere indubitatō credimus: & quod facit ipse, hoc idem in cōmemorationē ipsius, scimus & bene scimus nos facere, id est carnē ipsius manducare, & sanguinem bibere sub speciebus panis & vini rectū. Atqui, id est quod Augustin. ait, & nos supra retulimus. Hoc est (inquit) quod dicimus sacrificium ecclesiæ, duobus cōstita, hoc est, re, visibili elementorū specie, & inuisibili Domini nostri Iesu

Christi carne & sanguine. Et iterum: Nos autem in specie panis & vini quam videmus, res inuisibiles, id est carnem Christi & sanguinem, honoramus. Nec enim similiter pendimus has duas species, sicut ante consecrationē pēdebamus, quum faceretur ante consecrationem, panem esse & vinū, quod natura formauit, post consecrationem vero carnem Christi, & sanguinem, quæ benedictio consecrauit.

Quod verò interdū scriptura corpus domini post consecrationē panē vocat, more suo facit, quæ res quasi libet vocare solet nominibus earum rerū, ex quibus sūnt, vt quum dicitur homini: Quid superbis terra & cinis? Sic ergo corpus Domini panis adhuc vocatur, quia ex pane conficitur, & panis retinet qualitates, intuentium oculis adhuc panis apparet. Vel panis dicitur, quod reuera panis animæ sit, & angelorum vitam æternam mundo ministrans.

Quod si interroget, cur Christus carnē & sanguinē suū hic speciebus recta & operta nobis exhibeat? Respondeamus, id fieri, tum vt fidem tuā exerceat, quæ est de his quæ non videntur: deinde, ne abhorreat animus, quod cerne ret oculus carnem & cruorem: denique, ne ridiculū fiat paganus, quod cruorem occisū hominis bibamus.

Consecratur autē sub duabus speciebus separatim, tū quia instituitur Christus, tum etiam quod ita fieri conueniat: nam quū hoc sacrificiū sit rememoriatiū passionis dominicæ, cōuenit vt separatim panis, & separatim calix cōsecraretur, quoniā & in passione sanguis fuit separatus à corpore: quo etiam significatur, Christum verum & non phantasticum corpus assumpsisse. Deinde in duabus speciebus celebratur, vt animæ & carnis susceptio in Christo, & vtriusque liberatio in nobis significetur. Valer enim ad tuitionem animæ & corporis quod percipimus: quia caro Christi pro salute corporis, sanguis verò pro anima nostra offertur, sicut præfigurauit Moyses: Caro (inquit) pro corpore vestro offertur, sanguis pro anima. Sub altera tamen specie totus sumitur Christus, nec plus sub vtraque, nec minus sub altera tantum sumitur. Nec debent dici duo sacramēta, sed vnum, quia sub vtraque specie idē sumitur, atque eadem est ratio (vt ait Hylarius) in corpore Christi, quæ in manna præcessit, de quo dicitur: Qui plus collegerat, nō habuit amplius, nec qui minus parauerat, habuit minus. Sub panis ergo specie, ex vi par est.

Cur scriptura interdū corpus domini post consecrationē panē vocat.

P'sal. 78. Ioan. 6. Amb. li. 6. de sacr.

Cur separatim sub duabus speciebus consecratur.

Amb. s. per epist. ad Corin. cap. 11.

Roma. 8. 1. Thes. 5. Sub altaris ratiū specie totus X'ps sumitur.

Hylari' de consec. dist. 2. cap. vbi minus parauerat, habuit minus. Sub panis ergo specie, ex vi par est.

vium plebs ei in quem credit, copulatur.

CAeteros ritus missæ, in qua hoc sacramentū conficitur, persequi longum fuerit, nec est necessarium, quā complures libelli extent, qui hos omnes sigillatim & ex professo explicent. De paucis tantū admonebimus. Missa, vocabulū est ex lingua Hebræa mutuatū, quod significare voluerunt patres, quod Græci liturgia vocant, nos sacrū ministeriū appellamus. Quæ, siue vestitū, siue totā sacerdotis aliorū siue ministrorum actionē spectes, nihil aliud est quā representatio quædam incundissima mysterij humanitatis, & præsertim passionis Christi. Nullā enim hic spectas caeremoniā (vt interim de reliquis sileam) otiosam, quæ nō suam peculiare vim significandi habeat. Constat autē Missa ex duabus potissimū partibus, nēpe ex verbis domini, quib⁹ corpus & sanguis eius conficitur, quæ recensentur in Canone: hæc esse potissimam Missæ partem, nemo ambigit. Reliqua omnia, alteram partē dicimus quæ (vt suprā ex Augustino retulimus) nihil aliud cōtinet quā laudes, cōfessiones, obsecrationes vel petitiones pro populo, antistitibus, & regibus longè omnium piētissimas, quas ecclesia sancta Dei, ex prælo capitis Iui Christi, huic augustissimo altaris sacrificio adhibendas decreuit, idque mirabili quadam per orbem terrarū concordia. Nam si quid variant ecclesiæ diuersæ, in vnitate catholica perseuerantes, id certè parum admodū est, quo res ipsa non variatur. Sequuta est autē (vt iam diximus) ecclesiæ dominū suū, quæ Matthæus testatur, vltimæ cœnæ, in qua corpus & sanguinē porrexit, hymnum addidisse, & tandem hymno dicto exiuit se in montē Oliueti. Ioannes etiā refert, quo pacto pro discipulis & pro tota ecclesia per totum verbum creditura potissimum pro eius vnitatem patrem cœlestem orauerit. Porro Paulus apostolus oblationē in cruce factā (quam ecclesia ex domini sui institutione representare studet) pertractans, de Christo sic ait: **Qui** in diebus carnis suæ preces, supplicationesque ad eum qui possit illum saluum facere a morte, cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Quid verò Christus & pro quibus orauerit, apud Euangelistas in historia passionis videre est. Insequens igitur ecclesia magistrum suū, Missam orditur a psalmodia. Supplicat deinde Deo cum gloriosa celebratione sanctissimæ Trinitatis in canticis, kyrie eleison, & gloria in excelsis. Et quo-

*De ritibus
Missæ.*

*Quid missæ
vocabulū
significet.*

Liturgia

*Missæ ex
duabus
partibus
constat.*

*Aug. c.
vtrum, de
cōs. dist. 2.
Aug. ad
pan.*

Mat. 26.

Ioan. 15.

Hebr. 5.

Luc. 23.

*Introitus
Canticæ.*

Exod. 19. (vt vocant) sacramenti, Christi corpus cōtinetur. Sanguis vero per concomitantiam. Contrā sub specie vini sanguis Christi ex vi continetur sacramenti: per concomitantiam vero & corpus. Nam hoc corpus manducamus, de quo dixit Christus: **Quod** pro vobis traderetur. Et hunc sanguinē bibimus, de quo idē aiebat: **Qui** pro multis effundetur. Ad illud corpus viuuum erat, ille itidē sanguis vitalis. Absit enim, vt vel in mentem nostram subeat Christi corpus post resurrectionē vel à sanguine, vel ab anima, vel à diuinitate separari. Siquidem Christus ex mortuis resurgens, amodo non moritur. Nā qui moreretur, qui mortē moriendo destruxit, & Osee vaticiniū cōsummauit, Ero mors tua o mors? Et ideo in Ephesino Cōcilio contra Nestorium diffinitū est, nos verē viuificatricē, & ipsius verbi propriam factam carnem percipere. Quæ quū ita se habeant, laico molestum esse non debet, ecclesiæ consuetudinem ac decretum tantisper sequi, donec illi aliter visum erit, ne de exteriori specie tantū sollicitus virtutē sacramenti, hoc est ecclesiæ vnitatē, amittat, ne dicamus, rumpat seu dissipet, quemadmodum in Canonibus Consilij prouincialis admonuimus.

*Aug. de
sacra. fid.*

Cyprian.

Tho. aq.

*Amb. de
sacramen.*

*1. Cor. 11.
Num. 20*

Ioan. 19.

Mat. 26.

1. Cor. 11.

Cyprian.

Apo. 17.

c. cū om-

ne de con-

secr. di-

stinct. 2.

AQua verò in sacrificio altaris vino miscetur, quod patres perhibēt fieri ex prælo & ministerio Domini, quod & si in Evangelio non dicatur expressim, patrū tamen cōcors testimoniū nobis satisfacere debet, maximè quod illi regionis Iudææ mos suffragetur, quū ibi nō merū, sed aqua mixtū vinum ex more bibatur. Quanquam magis intuentū mysterium est. Nam primū significatur adimpletio figuræ, quæ in lege præcessit, de qua dixit Apostolus: Bibebant autē de spiritali consequente eos petra. Moyses propheta Dei, virga (hoc est, verbo Dei) tangit petrā, & fluit aqua, & bibit populus dei: Tangit sacerdos calicem, redundat aqua in calice, salit in vitam æternam: & bibit populus Dei, qui gratiam consequutus est. Accipite & aliud: vnus ex militibus tempore dominicæ passionis (quā representamus in hoc sacrificio) lancea latus Christi mortui aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua: aqua, vt emundaret: sanguis, vt redimeret. Per vinum igitur redemptio, ablutio per aquā significatur. Per aquam quoque populi significantur, dicente Ioanne: Aquæ multæ populi multi. Quam ergo in calice vino aqua miscetur, significatur quod Christo populus adunatur, & creden-

1. Cor. 11. nam conuenimus ad participandum corpus domini, si non semper sacramentaliter exteriori participatione, saltem spiritualiter per fidē. Ideiſco ecclesia pręparat animos nostros uiuo verbo dei, quod partim ex prophetica seu apostolica, partim ex Euāgelica lectione desumit, quibus interlerit cantica quadam laudis, Euāgelicę lectioni annectit sacrosanctę fidei nostrę profersionem seu cōfersionem. Statim pōst, se ad huius mystici sacrificij celebrationem accingit, pręmissō cātico, quod Offertorium appellamus. Subindē ad potissimam Missę partem (in qua uerbis dominicis corpus & sanguis domini cōsecratur) progressura, accepto in manus pane & calice gratiarum actionem, quam pręfationē dicimus, si mul & hymnum illum angelicum & planē diuinum, ex Esā. cap. 6. & Matth. 21. desumptum, Deo concinit, imitata quidē dominum suum, nam (vt ait Euāgelista) ipse accepto pane, gratias agens, benedixit & fregit. His ergo pręmissis, progreditur ad sacerrimum Canonem, cuius (vt sępē diximus) pręcipua pars hęc est, in qua corpus & sanguis Domini consecrantur. Interim tamen ecclesia, quia sacrificiū illud in cruce pro uiuis & mortuis in remissionē peccatorum oblatū ex Christi institutione recollit, insequens dominum suum, varias petitiones, preces, supplicationesque ad Deum effundit: In primis obsequium suū, quod ex iussu Christi ob id, acceptum haberi petit. Dein ordine quodam dominum deprecatur. Primum pro unitate sanctę ac catholicę Ecclesię generatim orat: pōst pro his qui publicam alios regendi ac gubernandi administrationem spiritualem vel ciuilem gerunt: quem deprecādi ordinem ab Apostolo accepit, huc cohortāte: Obsecro (inquit) primū omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarū actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt cōstituti, vt quietam ac tranquillam uitā agamus in omni pietate & castitate. Neque verō tantum pro ciuili magistratu, sed magis etiam pro ecclesię antistitibus orandum esse docet idem Paulus Ephes. 6. Coloss. 4. & Lucas Acto. 12. Post obsecrationem pro antistitibus & potestatibus, pro quibusdam etiam specialiter orat, maximē pro his qui circumstant, fidēque ac pio affectu sacerdoti in actione cōmunicant. Et quia nō dubium est, nos curę esse sanctis qui cum Deo uiuunt, illis que sua esse merita & preces, quibus pro nobis apud Deū

Epistola. Euāgelica lectio. Sym. apostolicum. Confessio. Offertorium. Cypri. in oratio dominicam. Luc. 22. Canō sacrosancti. Vide August. epist. 59. ad quęst. Paul. in quęst. 5. Aug. ad Pauli. 1. Tim. 2. Orādum tum pro pontific. quām regibus. Pro nobis solliciti sūt sancti qui apud Deum sunt.

sunt solliciti, quęadmodum pro inuicem vnus eiusdēque corporis sollicita sunt membra, orat sacerdos, vt Deus id precibus sanctorum concedat, non vt illorum, sed suę diuinę protectionis auxilio in omnibus muniamur, idque per Christum Dominum nostrum.

Deinde ad consecrationem corporis & sanguinis domini ei processurus, fidē pręambula oratione acuit, qua inter alia oblationē seruitutis suę atque ad eundē cunctę ecclesię acceptā haberi, & vt nobis corp⁹ & sanguis domini nostri Iesu Christi, uirtute diuini sermonis (quę pferat sacerdos) fiat, precatur. Accepta quidē semper est patri hostia, quam in altari repręsentamus, quod ad se attinet: ea enim sola patri complacuit. Sed quod ad nos attinet, oblationē seruitutis nostrę acceptā fieri petimus, ne indignē cōrectemur, offeramus, ac manducem⁹, vt que nobis uirtus passionis Christi in fide manducantibus applicetur. Sequitur deinde corporis & sanguinis Domini cōsecratio, in qua huius sanctissimi sacramēti institutio & passionis dominicę uis & efficacia cōmemoratur ac prędicantur: quem comitatur oblatio huius sacrificij repręsentatiua, quod in memoria Christi Domini Dei nostri, & tā beatę passionis, necnon ab infernis resurrectionis, & in cęlos gloriose ascensionis, diuinę maiestati offerim⁹ de suis donis ac datis. Cui annectitur supplex deprecatio ad Deū, qua petimus, vt participemus corpus & sanguinem dominicū, non ad iudicium seu condānationē, sed potius vt tali participatione mediante, per Christum dominū nostrum, gratia cęlesti repleamur. Deinde cōmendamus Domino defunctorū animas, sed eorum tantum, qui nos pręcesserunt, cū signo fidei, & dormiūt in somno pacis. Signa fidei, sacramēta sunt, & opera Christiano homine digna. Obdormiūt autē in somno pacis, qui in pace conscientię erga Deum cum certa fiducia remissionem peccatorum lethaliū, ē uiuis exceſſerunt, certissimē credētes, quod sanguis ille precioſus, qui pro multis effusus est, in remissionē peccatorum, non solū ad salutē uiuentium, uerum etiam ad absolutionem valeat mortuorū. Quodque pietas uiuentium his defunctis proſit, qui cum uiuerent, hęc sibi, vt postea possent prodeſſe, meruerunt. Nā si hoc sanctorum cōmunio (quam nos credere proſeruntur) significat, quod in illo sanctorum cęru omnia cōmunia sunt, neque quicquam proprium quenquam habere, omnēque

1. Cor. 11. Quid sanctis tribuatur. Quę sacerdos petens oblationē hęc acceptam haberi. Mat. 17. 2. Petr. 1. Hebr. 10. Annunciatio mortis domini ca. Pro quibus animabus corpore absolutis oratur. Mat. 7. Luca 6. Colos. 1. 1. Pet. 3. Sanctorum cōmunio quid significet.

2. mar. 11. *Nobis quoque &c.*
Per quem hæc omnia &c.
 1. Tim. 2. *Oremus præceptis &c.*
Oratio dominica.
 Mat. 6. *Libera nos quæsumus &c.*
Aug. in ser. de sacrament.
Pax domini quæ & quosvis plex.
 Rom. 5.
 Rom. 4.
 Canticum *Agnus Dei.*
 Ioan. 1.
 Roma 8.
 Roma.
 Psal. 33.
 1. Petr. 3.
 Roma. 5.
 Io. 14.
 Domine Iesu, &c.

omniū aliorū piarum precationes, ac omnia pia opera aliis eiusdem corporis membris prodesse: certè sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis solvantur. Eam autem orationem pro defunctis maximè efficacem esse, par est, quæ sacrificio altaris coniuncta est. Post orationem pro defunctis, postulatur & pro uiuis, de multitudine miserationū domini sperantibus consortiū cum sanctis, iā cū Christo regnātibz, idque per eundē Christum dominum nostrum. Qui statim post, tanquā dei & hominum mediator, prædicatur omniū horum bonorū author & largitor, atque huius sacrificij institutor, cōfector, & applicator. Iā sacerdos progredi incipit ad participationem diuinissimi sacramenti, ad quam ut rectè præparemur, hortatur alta voce omnes ad orationem dominicam dicendam, in qua inter alia panē hunc super celestē nobis dari petamus, in cuius calce subnectitur oratio, qua vltima dominicæ orationis precatio magis explicatur. Et quia Christus in mēsa sua mysteriū vnitatis & pacis nobis cōsecrauit, sequitur pacis domini imprecatio: Pax vero domini, nō quæuis pax est, sed ipsa cordis tranquillitas, quæ solis reconciliatis per fidē, ipsa remissione peccatorum contingit. Iam quia remissio peccatorum, nisi per dei misericordiam nobis in Christo propositā (quæ fidei obiectū est) omnino haberi non potest, idcirco ad agnū illum dei conuertimur, qui solus tollit peccata mundi, cuius misericordiā imploramus, & deinam pacē eam quā diximus, nobis donari petimus. At præter hanc pacem, quam per fidē habemus erga Deū, alia quoque domini pax est, hominis videlicet erga seipsum, quæ ex priori proficitur, & per spiritū sanctum mortificantē subinde concupiscentiā nostram, ne dominetur rursus peccatū in nostro mortali corpore, ingeneratur.

Denique pax domini est charitas fraternā, quæ ex animo remittimus proximo, veramque & Christianam concordiam cū eo habere per charitatē studemus. Hæc quoque simul cū charitate diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Extra hanc triplicem pacem domini, quā ipse abiens nobis reliquit, ac dedit, non est vlla vera pax. Esa. 48. Non est pax impiis, dicit dominus. Triplicem ergo hanc domini pacem sacerdos petit: priorem in supplicatione ter repetita, quæ incipit, Agnus Dei: alteram in ea quæ incipit, Domine Iesu: tertiam omnes habere iubet, ut apti sint sacrosancti

cro sanctis mysteriis Christi, ac si tandē osculum pacis sumit Christianæ charitatis symbolū. Frangitur interim hostia sacrularis, quæ quidem fractio in specie tantū panis fit, quæ post consecrationem remanet sine subiecto, Christus vero integer manet & tot⁹ in singulis particulis. Fit autē hoc in signo seu sacramento, non sine in signi mysterio, significat enim & repræsentat Christi passionem: quodque corpus Christi pro multis datum, & à multis participandum fit, quemadmodū diuus Paulus ait: Panis quē frangimus, nōnne cōmunicatio corporis Christi est? Per partes itaq; māducatur in signo, sed manet integer, tot⁹ in substantia: manet integer, totus in corde nostro. Post hæc se ad communionem parat, orationes alii quot ad Christum fundens, quibus hoc agit, ut & cordis ad Deum excitet affectum, & gratiam dignè sumēdi vitæ panē, impetret. Deinde sumit sacramentum, post sumpcionem iterum orat, ut quod sumpsum est corporaliter sub sacramēto, spiritualiter etiam cum participatione virtutis & effectus sacramenti (de quo infra latius dicemus) percipiatur. Rursus sacra cantio, quod Commune vocamus, succinitur. Sequitur precatio. Postremo loco, sacerdotes totum populum velut in suam tutelam receptum, Deo benedictione tradit atque cōmendat. Quæ omnia sic agit ac precatur sacerdos, ut interim nihil sibi aut suis meritis aut operibus tribuat, sed cūcta præstari deprecatur ex diuinæ misericordiæ magnitudine, p̄ Christum dominum nostrum, per quem vbiq; optat fructū passionis nobis per fidem applicari, & cætera quæ petuntur, tanquam per mediatorem donari seu propinari.

Quid in hoc toto Missæ contextu non est piū, venerandum ac sacrosanctum? Certè omaino fateri necesse est, in ecclesia vix vllū opus esse, quod fides magis exerceatur & beneficiū Christi illustretur, quàm quod in Missa peragitur, si tamen quod agitur, rectè intelligatur, & pio affectu geratur. In primis siquidem hic necesse est captiuae intellectum in obsequium Christi, ut sub visibilibz speciebus panis & vini, ex omni potentia verbi Dei cōtineri credamus verum corpus & sanguinē Christi, atque adeo hic nos fallente sensu ad firmandum cor syncerum sola fides sufficit. Præterea principalis finis institutionis huius sacramēti est, ut sit testimoniū & quāsi pignus remissionis peccatorum & futuræ gloriæ nobis per Christū promerita. Quū enim Christus

Tom. 4.
 August. tract. de amic.
 Fractio hostie sacrularis.

1. Cor. 10.
 Aug. de cōf. dist. 3.

Supra sacramēto.

Commune. vide

August. epist. 59. ad Paulinū.

Christus applicat nobis fructum pas-

sonis sue.

Op⁹ misse quam maxime fide exerceat & beneficia

Christi illustrat.

2. Cor. 10. Tho. aqu. in hymn.

Ioan. 6.

nobis corpus suū impertit, & nos sibi tanquā membra adiū-
git, testatur a. nos suū beneficiū pertinere. Sic enim ait: *Qui*
manducat carnem meam, & bibit sanguinē meū, in me ma-
net & ego in eo. Ergo quid magis acuit fidē, quā quō hoc
spectaculū oculis atque animo obicitur? Adde Missām to-
tam huc spectare, vt in ea Christi beneficiū annuncietur, prę-
dicetur, illustretur, ac modis omnibus honorificetur. Et quis
dubitar, Christum per vsum Missę, veluti per instrumentum
(saltem quum fides his accedit, quæ in ea geri videmus) cõ-
solari & viuificare conscientiam nostrā? Deinde, si annuncia-
tio & prædicatio mortis dominicæ (in qua potissima Euāge-
lij pars consistit) si inuocatio, gratiarum actio, & confessio,

*1. Cor. 11.**Psal. 46.**1. Cor. 11.*

Actio
missę cõ-
stat fidei
exercitius
Ecclesie
hostescano
nem inse-
stantm.
porissimū
propter
tria.

Tit. 3.
Consensus
vnuersa-
lis ecclesie
missam
sacrificiū
esse testa-
tur.

Vide Ire.
lib. 4. con-
tra heres.
cap. 63.

præcipua fidei opera sunt & præcipui cultus ac opera Deo
placencia, atque adeo sacrificia spiritualia nouę legis, quibus
Deus sibi honorē haberi pronūtiat, ipso testate, qui ait: Hoc
facite in meam commemorationem. Item, Mortem domini
annunciabitis donec veniat. Et *Psal. 49.* Immola Deo sacrifici-
um laudis, & redde altissimo vota tua. Et iterū: Inuoca me
in die tribulationis, & honorificabime: & illic iter quo ostē-
dam illi salutare Dei. Profectō consequens est, Missām quā
maximē opus fidei esse, & Deo placere, quod tota illa actio
cõstet annūciatione dominicæ mortis, inuocatione, petiti-
one, obsecratione, gratiarū actione, confessione, & similibus
fidei exercitiij, quemadmodum supra ostendimus. At eos qui
ecclesiam sanctā Dei insectantur, malē habet, quod Missām
sacrificium dicimus, quod defunctorū in Christo memores
simus, quod sanctos in canone (vt dicunt) inuocemus. Proin-
deque carco iudicio canonem, qui tot seculis concordi totius
ecclesie cõsensu sacrosanctus est habitus, temerē reiiciunt ac
aspernantur. Cum quibus non est quod contendamus, quod
iam sint proprio iudicio condemnati: tantū de paucis admo-
nebimus pios, ne illorum vel scriptis, vel dictis offendantur.
Principio igitur hoc cõuenit, Missām ecclesie sacrificiū esse:
& sic appellatā ab omnibus orthodoxis patrib⁹, qui ab ipsis
Apostolorum temporibus in hæc vsque tēpora ecclesie &
vita & doctrina sua, miraculis etiam comprobata, illustratū:
inter quos sunt, Ignatius, Clemens, Irenæus, Apostolorum
synchrohi, Cyprianus, Hieronymus, Ambrosius, Augustinus,
Chrylostomus, Gregorius. Vniuersalis ergo consensus eccle-
siae, omnium temporum testimonij est omni exceptio-

ne maius Missam sacrificium esse.

Sed hoc quæritur, *Quale nā sacrificium Missa sit?* Aduer-
sarij fingunt, orthodoxos diffinisse oblationem in Missa
sacrificium esse, quod applicatū pro viuīs & pro mortuis,
meretur eis remissionē culpę & pœnæ, & quidem ex opere
operato, etiā nō accedat fides corū, quibus applicabitur. Fin-
gunt proinde orthodoxos obscurare beneficiū Christi, eos
dēmq; rursus crucifigere filiū Dei, quod oblationi semel in
cruce factæ, sanctificationem pro peccatis nostris detrahant,
ac Missæ seu verius operi illi externo sacerdotis, tribuāt. Ver-
um hæc aspergines aduersariorū non debent vllum ecclesie
hominem offendere, quod longē alia orthodoxorū semper
fuerit & sit mens ac sententia, quā illi fingunt. Omnes pij
quotquot ab origine mundi vsque in hunc diē fuerunt, spiri-
tū sancto suggerente ac dictante sciuerunt, vnicū tantum
esse sacrificium propitiatorium seu satisfactionis, p̄ peccatis
nostris, imō totius mundi nimirum Christum dominū,
agnum illū immaculatū pro nobis in cruce immolatū, qui
occisus perhibetur ab origine mundi. De hoc enim omnis
scriptura testatur, quia agnus est qui tollit peccata mūdi, qui
occisus est, & redemit nos Deo in sanguine suo, ex omni tri-
bu & lingua & populo & natione. *Qui dedit animam suam*
pro delictis, vt videret semē longæuum. De quo quidem sa-
crificio nimirum quo seipsum in manifestatione corporis
sui Christum semel tantum se Deo patri obtulit, tota fermē
ad Hebræos epistola concionatur quam ecclesia subinde in-
ter Missarum celebrationem replicat, cum Paulo libenter
pronuntians, quod Christus pontifex ille sanctus, innocens,
impollutus, segregatus à peccatoribus, & excellens cœlis sac-
tus, non habet necessitatē quotidie (quemadmodum sacer-
dotes veteris legis) prius p̄ suis delictis hostiam offerre, dein
de pro populi. Hoc enim fecit semel se offerendo, nam vt
subdit Apostolus, Per proprium sanguinem introiuit semel
in sancta æterna redemptione inuenta. Et paulo post: Neque
vt sæpe offerat semetipsum, quemadmodum p̄t̄fex intrat
in sancta per singulos annos in sanguine alieno. Alioqui o-
portebat eum frequenter pari ab origine mundi. Nunc autē
semel in consummatione seculorum ad destructionē pec-
cati per hostiam suā apparuit. Item, Christus semel obla-
tus est ad multorum exhaurienda peccata. Item, In qua volūate

Hoc quæ-
ritur, qua-
le sit sacri-
ficiū mis-
sa. Adu-
uersarij or-
thodoxos
mendacis
traducūt.

Vnicū
tatis pro-
pitiatiorū
sacrificiū
p̄ peccatis.
Et vero. in
epistol. ad
Gal. c. 2.

t. Petr. 1.
Ioan. 1.
Apo. 5.
Esā. 5.
Aug. in
lib. sentent.
prosp̄r.
Epistole
ad Hebr.
scopus.
Hebr. 7.

*Hebr. 9.**Hebr. 10.*

sanctificati sum⁹ per oblationē corporis Iesu Christi semel. Et post pauca: Hic vnam pro peccatis offerens hostiā, in sempiternum sedet in dextera Dei. Vna enim oblatione cōsummauit in sempiternum sanctificatos. Quā sententia toties repetita, quid aliud vult Apostolus, quā ut suis Hebræis, legibus cæremoniis assuetis ac deditis, discrimen sacrificiorum veteris legis & sacrificij Christi ostendat, vtque illos doceat, illa omnia veluti vmbra ac signa quædam promissionis de Christo, in hoc verè vnico propitiatorio sacrificio esse completa, & proinde signati præsentia penitus sublata? Hic est enim eius epistola scopus.

Restat igitur videre, quale nam sacrificiū, missa sit. In qua re explicanda, si paulò diutius immoremur, quā Enchiridij breuitas patiatur, nemo nobis vitio verterit, q̄ operæpretium fore putemus, eam materiam, quæ hoc sæculo vel maximè cōtortetur, quā fieri potest dilucide tractari, expeditiq; quo eorū calumniæ, qui sacratissimos iuxta ac vetustissimos ecclesię cultus ac ritus hostiliter insectantur, manifestè deprehendi possint. Tacemus quòd sacrificij rationē ac naturā nosse & tenere, ad multa alia religionis nostræ argumēta penitus percipienda quamplurimum fecerit. Et vt à ratione vocabuli auspicemur, nemo grammatices vtunque peritus ignorat, Sacrificium à verbo sacrificare deductum, quod est sacrum facere: Sacrum verò significare, quod Deo peculiariter dedicatum est: proindēq; sacrificij m appellari, quod Deo veluti ei propriè debitū nuncupamus, offerimus, reddimus ac dedicamus. Quòd vsque ad eò verum est, vt ne Ethnici quidem ausulerint vlli alij sacrificandum, quā ei, quem Deum aut sciuerint, aut putauerint, aut fixerint. Qui etiā nō ob hoc culpantur quòd sacrificia fecerint, verū quod hæc non secundū inspirationem atque doctrinam veri Dei, sed secundum adinventiones proprias, nō vero Deo, sed idolis & dæmoniis exhibuerint. Nec dæmonia quidē sibi sacrificium fieri expeterent, nisi illi soli Deo vero deberi scirent. Falsus enim Deus sic vult honorari ab his quos decepit, quæ admodum verus Deus honorari ab his quibus consulit. Ergo ad intelligendam sacrificij rationē, hoc tantum nobis indagandum est, quidnam sit, quod Deus ab homine tanquam sibi propriè debitū requirit? & quatenus id Deo homo persolvere potuerit ac possit. Qui vel primis religionis nostræ

rudimentis sunt imbuti, sciunt Deum non ob vllam indigētiā (quòd ipse sibi summum & perfectissimū bonum semper fuerit) sed tantum propter ineffabilem suam bonitatem, omnia tam visibilia quā inuisibilia omnipniti verbo suo creasse, hominem autem omnium postremo, non vt cætera visibilia, sed ad imaginem & similitudinem suam cōdidisse, quod non tantum vitam, motum & sensum, sed & mentē, & rationem (in qua diuinitatis vestigium relucet) ei indiderit. Dein, quòd eundem in paradysum voluptatis collocarit, vt operaretur & custodiret illum, subiectis ei omnibus, vt eorum dominaretur. Et ne quicquam ei deesset, dedisse Deum ei edere ex omni ligno paradysij, in quo & lignum vitæ constituit, vt ex eo vescēs (modo veller) viueret immortalis: quæ omnia ostēdunt Deum diuinū, quæ bonitatis diuitias, in vno ligno veluti circumlatas, illustrare voluisse.

Præterea norunt fideles, Deum indicibili pietate, quo scilicet non tantum, vt optimus maximisque Deus reuereretur colereturq; sed & vt piētissimus pater agnosceretur, paternum quoque officium erga tam mirificè conditum & tā pulchrè condecoratum hominē egisse: proindēque ne is male vtens libertatis arbitrio (quod ex summa libertate creaturis acceperat, quid enim libero arbitrio maius?) grauius impingeret, adiecit etiam mandata & præcepta, ostendisseque illi bonum & malum, vt si voluisset mandatum conseruare, conseruaretur, & in perpetuum fidem placitam custodiret: hoc est Deum homini præter collatam arbitrij libertatē, addidisse insuper & gratiam, quam si per liberum non deseruisset arbitrium, eadē adiutrice perpetuo bonus, beatissq; esse potuisset: si deseruisset, morte moreretur: siquidē hoc erat mandatum vitæ & mortis: Ex omni ligno Paradysij comede, de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas. In quacūque enim die comederis ex eo, morte morieris.

Quid ergo homo pro tot, tantisque beneficiis, quæ gratis cōditus, gratis à Deo, beneficentissimo creatore piētissimōque patre acceperat, ipsi Deo rursus debebat? Nū vt aliquid redderet quod nō accepisset? Nequaquā. Quis enim prior dedit illi, & retribuatur ei? quod ex ipso, & per ipsum, & in ipso sint omnia. Sed hoc tantū debebat, vt per te tuò erectus, & eleuatis semper oculis mentis in Deum, nunquā non intueretur & respiceret in creatorem, ad cuius ima-

Discrimē sacrificij veteris & nouæ legis.

Quale sacrificium missa sit.

Sacrificij quid sit.

Aug. cō. aduer. ier. & proph. li. 1. cap. 18. tom. 6.

Aug. de ciuit. dei li. 10. c. 4.

Aug. de gra. ti. as epist. 19. q. 3. hom. 1.

Lib. 10. de trin. Dei. cap. 19.

Cur Deo hominem condiderit.

Exod. 31. Gene. 1.

Psal. 103. Ioan. 1.

Colos. 1. Gene. 1.

Gene. 2. Psal. 8.

Aug. in Ge. li. 3. cap. 25.

& seq. Aug. de c. r. ep. & gra. ca. 2.

Eccles. 15. 17.

Deut. 32. Liberū arbitrium.

Eccle. 15.

Aug. de cor. & gra. ca. 2.

Gene. 2.

Psal. 115. Rom. 15.

Eccle. 17.

Coloss. 1. ginem & similitudinem erat conditus, ut illius omnipotentiam, sapientiam, ac bonitatem contemplaretur, utque ei, à quo doc. *Christi. lib. 1.* corpus, animam & mentem, & quid non dono acceperat, & à *Homo* soli crederet, soli adhereret, soli obediret, solum amaret, solum coleret, solum predicaret, laudaret, confiteretur, invocaret, adoraret, glorificaret: solo denique frueretur, in cuius fruitione omnis beatitudo consistit. Hæc ergo erat sacrificia laudis, quæ Deus pro toro, tantisque beneficiis tantum reposebat, idque non propter suam indigentiam, sed magis propter maximam hominis utilitatem, quod sine his beatus esse ac permanere non posset. Potuissentque hæc sacrificia homo ante lapsum, per adiutorium summi Dei adiutus, mediante libero arbitrio, Deo præstitisse, quæ & præstitisset præstando immortalis visisset, nisi deserta ac contempta gratia creatoris, libero arbitrio male utens, per prævaricationem mandati in contaminatam mortem miserè collapsus fuisset, ipsumque liberum arbitrium in quandam servitutem peccando præcipitasset.

Aug. li. 10. de civi. dei. c. 5. *Cõtra ad uer. le. & Prophe. cap. 18.* *Aug. de cor. & gra. ca. 2.* *Aug. cõtra Fortu. disput. 2.* *Imoc. ca. 105.* *Bern. de adventu dñi ser. 2.* *2. Tim. 2.* *Gene. 3.* *Aug. in Ge. addit lib. 8. c. 6.* *Aug. in ench.* *Aug. de civi. dei li. 14. c. 15.* *2. Sen. dif. 25.* *Appetendi vi.* **N**Am postquam serpens diabolus Euvæ malè credula (in sui fraude usus) persuasisset, non fore Deo toto corde credendum, sed de illius summi Dei fide (qui ut negare seipsum, ita mentiri nequaquam potest) ad dubitandum esse, quod suggereret, nequaquam fore, ut comedentes de ligno scientiæ boni & mali, iuxta Dei verbum morerentur, sed potius futurum, ut aperirentur oculi eorum, & essent sicut dii, scientes bonum & malum. Atque sic dementasset mulierem, ut estimaret, Deum hanc arborem contingi non ob id vetuisse, quod eis pro sua paternâ pietate, bonitatemque optime voluisset, sed magis quod eius arboris fructum ipsi invidisset, ipsaque mulier sic dementata, diabolo plus quam Deo credidisset, deique arbore verita manducasset, ac viro suo Adæ ex eadem præbuisset. Denique ambo mandatum Dei violassent, atque adeo sacrificia soli Deo debita, nempe perfectam fidem & absolutam obedientiam diabolo potius quam Deo vivo ac vero exhibere maluissent, protinus omnia in diversum sunt mutata.

Negritas enim omnium humanarum virium tam corporis quam animi, per originale peccatum corrupta & vitiosa est, in cuius locum flagitiosissimi impetus non tantum in corpore, sed & horribiles pestes ac vitia in mente ac voluntate successerunt. In homine enim sunt, ratio seu mens, quæ iudicat

voluntas, quæ obtriperat vel repugnat iudicio imperans viribus inferioribus. Inferiores vires sunt, appetitiones sensuum seu affectus carnales. Statim ergo ut primi parentes nostri mandatum Dei prævaricati sunt, obscurata hominis mens est & ratio, nimirum deo vultum suum subrahente, cœpitque protinus humanam mentem occupare dei ignorantio ac dubitatio diffidentiaque de bonitate dei, sic ut deinceps homo serpentis actu miserè delusus, putaret non amplius deo, sed sibi ipsi, suisque propriis viribus magis fidendum fore, iudicaretque (sed cæco iudicio) non expectanda posthac omnia ab offensus deo, sed potius se sibi prospicere oportere. Quæ quidem erga deum infidelitas, siveque fiducia, omnis mali seminaria est, atque adeo solum peccatum, de quo ut mundum argueret, missus est in orbem terrarum Spiritus sanctus. Hanc vero pestem proximè ac necessario subsequutum est odium dei, quæ pestis voluntatem, uti prior mentem, hominis inuavit. Vbi enim cœperunt primi parentes vacare metu & fiducia Dei, conficiens erat, ut non possent eum, cui non credebant aut fidebant amare: quin potius eum ut vindicem & ultorem commissi peccati horrebant, à voce ac vultu eius tremantes, & fugientes ac abscondentes sese. In locum ergo amoris dei, amor sui successit vitium sanè (ut diximus) omnium pestilentissimum, nimirum quod non dei voluntati, sed suis affectibus planè obsequendum persuaderet, unde inobedientia erga mandatum dei proficiscitur, atque obedientia erga deum quæ solam, omni creaturæ rationali sub Deo agenti, virtutem esse, diuus Augustinus afferere non dubitavit, fugatur. Denique amissa integritate virium animæ rationalis, amissa firma de Deo notitia, amissis timore & amore Dei, factum est, ut quum iam homo quodammodo esset sine Deo protinus & necessario subsequeretur in corpore & viribus inferioribus inordinata concupiscentia, duas potissimum comites supra modum vitiosas post se trahens, timorem scilicet, & amorem rerum carnalium & externarum. Vbi enim cœpisset homo vacare metu Dei, vicissim cœpit ea tantum timere quæ corpori ac vitæ mortali videbantur incommoda aut nocitura. Vbi itidem amisisset verum amorem dei, ea tantum vehementi impetu cœpit concupiscere & diligere & amplecti, quæ ad vitam corporalem vel conservandam vel fovendam, vel delectandam facere videbantur. Quia tamen vires superiores per peccatum non extincte, sed tantum vi-

Vide iac. de ira dei capi.

Ratio vitiosa per peccatum.

Pet. in vig. nati. do. ser. 5.

Aug. de verb. do. ser. 46.

Ioan. 16. & ibi vide Aug. Gen. 3.

Amor sui pestilentissimus.

Aug. de Genesi ad lite. lib. 8.

cap. 16.

Psal. 11. Rom. 3.

Appetendū vis vitiosa.

Vires per peccatum non extincte.

*Est sed vi
tiata.*

*Cypri. de
card. ope.
christ. ser-
mo. de cir-
cum.*

*Aug. de
cisi. Dei.
li. 13. c. 13.
14. 15.*

*Cypri. ser.
de circum.*

Gen. 2. 3.

Rom. 5. 7

*In sola po-
testate no-
stra nō est
sacrificia
spiritua-
lia deo red-
dere.*

*Aug. de
ver. domi-
ni ser. 31.
de ci. dei.*

ca. 13. 14.

Roma. 5.

Psal. 18.

Roma. 3.

Roma. 7.

1. Tim. 5.

*Aug. cō-
tra inl. li.
3. ca. vlti.*

tiatā ac corruptā erant, remanente scilicet singulari Dei benignitate, in natura hominis iudicio quodā, atque etiam delectu earum rerū quæ sunt subiectæ rationi ac sensui ineuitabilis cōflictus & perpetua quædā lucta in homine suborta est, qua ratio contra carnales belligeratur affectus, & subinde vim sustinens, in quietudine carnis perurgere & inuolūtariis moribus fatigata infelicitatis suæ deplorat miseriam. Hæc lucta prima nō sensit hominis conditio, sed sequutus est transgressore supplicium, & adhæsit indiuidua pœna peccato. Immutabile enim decretū ab æterna lege exierat, cōcupiscētia affligi & morte puniri peccatorem oportere, nec fieri posse, quin stimulus carnis sine vlla exceptione colaphizaret infirmū, & vltq; ad dissolutionē mors importuna psequeretur captiuū, & vt mors carnis, cōcupiscētiarū interfecaret ludibria, superesset tamen post mortē carnis, animæ labor, & afflictio spiritus, mors illa secūda, priore multo acerbior ac grauior.

Quæ omnia quā sic se habeant, & originale peccatum cum pœna sua à primis parentibus in totam generis huius successione defluerit, facile sanè deprehēdi poterit, nū amodo in nostra potestate fuerit, post lapsum primum parentū & tantos morbos in nos hæreditaria successione deriuatos, ea sacrificia, propter quæ Deo optimo maximo litanda conditi sumus, reddere ac præstare. Nā non statim vt conditi sunt primi parentes, sed posteaquam peccarunt, natum est de illis genus humanum, id est homo de homine, im mundus de immundo conceptus semine, morbosus de morbofo, obnoxius de debitore, peccator de peccatore, mortalis de mortali, quemadmodum diuus Paulus ait: Per vnū hominem peccatū in hunc mundū intrauit, & per peccatū mors, & ita in omnes homines mors pertrāsit, in quo omnes peccauerunt. Proinde nō est natura iustus quisquam, non est intelligens, non est requirens Deū. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonū, non est vsque ad vnum, nimirum quod ex se est, neque Deo penitus cōfidentes, neque Deum ex omnibus animarū viribus amātes, sed potius pleni terrore mortis & omniū incommodorum, quæ mortem præcurrunt, pleni itidem malæ ac pestiferæ concupiscētiæ, quæ est radix omnium malorū, & lex illa peccati, qua serpens diabolus impios quidē ac iniustos veluti sua mæcipia captiuos detinet, pios verò exercere, affligere, & quan-

tum potest, à perfectione boni remorari nūquam cessat. Atque hæc ita se habere nō vanè opinamur, sed experiētia ipsa (quæ optima rerum magistra est) edocemur, atque adeo cōscientia, quæ mille testes est, nobisq; semper scaturientis intus peccati infidias exponit, cōiucimur. Paulus Apostolus clamat: Non quod volo bonū, hoc ago: sed quod odio malū, illud facio. Itē, Scio quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum: nam velle adiacet mihi, perficere autem nō inuenio. Inuenio igitur aliam legem in membris repugnantē legi mentis meæ & captiuantē me in lege peccati, quæ est in mēbris meis. Et iterū: Carne seruitio legi peccati. Itē, Sensus seu prudentia carnis mors est, legi enim Dei nō est subiecta, nec enim potest. Quare si hæc est cōditio nostra, quandiu sumus in Adam, vt legi Dei perfectē obedire, aut diabolū nō in lege peccati captiuantem, nostris tantum viribus vincere non possumus, dein vt faciamus nō quæ volumus, sed quæ odimus, deniq; vt velle nos quod rectū est sentiamus, sed perficere non possumus: sequitur, quod homo post lapsum, nisi redemptus, restitutus ac reconciliatus deo, ea sacrificia non potuerit offerre, ob quæ litanda, erat conditus, id est, nō poterat verè & ex toto corde deo fidere, deum amare, deo adhærere, Deo perfectē & absolutē obedire. Quamobrem duplici ratione morti erat obnoxius, tū ob immutabilē diuini iudicij sententiam, tū quia vim operandi opera vitæ amisisset, sēq; in captiuitatem diabolicā miserè præcipitasset. Ergo alio singulari sacrificio opus erat, quo in primis vinceret hostis diabolus, & placaretur offensus deus, vt dein à redemptis, reconciliatis, viuificatis, reparatis, ac Deo rursus vnitis debita laudis sacrificia persolui possent, defecerant enim (vt diximus) sacrificia laudis post lapsum, quod nō sit speciosa laus in ore peccatoris. Et vt Esaias ait: Facti sumus vt immundi omnes nos, & quasi pannus menstruatae omnes iustitię nostrę. Et sicut Apostolus ait: Eramus omnes natura filij iræ, quibus necessarius erat reconciliator, qui hanc irā sacrificij singularis oblatione placaret, idq; eo (vt diximus) sine, vt postquā fiducia hostiæ tam potentis oblatae agnosceremus illū iustituisse peccata, recōciliasse nos deo, reconciliatōsq; iam habere pacem erga deum, per eiusmodi fidem iam mortui peccatis, diuini spiritus participes efficeremur. Quo subinde spiritu carnis concupiscētiarū mortificante, charitatēq; in cordibus

*Cypri. de
card. ope.
christ. ser-
mo. de cir-
cum.*

*Rom. 7.
Roma. 8.*

*Hiero. in
dia. adu.*

Pelag.

*Aug. de
spū & lit.*

card. 36.

*Aug. de
tēp. ser. 49*

*Hilar. in
Psal. 118.*

*Aug. in
enc. c. 30.*

*Idē contra
Faust.*

*Mani. li.
10. ca. 17.*

*Homo ob
noxius e-
rat morti*

*duplici
ratione.*

Eccle. 15.

Esai. 64.

Ephes. 2.

*Aug. in
ench. c. 33*

Esai. 53.

*Ioan. 1.
Ephes. 12.
Rom. 5.
Rom. 6.*

Romã. 8. nostris diffundente, fieret, vt Deum rursus ex toto corde dili
Galat. 5. gere & amplecti possemus, eodẽmq; ductore ac adiutore spi
Mat. 5. ritu, ad perfectam obedientiam Deo præstandam totis viri-
Ephes. 2. bus accincti, in bonis operibus ambularem: In quo omnis
 ratio sacrificij Deo præcipue debiti, consistit.

Mat. 5. **H**unc autẽ reconciliatorẽ talẽ esse oportebat, qui quod
Philip. 2. nos peccati originalis contagione irretiti facere ex no-
 bis nõ poteramus, & tamen facere eramus obligati, to-
 tũ adimpleret, ac Dei voluntati omnino satisfaceret. Rursus,
Esa. 53. qui, quicquid nos transgressionis causa merueramus, nec tam-
Ephes. 2. en perferre poteramus, ipse nostri causa portaret ac ferret,
Coloss. 2. eiuscemodiq; rationibus diaboli tyrannidẽ iusto certamine
i. 4. c. 2. 3.] vinceret, ac tantam & talem hostiã Deo offerret, quæ ad hæc
 omnia sufficeret. Quapropter is & Deus & homo esse debe-
Act. 2. bat, Homo quidẽ, nõ id quod homo facere obstrictus erat, &
Hebr. 2. q̃ pati ob peccatũ meruerat, aliq̃ quàm homo, persolvere nõ
 poterat. Sed tamen eundẽ hunc, alia ratione quàm nos con-
 ceptũ & natũ esse oportuit, ne & ipse reus peccati, pro alio-
1. Petr. 2. rum peccatis satisfacere non posset. Vt autem & Deus esset,
Psal. 67. multo magis erat necessariũ: nam alioqui neque diaboli tã
 88.
1. Reg. 2. potentem ac prudentem tyrannum, neque mortem & infer-
Osee 13. num, quibus ille tyrannidem in hominem exercebat, & quæ
Aug. de homo peccando meruerat, vincere potuisset.

Esai. 52. **E**rgo, ne desperaret homo perditus, optimus ac beneficẽ
Ioan. 10. tissimus Deus (qui nouit etiã de malis benefacere) mi-
Philip. 2. sertus hominis aliena fraude decepti, spẽ futuræ libera-
Colo. 2. tionis captiuo facturus, in hunc modum serpentẽ affatus est:
1. Petri 2. Inimicitias (inquit) ponam inter te & mulierẽ, inter semen
Hebr. 10. tuum & semẽ illius: ipsum conteret caput tuum, & tu infida
 beris calcaneo illius. Ex quibus verbis planẽ cõsolatoriis, A-
 dam deposita diffidentia, de bonitate & misericordia dei spẽ
 firmam concepit, omnino fore vt aliquando prodiret semen
 illud benedictum, quod & serpentis tyrannidẽ, hoc est, pec-
 catum, mortem & infernum superaret, & hominẽ ex diabo-
 lica captiuitate liberatum, Deo rursus assereret, sed non sine
 graui conflictu. Vnde, non dubiũ, ille collegit ac intellexit e-
 am liberationis humani generis rationẽ fore, vt scilicet hoc
 benedictum semen se veluti mediatorẽ inter Deum offen-
 sum & hominem diaboli captiuum volens offerret, & veluti
 deuouens sese pro nobis omnibus, graues inimicitias hostis

antiqui solus sustineret, & quicquid ille nobis ad resistẽdũ
 impotẽtibus intentabat, in se exciperet, suãque tandem insu-
 perabili virtute patiẽdo, Deique voluntatẽ plenissimẽ perfici-
 endo vinceret, idque non sui, sed nostri gratia, quo scilicet
 per hanc spontaneam voluntatem, qua dei voluntati per om-
 nia responderet, seque pro nobis deuoueret, eum spiritum &
 gratiam nobis impetraret, qua accepta, totos nos deo conse-
 crare, & secũdum dei voluntatem viuere possemus.

Huius itaque fiduciæ alẽdæ ac confirmadæ causa, statim
 ab ipsi mundi primordiis, quicunq; erãt homines pie-
 tate erga deũ præditi, sacrificia deo de primogenitis ac
 selectissimis animalibus gregũ suorum faciebant, non quod
 existimarent deum (qui & spiritus est, & omnia in manu ac
 potestate sua habet) ex huiusmodi pecudum mactatione de-
 lectari, sed potius quod vera illa sacrificia, quibus deus placar-
 etur ac colleretur, designare studeant. In primis siquidem
 hisce sacrificiis hoc testatum volebant, vt quemadmodum il-
 la animalia immaculata erãt à corporũ vitiiis, ita indubitato
 credere ac sperare sese futurũ, vt is immoleretur aliquando, p̃
 nobis, qui solus immaculatus esset à peccatis, quod Paulus
 ad Hebræos de hostia iusti Abel manifestẽ explicat. Et ne du-
 bites, patres veteris testamenti omnes suas oblationes ad
 hunc tantum finẽ retulisse, exemplo est oblatio Isaac, in quo
 Abraham benedicti seminis repromissionem acceperat, quẽ
 testatur Apostolus ipsum Abraham in parabolam accepisse
 eundẽmq; figurã futuri sacrificij fuisse, atque eadẽ ex cau-
 sa, deus postea per Moysen tot sacrificia instituit, videlicet vt
 hoc vnicũ & singulare sacrificium p̃ multiplicia signa figura-
 retur, vtq; res vna variis typis adumbrata, tanquã multis ver-
 bis quam maximẽ & sine studio cõmẽdaretur atq; in memo-
 riam recondideretur, quod aliter nulli hominum ab exordio
 mundi salus, nisi per huius hostiæ fiduciã, contingere posset.
 Hæc itaq; hostia Christus est, splẽdor gloriæ & figura substã-
 tiæ æterni patris, portans omnia verbo virtutis suæ, purgatio-
 nem peccatorum faciens, in similitudinem hominũ factus
 & habitu inuentus vt homo, vt gratia Dei pro omnibus gor-
 staret mortem, & mortem destrueret, eũ qui habebat mor-
 tis imperiũ, id est diabolum, & liberaret eos qui timore mor-
 tis per totam vitam obnoxij erant seruituti, Quapropter eos
 qui sacrificia illa externa alia intẽtione offerebant, vel quod

*Roma. 5.**Aug. in
ench. c. 33.**Aug. cõ.
aduer. le-
gẽ & pro
phe. c. 18.
Ioan. 4.
Psal. 49.**Aug. 11.**Hebr. 11.**Oblatio
Isaac ty-
p̃ christi.
Hebr. 11.**Aug. de
ciuit. dei
cap. 20.**Cur De⁹
sacrificia
vete. leg.
interdum
reprobare
videatur.
Hebr. 2.*

1. *Petri* 1. existimarent se effusione pecuni sanguinis Deū placare, vel
Ioan. 1. ea ratione tantū se iustos esse coram Deo, & nō magis respici-
Esai. 1. ebant in agnū illum immaculatum, Christum, ab aeterno
 Deo non secus increpat, quā si ea ipsa sacrificia, quæ per
 Moysen præcepit penit⁹ reprobareret, interim summo serio re-
 uocās ad illius significatæ tantū hostiæ agnitionē. Sic enim
Psal. 39. attestāte Apostolo Hebr. 10. loquitur Christus ad patrem a-
 pud prophetam suū David: Sacrificium & oblationem no-
 luisti, corpus autē aptasti mihi: holocaustomata & pro pec-
 cato non postulasti, non tibi placuerunt, tunc dixi: Ecce ve-
Aug. 11. nio. In capite libri scriptum est de me, vt faciam voluntatem
 10. de ci. tuam, &c. Sacrificium (inquit) & oblationem nolui.
Dei c. 5. Nūquid noluit quod instituit: sed sic noluit quomodo il-
Heb. 10. li offerebat, & quomodo à stultis illa velle credebatur, velu-
 ti suæ gratia voluptatis. Aufert (inquit Apostolus) primū, vt
 secundum statuat: primum, hoc est sacrificia legis, tollit, quod
 nihil aliud essent, quā vmbra iustificationis (quæ se ex erat)
 expertes, vt sequens statueret, sitū in voluntate Christi qua
 se ipsum pro nobis obtulit: in qua (inquit) voluntate sanctifi-
 cati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel, quē
 admodum & Christus apud Ioannem ait: Pro eis sanctifico
 me ipsum, vt & ipsi sanctificati sint in veritate. Breuiter, hoc
 ferē tota epistola illa ad Hebræos Paulus agit, vt ostēdat, & si
 pleraq; fuerint propitiatoria & sacrificia apud Iudæos, velu-
 ti hostia p peccato, pro delicto holocaustū, id quē significati
 uē, & figuratiter: vnū tamen reuera propitiatoriū sacrificium
 esse pro peccato, per tot & tā varia veteris legis sacrificia tā-
 tum obumbrata, non exhibitā: quod quē hæc veteris legis sa-
 crificia vnica Christi oblatione facta, penitus sunt euacuata,
 quemadmodum fieri erat necesse: nam quatenus ex se erāt,
 non iustificabant, nec poterant iuxta conscientiam perfectū
 facere seruiētem: nihil enim ad perfectū adduxit lex, vmbra
 tantum futurorū, non ipsam rerum imaginem habens. Exhi-
 buit enim lex (vt subdit Apostolus) exemplaria cœlestiū &
Roma. 3. verorum, quæ nō potuerunt auferre peccata, sed Christus is
 est (quem adūbrabant illa) qui vnā pro peccatis offerens ho-
 stiam, in sempiternū seder in dextera Dei, qui tradidit semet-
 ipsum pro nobis oblationē & hostiam Deo in odorē suauitatis.
 Et vt alibi Paulus ait: De peccato damnauit peccatum,

id est peccatum deleuit per hostiam pro peccato: nam Hebræi hostiam peccatum vocant, quemadmodum Latini piaculum. Ex quibus omnibus consequens est, patres veteris legis hæc sacrificiis in primis hanc vnica pro peccatis hostiam Christum significasse, per cuius vnus fiduciā quotquot ex illis pij fuerunt, Deo reconciliati ac saluati sunt, quemadmodum de Abraham scriptura meminit, quod viderit diē Christi, & gauisus sit.

Secūdo & minus principaliter hæc sacrificia veteris legis designabant sacrificia pietatis nostræ erga Deū præstandæ per fidē in vnica illud sacrificium propitiatoriū, Christum Esaias propheta beneficia per Christū nobis præstita, proinde atque iā exhibita fuissent, euāgelico spiritu denunciāns, testatur Christū voluntariē oblatum, ipsum quē vnica esse hostiā, per quam accepimus remissionem peccatorū. Quod fuit (inquit) Domin⁹ in eo iniquitates omnium nostrorum, &c. Et paulō post de efficacia & fructu oblationis sic ait. Si posuerit pro peccato animā suā, videbit semē longeuū, & volūtas Domini in manu eius dirigerit. Quo nihil aliud significat, q̄ hūc esse fructū sacrificij Christi ac Dei nostri, vt quotquot beneficium Christi se pro nobis hostiā offerentes, apprehendūt, efficiantur filij Dei, & æstimētur in semine, quod scilicet prædestinati sint, cōformes fieri imaginis filij Dei, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. In quam sententiā Apostolus ait: Nō qui filij carnis, hi filij Dei, sed qui filij sunt promissionis, æstimantur in semine, quod & aliis verbis apud Ioānem ita legimus: Et dedit (inquit) eis potestatem filios Dei fieri, his qui credūt in nomine eius. Itidē Apostolus ait, quod Christus per spiritum sanctū semetipsum obtulit immaculatū deo & in sanguine suo emundauit cōscientiā nostrā ab operibus mortuis ad seruiendum deo viuenti. Patres ergo veteris testamenti, cū se promissionis esse filios per fidē intelligerēt, spiritui seruitutis in timore vale dixerunt, acceptoque spiritu adoptionem filiorū dei, in quo clamam⁹, Abba pater, summa ope contenderunt, vt se totos per hanc fiduciam deo consecrarent, omnem quē vitā & actionem suā ad voluntatem dei, non vt serui, sed veluti morigeri filij cōponerent, reputātes eiusmodi pietatis erga deum studia & officia, vera esse sacrificia, quæ à reconciliatis filiis pater require ret, non quidem vt propitiatoria, nam illud vnicum est, sed

Primo sacrificium propitiatorium.
Ioan. 8.

Secūdo sacrificia pietatis nostræ per fidem in Christū.

Esai. 53.

Sacrificia Christi fructus quis.

Roma. 9.

Ioan. 1.

Hebr. 11.

Roma. 8.

Galat. 4.

Mich. 6.

Ephes. 2. vt sacrificia filialis fiducia, debite obedientia, laudis, & gratiarum actioni: quæ quum ex solius Christi sacrificio omnè suum valorem mutuentur ac sortiuntur, atque adeò dona sint Dei, & propemodum non nostra, sed Christi sacrificia, quæ Christus in mèbris suis per fidè facit ac operatur. Idcirco hæc etiam per tam varia veteris legis sacrificia, sed secundario, designabantur. Quamobrem (vt Augustinus ait) omnes cæ res ac opera, quæ aguntur in nobis, ad hoc, vt sancta pietate Deo inharcamus, eiuſque voluntati obediamus, atque etiã ad eundem finè proximo cõsulamus, vera sacrificia sunt olim adubrata. Ergo quando ad illum fursum est cor nostrum, hoc est cum omni cura & cogitatione rerũ terrestrium abiecta, nos totos ad cogitationem & amorem Dei cõuertimus, tũ cor nostrum eius altare est, sanguine vnigeniti filij Dei summi & æterni sacerdotis, expiatum. Quando vsque ad sanguinem pro eius veritate certamus, ei cruentas hostias cædimus. Quando per spiritum Christi nobis impertitũ animus noster peccato moritur, & concupiscentia igne charitatis per spiritum in nobis diffusa exurit, & spes nouæ vitæ corã Deo gerenda concipitur, holocaustum longè gratissimum Deo offerimus. Sic enim Dauid loquitur ad Deum: Holocaustis nõ delectaberis. Sacrificiũ Deo spiritus contribulatus cor contritum & humiliatum Deus non despicias. Non delectatur holocaustis, qui non delectatur sacrificio trucidati pecoris: sed vult sacrificiũ contriti cordis, nimirum illo externo significatum. Quando corpus nostrũ per temperatiã castigamus, idque ppter deum facimus, vt non exhibeamus mèbra nostra arma iniquitatis peccato, sed arma iustitiæ deo, hostiam viuã offerimus, ad quam exhortans Apostolus, ait: Obsecro vos fratres per misericordiã Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiã viuentem, sanctã, Deo placentem, rationabile obsequiũ vestrũ. Quando nos ipsos totos, simul & dona Dei in nobis ipsi deo vouemus & reddimus, ac in eius cõspectu pio sanctoque amore flagramus, tũ ei suauissimũ incensum adolemus. Quando solènitatibus, festis, & diebus statutis beneficiorum dei dicamus sacramusque memoriam, imo semper quum ex corde deum inuocamus, confitemur & gratiarum actione prosequimur, ei hostiam humilitatis & laudis in ara cordis igne feruidiã charitatis sacrificamus. Quando vnus eiusdemque corporis mèbra nos esse in Christo agnoscmus,

donisque nobis à deo singulis secundum mensurã fidei donatis in totius corporis vtilitatè vrimur, imò quũ omnes homines natura & origine nobis similes, perinde ac nos ipsos cõplectimur, ac in deo diligimus, hoc omnibus modis studetes vt illi pinde ac nos in corpore & animo seruentur, & tan dè nobiscũ deo (in quo ois beatitudo cõsistit) fruantur, magnũ sacrificium est. Vnde consequitur vt quacũque in ministerio tabernaculi multis modis de sacrificiis leguntur diuinitus esse præcepta, ad dilectionem dei & proximi significandũ referantur, quòd in his duobus præceptis vnuerſa lex pdeat, & prophetæ: quæ intellexisse, magnam lucem attulerit in scripturarũ lectione & scrutatione versanti. Regum 15. legimus: Nunquid vult deus holocausta & victimas, & nõ potius vt obediatur voci domini? Melior est enim obedientia quàm victima & auscultare magis quàm offerre adipè arctum. Dauid diuinus ille Psalter ad verum sacrificium cohortas, sic ait: Sacrificate sacrificiũ iustitiæ, & sperate in domino. Et in alio loco: Conferua (inquit) me domine, non quia multam pecudem victimam occidi, sed quia speraui in te, quoniam beneficiorum meorũ non eges. Et iterum alibi: Si esuriero (inquit deus) non dicã tibi meus est enim orbis terræ. & plenitudo eius: Nunquid manducabo carnes taurorum, & sanguinẽ hircorum potabo? quasi diceret: vtique, si hic quærerẽ, non à te peterem quæ habeo in potestate mea: sed vt intelligas quid illa significet & quid requirã: Immola (inquit) deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua. Et: Inuoca me in die tribulationis, & eripiam te, & honorificabis me. Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter quo ostendã illi salutare dei. Itẽ: Quid retribuã domino pro omnibusque retribuit mihi: Calicem salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo. Vota mea domino reddam coram omni populo eius. Apud Michæam prophetam sic legis: Quid dignũ offeram domino? curuabo genu deo excelso. Nunquid offerã ei holocaustomata & vitulos anniculos? Nũquid placari potest dominus in millibus arietũ, aut in multis millibus hircorum pinguium? Nunquid dabo primogenitum meũ pro scelere meo, fructum ventris mei pro peccato animæ meæ? Indicabo tibi ò homo, quid sit bonum, & quid dominus requirat à te. Vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cum deo tuo. Esaias planè reicit

August.
Ibidem.

Omnia sacrificia vt te. leg. ad dilectionẽ Dei & proximi referuntur.

Mat. 22.

Psal. 4.

Psal. 15.

Psal. 49.

Aug. de ciui. Dei cap. 5.

Psal. 49.

Psal. 115.

Mich. 6.

Isaie 1. sacrificium externū, sine pietate & bono motu cordis oblatum. Ne offeratis (inquit) ultra sacrificium frustra: incensum abominatio est mihi, &c. sed lauamini & mūdū estote, auferite malum cogitationū vestrarum ab oculis meis, quiescite agere peruersē, discite benefacere, querite iudicium & subeunte nite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam: & venite & arguite me, dicit dominus. Ad quid tam multis opus, quū Christus verissimus ille interpres legis & prophetarū, apud Matthæum pharisaicam increpans hypocritism, Oseam citans, clamer: Euntes autem discite, quid est, Misericordiam volo & non sacrificium? Et illius vas electum Paulus in epistola ad Hebræos: quum demonstrasset vnicum illud propitiatorium sacrificium, fermē in calce epistolę nos etiam nostri sacrificij, quod in Christo oblatum, tantum valet, admodum: per ipsum (inquit) offeramus hostiā laudis semper deo: id est fructum laborum consentientium nomini eius. Beneficentię etiam & communicationis nolite obliuisci talibus enim hostiis promeretur deus.

Hypocritis iudaeis.
Ma. 9. 12.
Osee 6.
Hebr. 13.

QUUM igitur quicquid singulis per Christum redēpti, deo dedicamus ac cōsecramus, quicquid sic operamur vt ad deum referamus, vtque illi inhareamus, verum sacrificiū sit: proindeque & animus deo mancipatus, & corpus mundo mortuum, ac in seruitutem dei redactum, & totus insuper homo dei nomini consecratus, & deo deuotus, in quantum mundo moritur & deo viuunt & demum, omnia pietatis ac misericordię opera, rectē sacrificia appellentur, ac deo per Christum in nobis operantē offerri rectē dicantur: profectō efficitur, vt tota ipsa redempta ciuitas, hoc est congregatio societāsque sanctorum, velut vniuersale sacrificium offeratur deo per eūdem illum sacerdotem magnum, qui prius seipsum obtulit in passione pro nobis, vt tanti capitis corpus essemus secundum formam serui, hanc enim obtulit, in hac oblatus est, quia secundum hanc mediator est, in hac sacerdos, in hac sacrificium est.

Tota congregatio sanctorum per Christū patri offeritur.
Aug. de ciui. Dei lib. 19. c. 6. & 20.

Epilogus.

IAM ex his omnibus facile erit ad intelligentiā eius penetrare, qualenam Missa sacrificium sit, modo diligenter intruamur quid in Missa tractetur & agatur. Liqueat enī ex superioribus, duplex esse sacrificium. Quoddā propitiatoriū quod oblatum pro remissione peccatorū, iram dei placatū & deo nos recōciliat. Aliud vero, sacrificium laudis, gratiarum

rum actionis, & obedientię, quam Deo veluti honorē & seruiturē ei propriē debitos, reddimus. Idem, quia hoc sacrificium laudis post Adā lapsū & naturę corruptionē defecerat, constat propitiatoriū sacrificiū idcirco initio pmissum, & demū in Christo exhibitū esse, vt Eucharisticū illud instauraret. Nam vt Apostolus ait: Sanguis Christi qui per spiritū sanctū semetipsum obtulit immaculatū Deo, emundauit cōscientiam nostrā ab operibus mortuis. Ecce sacrificiū propitiatoriū, cuius vim & efficientiam ne ignorares, statim addidit: Ad seruandū Deo viuenti. Ecce instauratōne sacrificij Eucharistici. Vnde consequens est hæc sacrificia sic coherere, vt posterius nō sit sine priore, sed potius posterioris causā & basis sit. Rursus liquet, sacrificiū propitiatoriū, aliud dici propitiatorium significatione, qualia fuerunt illa Veteris testamenti pro peccato, pro delicto holocaustū & victima: aliud autē re ipsa, verū, & per illas veteris legis hostias significatū. In omni Deinde manifestum est in omni sacrificio duo esse, quę sunt res oblata, & ipsa oblatio. Omnis Pōtiffex (vt ait Apostolus) ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis quę sunt ad Deum, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis: dona quę offeruntur, sacrificia appellans. Quę omnia diligenter intuenti, facile erit (vt diximus) ad intelligentiā eius peruenire, quale nā sacrificiū in Missa sit & peragatur, si tamen diligenter respiciamus, quid in Missa tractetur & agatur.

IN Missa itaque duo sunt, res oblata, ipsa itē oblatio. Rursus, res oblata duplex est, videlicet corpus Christi verū, & corpus Christi mysticū. Si ad corp⁹ Christi verū, quod virtute omnipotentis verbi Dei in sacrosancta Eucharistia continetur, respiciamus, quis negat hoc corpus sacrificiū propitiatorium rectē dici posse, non ratione oblationis, quā sacerdos facit, sed ratione eius oblationis, quę semel præterit facta in cruce, cuius virtus perpetuo durat, eiusdem semper potentię & efficacię: Proinde sancti patres non sunt veriti, corpus & Cyprian. sanguinē Christi in altari præsentia, pretium pro peccatis totius mundi, pretium redēptionis nostrę, & victimam salutarem appellare, quia scilicet consecratione verbi cęlestis hoc corpus māducamus, in quo tanta ppeffus est, & bibimus sanguinem quē fudit, quo & redempti & viuificari sumus, hoc enim accipimus in specie panis, quod pependit in cruce: & Cy. ad Cęcil. epist. 3. hoc accipimus in calice, quod effusum est de latere Christi.

*Hebr. 6.**In omni**sacri fic.**duo sunt:**Gene. 22.**Hebr. 5.**In Missa**res oblata**duplex.**Vide**Tho. a.**qui, par.**3. q. 73.**Hebr. 7.**1. 10ā. 1. 2**Cyprian.**Aug. ad**gloriam. e.**pist. 162.**August.**hom. 13.**Cy. ad Cę**cil. epist. 3.*

Amb. de myst. ad neophy. Damasc. li. 4. c. 14. Mala. 1. Que dignè sumentibus, in remissionè peccatorũ & in vitam æternam, & in custodiã animæ & corporis fiunt, atque hæc est hostia illa pura & incruenta quam ab ortu vsque ad occasum ipsi offerri, dominus per prophetam contestatur corpus videlicet & sanguis Christi, in stabilimentum animæ nostræ & corporis inconsumptum & incorruptũ, omnis nocenti reparatio, omnis fortis purgatio. Panis enim iste supersubstantialis & calix benedictionis solèni benedictione sacras ad totius hominis vitã proficit simul medicamentũ & holocaustum ad sanandas infirmitates & purgandas iniquitates existens. Hoc est sacrificium illud singulare, omnes excedens vitæ timas: hoc poculũ quod ipse Christus pincerna nobis porrexit, tantæ virtutis, vt omnipotentis asperione animã muniat, & sanet, quicquid carni vel spiritui veteris vitæ adinierat corruptela. Et licet secundũ hanc rationem corpus domini in altari non omnino propriè dicatur sacrificiũ, sed magis sacramentũ, seu res sacramenti, quod sacramentum & sacrificium eo differre videantur, vt sacramentum sit sacrosanctũ signũ, per quod Deus nobis aliquid exhibet: sacrificium verò quod nos Deo reddimus. Attamen (vt diximus) patres nõ dubitarunt, hoc Christi corpus in altari sacrificium & salutarẽ victimam appellare, non ratione sacrificij, quod est situm in actione sacerdotis, seu Missæ cõmunicationum, aut cœlesiæ, sed ratione sacrificij, quod in cruce oblatũ est semel, in quo Christus sacerdos est ipse & oblatio in sempiternũ potes. Eo enim quòd manet in æternũ, sempiternũ habet sacerdotiũ.

Cypria. de cœna domini. Chrysof. homi. 51. in Matt. cap. 14. Hoc celebratur in Ecclesia quod Christus gessit in cœna. Vnde & saluare in perpetuũ potest, accedentes pro ipsũ ad Deum, semper viuens ad interpellandum pro nobis, qui est propitiatio pro peccatis nostris: nõ pro nostris autem tantũ, sed etiam pro totius mundi, perpes vtique sacrificiũ & semper permanens holocaustum. Secundum quam quidẽ rationem in hoc sacramento nihil propriũ est sacerdotis, sed totum agit Christus: qui vsque hodie hoc veracissimum & sanctissimũ corpus suum creat & sanctificat & benedicit, & pie sumetibus diuidit. Et eatenus credere debemus omnes, quẽ admodum apud diuũ Chrysofostomum est, quòd etiã nũc illa cœna celebratur, in qua Christus ipse recubebat. Nihil quippe interest inter illam & hanc: non enim hæc ab homine, illa ab ipso cõficitur. Proindeque, vt subdit, quãdo sacerdotẽ corpus tibi præbere videris, noli sacerdotis, sed Christi manũ ad

te porrigi, arbitrari. Nã (vt paulo post ait) carnes suas nobis tradidit, seipsum immolatũ pposuit. Immolatio seu ipsa oblatio, per quẽ Christus in mortali corpore, factus obediens vsq; ad mortẽ, in cruce seipsum obtulit. Ea, in quã, oblatio transit non reiterabilis: sed victima ipsa immolata, illiusque virtus, eiusdẽ semper efficacie in perpetuũ manet. Neq; enim sacerdotij, Christi vt sacerdotij Aaron pœnituit Deum: quoniam sacrificiũ quod in cruce Christũ obtulit, sicut in beneplacito Dei cõstat acceptabile, & perpetua virtute cõsistit, vt nõ minus hodie in conspectu patris oblatio illa sit efficax, quã eo die qua de faucio latere sanguis & aqua exiuit, semper enim reseruatã in corpore plagã, salutis humanæ exigunt pretiũ, & obedientiã donatiũ requireunt. Ex quibus perspicuũ euadit, quemadmodum corpus Christi verum sit, ac dicatur res oblata in Missa. De corpore Christi mystico post dicemus.

IAm de ipsa oblatione, quæ in Missa fit, id est de opere sacrificantium videndũ est: vbi iterũ ad duo respicere oportet, nẽpe ad cæremoniã exteriorẽ, & id quod intus agitur per fidem. Cæremoniã seu actionem exteriorẽ, sacramentalẽ oblationẽ vocamus, quã orthodoxi absq; spirituali oblatione, id est sine fide & bono motu cordis, ex solo opere operato, nobis p̄ficere aut vtilẽ esse negant: tantũ abest, vt illi tribuant meritũ remissionis peccatorũ pro viuus & pro mortuis non participantibus Christi meritũ per fidẽ. Quanquã hic animaduertendũ est, orthodoxos, quũ quid tribuunt operi operato in hoc sacrificio, non intelligere per opus operatum cæremoniã exteriorẽ sine fide, quod faciunt aduersarij, sed potius veritatẽ corporis & sanguinis Christi in Eucharistia, quæ non in merito sacerdotis, sed in verbo cõficitur creatoris. In quam sententiam Innocentius, 3. dixit, Non sacerdotis iniquitas effectum impedit sacramenti, sicut nec infirmitas medici virtutem medicinæ corrumpit. Quauis igitur (vt subiicit) opus operans aliquando sit immundũ, semper tamẽ opus operatũ est mundum, non quidem vt pariter dignis & indignis, sed tantũ vt dignè sumentibus, ad salutẽ proficiat. Nã vt omnia sunt munda mundis, sic omnia sunt immunda immundis. Conuenit ergo orthodoxis cum aduersariis, cultũ noui testamenti spiritualem esse, qui non aliter quàm spiritu & veritate, hoc est, vero cordis affectu perficitur, quemadmodum Christus ait: Veri adoratores adorabunt patrem

*Philip. 2.**Cypri. de baptis. Christi.**In Missæ oblatio duplex.**Opus operatũ quid veteribus.**Innoc. 3. lib. 3. de sacro altaris myste. c. 5. 1. Cor. 11. Tit. 1.**Ioan. 4.*

in spiritu & veritate. Interim tamen (vt iā diximus) non detrahit orthodoxi sacramento corporis & sanguinis domini-
ci veritatē, etiā malus sit sacerdos consecrans, si tamen consecrare intendat, & verbis Christi sacramentum conficiat.

Aliud est conficere, aliud est offerre corpus Christi.

Aliud est enim conficere corpus Christi, quod facit sacerdos Christi vice, Christi verba pronuntians: aliud verò, offerre Deo Christi corpus verum vel mysticum, quod nemo vtiliter facit, nisi accedat vera fides & bonus motus, vel offerentis, vel eius pro quo fit oblatio. Itaque sancti patres vtraque oblationem, sacramentalem scilicet & spirituales, iungunt: ac pronuntiant eandem oblationem spiritualem cum exter-
no opere coniunctā in Missa Ecclesiæ sacrificium esse, Deo placens super omnia veteris legis sacrificia. Sed quale nā sacrificium ea oblatio sit, explicandum est.

Ecclesiæ sacrificiū

Res in hoc sacramento oblatae duae sunt, vt prædiximus, nempe corpus Christi verū cum suis meritis, & corpus Christi mysticū cū suis donis à Deo acceptis. Quatenus

ergo ecclesia verum corpus & verū sanguinem Christi Deo patri offert, sacrificium merè representatiuū est eius quod in cruce semel est peractū. Quatenus verò seipsam (quæ est corpus Christi mysticū) per Christū offert, seque ac sua omnia per Christum Deo dedicat, verū, sed spirituale sacrificiū est, hoc est sacrificium Eucharisticum, laudis, gratiarū actionis, & Deo propriè debita obedientiæ. Sed dices: Quis fit, vt verum corpus Christi in altari iterū offeratur, quum Apostolus dicat, quod Christus in vna oblatione consummavit in semetipsum sanctificatos? Quis hanc ecclesiæ tribuit potestatem? Respondeamus: Christus in manifestatione sui corporis, in distinctione membrorū suorū, semetipsum semel in mortali carne in mortem obtulit, vt mortē destrueret, & vitā nobis resurgendo repararet. Sed nihilo fecit ecclesia eū quotidie offerre, nō in mortē, quod Christus semel resurgēs ex mortuis, iā non moriatur, sed in mortis suæ recordationē, vt fructu passionis ac mortis eius repleatur, idq; secundū ipsius Christi doctrinā & institutionem, dicentis: Hæc quotiescunq; feceritis, in mei memoriam facietis. Nam vt diuus Irenæus vultissimus ille ecclesiæ doctor inquit: Christus panem accipiens & gratias agens, dixit: Hoc est corpus meū. Et calicem similiter, qui ex eadē creatura est, quæ secundū nos est, suum sanguinem confessus est, & noui testamenti nouam docuit

Ephes. 5.

Heb. 10. Aug. in lib. de tri. iū in sen. prosp.

Rom. 6. Sacrificiū

Missæ ex institutione Christi

1. Cor. 11.

Iren. li. 4.

cap. 32.

Mat. 26.

1. Cor. 11.

oblationem, quā ecclesia ab Apostolis accipiēs, in vniuerso mūdo offert Deo, de quo in duodecim prophetis Malachias sic præsignificauit: Nō est mihi volūtas in vobis, dicit dominus omnipotens, & sacrificiū nō accipiā de manibus vestris: quoniā ab ortu solis vsque ad occasum nomē meū glorificatur inter gentes, & in omni loco incensum offertur nomini meo, & sacrificium purum, quoniā magnum est nomē meū in gentibus, dicit dominus omnipotēs. Hæc ille. Dū enim non habemus quod illi dignū offerre valeamus, p̄ omnibus quæ retribuit nobis, calicē salutaris accipimus, id est passionem eius, representantes Deo patri opus nostræ redēptionis, vt illius sacrificij semel in cruce pro nobis oblato, & nostrā cōmemoratione refricati, participes facti maneamus & viuamus in ipso, per ipsum. Palsio enim domini est (vt inquit Cyprianus) sacrificiū quod offerimus, id est quod offerendo representamus, memores illius vnicī & summi sacrificij & sanctę immolationis in cruce factæ. Immolatur ergo Christus in altari, sed sacramentaliter & mysticē, quia in sacramēto recordatio illius fit, quod factū est semel. Non toties (quod dictū abominabile est) occiditur Christus, sed representatur quod olim factum est, ne beneficij in nos collati obliuiscamur, sed potius hoc sacramento sic excitemur ac moneamur, tanquā videam⁹ dominū p̄dentē in cruce. Itaq; immolatio, quæ manib⁹ sacerdotis fit, Christi passio vocatur, nō rei veritate, sed significandi mysterio, nec hac immolatione magis, quā esu corporis domini occiditur Christus. Non occiditur (inquit Augustinus) Christus, vt manducetur: sed mortuos viuificat, quādo manducatur: reficit, non deficit: viuūt māducatus, quia resurrexit occisus: per partes māducatur, & manet integer totus: per partes māducatur in sacramēto, & manet integer totus, in cœlo, manet integer totus in corde tuo. Atq; alibi idē beatus pater eorū quæ diximus, summā ita perstringit. Nulatenus, inquit, dubites, ipsum vnigenitum Deum, verbū carnem factū, se pro nobis obtulisse sacrificium & hostiā Deo in odorem suauitatis, cui cum patre & Spiritu sancto à patriarchis, prophetis & sacerdotibus tēpore veteris testamenti animalia sacrificabantur, & cui nunc, id est tempore noui testamenti, cum patre & Spiritu sancto (cum quibus est illi vna diuinitas) sacrificiū panis & vini in fide & charitate, sancta ecclesia catholica per vniuersum orbē terræ offerre non

Mal. 1.

Psal. 115.

Cypr. ad Cecil.

Christus in altari sacramentaliter immolatur.

cessat. In illis enim carnalibus victimis figuratio fuit carnis Christi, quā pro peccatis nostris ipse sine peccato fuerat oblaturus, & sanguinis quem erat effusus in remissionē peccatorum nostrorū. In isto autē sacrificio gratiarū actio atque cōmemoratio est carnis Christi, quam pro nobis obtulit, & sanguinis quem pro nobis idē Deus fudit. In illis sacrificiis quid nobis condonatu sit, euidenter ostēditur. In illis sacrificiis pronuntiabatur filius Dei pro impiis occidendus: in hoc autē pro impiis annuntiatur occisus. Quæ omnia latius idē ipse Augustinus in Psal. 37. & contra Faustū Manich. lib. 19. eleganter admodū prosequitur. Et in Psal. 79. Semel (inquit) Christus pro nobis immolatus est. Sed quū meminimus quod ad nos venerit, & quod nobis donauerit, nempe remissionē omnium peccatorum, idque credimus, tū ex ipsa memoria quotidie nobis sic immolatur, quasi quotidie nos innouet, qui prima sua gratia in baptismo innouauit. Quod & alibi breuius dixit. Tūc, inquit, cuique occiditur, quū credit occisum. Atque sacrificij nostri rationē diuus Chrysostomus in epistolā ad Hebræos, pulcherrimē descripsit: In Christo, inquit, semel oblata est hostia ad salutē potēs. Quid ergo nos? Nonne per singulos dies offerimus? Offerimus quidē, sed ad recordationem facientes mortis eius, & vna est hæc hostia, non multæ. Quomodo vna est & non multæ? Et quia semel oblata est illa, oblata est in sancta sanctorum. Hoc autem sacrificium exemplar est illius: id ipsum semper offerimus. Sed ne ex his verbis lector dubitationem aliquam conciperet de veritate corporis domini in Eucharistia (quā idem Chrysostomus vbique grauissimē asserit) statim lubecit: Nec nunc quidem alium agnū, crastina alium, sed semper id ipsum. Proinde vnū est hoc sacrificiū: alioqui hæc ratione quia in multis locis offertur, multi Christi sunt? Nequaquam, sed vnus vbique est Christus, & hic plenus existens, & illic plenus, vnū corpus. Sicut enim qui vbique offertur, vnum corpus est, & nō multa corpora: ita etiam & vnum sacrificium. Pontifex autē noster ille est, qui hostiā mundantem nos obrulit, ipsam offerimus, & nunc oblata quidem consumi non potest: hoc autē quod nos facimus, in commemorationem quidem fit eius quod factum est. Hoc enim, inquit, facite in meā cōmemorationē. Hæc ille. Quibus verbis quid aliud inculcat beatus ille pater, quā quod in hoc sacrificio ex parte rei oblata sit

verum corpus Christi, quum dicat vnū vbique esse Christū, & hic plenum, & illic plenum, & vtrobique vnū corpus. Sed quod ad oblationem nostram attinet, eam esse exemplar illius in cruce factæ, hoc est sacrificium representatiuum.

NEque mirabere nos, verū Christi corpus in recordationem Deo offerre audere. Nam quum Deus Christum nobis donauerit, quæ admodū scriptū est: Sic deus dilexit mundum, vt filium suū vnigenitum daret: vtique propterea nobis donatus est, vt hunc iræ Dei tanquam reconciliatorem nostrū opponamus, & diffidē de nostris viribus, hanc potentissimam victimā patri representemus. Quum defecerit (inquit Bernardus) virtus mea, nō conturbor, nō diffido, scio quid faciam, Calicem salutaris accipiam. Et alibi: Totū quod dare possum, miserū corpus istud est. Id si minus est, addo & corpus ipsius, nam illud de meo est, & meum est. Paruulus enim natus est nobis, & filius datus est mihi, de te domine suppleo quod minus habeo in me. O dulcissima reconciliatio, o satisfactio suauissima. Hæc ille. Nemo vel primis rudimentis christianismi imbutus, ignorat, non esse aliam satisfactionē pro peccatis, quā facta est in cruce, eandē enim que non tantū pro nostris, sed & totius mundi peccatis sufficientissimā esse, nullaq; suppletionē egere, neq; requiri vllā aliam hostiam, aut vllū aliud meritum, per quē ex impiis efficiamur iusti, & reconciliemur deo patri, quod non sit aliud nomē sub celo, in quo oporteat nos saluos fieri. Interim tamen omnes scire debent, neminem huius hostiæ participem fieri, nisi tantū credentē & obtemperantem Euangelio Christi, quem admodum Ioannes ait: Filium suum vnigenitū dedit deus, vt omnes qui credunt in illum, non pereant. Quum ergo in Missa propemodū totius Euāgelij summa, fide recenseatur, videlicet quod Christus traditus sit pro nobis in remissionem peccatorū, idq; ea fide, qua confidimus nobis peccantibus per hanc hostiam, nempe Christum pro nobis oblatum, remitti peccata: quis non videt Deum per talem fidem (quæ in huius representatiui sacrificij celebratione, atq; adeo eiusdē corporis pro nobis passi manducatione vel maxime exercetur) beneficiū Christi dilectissimi filij sui, suis fidelibus applicare? Nec enim hanc applicationem sacerdoti, sed Deo tribuimus: nō operi nostro, fed dei beneficio: quod tamē nō aliter quā voluntatis nostræ assensu per fidem accepimus.

Vnde nobis potestas sit, vt vnū Christi corpus in recordationem nostram offerrendi.

Ioan. 3. Roma. 8. Ber. in eā. ii. ser. 2. Psal. 115. in serm. 1. de epiph. domini. Esa. 6.

Vnica, pro peccatis satisfactio.

1. Ioan. 2.

Summa euāgelij recensetur in Missa, Applicatio beneficii Christi.

Chrysost. homil. 17. ad Hebr.

1. Cor. 11.

Philip. 2. Idq; etiam vt possimus, is facit, qui dat velle & perficere pro sua bona voluntate.

Sacrifici- um altaris ceteris lon- ge prestat. Cypri. de cena do- mini.
Iam vide, quanto intervallo hoc sacrosanctum altaris sacri- ficiū cū fide coniunctū, cetera sacrificia nostra (quæ tantū interna seu spiritalia dicim⁹), qualia sunt omnia opera non sra bona in fide facta) præcellat, atque adeo cetera omnia roboret ac confirmet. In huius (inquit Cyprianus) veracissi- mi & sanctissimi corporis præsentia, non superuacue mendi- cant lachrymæ veniam, nec vnquam patitur contiti cordis holocaustum repulsam. Quoties ergo te in conspectu domi- ni video suspirantem, Spiritum sanctū non dubito aspiran- tem: quum intueor flētem, sentio ignoscentē. Et paulō post: Hierarcha pius quem Spiritus sanctus compungit, excitat, inhabitat & sanctificat, eleuatione manuum crucis mysteriū representans, confidenter orat pro sua & populi ignorantia. Hæc ille.

Eleuatio manū in Missa.

HAbes itaque nunc explicatū satis, quo pacto altaris sacri- ficiū ex parte corporis Christi veri in sacramēto

Cypri. ad Cecil. Ephes. 5. Rom. 12. Aug. de ciuit. dei ca. 20. lib. 10. Ephe. 1. 5. li. 10. c. 6. 1. Cor. 10. Cypri. ad Caci. epi. 3. lib. 2. 1. Petr. 2.
 oblati, representatiūū sit: superest vt exponamus qua- tenus Missa, nou tantū representatiūū, sed præsens etiā ac ve- rum, spirituale sacrificiū sit, ceteris omnibus sacrificiis spiri- tualibus vniuersalius & excellentius. Sacerdos qui sacrificat, non suam, sed in primis Christi, deinde totius ecclesiæ perso- nam gerit, ministeriōque publico fungitur. Iam quū eccle- sia Christi sit corpus, dicte Paulo: Sicut enim in vno corpo- re multa membra habemus, omnia autem mēbra non eun- dem actum habent: ita multi vnū corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra, habentes dona secun- dum gratiam quæ data est nobis: idcirco ecclesia per sacerdo- tem, vti publicum ministrum, Christi corpus in Missa offe- rends, non tantum hoc agit vt corpus Christi verum illiusque passionē, quæ præterit. Deo representet, sed & seipsam, quæ Christi capitis mysticum corpus est, per Christū offerat. Hoc

Aug. in Psal. 21. Oblatio corporis Christi mystici.
 (inquit Augustinus) sacrificiū Christianorum est. Multi v- num corpus sumus in Christo, quod sacramento altaris fide lib⁹ noto frequētata ecclesia, vbi ei demonstratur, quod in ea oblatione quam offert, ipsa offeratur. Quemadmodū enim Christus nos omnes in cruce portabat, qui & peccata nostra portabat, & quemadmodū ille totius ecclesiæ causam gere- bat, eandē in seipso Deo patri offerens, sic ecclesia tantā ob-

lationem, tantūque beneficiū pia deuotione recolens, non sese diuidit, sed omnium membrorum suorū curam gerens & pro viuīs & pro mortuis (quos vna eadēque fides colligauit) deprecatur, sēque totam per Christum Deo viuō vicissim dedicat ac consecrat.

Fides cum spe cōiuncta. Psal. 4. Chrys. in Mat. c. 8. homi. 16.
ATque hic vide, quā nihil corū spiritaliū sacrificiorū (per quæ fit vt immobiles inhereamus deo) prætermi- tat. In Missa primas partes tenet fides, hoc est fiducia re- missionis peccatorū per Christū, quæ vtique sacrificiū illud est iustitiæ, de quo propheta dixit: Sacrificate sacrificiū iusti- tiæ, & sperate in domino. Deinde cū hac fide necessario cō- iuncta est gratiarū actio pro illo summo beneficio, & nobis & vniuersæ ecclesiæ collato, propter quā reuerēda & saluta- ria illa mysteria, Eucharistia appellantur: sunt enim benefici- rū recordatio plurimorū, caputq; diuinæ erga nos charitatis ostendunt, nōsque faciūt debitas Deo gratias semper exolue- re. Et qui fieri potest, vt nō accendamus mira quadā charita- te erga Deum tantorū beneficiorū recordatione? Erga pro- ximos quoque, cū quibus intelligimus, vnū nos esse corpus in Christo, vt quæadmodum Christus nobis se totū donauit, ita nos quoque vtilitati proximorū totos expēdamus: Vnus

Charit. 25. 1. Cor. 10. Aug. in ser. ad in- fan. de sa- cra. alt. Cypri. de cena do- mini. Chrysost. tom. 1. ho- mil. 51.
 panis: (vt Apostolus ait) vnū corpus multi sumus, qui de vno pane, & de vno calice participamus. Mysterium enim pacis & vnitatis nostræ Christus in sua mēsa consecrauit, adeo vt qui accepit mysteriū vnitatis & non seruat vinculum pacis, non mysteriū accipiat pro se, sed testimonium onū contra se. Rur- sus in hoc sacrificio fideles se totos deos consecrant, animus peccato moritur, cor sursum ad Deū erigitur, totūque ad cogitationem & amorem Dei tam beneuolentissimi conuer- titur, atque adeo anima, propter quam Christus immolatus est, reconciliatione per Christū accepta, ac sanctificata deo offertur, vt deinceps homo cum Paulo glorietur & lateatur, dicens: Viuo iā non ego, viuūt verō in me Christus. Corpus denique & quicquid sumus, in hoc sacrificio Deo consecra- tur: Nā qui Christi corpus manducat, quid aliud protestatur, quā se in Christo manere, & illū manentem in se habere? Qui sanguinem bibit, quid contestatur aliud, quā se libe- ter etiam sanguinē (si ita res postulet) futurum pro Christo, qui non tantum pro eo sanguinem fundere, sed & eundem sanguinem suum illi in potum propinare non dubitauit?

Aug. in 102. c. 16. cap. 26.

Præstantia huius sacramenti.

Ephē. 1. 5. Cypri. ad Cæcil.

Pia & germ. in a. Canonis expositio.

Canō vix dicatur ab aduersariis. Ecclesia nō rursus crucifigit filium dei.

Oblatio cōmemoratiua.

Quam eximium ergo sit missæ sacrificiū, modò secundum Christi institutionem & exemplum piè celebretur, quis non videt? Hic est præsens illa victima, quæ semel in cruce oblata, nos reconciliauit Deo. Hic eadē illa vicitima per manū Dei à recōciliatis accepta, rursus mysticè in recordationem & gratiarū actionē immolatur ac representatur Deo: Hic ecclesia (quæ corpus est mysticum) se totam Deo consecrat, ad eū vt Cyprianus tale sacrificium, verum & plenum sacrificiū non dubitauerit, appellare. Diligenter ergo hec omnia nobis intuētibz, nihil vel absurdi vel scrupulosi in toto Missæ contextu occurrit, sed omnia (præsertim quæ Canon complectitur) pietatis plenissima ac planè reuerenda (vt sunt) videbuntur. Aut enim ecclesia respicit ad corpus & sanguinē Christi, pro se in cruce oblata, & vi omnipotentis verbi in altari præsentia, & non veretur hæc appellare hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatā, panem sanctum vitæ æternæ, & calicem salutis perpetuæ: Aut ad oblationem representatiuā & commemoratiuā passionis seu corporis Christi veri (quæ fide misericordiā per Christum apprehendente, & redemptionem, quæ est in Christo Deo patri opponente) peragitur: & nō dubitat hoc sacrificium laudis offerre pro se suisque omnibus, pro redēptione animarū suarum, pro spe salutis & incolumitatis suæ: nimirum spē salutis & incolumitatis, ac redemptionē animarū, debita laude & gratiarum actione Deo accepta referens, petitque, vt hanc oblationem seruitutis suæ deus placatus accipiat, diēsque nostros in sua pace disponat, atque ab æterna dānatione nos eripi, & in electorum suorum grege iubeat numerari, nō quidē ex meritis nostris, aut ex dignitate nostræ seruitutis, sed per Christum dominum nostrum. Et ne vlla cauiādi occasio æmulis relinquatur, Canon toties seipsum declarat, vt planè calumniari, & ecclesiam mendacio traducere conuincantur, qui asserunt orthodoxos iterū offerre Christum pro peccato, iterumque crucifigere filiū dei, veluti non suffecerit oblatio in cruce semel peracta. Non enim ecclesia Christum ad eū modum, quo semel in cruce oblatus est, offerret, nec oblationi suæ seruitutis, remissionem peccatorū ascribit, nec hanc applicat vt opus meritorij remissionis culpe & pœnæ, sed apertè, idque non semel, pronuntiat se hanc oblationem offerre in memoriam passionis, resurrectionis,

Canon.

ascensionis domini nostri Iesu Christi. Vnde, inquit, memores domine nos serui tui, sed & plebs tua sancta tā beatæ passionis, necnō & ab inferis resurrectionis, sed & in cœlos gloriosæ ascensionis offerimus præclaræ maiestati tuæ de tuis donis ac datis hostiam puram, &c. cui sanæ hostiæ (non suo operi operato, vt vocant) vitæ æternæ & salutis perpetuæ efficaciam tribuit. Ergo non suam oblationē applicat sed fructum oblationis Christi, quem recolendo rememorat, per fidem sibi applicari petit. Denique quatenus ecclesia seipsam Deo consecrat, & per Christum hostiam laudis, gratiarū actionis, breuiter fidei, spei & charitatis offert, reddit vota sua æterno Deo, viuo & vero.

NE verò cū aduersariis dicas, sacerdotē, ecclesiæ personā gerentē, non posse hoc sacrificium laudis pro aliis offerre, seu pro aliis gratias agere: Audi quod supra relatum Paulus ad Timotheū habet: Obsecro, inquit, primū omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes gratiarum actiones, p̄ omnibus hominibus, &c. Quæ locū beatus Augustinus ad Paulinum explicans: In his, inquit, verbis, eligo hoc dicere, quod omnis, vel penè omnis frequentat ecclesia, vt obsecrationes, seu preces accipiamus dictas, quas facimus in celebratione sacramentorum, antequā illud quod est in Domini mensa, incipiat benedici: orationes, quā benedicitur & sanctificatur, & ad distribuendum comminuitur. Græcus enim textus habet *προσευχῆς* id est orationes, quas facimus ad votū. Vouentur autē omnia quæcūque offeruntur Deo maximè sancti altaris oblatio: quo sacramento prædicatur nostrū aliud votū maximū, quo nos vouimus in Christo esse māsuros, vtique in cōpage corporis Christi. Ideo, inquit Augustinus, in huius sanctificationis & distributionis præparatione existimo Apostolū iussisse propriè fieri *προσευχῆς*, id est, orationes. Postulationes verò siue interpellationes, (vt iubiicit) sūt quæ populus benedicitur. Tunc enim antistes velut aduocari, susceptos suos p̄ manus impositionē misericordissime offerūt potestati. Quibus partibus, & participato tāto sacramento, gratiarū actio cuncta cōcludit, quæ ob eā causam se dixisse Augustinus affirmat, ne putaretur negligendū esse quod sequitur in Apostoliverbis, nēpe pro omnibus hominibus, p̄ regibus, & iis qui in sublimitate sunt, vt tranquillā & quietā vitā agamus in omni pietate & castitate, ne quisquam

Sacrificiū laudis pro aliis offerri potest.

1. Tim. 2. Aug. ad Paulinū

Postulationes.

Gratiarū actiones.

(sicut se habet humane cogitationis infirmitas) existimaret, non ista facienda pro his à quibus persecutionem patiebatur ecclesia, quàm membra Christi ex omni essent hominum genere colligenda. Ideo enim adiungit Apostolus: Hoc (inquit) bonum, & acceptum est coram salvatore nostro Deo, qui omnes homines vult saluos fieri, & in agnitione veritatis venire. Et ne quisquam diceret posse esse salutis viam in bona conuersatione & vnus Dei omnipotentis cultu, sine participatione corporis & sanguinis Christi, idcirco (eodem Augulino teste) Apostolus subiicit: Vnus enim Deus, & vnus mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus: vt illud quod dixerat, nullo alio modo intelligatur præstari, nisi per medietatem hominem Christum Iesum: quum verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Hæc ille.

Nō relinquitur via salutis nisi in comunione ecclesiæ.
Ioan. 1.

Tertull.

Peccatorum remissio soli oblatione in cruce facta debetur.

Ab a. 2. Romæ. 1. Rom. 12.

Comunio sanctorum.

Quid potuit vir ille sanctus fortius pro Missa atque ad eipso Canone dicere: qui ex Apostolo Paulo, & celebrationis & deprecationis, quæ in Missa fit, ordinem ostendit, ac palam diffinit hoc sacrificium quod in Missa per obsecrationes, orationes, postulationes, & gratiarum actiones fit, pro tota ecclesia offerri oportere, atque ad eum etiam pro his à quibus ecclesia persecutionem patitur? In quâ sententiâ Tertullianus (qui sub impio Imperatore vivebat) dixit: Sacrificamus pro salute Imperatoris, sed deo nostro, & ipsius, & id quod pura prece. Nec hic aliquid duri aut scrupulosi occurrit, si oblationum species teneamus, & singula singulis referamus. Hoc enim (vt idem toties repetamus) omnis planè fatetur ecclesia, quod remissio peccatorum seu iustificatio, soli oblationi, quæ in cruce facta est, tribuatur. Hæc enim sola est pretium pro peccatis nostris, imò totius mundi: quæ in adultis tantum his applicatur, qui eandem propria fide percipiunt. Absit enim vt operi nostro hoc tribuamus, vt ex dignitate sua, seu ex opere operato aliis, etiâ iniustus, impænitentibus, & non resipiscenibus, remissionem peccatorum (thesaurum illum planè diuinum) mereatur. Nam quantum ad iustificationem attinet, omnino verum est, quod iustus ex fide sua viuet: nihilo secius tamen, quia sumus eiusdem corporis membra, verissimum est quod omnia opera nostra bona quæ per fidem sunt, impetrent multa communia bona atque ad eum in hoc fidelium cœtu omnia esse communia, neque quicquam proprium quemquam habere, sed omnia pia opera, non tantum facient, sed

& aliis credentibus prodesse, eosque defendere ac confirmare, quemadmodum in expositione symboli in articulum de comunione sanctorum, diximus. Quanquam oratio (quam scriptura etiâ inter sacrificia spiritalia recenset. Psal. 149. Apocal. 3.) hoc peculiare habet, quod non tantum pro nobis, nec pro credentibus tantum, sed & pro iniustis fiat, non suæ dignitati, sed Dei mandato, promissionis ac misericordie tota innitens. Vide verò quam diligenter in Missa proprietas ista seruetur. In missa est sacrificium commemoratum passionis, gratiarum actionis, piorum votorum ac precum. Pro tota enim ecclesia secundum Christi institutum, precatur sacerdos, vt eam Deus pacificet, custodiat, adiuuet ac regat. Pro potestatibus quoque qui in sublimitate constituti sunt, secundum Apostoli præceptum, orat: Insuper pro quibusdam speciatim, & subinde pro omnibus circumstantibus hoc sacrificium laudis offert, sed pro iis tantum, quorum Deo fides cognita est, & nota deuotio, qui & ipsi offerunt hoc sacrificium laudis pro redemptione animarum suarum, hoc est, qui per fidem recolunt se per Christi passionem, quæ hic representatur, redemptos esse, debitas pro tanto beneficio gratias & laudes agentes. Quid enim aliud offerre sacrificium laudis, quam laudem dicere & gratias agere?

Nume. 21. 26. Mat. 6. Lu. 6. 23. Acto. 7. 12. 27.

Sed adhuc malè habet aduersarios, quæ in Missa sanctos (vt Desalctorum dicunt) inuocemus. Quamquam si totum Missæ, & in primis Canonis contextum intueamur, inueniemus in Missa omnes memorantes, seu penè omnes orationes, ac preces ad solum Deum patrem dirigunt, qui inuocatur per filium, paucas tantum ad filium, nullas ad sanctorum aliquem: vt vel hinc deprehendatur, quo affectu illi ad mordendum Canonem accedant, sed de inuocatione sanctorum suo loco dicemus. In presentia ostendere sufficerit, nos id facere in Missa, quod Missæ ratio requirit. Missa non singularis, sed totius ecclesiæ sacrificium est, in cuius oblatione ecclesia Christi oblationem repræsentat, & corpus capitatis oblationem imitatur. At sancti, nobilissima ecclesiæ membra sunt, quos pater cœlestis filios agnoscit ac honorat, filius fratres & cohæredes, spiritus sanctus templa sua vocat. Deinde, licet solus Christus factus sit nobis à Deo sapientia, iustificatione, sanctificatione, & redemptione, atque solus qui potuit & debuit nos liberare & peccato, morte, & diaboli potestate, reconciliare nos Deo, & dare nobis vitam æternam, tamen

Offerre hoc sacrificium laudis pro redemptione animarum quid.

Desalctorum commemoratione in Missa. quæ ratio requirit.

Ioan. 1. Ioan. 12. Mat. 28. Rom. 1. 8. 2. Cor. 6. 1. Cor. 1.

Cypr. ser. de lapsis. p̄ter hæc gratuita Saluatoris beneficia & diuina opera, quæ soli Christo tribuuntur, nemo ignorat (quod nec aduersarij negare possunt) sanctis sua esse merita, quæ tamen etiã Dei sunt dona. Hæc non dubium est, viujs ecclesiæ membris comunicari. Alioqui quid est quod p̄stitemur in symbolo, nos credere sanctorum communionem? Denique quis dubitat, sanctos miro desiderio desiderare celebrationem pœnitentiæ & salutis nostræ, eosdémque sedulo pro nobis orãre: Nã si angeli, qui non communicauerunt carni & sanguini, de salute nostra quam maxime sunt solliciti, Luc. 15. ipsique p̄ nobis orare nõ cessant, Zacha. 1. quanto magis sancti pro nobis solliciti sunt, eiusdem corporis membra? Si glorificatur (inquit Apostolus) vnum membrum, congaudent: quòd si patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra. Nouerunt illi periculum nostrum, frimentum nostrum, ignorantiam nostram, fragilitatem nostram: nouerunt aduersariorũ dolos, impetus, & insultus. In eadem tentatione fuerunt, eosdem superarunt conflictus, eosdem laqueos euaserunt, & didicerunt ex his, quæ passii sunt, compassionem. Nec est quod de eorum pia erga nos sollicitudine dubitemus, quandoquidem non sunt consummandi sine nobis, sed expectant nos, donec in nouissimo die omnia simul in virũ perfectum cũ suo capite membra concurrant, & laudetur cum hæreditate sua, Christus Iesus in secula benedictus.

Aug. ad Paulinũ. Meritò ergo ecclesia in eo votiuo sacrificio, quo vouet se in Christo mēsurã (vtique in cõpage corporis Christi) pijs votis sanctis comunicat, meritò memoriã eorũ (quos honorat Deus) veneratur, vel ob id vt per eorũ memoriã, fidem in Christũ confirmet, sp̄e æternæ salutis roboret, & charitatem accendat: nimirum quũ recogitat illos olim homines similes nobis non esse amissos, sed p̄missos ad vitã venturi seculi, ac aliquando fore, vt & nos, qui fratres & conciuies sanctorũ, & domestici Dei sumus, superstructi, super fundamentũ Apostolorum & prophetarũ summo angulari lapide ipso Iesu Christo, eos sequamur, & erepti ex hoc seculo nequã cũ ipsis in tuto collocemur. Meritò denique ecclesia in celebratione tanti sacramenti precatur, vt Deus meritis precibusque sanctorum suorum concedat, vt in omnibus diuinæ protectionis auxilio muniamur, idque per Christum dominum nostrũ. Quid enim euidentius hu-

1. Cor. 12. Bernav. in ser. vl. in festo omnium sanctorum.

Hebr. 11.

Ioan. 12. Iacobi 5.

Ioan. 6. Cypr. ser. de mort. Ephes. 2. Canon.

ius diuinissimi sacramenti participatione significatur ac promittitur, quàm nos in Christi & omnium sanctorum suorum consortium recipi, vt non temere patres hoc sacramentum Communionẽ vocauerint, quòd qui hoc sacramento dignè communicat, certus sit se in Christi corpore esse, & sanctorũ omnium (qui eiusdẽ corporis membra sunt) meritis ac precibus adiuuari, defendi, ac confirmari. Ergo synaxeos ratio omnino requirit, vt ecclesia militãs huius sanctæ cõmunionis (quæ pijs hominibus inestimabilis thesaurus est) ad altare domini recordetur, pioque desiderio magis fidẽ suã (quæ de hac communionẽ est) exerceat, quàm sanctos alioqui semper pro nobis apud Deũ sollicitos, excitet. Nec potest videri recens, quod & ecclesia veteris legis obseruasse legitur. Sic Moyses pro populo qui vitulum constabilem adorauerat, in tercedens, inter orandum patrum memoriã recolit: Recor dare, inquit, Abraham, Isaac, & Jacob seruum tuorũ. Tres item pueri Hebrai in fornace succensa sic orasse leguntur: Ne auferas à nobis misericordiam tuã domine Deus noster, propter Abraham dilectum tuum, & Isaac seruum tuum, & Iacob sanctum tuũ. Certè Cyprianus vetus ille ac verè pius ecclesiæ doctõr testatur, in ecclesia solitas celebrari oblationes, & sacrificia ob commemorationes martyrorũ, qui ad immortalitatem gloriosã mortis exitu transferunt. Et Augustinus contra Faustum Manich. libro 20. cap. 21. Populus inquit, Christianus memorias martyrum religiosa solennitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & vt meritis eorum consocietur, ita tamen, vt nulli martyrum, quanuis in memorias martyrum construamus altaria. Et vt alibi ait: Nõ constitui mus eisdem martyribus templa, sacerdotia, sacra & sacrificia: quoniam non ipsi, sed Deus eorum nobis est Deus. Honoramus sanè memorias eorum tanquam sanctorũ hominum Dei, qui vsque ad mortem suorum corporũ pro veritate certarunt, vt innotesceret vera religio falsis religionibus victis atque conuictis. Quis autem audiuit aliquando fidelium, stantem sacerdotem ad altare, etiam super sanctũ corpus martyris, ad Dei honorem cultumque constructum, dicere in precibus. Offero tibi sacrificium Petre, vel Paule, vel Cypriane, quum apud eorum memorias offeratur Deo, qui eos & homines, & martyres fecit, & sanctis suis angelis cœlesti honore sociavit, vt ea celebritate, & Deo vero

Cur communio dicatur. Ephe. 1.

Exod. 35.

Danie. 3.

Cypr. lib. epi. 2. epi. stol. 6.

Au. li. 3. cõtra epi. sto. 1. Pela. ad Bonif. cap. 8.

de illorum victoriis gratias agamus, & nos ad imitationē talium coronarum atque palmarum eodem inuocato in auxilium ex eorum memoriæ recordatione adhortemur. Quæcunque igitur adhibentur religioſorum obſequia in martyrum locis, ad ornamenta ſunt memoriarum, non ſacra ſunt vel ſacrificia mortuorum tanquam deorum. Hæc ille.

*Latria ſo-
li deo de-
bitur.*

*Ephes. 2.
1. Cor. 4.
Ephes. 2.*

Ephes. 4.

*1. Cor. 15.
2. Cor. 10*

*Ratio
Miſſæ re-
quirit cõ-
memora-
tionē deſu-
ctorum in
Chriſto.*

*Aug. de
cura pro
mort. ge-
vend.*

2. Ma. 12.

Ergo non adoramus ſanctos, non facimus eos mediatores, non ſeruimus illis cultu, qui latria nũcupatur, quod hæc ſoli Deo ac Chriſto debeatur: ſed ad altare Chriſti (cuius ipſi ſancti mēbra ſunt) eos vt domesticos Dei amicos, ac pios & ſedulos apud Deũ pro nobis interpellatores agnoſcimus, ipſorũque meritis (quæ & Dei dona ſunt) per fidẽ participes fieri petimus. Nec hoc ſentimus, ſanctorũ preces (quibus adiuuari petimus) ipſorũ meritis inani, ſed potius Chriſti, cui iã veluti incorporati exiſtunt: Neq; ignoramus, ſanctos omnes, ſiue ab illo antiquo Abel, vſque ad Ioannem Baptiſtam, ſiue ab ipſis apoſtolis, vſque ad hoc tempus, & deinceps vſque ad terminum ſeculi, in domino tantum eſſe laudandos, non in ſeipſis: quia illorum vox eſt, gratia Dei ſum, id quod ſum: & ad omnes pertinet, vt qui gloriatur, in domino gloriatur.

Porro quũ ſynaxeos ratio requirat, ſanctorum commemorationē in Miſſa fieri, quanto magis par eſt, vt & deſunctorũ in Chriſto ad tanti ſacrificij oblationē memores ſimus? Opponimus autē his qui hanc inſtitutionē veluti ignotã veteri eccleſiæ calumniantur, vniuerſalẽ conſenſum eccleſiæ omnium temporum, quę euidens planè teſtimoniũ eſt quod hæc ordinatio ſit apoſtolica: Beatus Auguſtinus, libro quem de cura pro mortuis gerenda ad Paulinũ perſcripſit: Vacare (inquit) non poteſt, quod vniuerſa pro deſunctis eccleſia ſupplicare cõſuevit: & ex Machabæis locũ citat, quo oſtenditur oblatũ pro mortuis ſacrificium. Nec hoc contentus Auguſtinus adiecit: Sed & ſi nuſquã, inquit, in ſcripturis veteribus omnino legeretur, non parua hæc cõſuetudine claret autoritas, vbi in precibus ſacerdotis (quæ domino deo ad eius altare funduntur) locum ſuũ habet etiã cõmemoratio animarũ: & non multo poſt cap. 4. Non ſunt, inquit, prætermittendæ ſupplicationes pro ſpiritibus mortuorum, quas faciendas pro omnibus in Chriſtiana ſocietate deſunctis etiam tacitis nominibus quorumque, ſub generali cõmemoracione ſuſcepit eccleſia, vt quibus addita deſunt parentes,

aut

aut filij, aut quicũq; cognati vel amici, ab vna eis exhibeatur matre cõmuni. Quin capite vltimo ſatis indicat, quenq; diligẽtius hæc facere pro neceſſariis ſuis, deinde generatim pro omnibus. Iriſcẽ Chryſoſt. hunc ritũ orandi quotidie in ſacrificio laudis (quod iuge vocat) pro deſunctis, in eccleſia Græca ſemper fuiſſe, eundẽque apoſtolice traditionis eſſe aſſerere nõ dubitauit. Quibus Ioã. Damascenus in ſermone de his qui in fide hinc migrarunt, ſubſcribens ait: Apoſtoli diſcipuli h̄ ſaluatoris in tremendis, vitalibusq; ſacramentis, memoriã eorum qui fideliter obdormierũt, habendam eſſe dixerunt. Et hanc receptam & generalem catholicæ eccleſiæ obſeruationem fuiſſe toto ſermone confirmat. Si quis ex vetuſtioribus plures deſideret, poſt Dionyſium teſtis eſt Tertul. oblationes pro deſunctis eccleſiam annua die facere, Teſtis Cyprianus lib. 1. epiſt. 9. Teſtis Gregorius Nazianzenus theologus ad Cæſareum fratrem de matre ſua. Gregorius item Nyſſenus, Baſilius lib. quæſt. ad Antiochũ principem, quæſt. 34. docet ſanctorum animas ſentire beneficia, quum ſuper illis ſiunt conuentus & peractiones bonorũ: Nam ſi non aliquo, inquit, beneficio participarent, non fieret in cura & exequiis commemoratio. Ambroſius in epiſt. ad Fauſtinũ, ob germanæ obitum dolentẽ: Ego eam, inquit, non tam deplorandã, quã orationibus proſequendam reor: non mœſtificandam lachrymis tuis, ſed magis oblationibus animã eius domino commendandã arbitror. Rurſus de obitu Theodoſij Imperatoris: Dilexi, inquit, virũ, & præſumo de domino, quod ſuſcipiat vocem orationis meæ, qua proſequor animam piã: da requiẽ ſeruo tuo Theodoſie: illud conuertatur anima eius vnde deſcendit, vbi mortis aculeũ ſentire non poſſit, vbi cognoscat mortem hanc non hominis ſiãem eſſe, ſed culpæ.

Sed vt ad Auguſtinum reuertamur, hic in Enchiridio ad Laurentium (in quo opusculo beatus ille pater exiſtimat ſe diligenter eſſe cõplexũ, quomodo ſit colendus Deus) præterea Dulcitiij quæſtionibus reſpondens, denique in eo quem citauimus libro de cura pro mortuis agenda, hanc rẽ non obiter, ſed ex profeſſo tractans, ex catholica & orthodoxa traditione diffinit, triplicẽ eſſe, dum in hoc corpore viuunt, viuendũ modum. Vnum tam bonum, vt hæc poſt mortẽ non requirat, in quo Apoſtoli & ſancti Dei martyres, quum hinc decederent, inuenti ſunt. Alterum tã malum, vt ei non

*Iriſcẽ, ca.
vltimo.
Chryſ. 4.
homi. 69.*

*Ioã. Da-
maſce. in
ſermo.*

*Diony. c.
7 cæl. hic
ra.*

*Tertul.
ad vxor.
Cyp. li. 1.
epiſt. 9.
Grego.
Nyſſen.
Baſil. lib
quæſt. ad
Antio.*

*Idem de
obitu
Theo.
Aug. in
enchir.*

*Li. retr. 2.
cap. 63.*

*Ad dul-
citiuum.
Lib. de cu-
ra pro
mort. ger.*

*In enchir.
cap. 17.*

profint ista post mortem, qualis est eorum, qui etsi christi la-
uacro in ecclesia baptizati, nec ab ea villo schismate vel hæ-
resi præcisi sint, in lethalius tamē criminibus (quæ nulla pœ-
nitentia diluunt) vsq; ad vltimū huius vitæ diē pertinacissimè
Ephef. 5. perseverant, de quibus Apostolus dixit: Quoniā regnū Dei
non possidebunt. Tertium verò, veluti mediū quendā viuen-
di modum: nec tam bonum, vt nō requirat ista post mortē:
nec tam malū, vt ei non profint ista post mortem, qualis est
eorū qui pœnitentes in fide, & cōfessione christi obdormiūt,
necdū tamen peccati reliquiis penitus expurgatis, quos non
incredibile est per ignē quēdam purgatorium expiari, certè
constat eos quāto magis minusve bona pereūntia dilexerūt,
tanto tardius citiusve saluari, qui sanè tales sunt, vt meritū ū
bi in hac vita cōparari, vt eis hæc post mortē prodesse pos-
sint, nimirū meritū fidei, quod promissionē habet cōmunio-
nis sanctorū, quemadmodum superius abūdè declaratū est.

QUum igitur aduersarij nobis obiiciunt, nos nostris tā-
tum aut subleuari actibus aut grauari, Pauli Apostoli
sententiam citantes, cum inquit: Omnes enim astabi-
mus ante tribunal christi, vt referat vnusquisque secūdū ea,
quæ per corpus gessit, siue bonū siue malū, respondet Augu-
stinus, Ea quæ pro defunctis cōmendandis frequētat ecclesia,
huic apostolicæ sententiæ nequaquā esse aduersa: Fatemur e-
nim planè hic omne meritū cōparari, quod post hanc vitā pos-
sit releuari quisquam vel grauari, quod nemo rectè speret, se
id quod hic neglexit, quom obierit, apud Deum promeritū-
rum. Ergo si meritum per quod ista profunt, nullum compa-
ratum est in hac vita, si vstra queritur post hanc vitā. Sin cō-
paratū est, fit vt aliquid adiūuet ista defunctos, quæ post ob-
dormitionem pro eis religioſè facta fuerint, ita vt neq; ina-
niter ecclesia, vel suorum cura, pro defunctis, quod poterit,
religionis impēdat, & tamen ferat vnusquisque secūdum ea
quæ gessit per corpus, siue bonū siue malū, reddēte domino
vnicuique secūdum opera eius: vt enim hoc quod impendi-
tur, possit eis prodesse post corpus, in ea vita est acquisitum,
quam gesserunt in corpore. Breviter, genere vitæ quod gessit
quisque per corpus, efficitur, vt profint vel non profint quæ-
cunque pro illo piè fiunt, quom reliquerit corpus.

NEc tamen ideo, quia nō omnibus profunt hæc pietatis
officia, nō debemus p̄ omnibus, qui in signo fidei de-

cesserunt, orare. Nam (vt idem beatus pater ait) quū sacrifi-
cia siue altaris, siue quarumcūque elemosynarum pro bap-
tizatis defunctis omnibus offeruntur, pro valde bonis gra-
tiarū actiones sunt, pro non valde malis propitiationes sunt,
pro valde malis, etiam si nulla sunt adiumenta mortuorum,
qualescunq; tamen viuorum consolationes sunt. certè cha-
ritas christiana, virtus est mirè efficax & ampla, quæ se non
continet, quin & pro viuus & defunctis sit sollicita, ita vt cō-
membra nostra ex hoc seculo emigrantis, pia prece domino
commendet: quā nostram pietatem, charitatis fructum apud
Deum, inanem esse quis dicere ausit?

QUod verò synaxeos ratio postulet in Missa potissimū,
animarū cōmemorationem fieri, Augustinus alibi de-
clarat: Piorū, inquit, animæ mortuorū, non separantur
ab ecclesia, quæ etiam nunc est regnū christi: alioqui nec ad
altare Dei fieret eorū memoria in cōmunicatione corporis
christi, quod tamē piè fieri quis dubitet? Rectè enim pro eis
offeritur corpus christi, qui mēbra sunt christi. Et quū conui-
tiū domini, vnitas sit corporis christi, quis ab illius partici-
patione animas piorū excludat, qui mēbra sunt corporis ei?

Vide verò quā diligenter pietatem istam idem Auguſti-
nus lib. 9. confessionum commendat, vbi reperies, quemad-
modum pro Monica matre, sacrificium pretij nostri obtule-
rit, quas preces fuderit, quantis præconijs pia Monica desi-
deria prosequatur. Illa, inquit, imminente die resolutionis
suar, tantummodo memoria sui, ad altare tuum, ô christe, fie-
ri desiderauit, cui nullius diei prætermissione seruierat vnde
sciret dispensari victimam sanctā, qua deletum est chirogra-
phum quod erat contrarium nobis, qua triumphatus est hos-
tis computans delicta nostra, & querēs quod obiciat, & ni-
hil inueniens in illo in quo vincimus. Ad cuius pretij nostri
sacramentū ligauit ancilla tua animā suam vinculo fidei: ne-
mo à protectione tua dirumpat eam. Hæc ille.

Nec contentus, quod ipse parentes pijs precibus domino
cōmendasset, orat vt idem perpetuo faciant, qui sua legerint.
Inspira, inquit, domine Deus meus, inspira seruis tuis, fratri-
bus meis, filiis tuis, dominis meis, quibus & voce, & corde &
litteris seruiō, vt quotquot hæc legerint, meminerint ad alta-
re tuū Monica famulæ tuæ cum Patricio quondā eius con-
iuge, per quorum carnem introduxisti me in hanc vitam:

*Ephef. 5.**Assert.
Aug. de
status ani-
marū post
mortem.**Respondet
aduersa-
rius.
2. Cor. 5.**August.
Quibus
defunctis:
victimam
pietas pro
sit.**Mat. 16.
Roma. 2.**Oramus
p̄ omni-
bus qui in
signo fi-
des decef-
serunt-**August.
ibidem.**Aug. de
anima &
eius ori.
li. 1. ca. 9.
& seq.
Idem ad
Bonifac.
epist. 50.
Ephef.
& 5. 4.**Coloss. 2.
Vincimus
in Christo
diabolom.**Ibidem.*

Meminerint cum affectu pio parentum meorum in hac luce tranſitoria, & patrum meorum, ſub te patre, in matre catholica, & ciuim meorum in æterna Hieruſalem, cui ſuſpirat peregrinatio populi tui, ab exitu vſque ad reditum, vt quod illa à me popoſit extremum, vberius illi præſtetur in multorum orationibus, tam per confeſſiones quàm per orationes meas. Haſtenus Auguſtinus.

*Extrema
poſtulatione
Monice.*

*Aug. de
cura pro
mor. c. 4.
& ſeq.*

*Item ex
nima &
eius ori.*

*li. 1. ca. 9.
& ſeq.*

*Et ad vi.
Viſt. lib.*

*3. cap. 11.
In eſch.*

*c. 109.
Canon.*

*Adverſa
riorum ca-
lumnia de
tegitur.*

*Can. ex-
plicatur.*

*Can. om-
nem meri-
ti humani
preſump-
tionem ex-
cludit.*

Porro duo ſunt quæ hic beatus pater requirit, vt ſupplicatioes iſtæ ſpiritibus mortuorum profint. Primû, vt ſiât recta fide ac pietate, vt ſcilicet verbis recordantis & precantis affectus accedat, ſine quo nec externa ſupplicatio, nec exanimorû corporum in quamlibet ſanctis locis depositio, vllas ſuppeticas animabus ferunt. Secûdo, vt tales fuerint defuncti, qui quû vuerent, vt hæc ſibi poſtea prodeſſe poſſent, meruerunt. Quorum, inquit, animas pietate ſuorum viuentium releuari, quom illis ſacrificium mediatoris offertur, vel eleemoſynæ in eccleſia fiunt, omnino negandû non eſt. Quo ſit vt in Canone non pro quibuſlibet, ſed tantum pro his qui nos præceſſerunt cû ſigno fidei, & dormiunt in ſomno pacis, ſacerdos oret: Nâ (vt Auguſtinus alibi ait) nec credendum, nec docendum, nec dicendum eſt ſacrificium chriſtianorum pro iis qui non baptizati, de corpore exierunt, offerendum, ſed tantum pro eis qui membra ſunt chriſti.

Aduerſarij itaque iniuria calûniantur ac ſingunt, orthodoxos dicere, ſe hoc ſacrificium etiam mortuis applicare, ſeque illis remiſſionem culpæ & pœnæ, & quidẽ ex opere operato mereri, ſeque mortuis liberationem à pœnis purgatorij ſuis meritis, ac virtuti polliceri. Nâ in Canone nulla cuiſcemodi applicationis (maximè quæ ſine fide fiat) nulla meriti ſacerdotis, nulla pollicitationis humanæ merito ſit, ſed rota actio & oratio, ex fide & charitate ꝑficiens, ſoli indulgentiæ Dei innicitur, & per Chriſtû dominû, omnia quæ petûtur, cõcedi deprecatur. Quin vt Canon omnẽ meriti humani præſumptionem excluderet, oratione ſtatim ſubſequentem (in qua iterû pia ac religioſa ſanctorû cõmemoratio ſit) ſic habet. Intra quorû nos conſortium nõ æſtimator meriti, ſed veniæ (quæ ſumus) largitor admitte, per Chriſtû dominum noſtrû. Eccleſia ergo quæadmodû pro viuus, ita & pro ſpiritibus defunctorum ſacrificium, mediatoris offert, id eſt, paſſionem domini Deo repræſentat. illõſque pia oratione propitiatiõni

tanti ſacrificij ſemel oblatus commendat, firmiſſimè credens, quòd hoc ſacrificium in cruce oblatû, tum viuus, tû fide defunctis ac relaxationem proſit. Quod Innocentius 3. rectè ac grauiter ſic explicauit: Orat, inquit, pia mater eccleſia, nõ ſolum pro viuus, ſed etiã pro defunctis, & eos ſacræ oblationis (nimirum in cruce factæ) interceſſioni cõmendat, certifiſimè credens, quòd ſanguis ille precioſus, qui ꝑ multis effuſus eſt in remiſſionem peccatorû, non ſolum ad ſalutẽ viuentiû, verum etiam ad abſolutionem valeat mortuorû. Quæ omnia in Concilio Cabilo. dubio, ꝑcul diligentiffimè expenſa ſunt, in quo inter alia ſic ſtatutum legimus: Viſum præterea nobis eſt, vt in omnibus Miſſarum ſolemnibus pro ſpiritibus defunctorum, loco cõpetenti in eccleſia, ad dominum deprecetur. Sicut enim nulla dies excipitur, qua non pro viuentiû, & pro quibuſlibet neceſſitatibus dominum deprecetur, ita nimirum nulla dies excipi debet, quin pro animabus fidelium preces domino in Miſſarû ſolemnibus fundantur.

Vides quãtis testimoniis, eccleſia vetuſtiſſimus perinde ac pientiſſimus ritû fruatur, quẽ ob ſolos abuſus maiorû ſacerdotû hoc diuiniſſimû ſacramentû & Miſſæ myſteriû ꝑphanantiû, ſugillari nõ oportuit, multominus tolli. Fuerunt & diui Auguſtini, imò ſanctorû Apoſtolorum tẽpore, qui hoc ſacramento ac ſacrificio abuſerunt. Propterea tamen neq; ſacramẽto, neque ſacrificio quid detractû eſt, ſed abuſus tantum damnatus eſt. Abuſum Corinthiorum dãnãt Apoſtolus. 1. Cor. 11. Abuſum ſimilẽ dãnãt Auguſtinus ad Aureliû de coercenda temulentiã & cõtentione, ſcribẽs, vbi ebrietates & luxurioſa conuiuia in tẽplis, ac cœmeteris, tanquã maximã ſceditatem, ac turpitudinem infectatur, iubẽtq; vt oblationes ꝑ ſpiritibus dormientiû, quas verè aliquid ad iuuare credendû eſt, ſuper ipſas memorias nõ ſint ſumptuoſæ, ſed omnibus pctẽtibus ſine typo, & cû alacritate præbeatur, neq; vendãtur. Sed ſi quis aliquid pecuniẽ offerre voluerit, id vt in præſenti pauperibus erogetur. Quod ſi fiat, nec ſuperſtites deſerere videbuntur memorias ſuorû, & id celebrabitur in eccleſia, quod piẽ & honeſtè celebratur. Interim tamen eccleſiæ miniſtro, ſuo officio rectè ac piẽ fungẽti quod ſuum eſt, non adimimus. Atque hic erat tenẽda cuiſdẽ beati patris doctriina, qui in eadem epiſtola ſanctiſſimè conſuluit, cuiſcemodi malo auferendû non aſperè, ſed ſicut ſcriptû eſt,

*Innoc. 3.
de ſacra
myſte. li.
4. cap. 5.*

*Cõcil. Ca
bilonen.
c. viſum.
de conſe.
diſt. 1.*

*Abuſus
corrigẽ-
dus non
res pia
mutandã.*

*Aug. ad
Aureli. de
coercenda
temulentiã.
Sacrificiã
pro mor-
tuis quo-
modo offe-
rendã.*

Ibidem.

Gala. 5. in spiritu lenitatis & mansuetudinis, non duriter, non impetioso modo, sed magis docendo quàm iubendo, magis monendo quàm minando. Sic enim agendum est cum multitudinem peccantium. Seueritas autè exercenda est in peccato paucorum. Et si quid minamur, id vt cum dolore fiat, de scripturis cõminando vindictam futuram, ne nos ipsi in nostra potestate, sed Deus in nostro sermone timeatur. Itaque (eodem Augustino auctore) prius erant monendi spirituales, vel spiritualibus proximi, quorũ authoritate & lenissimis quidem, sed infatissimis admonitionibus cætera multitudo frãgatur. Hæc ille. Cuius doctrinam & nos sequuti in canonibus Concilij nostri prouincialis sub titulo de Eucharistia, hocce abusus paulò latius indicauimus, & quod in nobis est correximus.

Ibidem. **E**X his omnibus pius lector facile deprehendat sacrificij iugis rationẽ, quod ecclesia ad Apostolis acceptũ, toto terrarũ orbe religiose celebrat, non desitura celebrare, donec Christũ redierit iudicare viuos & mortuos: facillè quoque iudicabit, nõ aduersarij rectè faciant qui hoc sacrificium ab ecclesia auferre, & sacerriimũ illum canonè diuini plenũ mysterij Theonino dente lacerare atque è medio tollere nitantur. Præterea nõ Christiana erga orthodoxos charitate vrantur, qui ipso nihil tale cogitantes, grauissimo crimine insimulant, quasi scilicet Christum denuò crucifigãt, eiusq; beneficium obscurant, nimirum quòd (vt illi fingunt) oblationi in cruce factæ, satisfactionem pro peccatis nostris detrahant, ac suo operi ascribãt. Et vt cætera quæ de generali sacrificij ratione attulimus, omittamus saltem, id locupletissimè nos ostendisse credimus, in hoc ecclesiæ sacrificio adeò nõ obscure beneficiũ Christi, vt eo potius quàm maximè illustretur, ac quàm late pateat pulcherrimè ostèdatur, exponaturq; expositũ deniq; & repræsentatũ oculis & auribus, summa quidã pietatis dulcedine ingeratur, ac demũ mente, per fidem & charitatem accedente, eximio ac incredibili cũ fructu capiatur. In quo argumẽto etsi vel prolixiores, vel ineptiores fuerimus, quàm susceptæ institutionis modus ferre videatur, ignoscendũ tamen nobis putamus, quibus hoc quàm maximè in votis fuit, vt rem cognitu admodum necessariam, sed hac tẽpestate summa cũ animarũ iactura, ac ecclesiasticè vnitatis ac pacis detrimento, mirè cõtrouersiam ac obscuratã (quod in nobis est) expediremus. Quòd si aliqua ex parte factũ est,

In sacrificij Missæ beneficiũ Christi quam maius ne illustratur.

soli deo gratia: sin secus, luculentiorẽ ecclesiæ diffinitionẽ (cui hæc omnia libenter submittimus) ex animo optamus. **I**am ad susceptę institutionis ordinẽ reuertamur. Ceremoniis itaque quæ circa sacrosanctæ Eucharistiæ cõfectionẽ & distributionẽ totius Ecclesię cõsensu adhibetũr, aliqua saltem ex parte explicatis, nunc de virtute & efficacia huius sacramenti dicendũ occurrit. Quamquam vero ex superioribus satis supèrque deprehendatur, quæ tanti sacramenti vis & efficacia sit, tamen quia hinc tota sacramenti vtilitas pèdet, vt non solum sciamus quidã sit ipsum sacramentũ, sed & quæ sit causa institutionis, & qui sint eius fructus & effectus. (Hoc enim solum nobis prodest, vt sciamus quem fructum ex sacramenti sumptione capere debeamus) idcirco quam breuissimè epilogi in morem, institutionis huius sacramenti rationem & virtutem repetemus.

Principalis ergo huius sacramenti virtus est, vt qui sumit hoc sacramentũ carnis & sanguinis domini, ita cum ipso cõiungatur, vt Christus in ipso, & ipse in Christo inueniatur, quem admodum ipse dixit: Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Perceptione enim huius sacramenti, quæ recta fide fit, ipsum filiũ Dei suscipimus, ac Christi corpus & membra efficimur. Et quia Christum suscipimus, thesaurum illum percipimus, in quo omnia peccata remittũtur, in quo mors aboletur, i quo vita nobis cõmunicatur. Viuificat quidem dei verbũ, quem admodum Apostoli senserunt, Domino dicentes: Domine, quò ibimus? verba vitæ æternæ habes. Sed non minus viuificat Christi corpus, omnipotentis verbo (a quo vniuersa viuificatur) coniunctum. Caro enim saluatoris verbo Dei (quod naturaliter vita est) coniuncta, viuifica effecta est. Ergo quando eam in fide & charitate comedimus, tunc vitã habemus in nobis, illi carni coniuncti, quæ vita effecta est. Hac de causa Christus in excusitandis mortuis, non solũ modo verbo vt Deus vtebatur, verum etiam carnem suam veluti cooperatricem adhibebat, ac tactu mortuos excitabat, vt ostenderet corpus quoq; suũ viuificare posse. Quòd si solo tactu suo corrupta redintegrantur, quomodo non viuemus qui carnẽ illam & gustamus & māducamus? Reformabit enim omnino ad immortalitatem suã participes sui. Porro oportuit vt nõ solũ anima per spiritũ sanctum in beatam vitam ascēderet,

De virtute & efficacia sacramenti Eucharistia.

Cyril. in Ioan.

Ioan. 6.

Rom. 3.

1. Cor. 1.

Eph. 1. 2.

Ioan. 6.

Caro christi sit viuificat.

Cyrillus in conc.

Ephes.

Mat. 8.

Mar. 1. 5.

Lucæ 7.

August. in Ioan. tract. 26. Ioan. 6. verumetiā vt rude atque terrestre hoc corpus, cognato sibi gustu, tactu & cibo ad immortalitatem reduceretur: non qui dem vt qui corpus christi sumerent, iā statim ne temporalis quidem morte morentur, sed ne morentur in æternam. Propterea quum dixisset christus: Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem habet vitam aternā: continuo subiecit: Et ego resuscitabo eū in nouissimo die: vt habeat interim secundum spiritū vitam aternam, in pace & re quie conscientia, ac tandem caro etiam eius vita aterna nō fraudetur, nimirum resuscitanda in nouissimo die.

Caput Ioan. 6.

Mat. 26. Mar. 14. 1. Cor. 11.

Eucharistia certū pignus vitæ aeternæ Ioan. 12.

Hilari.º

VT autem quis contendat, caput Ioannis sextum de spiritali mīdicatione tantum intelligendū, quod tamen sanctissimi patres etiam sacramentalē manducationē cum fide coniunctā accōmodare non dubitarunt, saltem is verba christi, quibus hoc sacramentum instituit ac porrigit, intueatur, quæ luce clarius ostendūt, quid nobis in hoc sacramento christusexhibeat: Hoc (inquit) est corpus meū, quod pro vobis tradetur: Hic est sanguis noui testamenti qui pro multis effundetur in remissionem peccatorū. Quibus verbis quid aliud christus testatur quā se porrigere corpus suum pro nobis in ara crucis immolatū, & sanguinē in remissionē & absolutionē peccatorum nostrorum effusum? Is ergo quē peccatorum suorum ex animo pœnitet, subindēque contrito & humiliato spiritu accedit, suauiterque recolit ac memoria recondit, quōd pro se christus corpus suum tradiderit, & sanguinem in remissionem peccatorū fuderit, atque ita demum plena concepta fiducia hoc sacramentū percipit, is, inquam, certum pignus remissionis peccatorū, immortalitatis & vitæ aeternæ, capit. Quo enim alio pignore christus de tātis donis nos certiores reddere potuit, quā impertitione sui preciosi corporis, inæstimabilis vtique thesauri quo nos sibi tāquam mēbra adiungit, vt vbi ipse sit, illic & nos simus. Quē admodum Hilarius dixit, Hæc sacramēta suscepta facere, vt & christus in nobis, & nos in christo simus. O ineffabilem Dei benignitatem, o suauissimū summi Dei erga nos amoris pignus & testimoniū, quōd christo non fuit satis se pro nobis in mortem tradere: nisi & se nobis daret in cibū vt in eo saluati & innouati, ex eo etiam tanquā solido cibo viuamus ac grandescamus, atque adeo in eū conuertamur, ab eo nunquam separandi, quem admodū pientissimē Augustinus

in persona christi: Cibus (inquit) sum grandium, non tu me mutabis in te, sed tu mutaberis in me.

Vide verō quanti & quā mirifici fructus hunc principalem Eucharistia: sine consequantur. Nā in primis, qui per fidē intelligit, quomodo Christus se totū ei impartiat, & ineffabili charitate adiungit, is non potest vicissim nō totum Christo consecrare. Initio ergo quā maximē cauendum ducet, ne iam factus, templum christi, corpus suum & animam corpori christi iam cōiuncta, rursus inquit, polluat, ac peccatis prostituat. Nescitis (inquit Apostolus) quoniam corpora vestra membra sunt christi? Tollens ergo mēbra christi, faciam membra meretricis? Absit. Non potestis mentē domini participes esse & mēsa: dæmoniorum. Quæ enim participatio iustitiæ eū iniquitate: aut quæ societas lucis ad tenebras? quæ autem conuentio christi ad Belial. Deinde curatis, vt cui Christus iam factus est cibus, ipse rursus cibus christi mundus inueniatur: id est, vt voluntati christi se totum accōmodet. Sic enim christus cibatur. Hi vero tā insignes sacramenti fructus quā maximē in sanctis Dei eluxerunt, qui non tantum ab omni pollutione corporis & animæ se continerunt, sed & reciproco amore propter christū corpora sua immanibus tormentis tradiderunt, ne mortibus quidā trecentissimis ab illo dimobiles. Vt vnum vel alterum exemplū afferamus: Ignatius ille martyr egregiº ad bestias damnatur, ardore martyrij in hæc verba prorupit: Frumentum christi sum, dentibus bestiarū molar, vt panis christi mundus inueniar. Ignis, crucis, bestiarū, discerptiones mēbroborum ac totius corporis pœne, & omnia in me vnū supplicia diaboli arte quæ sita cumulentur, dummodo Iesum christum merear adipisci. Et ne eandem constantiam in sexu fragili desideres, Agnes virguncula, necdum tertiu decimū ætatis annum egressa, vide quā ardet & æstuat, quā fortiter de carne mundo & diabolo triūphat, huius preciosissimi thesauri virtute: Discede (inquit ad tyranni filium fœda libidine æstuantem) à me fomes peccati, nutrimentū facinoris, pabulū mortis: Discedite à me, quia iā ab alio amatore præuenta sum. Et post pauca: Iam mel & lac ex ore eius suscepi, iā amplexibus eius castis astricta sum, iā corpus eius corpori meo sociatum est, & sanguis eius ornauit genas meas cuius odore reuiuiscunt mortui, cuius tactu fouentur infirmi, cuius opes

August.

Fructus qui hunc Eucharistia: sine suam comitantur.

1. Cor. 6.

1. Cor. 10

2. Cor. 6.

Ioan. 4.

Ignatius.

S. Agnes.

Amb. in vita Agnetis.

*Laurenti⁹.
Aug. in
Ioan. tra.
27.*

nunquam deficiunt, cuiusque dinitia nõ decrefcunt ipfi foli feruo fidem, ipfi me tota deuotione cõmitto. Quid Laurentius? Nunquid non is tibi bene faginatũs uiderur hac efca, & illo calice probẽ inebriatus? qui pro illius dulcedine immaniſſima tormenta non fenſit. Manſit in Chriſtoſq; ad tentationem, manſit uſque ad tyrannicam interrogationem, manſit uſque ad acerrimam cõminationem, manſit uſque ad peremptionem. Parum eſt, uſq; ad immanem exccruationẽ manſit. Nunquid hic tibi temerẽ dixiſſe uiderur ad Sixtũ iã morti addictũ? Quõ progredieris ſine filio pater, quõ facerdos ſancte ſine diacono properas? Tu nunquã ſine miniſtro ſacrificiũ offerre conſueueras. Quid in me igitur diſplicuit paternitati tuã? nunquid degenerem me probaſti? experire certẽ utrũ idoneũ miniſtrum elegeris, cui cõmiſiſti dominici corporis & ſanguinis diſtributionẽ? Certe Cyprianus teſtatur: Ab hoc ſacramento ne eos quidã qui inter illius tẽpeſtatis perſequentiũ procellas lapſi eſſent, ſi tamẽ iam Chriſti nomen fortiter conſiterentur, ſecludi, idq; propterea, ut quos excitamus, inquit, & exhortamur ad præliũ, non inermes & nudos relinquamus, ſed protectione ſanguinis & corporis Chriſti muniamus. Et quum ad hoc fiat Euchariſtia, ut poſſit accipientibus eſſe tutela, quos tutos eſſe contra aduerſarium uolumus munimẽto dominicæ ſaturitatis armemus. Et poſt pauca: Idoneus eſſe non poteſt ad martyrium, qui ab eccleſia non armatur ad præliũ, & mẽs deficit, quã non recepta Euchariſtia erigit & accendit. Hæc ille. Nos ergo martyribus tâto inferiores, ſi tantũ robur de nobis polliceri non audemus, ſaltẽ hunc fructũ ex Euchariſtiã perceptione referre oportet, ut deinceps omnia peccatorum iniquamẽta horreamus, & omnis ſapor delectamentorum carnaliũ nobis ſit quaſi rancidum, radẽſque palatum acuta mordocita tis acetum. Solus uerõ Chriſtus nobis ſapiat, ut ſcilicet nihil aliud ſtudeamus imãm eius paſſionibus communicare, & eã conuerſationem imitari, quam ipſe geſiſt in uita.

ET quo magis huius ſacramẽti uirtus illuſtratur, ad ceterorum etiã ſacramentorũ efficaciam cõferenda eſt. Sub baptiſmũ quum exorcizamus, quaſi molliur: quando baptizamur, quaſi conſpergimur: quando ſpiritus ſanctificationem accipimus (quod in confirmatione fit) quaſi coquimur: at in hoc ſacramento Chriſti panis efficiur. Itẽ in ba-

*Ibidem.
Pſal. qui
habitat
ſer. 3.
Cypri. do
mini.*

*Aug. de
ſacr. ſide.*

ptiſmo omnis peccati reatus tollitur, chirographum damnationis noſtræ deletur, & ea gratia nobis cõferur, ne amodo nobis concupiſcentia, ſi uolumus, noceat. In confirmatione, aduerſus concupiſcentiã armamur, ſed tamen ipſius concupiſcentiæ fomes non aufertur. Hic fomes, ſi rurius (ut ſolet) eiteris motibus eouiliat, & vel incogitantes uel nõ reſiſtentes in peccatum præcipitet, poſt priora illa duo ſacramenta (quæ non iterantur) altera ſuperelt poſt naufragium tabula, nimirum poenitentia, efficaciã cõtra peccatum medicina, qua Deus lapſis peccatoribus, ad ſe p fiduciã miſericordiã (quæ eſt in Chriſto Jeſu) ex toto corde conuerſis, peccata iterum cõdonare paratus eſt. Sed nunquid etiã nõ poſt cõdonata peccata per poenitentiam inſirmitas carnis tota tollitur? Nequaquẽ, ſed manet adhuc idẽ ille fomes, manet in carne concupiſcentia, quæ nos rurius ad malum incitare pergit, atque adeõ nunquã interquieſcens hoc agit, ut & ſi in hoc corpore ſine crimine, non tamen ſine peccato eſſe poſſimus. Interim nec mundus nos deſerit, ſed circumſtans, ad malum ſolicitare nõquam deſinit: diabolus quoque quo magis nos de uita in melius commuranda ſolicitos uidet, tanto acrius contra nos bella parat ac inſtaurat, atque non aliter quã leo rugiens circumit, quærens quẽ deuoret. Ergo ut aduerſus perpetuos iſtos ac ſuauiſſimos hoſtes, partim domeſticos partim externos (cũ quibus nobis tota uita belligerandũ eſt) fortiter cõtiſtamus, noua ſemper ope, nouis ſuppetiũs ſubinde eſt opus, quẽ eſt gratia huius ſacramenti Euchariſtiæ ſacroſancta. Hæc enim ſomitẽ miſericẽ temperat ac reſtinguit, & quo min⁹ grauioribus peccatis ſolicitante carne, mundo, ac diabolo, conſenſum præbeamus, phibet, minora uerõ peccata omnia diluit. Hæc mundũ, & quæ in mundo ſunt, omnia pro Chriſto, ueluti ſtercora cõtemptibilia facit. Hæc fortiozem illum athletam, nempe Chriſtum, introducit, qui fortem armatum arcem animi noſtri præoccupantem (nimirum diabolũ) ſuperueniens uincit, vniuerſaque arma in quibus conſidebat, auferit, & ſpolia diſtribuit. Non inſcitẽ Bernardus: Si quis, inquit, ex nobis non tam acerboſ ſentit iracundiã, inuidiã, luxuriã, & eiufcemodi criminũ motus, gratias agat corpori & ſanguini dominico, & gaudeat, quõd peſſimum uicũ accedat ad ſanitatẽ. Ergo per baptiſmum abluiur, per confirmationem roboramur, per poenitentiam relapſi mũdamur.

*Confir-
matio.*

*Pœnitentia.
Ezec. 33.*

*Aug. in
ench. ca.
64.*

1. lo. 2. 3.

Luca 11.

1. Pet. 5.

*Berna. in
ſer. de cœ-
na Domi-
ni.*

Luca 11.

Ibidem.

Eucharistia anime medicinalis efficacissima.
3. Reg. 8.

Sed per Eucharistiam, intus latentis morbi & perpetuæ infirmitatis nostræ cōsij medicamur, ac dulciter reficimur & cōsumimur, denique aduersus omnes peccati, mūdi ac diaboli insidias roboramur ac sustētamur fidei & charitatis augmento. Quis ergo non videt quā indigeamus hoc sacramento pro totam vitā, qui in carne peccati, inter tot mūdi & diaboli insidias cōmoramur, ab hostibus aliis nunquā tuti aut securi? Et quis tandē ex nobis est, qui non aliquando peccet, qui non labatur? Iteratur ergo (vt inquit Augustinus) quotidie hæc oblatio, quia quotidie peccamus, peccatis, siue quibus mortalis infirmitas consistere non potest. Et quia quotidie labimur, quotidie Christus mysticē immolatur p̄ nobis, dedit enim nobis hoc sacramentū salutis, vt (quia nos quotidie peccamus: & ille iam mori non potest) per hoc sacramentum remissionem consequamur. Addeam igitur Christum singuli, qui laboramus, qui onerati sumus, qui egrotam⁹, qui tentationū procellis quatimur ac iactamur. Ad presens illud remedium nobis propositum properemus. Ei (qui & virtus & refugium nostrū est & adiutor in tribulationibus) nos magna cū fide copulemus, atque ad eō virtutē in corpore & sanguine eius sitam (qua omnes potestates inimici fortiter debellauit) in viscera nostra traiciamus. Nam si qui fimbriam vestimenti eius tetigerūt, rectē omnes conualuerunt: quanto magis corroborabimur, si totū illū in nobis habeamus? Sedabit ille nobis sauientem membrorum nostrorum legem, perturbationes animi extinguet, morbos omnes depellet, ab omni casu nos eriget, & inimici potestate deuicta, a diuinam pietatē concitabit, atque adeo in seipsum nos trāsfert mabit. Hic est ergo principalis finis huius sacramenti, nempe vt Christo in corporemur, deque remissione peccatorū & futura gloria, tanquā pignore quodā certi reddamur, ac veluti viuificatrice quadam medicina sanemur, reficiamur, erigamur, consolidemurque. Atque hæc omnia Christus significare voluit hisce verbis: Accipite & comedite, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Accipite meam carnem, in remissionē peccatorum pro vobis traditam, & manducate: manducantes, in me transformamini, & maledictis omnib⁹ terrenis cupiditatibus, in me manete, & ego in vobis.

Aug. ad Iamariū.

Roma. 6. Mat. 11.

Psal. 54. Colof. 2.

Luc. 8. Chrysof. in Matt. homi. 26.

Principalis finis huius sacramenti.

Mat. 6. 1. Cor. 11.

1. Cor. 11. Secundus

Eucharistie finis.

SEd quid ille subiungat, videamus: Hoc facite (inquit) in meam commemorationem. Ad hoc, inquit, sacramentū

istud vobis relinquo, vt scilicet non tantū corpus & sanguinem meum manducetis ac bibatis, sed vt tanti beneficij (quod vestri causa moriens vobis impetraui) nēpe remissionis peccatorū, & vitæ æternæ semper memores sitis, & semper ad gratiarum actionē conuertamini, prædicantes & annunciantes mortem domini vestri pro vobis occisi, idque tātis per donec veniat. Hic est ergo huius sacramenti proprius vsus (quod & supra attingimus) vt manducantes & bibentes corpus & sanguinem domini, in æterno cordis gaudio summa cum laude cōmemoremus, annunciemus, prædicemus, corpus Christi pro nobis traditum, & sanguinem eius in cruce in remissionem peccatorum nostrorū effusum, vt que cōfiteamur hoc esse vnicum pretium redemptionis animarum nostrarum, sicut Paulus ait: Empti enim estis pretio magno, & portate Deum in corde & corpore vestro. Idque facere nos oportet donec veniat, vt rediens ad iudicandum viuos & mortuos, inueniat nos facere, quod ipse à nobis discedens, vt faceremus instituit.

Postremo (quod & superius satis declaratū est) nemo ignorat hoc sacramentum institutū esse, vt sit efficax signum ecclesiasticæ vnitatis, & fraternæ charitatis, extra quā nemo ritē accipit hoc sacramentū. Hoc nimirū est quod dixit Apostolus: Quoniam vnus panis, & vnū corpus multi sumus, qui de vno pane & de vno calice participamus. Mystrium ergo pacis & vnitatis nostræ, vt inquit Augustinus, Christus in mensa sua cōsecrauit, & per hunc cibum & potū societate sui corporis & membrorū suorum intelligi voluit, quæ est ecclesiæ vnitatis. Qui ergo est in eius corporis vnitatis, id est, in Christianorum compage membrorum, ipse verē dicendus est manducare corpus christi & bibere sanguinem christi. Ac per hoc hæretici, & schismatici ab huius corporis vnitatis separati, possunt quidē idem percipere sacramentum, sed non sibi vtile, imò vero sibi noxiū. accipiunt enim id in testimonium contra se, qui non sunt in eo vinculo pacis, quod in illo exprimitur sacramento: diuisionē enim querunt, cum panis ille cœlestis indicet vnitatem. Vna mēsa omnibus est proposita, idē cibus porrigitur, non diuiter amplius, non pauperi minus, q̄ christus omnes æqualiter vocarit, idq̄ in p̄p̄a tulo sit, vt scilicet nos vnum corpus agnoscamus, & mutua charitate complectamur. O sacramentum pietatis, o signum

Proprius vsus huius sacramenti.

1. Cor. 6.

Tertius finis huius sacramenti.

1. Cor. 10.

August. c. qui

passus de cōf. dif. 2.

Aug. de cini. Dei

lib. 21. cap. 25.

Aug. de sacr. file

Chry. 10. 2. ho. 51.

in Matt. homi. 33.

Aug. in 1. can.

vnitatis, ô vinculum charitatis. cōmēdatur itaque hoc sacramentū (quod & suprā artigimus) in eiusmodi rebus, quæ ad vnum aliquid rediguntur: ex multis enim granis vnus panis cōficitur, ex multis racemis vinū confluit, vt participatiōe huius sacramenti inter alia admoneremur gratiæ christi, & nos vnum simus, nos diligendo, vnā tenendo fidem, vnā sp̄, indiuiduam charitatem. Nec dubium est, quin hoc sacramentū hāc charitatē in nobis efficiat, modo vt debet sumatur. Vide (inquit cyprianus) quid agant hoc sacramētū saturati, intellige quæ loquātur, quāu laucti odoris sit quicquid illa eructat, gratiæ plenitudo, verbum bonū, mores compositos, affectus pudicos, sensus pacificos, ita vt post odoramenta ista, gratiæ huius participantes, discurrat, & motus se ad inuicem affectibus complectantur. Et quibus vnus est panis, vnum est corpus, & omnium vnum cor & anima vnā, vni christo adherēs, &c. certē hi sunt fructus, quos in nobis Eucharistiæ perceptio gignere debet: hi fines, propter quos à christo instituta, & veluti vltimum memoriale relicta est.

Cypri. de cœna Domini.

De affectu accedentium.

Primo requiritur exultatio scientiæ.

Roma. 3.

In primis omnis similitudo deponenda preparatio.

Aug. in 1. d. trac. 27.

DE affectu quo ad altare accedēdū est, quid attinet plura dicere? Nam quem hunc esse oportet, & in canonib' concilij nostri, puincialis, licet succinētē, & superius latē docuimus. Paulus Apostolus accessuros sic cōmonēfacit: Probet (inquit) semetipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Accessuro itaque ad hoc cœlestē conuiuū, ad hāc magnā cœnā regis eterni, incumbit, vt se primū exultat vt consciētiæ suæ cōplicitam rationē euoluat, vt infirmitatē & peccatū suū agnoscat, vt de peccatis pœniteat, secū repurās quāu graue sit cōmissum ob quod expiandū, christus Dei filius in mortē tradere, se non dubitauit, & si quid est criminis quod conscientia grauat, id vt sacerdoti, christi vice patefaciat, atque ea sarcina per verbū absolutionis (quod non sacerdotis, sed christi est) se exoneret, vt denique volūtātē deinceps peccandi deponat. In primis autem omnē similitudinem si quam cum proximo habet, animo eximat, atque etiā cum eo, quantū in se fuerit, in gratiam redeat. Hanc sanē preparatiōnē præcedere oportet. Quādiu enim homo peccatū & infirmitatē suā non sentit, ineptus est ad participandū hoc sacramentū, quod interioris hominis esuriem quærit. Esuriem quidē, de qua dictum est: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiā: non quā sibi facit homo, sed quā dat Deus. planē inepti sunt,

qui ignorantes Dei iustitiā, & suam volentes constituere, iustitiā Dei nō sunt subiecti, qualis fuit ille superb' pharisæus. Non enim bene habentibus (hoc est se iustos & sine peccato præsumentibus) opus est medico, sed male habētibus. Excluditur ergo ab huius sacramēti virtute, & qui de se præsumēs resolutus cum nausea accedit, & qui impœnitens animo impuro & charitate vacuo accedit, indignē certē accipit, qui tūc accipit quū debet agere pœnitentiā, ergo prius se iudicet & seueritate pœnitentiæ se exerceat, vt à seipso iudicatus, nō iudicetur à Deo, cessat enim vindicta diuina, si cōfessio præcurrat humana. Nullus Iudas, nullus Simō, hanc mēsam adeat. pacis enim sacramentū inquisitioni pecuniarum & simoniæ non cōuenit, nullus immisericors, & nullus impurus accedat, nullus communicet, nisi ex discipulis sit: alioqui sibi iudicium manducat & bibit, non quia malum accipit, sed quia bonum malus male accipit. Habent enim adhuc voluntatem peccandi magis Eucharistiæ perceptione grauari, quāu purificari constat. Rursus, si mens cuiuspiam de cætero peccandi non habeat voluntatem, nec mortalibus criminibus prægrauetur (nimirum talibus quæ iudicio sacerdotis per pœnitentiā vel publicā vel secretā prius expiari oportuit) is confidens de domini misericordia, qui peccata piæ cōfessione donare consuevit, accedat ad Eucharistiā intrepidus & securus. Quod si peccatis quotidianis, nō tamen mortiferis, adhuc morderis, antequam ad altare accedas, attēde quid dixeris: nepe dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Si dimittis, dimittetur tibi, securus accede, panis nimirum cœlestis, non venenum est, sed vide si dimittis: Nā si non dimittis, mentiris, & ei mētiris quē non fallis. Mentiri Deo potes. Deum fallere non potes, nouit ille quid agas, intus te videt, intus te examinat, intus inspicit, intus iudicat, intus aut damnat, aut coronat. Breuiter, qui spiritaliter māducare vult, videbit ne sine veste nuptiali se ingerat, sed innocentiam ad altare portet, euangelicæ parabolæ memor, quam Matthaus. cap. 22. describit.

Secundo, vt dignē capias, fides accedere debet. Vt quid, inquit Augustinus, paras dentes & ventrem? crede etiam & manducaisti. credere enim in eum, hoc est māducare panem viuum: qui credit in eum, manducat eum. Fide ergo opus est, qua sumens credas, non tantum veritatem corporis

*Mat. 5.
Rom. 10.
Luc. 18.
Mat. 9.
Chry. to.
4. hom. 6.*

*August. 1. Cor. 11.
Chry. ho.
51. 7. Ma.*

August. tra. 26. in Ioan. 1. Cor. 11.

Aug. de ecclē. dog. cap. 53.

Psal. 31.

Psal. 138.

Secundo accedere debet fides August. Quæ fide opus sit.

& sanguinis domini in Eucharistia, sed & credas ac sentias per redēptionē, quę est in Christo Iesu, tibi gratis remitti peccata, qua Christum veluti adhuc in cruce pro te pendentem, & sequę sanguine suo in remissionē criminum, aspergentē intuearis, & hoc sacrificiū pro te semel immolatum summa cū laude ac prædicatione prosequaris, qua intelligas, te veluti è manu Christi, corpus eius pro te traditum, & sanguinē in remissionē peccatorum tuorum effusum sumere, vt non aliter sis affectus, ac si dominū Iesum præsentem videres, proindēque carnē illam, quam tibi Christus ad salutē dat, prius adores quā manduces. Breuiter, ea fide imbutus eris, qua in causas institutionis & fines huius sacramēti diligenter respicias, eadēque fide, fructus tam mirificos, quos supra retulimus, capias ac indiplicaris, a deo vero rursus in pximi tui cōmodum vtaris, insequens & præceptum & exēplum domini tui, qui ait: Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicē, sicut dilexi vos. Maiori certē dilectione nos prosequi ille non potuit, quā vt animam suam poneret pro nobis. Quæ ergo dilectione & nos oporteat proximos nostros commēbra nostra complecti videmus. Qui hac viua fide accedit, is demū quotiescūque corporis domini cōmunicat, mortē domini annuntiat, & corpus domini secundum apostolicā iussionē diiudicat, referens fructum permanentē in vitā æternam. Qui hac fide vacuus accedit, foris quidē manducat, nō intus premit dente, non capit mente. Sumit quidē is veram Christi carnē & sanguinem, sed essentia, non salubri efficiētia, sacramentum accipit, sed vitam Christi non accipit. Ad iudiciū sibi manducat & bibit, nō diiudicās corpus domini. Hoc est enim vt idē sæpius reperamus manducare illā escā & illum bibere potum, in Christo manere, & illum manentem in se habere: ac per hoc qui non manet in Christo & in quo non manet Christus, proculdubio nec manducat spiritaliter eius carnē, nec bibit eius sanguinē, licet premat dentibus sacramentum corporis & sanguinis Christi, sed magis tantæ rei sacramentū ad iudiciū sibi manducat & bibit, quia immūdus præsumpsit ad Christi accedere sacramēta, quę nemo dignē sumit, nisi qui mundus est. Beati enim mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Ergo priusquam accedat, probet se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Itidē postquā ederit, & biberit, probet semetipsum an dignē &

August.
Chrysost.

Aug. in
Psalm. 98.

Ioan. 15.

Qui dignē
hoc sacra-
mento cō-
municent.

Aug. in
Ioan. tra.
26.

Greg. 16.
dialog. 4.
Manduca-
re corpus
domini
quid.

Aug. 7. Io.
tract. 26.

Manduca-
re spiritaliter.

Manduca-
re sacramē-
taliter.

Aug. 11.
1. Cor. 11.

gnē & cum fructu hoc sacramento sit vsus: id quod hinc intelligit, nimirum si senserit cor suum hoc cibo viuifico ab operibus mortuis repurgatum, ea charitate inardescere, vt & inimicos odisse desinat, atque adeo experiatur se nūc ad omnia charitatis officia proximo impendenda paratū ac promptum esse, sequę in rebus proximi afflictis nō secus ac propriis moueri. Nullum enim est certius testimoniū, nos hoc sacramentum dignē suscepisse, quā quum sentimus post sumptum sacramentum officia illa charitatis cum magno virtutum prouentu in nobis elucere. Id quod & Petrus Apostolus innuit, quū ait: Satagite fratres, vt per bona opera certam vestram vocationem & electionē faciatis. Quod si quis non sentiat hos affectus post sumptam Eucharistiā, sed magis contrarios, vel cui non præsto sunt hæc charitatis officia, adhuc cæcus est & manutentans, obliuionem accipiens purgationis veterum suorum delictorum: cui hoc solum superest, vt sedulo oret patrem cœlestē, quo miserū pectus prauis istis affectibus expurget, & panis illius super substantialis gustum ingeneret. Tantum de affectu accedentium dixisse suffecerit.

Minister huius sacramēti, vniuersalis ecclesiæ consensu sacerdos est, qui pro Christo legatione fungitur, & à Christo ministerium reconciliationis accipit, qui etsi malus sit, nihilo secius tamē corpus & sanguinē domini cōficat & impertit. Nihil enim à bono maius, nihil à malo minus perficitur sacerdote, quia non in merito cōsecrantis, sed in verbo efficitur creatoris: siquidem credendum est quod in verbis Christi sacramenta consecretur: sicut ipse est qui baptizat, ita ipse est qui per spiritum sanctum suam efficit carnē & sanguinem. Nō sacerdos, sed spiritus est sanctus qui viuificat, qui vnus idēque in tota ecclesia inuisibiliter ea mysteria & operando sanctificat, & sanctificando benedicit. Ergo diuina solummodo est hæc virtus siue potestas, nō humana: efficaciz: vt non sit mirum, sacramentum nec bonorum dispensatorum meritis ampliari, nec malorū attenuari, quanuis interim malus minister ad iudiciū & condemnationem suam tanto ministerio fungatur.

Certissi-
mū signū
digni sa-
cramenti.
2. Petr. 1.

Aug. de
corp. do.
contra ca-
tholi. 1.
quæst. 1.
2. Cor. 5.

Matt. 3.
Marc. 1.
Luc. 3.
Ioan. 1.
Gregor.

Pœnitere quid.

Deus quo modo pœnitere dicitur.

Mal. 3.

Nō pœnitere Dei.

Psal. 109

Verbū pœnitere latissime ac ceptum.

Ambro. de pœ. lib. 2. cap. 9. Acto. 5. 2. Cor. 7.

Lucæ 8.



M à ratione vocabuli auspicemur, pœnitere grammaticis significat, displicere quod ante placuit, non sine interno animi dolore. Quod autem scriptura interdū Deum alicuius rei pœnitere dicit, manifestus tropus est, quo significatur, Deum non humano quidem more pœnitere, quasi scilicet dolore aliquo tangatur, ipsique quadam affectus mutatione displiceat, quod placuit prius, quum scriptum sit: Ego Deus, & non mutor. Sed quemadmodum homines, quos cuiuspiam rei pœnitet, de re mutanda solliciti sunt, atque euiam quoad possunt, mutati: sic quum Deus mutat semel statuta vel facta, ad humanum morem pœnitere dicitur, quod tale faciat, quale faciunt pœnitentes, quemadmodum Genes. 6. legimus, Deum pœnituisse quod hominem fecisset in terra. Nam eo loco Deus iusto Noë declarat, quo pacto hominem, quem ad incolendum terram plasmaverat, rursus de terra ob eius malitiā per diluuium perditurus foret. Itidem 1. Reg. 15. refertur, dominū pœnituisse quod constituisset Saul regē: quo significatur, Deū velle regnū, quod sua dispositione prius Saul regi detulerat, in alium meliorem transferre. Econtrario, nō pœnitere Dei, est semel statuta nullo modo mutare, vt est illud in Psalmo: Iuravit dominus, & non pœnitebit eū: tu es sacerdos in æternum secundū ordinē Melchisedech. Quod declarat, sacerdotiū Christi perpetuū & immutabile fore. Sed relicto tropo, de pœnitentia, quæ proprie in hominē cadit, videndum est.

P principio itaque verbum pœnitere, latissimè acceptum, significat non tantum propter erratum, sed propter rem quamcunque dolere, quam velimus aliter actam esse, vel aliter se habere, nullo interim habito iusti aut recti respectu. Quemadmodum sunt, quos pœnitet opes suas diuississe pauperibus, aut eas tumultuario mentis impulsu, nō iudicio perpetuo ecclesiæ contulisse, quas vellens reuocatas: è quorum numero Ananias & Saphira fuerunt: & generatim sic pœnitentia omnes, qui secundum seculum tristantur, quorum tristitia non pœnitentiam in salutem stabilem, sed mortem operatur, de quibus dictum est in Euangelio, quod à sollicitudinibus & diuitiis & voluptatibus vitæ cunctes suffocantur.

Secundò, vocabulum pœnitentiæ accipitur strictius, nēpe pro dolore qui ob crimen perpetratū aut erratū commissum cōcipitur. Secundū quam significandi rationē, pœnitentia more scripturæ in veram & falsam seu fictā diuiditur. Vt autē vera à falsa rectè discerni posset, veteres veræ pœnitentiæ tres partes numerarunt, Contritionem, Confessionē, & Satisfactionem. Rursus veram pœnitentiā duobus speciebus contineri constat. Interiori & exteriori. Exterior iterum in publicam & priuatam scinditur. Sunt qui publicā iterum in solennem & simpliciter publicam secant. Sed hæc vltima publicæ pœnitentiæ discriminatio magis rituum publicæ pœnitentiæ differentiam, quàm diuersas pœnitentiæ species denotat. Hæc tamen omnes exterioris pœnitentiæ species vt fructuosæ sint, interiorem pœnitentiam præsupponunt. Interim constat illius exterioris pœnitentiæ, quæ propriè sacramentū est, (de qua postea dicemus) vim propemodum totā in absolutione consistere. Quæ omnia quam poterimus breuiter exponere conabimur, allaturi, vt speramus, haud parū luminis, non tantum ei rei quæ præ manibus est, sed etiam veterum ecclesiæ patrum de pœnitentia sententiis ac scriptis.

Ordiemur ergo à veræ pœnitentiæ descriptione, quæ satis nihil aliud est quàm conuersio hominis ad Deū, quæ tū fit ac peragitur, quū peccata quæ vel in nobis experimur, vel commissimus, ppter Deū, ex animo non sine graui animi dolore odimus cū voto ac proposito deinceps nō peccā di, sed vitā in melius cōmutādi. Tres autē sunt huius pœnitentiæ actiones, si diuo Augustino credimus, in ecclesiā vlitatæ. Vna est, quæ nouum hominē parturit, donec per baptismum omnium præteritorū ablutio peccatorū fiat: hoc agitur ante baptismū. Nullus enim qui suæ volūtatis est arbiter nisi pœniteat eum veteris vitæ, nouā inchoare potest. De hac dixit Apostolus Petrus: Agite pœnitentiā, & baptizetur vnusquisq; vestrū in remissionē peccatorū. Altera est actio pœnitentiæ post baptismū, quæ fit pro illis peccatis quæ legis decalogus cōtinet, de qua loquutus est Apostolus Paulus: Timeo ne iterum quum venero ad vos, humiliet me Deus apud vos, & luget multos ex his qui antè peccauerūt, & non egerūt pœnitentiā super immūditia & fornicatione & impudicitia quæ gesserunt. Est & pœnitentia bonorū & fidelium pœna quotidiana, in qua pectora tundimus, dicentes: Dimitte nobis debita

Dimisso.

Tres partes pœnitentiæ.

Descriptio veræ pœnitentiæ.

Aug. ad Selen. de baptis. & pœnitentia.

Acto. 2.

nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Illa utiq; quæ humanæ fragilitati, quantum parua, tamen crebra subre-punt: quæ si collecta contra nos fuerint, ita nos grauabunt & oppriment, sicut vnum aliquod grande peccatū. Nihil enim interest ad naufragium, vtrum vno grandi fluctu nauis ope-riatur & obruatur, an paulatim, subrepens aqua in sentinam & per negligentiam derelicta atq; contēpta, impleat nauem atque submergat. In dies itaq; orātes, Dimitte nobis debita nostra, manifestamus habere nos, quod nobis dimitti postu-lemus, atque in his verbis humiliantes animas nostras, quoti-dianam quodammodo agere pœnitentiam non cessamus.

Inuenti sunt autem hæretici, qui primam tantum pœnitē-tiæ actionem ante baptisum concederent: pœnitentiam vero post baptismū, penitus negarent: à Nouato autore Nouatiani dicti, qui & Cathari, quorum impietatem nostris rēporibus phanatici Anabaptistæ renouare conati sunt. Hos nō difficile est apertissimis scripturæ testimoniis & exēplis innumeris refellere. Quid enim eo testimonio fortius, qui Deus apud Ezech. ca. 31. addito etiam iurciurando, hos hære-ticos impiè mētiri apertissimè pronūtiat: Viuo ego, dicit do-minus, Nolo mortem peccatoris, sed magis vt cōuertatur & viuat. Per seipsum iurat. Deus (per maiore enim se iuuare nō potest) se nolle mortem peccatoris, quin potius lapsum cō-uertere & viuere. Facescat ergo hæreticus, qui Dei testimoniū conuellere non erubescit. Itidem Christus apud Matth. cap. 18. Si peccauerit, inquit, in te frater tuus, vade & corripue eū inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Lucæ quoque cap. 15. sic ait: Maius gaudium erit super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonaginta nouè iustis qui non indigent pœnitentia. Paulus ad Galat. 6. inquit: Fratres, si præoccupatus fuerit homo in aliquo deli-cto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, &c. Et quid aperti⁹ eo, Memor esto vnde cecideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac. Et quod Petrus ad Simonem Magum iam baptizatū ait: Pœnitentiā age ab hac nequitia tua, &c. Possent & alij sexcenti loci afferri. Quod si exempla scripturæ requiras, habes ex pœnitentibus receptis, Dauidem, Manassen, Petrum, Magdalenam, Galatarū eccle-siam, Corinthium incestū, & plerosq; alios, de quibus scriptu-ra passim meminit. Qui vero plura in numerato habere desi-

Quotidia-
na pœni-
tentia.

Nonatiani
Anabap-
tista.

Hebr. 6.

Apo. 2.
Acto. 8.

derat, quibus hæreticos illos reuincat, hic sanctos illos eccle-siæ patres perlegat, præcipuè diuum Ambrosium in duobus quo de pœnitentia conscripsit, libris, vbi eosdem grauissimè ac acerrimè confutauit. Quare illos tantū locos quos illi vti præcipuos pro sua hæresi tuēda, ex epistola ad Hebræos ad-ferunt, attingemus. Prior legitur Hebræorum 6. in hæc ver-ba: Impossibile est eos qui semel sunt illuminati (gustauerūt etiam donum cœlestē, & participes facti sunt Spiritus sancti, gustauerūtq; nihilominus bonum Dei verbum, virtutēsq; seculi venturi, & prolapsi sunt rursus) renouari ad pœniten-tiam, rursus crucifigentes sibimetipsis filium Dei, & ostentū habentes. Hic locus licet duriusculus videatur, tamen sani intellectus aded pœnitentiā non tollit, vt etiam statuat Vete-res, de quorum numero sunt Ambrosius, Chryllostomus, Theophylactus, & ceteri fermè omnes hunc locū de baptis-mo intelligunt, quod hūc impossibile sit iterari. Et sententiā suam his verbis Paulinis (nempe renouari ad pœnitentiam, item crucifigētes sibimetipsis filium Dei, & ostentū habentes) confirmant. Nam qui post baptismum (in quo cū Christo cōfigimur & consēpelimur) labitur, ac putat aliam renouationē baptismatis superesse, is Christū denuò crucifig-it. Semel crucifixus est Christus, semel peccato mortu⁹ est: amodo non moritur. Ergo & vnicum oportet esse in ecclesia baptisima, non plura. Potest etiam secundū veterū sententias de blasphemis intelligi, vt verbū, Impossibile, capiatur pro, admodum difficile. Blasphemo enim, qui Christum iterum crucifigunt ac ludibrio habent, renouari posse ad pœniten-tiā, valde difficile atque aded apud homines impossibile vi-detur. Interim tamē nemo negauerit, id apud Deū nequaquā esse impossibile, si blasphemo pœnitentiam dare decreuerit. Exemplo sunt in veteri testamento Manasses, in nouo Pau-lus, qui quāuis blasphemus & persecutoris Dei fuerint, cōse-
1. Pa. 33.
1. Tim. 1.
1. Matt. 13.
Lucæ 12.
Aug. de peccat. in

Ambro.

Obeefio.

Dilutio.

Rom. 6.

Verbū im-
possibile.

*Spiritum
sanctum.*

nem vsque ad mortem, interpretantur. Nā hæc sola non remittitur, quòd propriè cū gratia pugnet. **Qui** enim fieri potest vt obstinatus & desperans, gratiam remissionis peccatorum accipiat quam repudiat: Cætera omnia, quantumvis gratia crimina, etiam post baptismum, quamlibet sæpe iterata, vera pœnitentia diluī tota scriptura proclamat. Iam locum illum ad Hebræos sic rectè intelligi, satis indicant præcedentia, quæ declarant sequentia. Superius enim dixerat: Videte fratres: ne sit in aliquo vestrū cor malum incredulitatis discedēdi à Deo viuo, sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur, vt nō obduretur quis ex vobis malitia peccati. Hic apostolus clarè significat se pœnitentiam post baptismū permittere, qui & obtestatur fratres, vt sese in mutuo cohortentur, donec hæc vita superstes est, ne quis omnino ex ipsis incredulitati obnoxius, obduretur malitia peccati, nimirum solos incredulos & finaliter obduratos, nō autem resipiscentes & piis cōmonitionibus obedientes, ab illa reque excludens. **Quibus** enim, vt subdit, iurauit dominus, non ingressuros in requiem, nisi his qui non obdierūt, quod videmus, quòd non potuerūt ingredi propter incredulitatem? alioqui remissio peccatorū, quòd ad credentes attinet, vniuersalis est. Omnis enim qui credit in eum, non confundetur. Item, Sic Deus dilexit mundū, vt filium suum vni-genitum daret, vt omnis qui credit in eū, non pereat, &c. Sic itaque intelligendus est locus ille ad Hebræos, Impossibile esse renouari eos qui Christum iterū crucifigunt & ludibrio habēt, id est, renouari nō possunt, qui Christo increduli sunt, qui Christi fidē deserunt, qui Christū contemnunt, qui Euan-gelio amplius non obediunt, quòd nō sit in alio quoquā salus. Potest & sic enarrari locus: Impossibile esse eos, qui bonum Dei verbum reliquerunt, ad pœnitentiā renouari, tantisper scilicet, donec ludibrio ostentui filium dei habent.

*Alter lo-
cus dicitur
in coloss.**Dilutio.*

ATque hanc esse verè Paulinā sententiā, ex alterius loci, quem hæretici ex eadem epistola cap. 10. obiciunt in interpretatione magis pspicūū euadit, qui sic habet. Voluntariè peccantibus nobis post acceptā notitiā veritatis, iā nō relinquuntur p peccatis hostia, sed terribilis expectatio iudicij. Quo certè nihil aliud inculcare vult Apostolus, quàm Christū esse viuam illam pro peccatis nostris hostiā in cruce immolatā, atque hanc veritatem nos retinere oportere. Alio

qui si post notitiā huius veritatis voluntariè peccauerimūs, hanc veritatē atque ad eō Christū ipsum deserentes, certè nihil superest, nisi vt in iudicio pœnas demus. Vnde huius loci eadē omnino esse sententia, quæ est illius apud Ioannē: **Qui** non credit in eū, iā iudicatus est, quia non credidit in nomine vnigeniti filij dei. Et iterum: **Qui** autem incredulus est filio, nō videbit vitam, sed ira dei manet super eū. Atque, hoc est peccatum illud ad mortem, de quo in prima epistola, idē Apostolus ait: Est peccatum ad mortē, p eo non dico, vt quis oret. Nō magis ergo ambo hi loci ex epistola ad Hebræos citati reuertentē per pœnitentiā ad Christum repellant, quàm illi apud Ioannē. Vtrobique enim significatur incredulos iam iudicatos esse, iram dei super eos manere, quando increduli sunt, quando filium dei iterū crucifigūt & ostentui habent, quādiu volūtariè peccāt, notitia veritatis simul accepta, volūtariè relicta ac contempta, quādiu filiū dei conculcauerint, & sanguinē testamenti, in quo sanctificati sunt, pollutum duxerint, & spiritui gratiæ cōtumeliā fecerint, hoc est gratiam quæ est in Christo, repudiarint. Nā quisquis ad Christum per pœnitentiā & fidem reuertitur, horum omnium contraria facit, ad quem non pertinet hæc Christi comminatio: Non remittetur hic neque in seculo futuro: sed tantū ad illos qui subuersi sunt & proprio iudicio cōpunctiōnis, de quibus scriptum est: Dedit illis deus spiritum cōpunctiōnis, oculos vt non videāt, aures vt nō audiant. Item, obscurantur oculi eorum ne videāt, & dorsum eorū semper incurua. Iā & totius epistolæ scopus hęc sententiā manifestè asserit. Paulus enim tota illa epistola ad Hebræos ferè nihil aliud agit, quàm vt discernat sacrificia veteris legis, ab illo vnico sacrificio propitiatorio, Christo, doceatque omnia illa, in hoc vnico iam euacuata & adimpleta esse, quo fiat, vt impossibile sit eum qui Christum (quem semel amplexus est) rursus cōtempserit, renouari per aliā hostiā, quum non sit alia pro peccatis hostia, quā Christus, quem qui relinquunt, frustra ad alias victimas seu opera confugiunt. Ignorantes enim dei iustitiam, & suam volentes cōstituere, iustitię dei nō sunt subiecti. Finis enim legis Christus, ad iustitiā omni credenti. Ex quibus omnibus consequitur, verissimam esse hanc ad Hebræos epistolam, pœnitentiā post baptismū magis statuere quàm tollere, quum Paulus iubeat ac obtestetur, admoneri fratres per singulos dies, donec

*Ioan. 3.**Peccatum
ad mortē
quod.**1. Ioan. 5.**Mat. 12.**Tit. 3.**Esā. 6.**Rom. 11.**Psal. 68.**Scopus epistolæ
ad
Hebræos.**Rom. 10.*

*Quid per
initium sub
stantie
Paulus
reli.*

*Heb. 10.
Pœnitentia
secunda
post nau-
fragium ta-
bula.*

*Hieron.
super da-
uid.*

*Prima ta-
bula bap-
tismus.
Secunda
tabula pœ-
nitentia.*

*Non nota-
ri heretici.
omnium im-
piorum
Pœnitentia
in gene-
re accep-
ta tribus
partibus
constat.*

hodie cognominatur, vt nō obduretur quis malitia peccati, sed vt participes Christi effectū initium substantiæ eius vsq; ad finē firmum retineamus: per initium substantiæ initia pietatis significans, scilicet baptismi & pœnitentiæ doctrinam, quam tenentes non obdurabimus corda nostra, sicut illi qui propter incredulitatē à terra promissionis sunt exclusi, quin potius plena fiducia accedamus in introitu sanctorū, in sanguine Christi aspersi corda à conscientia mala, &c.

Confutata itaque sententia planè hæretica & plena impietatis, de pœnitentiā, q̄ post baptismū in ecclesia agitur, paucis differendū est. Hæc beatus Hieronymus, Tertullianū sequutus, secundā post naufragiū tabulā tropo haud ineleganti appellat. Qui tropus tā placuit posteris, vt ferè in omnī de pœnitentiā differentium ore versetur, prima tabula, qua subnixi, ex diluuiō peccatorum tam in Adam veluti super, quam postea male viuendo, quacunq; tandē ratione contractorum, enatamus, baptismus est: post quem acceptū, si rursus naufragium fecerimus, nulla pro peccatis noua hostia resitat, sed tantum superest hæc secunda tabula: Pœnitentiā: quā si grauius (donec vita superites est) apprehēderim⁹, ac apprehensam persequuti fuerimus, non dubium quin rursus ad salutis portum pertingemus, quamlibet etiam periculum losi sint, in quos postea incidimus, peccatorum scopuli. Remediū sanè in ecclesia summè necessariū, quo sublato, quātū la quæso hominum pars fuerit, quæ post baptismum, nullius peccati aut etiam criminis sibi conscia, vitæ æternæ participationem sperare queat: vt nulli nobis immaniores hæretici vnquam fuisse videantur, quā Nouatiani, qui tam necessarium animæ medicamentum è medio tollere conati sunt.

Porro ecclesiastici patres verā pœnitentiā tribus partibus constare (quemadmodum & superius meminimus) nobis tradiderūt, Contritione, Cōfessione, & Satisfactiōne. loquimur autē de pœnitentiā, nō quæ propriè sacramentū est, nā ea vti cætera sacramenta, suo verbo, suo itē elemento sacramentali, tanquam partibus suis essentialibus constat. Sed de pœnitentiā loquimur, quæ totam hominis conuersionem seu renouationem complectitur. Ea enim tum demū perfecta, consummata ac fructuosa censetur si tribus illis partibus absoluaatur. Sunt qui pœnitentiæ duas partes faciunt, contritionem & fidem. Sed fides, nostra quidem senten-

tia, non propriè pars, sed magis radix & fundamentū est, non tantum pœnitentiæ, sed & omnis operis boni. Omne enim quod non est ex fide, peccatum est. Orthodoxi doctores fidē appellat ianuam ad salutem, nō quod fides (si tamen secūdum omnem suam rationem accipiatur) initium tantū omnīs bonæ actionis sit, & nihil præterea, sed potius tale sit initium, quod & perpetuo profequatur progredientem, & in actionibus pietatis præcipuas agat partes.

Quæ omnia vt clarius intelligantur, meminisse oportet corū, quæ in primum articulum symboli apostolici ex Augustino retulimus, quæ hic repetisse ac illustrasse superuacaneū haud putamus: nempe duplicem aut triplicē etiam esse fidē seu credendi rationem. Si quidē vna est, qua Deum esse, ac cætera que scriptura commemorat, non aliter quā historica quadam fide recitata, verba credimus. Vnde & historica fides appellatur quam nobiscum dæmones cōmunem habent. Altera, qua deo credimus, quæ persuasio & cōstans opinio est, qua fidem & promissionibus & cōminationibus diuinis adhibemus, quā habent iniusti cum iustis cōmunem. Nam (vt Apostolus ait) reuelatur ira Dei super omnem impietatem & iniustitiam hominū eorum qui veritatem Dei in iniustitia detinent. i. ira Dei reuelatur hominibus etiam iniustis, qui veritatem & iustitiam Dei (qua sciūt Deum esse, Deum peccatis irasci, Deū scelera punire) in iniustitia detinent & contemnant.

Tertia fidei ratio est, qua in Deum credimus, solis piis peculiaris, quæ certissima quædā fiducia est qua totos nos Deo submittimus, totique à gratia & misericordiā dei pendem⁹. Hæc & spem complectitur & charitatem indiuiduam comitē habet. Est enim (vt Augustinus ait) fides, qua amando in Deum itur, nimirū quam Paulus describēs ait, fides quæ per charitatē operatur. Prima credendi ratio, seu fides illa historica, si solā accipias, infirmis est, & veluti adhuc mortua. Altera verò, qua Deo tantū credimus, necdū tamē erga Deum religiosa pietate afficimur, manca. Sed tertia, qua in Deum credimus, pioque affectū in eū tendimus, ea demū viuida atque integra fides est. Fides ergo qua persuasum habemus Deum esse: itē, qua deo vel promittētī vel cōminantī credimus, spiritualis ædificij initium est. Oportet enim accedētē ad Deū credere quia est, & quia inquirentibus se remunerator,

*Fides an
proprie
pœnitentiæ
pars sit.
Rom. 14.
Fides ad
salutem.
ianua.*

*Triplex
credendi
ratio.
Iacobi 2.*

Roma. 1.

*Galat. 5.
Fides in-
formis.
Fides im-
perfecta.
Viuida
fides.*

Hebr. 11.

*Aug. in
Psal. 31.*

*Fides in-
fusa.*

*Acquisi-
ta.*

*Habitua-
lis.*

*Actua-
lis.*

*Fides in
intellectu.*

*Fides in
voluntate*

*Fides in-
ustificans*

*non acci-
pitur sine*

*spe & cha-
ritate.*

*Locus Co-
rin. 13. ex-
plicatur.*

Chrysof.

Theopy.

Basilius

Magnus

*in episto-
ad Neo-
cesu.*

deserentibus vero grauis impietatis vltor fit. Fides vero qua in Deum credimus, hoc non tantū initiū est bonæ actionis, quia potius vt actio quæcumq; bona sit, facit: & quod actio nostræ deest, supplet nō ex sua dignitate, sed ex misericordia Dei quam accipit seu apprehendit. Hæc fides quatenus homini ad assentiendū his quæ credenda sunt, à Deo infunditur, fides infusa dicitur: quatenus verò post iustificatiōē, vel per auditum verbi vel per visa miracula augetur, acquirita. Rursus, quatenus se nō exerit, habitualis: quatenus verò sese exerit, & exercet, actualis appellatur. Nec hoc omittendū est, fidem secundum duas priores credēdi rationes in intellectu consistere, secundum tertiam vero etiam in voluntate, quòd actio fidei sic acceptæ (quod est credere, fidere, & adhærere Deo) non solo intellectu, quem fides illuminat, sed & voluntate, quā accedente charitate inflammatur, perficiatur. Iā et si fides, spes & charitas tria dona spiritus sunt, & singulas suas distinctas habeāt rationes: tamen hoc constat, eā fidē, qua in Deū credimus (quæ sola efficax, sincera, integra & salutifera est) nec infundi, nec accipi sine spe & charitate. Vnde et si tria hæc ratione, non tamē tempore separātur, quia simul accipiuntur: quemadmodū enim radius, illuminatio, & calor simul tēpore sunt ac fiūt, licet ratione atq; etiā re ipsa distincta: sic in iustificatiōe hominis fides, spes, & charitas simul in cordibus nostris p̄ spiritū sanctū diffunduntur. Sic ea enim Paulus ad Rom. 5. testatur iustificari nos per fidem, ea scilicet in qua stamus & gloriamur in spe gloriæ filiorū Dei: spe quidē non qualibet, sed spe quæ non confundit, hoc est non p̄defacit, quòd charitas Dei effusa sit in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Nā quod alibi Apostolus ait, Si habuero omnē fidē, ita vt mōtes transferam, charitatē autem non habuero, nihil sum: non sic accipiendū est, quasi integra & sincera fides sine charitate accipiatur, sed magis exaggerandi gratia per hyperbolam dictū videri debet, attestantibus Chrysofomo ac Theophylacto. Nam & Basilius Magnus locum hūc citans in epistola quadam ad Neocæsarienses, hæc subiicit: Non quòd horum quæ commemorauimus, singula sine charitate possint inueniri, sed quod sanctus Paulus voluerit testimoniuū confirmare quod dixerat, præceptum charitatis infinitis partibus esse, reliquis omnibus excellentius. Idem diuus Ambrosius ad Herontianum locum

hunc exponēs: Sed arbitror, inquit, propositi gratia hoc dixit se Apostolū. Neque enim videtur mihi, qui habeat omnem fidem ita vt montes transferat, charitatē non habere. Hactenus Ambrosius. Interim non negauimus, fidem donū dei esse speciale, et si deest charitas, certē fuerat in illis fides aliqua qui dicunt: In nomine tuo eiecimus dæmonia. Fuit in Caipha aliquod si dei donū, quū diceret: Expedi vobis vt vnus homo moriatur pro populo. Est et in sceleratissimē viuētib; Christianis nonnulla fides reliqua, de qua dixit Apostolus Iacobus: Fides sine operib; mortua est. Sed fidei integre ac sincera (nimirum secundum tertiam credēdi rationem accepta, cui iustificatio tribuitur) non potest abesse charitas. Frustra enim credis esse deum, & esse deū vnū, nisi sic credas deum esse, vt illi omnia accepta referas, omnēque tuæ salutis spem in illum desigas. At id non facies, nisi fidei adiūgas charitatem, ac postea piis operibus testeris, & quod credas & quod ames.

Quibus repetitis ac præmissis, iā ad pœnitentiæ partes veniendū est. Prima itaque pars contritio est, quæ ecclesia vocat vehementem animi amaritudinē ac intimum dolorem conscientia, quæ deum peccatis irasci sentit, & se peccasse grauitè dolet cum voto vitam in melius cōmutandi. Hæc incipit quidem & concipitur vt plurimum fide historica & timore seruilī, sed non perficitur nisi fide sincera & timore filiali. Principio enim fides illa secundum primā & secundā credēdi rationem, qua deū esse, eūdemque iustum ac veracem credimus: timorem seruilē parit, peccantes metu pœnæ terrentē. De quo dictum est Ambrosio & Augustino testibus: Initiū sapientiæ timor Domini. Hic in nobis augetur quū notitia legis diuinæ, notitiæ legis naturæ animis insculptæ accedit. Nā quū peccatū nihil aliud sit, quam factū, dictum, aut concupitū contra legem, cōsequitur, vt per legē cognitio peccati fiat: & quo magis in notitiā legis penetratur, tanto perspicacius peccata & delicta nostra cernamus, quāq; procul simus ab obseruatione legis, veluti in speculo quodā intueamur. Ergo quum lex veluti digito ostendat ac cōmonstret peccatū, non tantum quod opere, sed etiā quod affectu committitur: præterea doceat, Deum peccata nostra seuerissimē tā in hoc quàm in futuro seculo puniurum, ac subinde huic notitiæ conscientia nostra per fidē assentiat: fit

*Am. 1d
Herōtia.
epist. 74.
Fides do-
nū specia-
le etiā sine
charitate.
Ioan. 11.*

Iacobi 2.

*Contritio
quid.*

*Timor ser-
uilis.*

*Am. lib.
2. de voc.
gent.
Prou. 1.
& cde. 1.
Roma. 3.*

Deute. 5.

Fides historica cum timore seruilis terrorem incurrit conscientie.

*Mat. 3.
Lucæ 13.
Mat. 10.*

Acto. 2.

Psal. 78.

Esai. 1. 5.

Chryf. de compun. cordis.

Itē homi.

15. super

epistolam

ad Timo.

Roma. 7.

Psal. 13.

Solus timor seruilis parum uisus.

Timor filialis.

vt hæc fides cū timore seruilis coniuncta, grauem animi conuulsionem, terrorē & amaritudinē pariat, quibus cordis nostri superbia frāgitur, ac veteris hominis affectus ueluti cōteruntur cōminuanturque. Ab incursionē huius timoris, doctrinam pœnitentiæ Baptista exorsus est: Progenies, inquit, viperarum, quis uos docuit fugere à uentura ira? Iam securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonū, excidetur & in ignē mittetur. Nec aliter Christus docet: Nisi, inquit, pœnitentiā habueritis, omnes simul peribitis. Et alibi: Nolite timere eos qui occidūt corpus animam autē non possunt occidere: sed potius timete eū qui potest & corpus & animam perdere in gehennam. Itidē apostolus Petrus prima concione, post acceptū spiritum sanctū, iudæis hunc timorem ingerit, ex prophetis arguens & cōtestans, quod Iesum, quem & Dominum & Christum fecit Deus, per manus iniquorū affligētes crucifixerūt ac interfecerunt. Sequitur enim: His autem auditis, compuncti sunt corde. Idem docendū genus admodū frequens est in prophetis. Concipitur itaque contritio feruē ex hoc timore, quum scilicet peccator in legem diuinā inruēs, considerat interiorē animi sui immunditiā legi Dei repugnantē, simul cum magnitudine, turpitudine, ac scēditate criminū suorum, repetens, quoties in ea relapsus, & quādiu in suis tenebris ac sordibus uersatus sit, quantisque bonis seipsum iterea priuauerit, à cōmunionē totius corporis Christi separatus, obnoxius æternæ gehennæ supplicio, ex quarum rerū atenta consideratione, nascitur horror peccatorū. Qui hunc horrorem non sentiūt, nec dolore ullo aut metu iræ Dei afficiūt, sed securi indulgent suis cupiditatibus, uel quasi nihil habeant uitij sibi blandiuntur hypocritæ, longe à pœnitentia sunt, de quibus Propheta ait: Non est timor Dei ante oculos eorum.

Nequē tamen putandū est, hunc timorem seruilē, qui ex metu supplicij ducit originē, & horrore incurrit peccatorum, pœnitentiā totam absoluere. Quin potius solus adeo nō suffecerit, vt & exitialis sit, quod desperationem gignat, nisi proficiat ad spē ueniæ, per contemplationē misericordiæ diuinæ, & succedat fides illa secundum tertiam credendi rationem, quæ accedens demū facit, vt timorem seruilē comitetur timor filio dignus, cui cōmissa displicent, nō iam quod pertrahant in gehennam, sed quod patrē optimū

ac sic de nobis meritum offendunt, quale uidere est in filiis qui grauiter in parentes deliquerūt. Primum enim metu pœnæ, seu plagarum peccatum oderunt, deinde paternæ pietatis memoria subeunte, uti fiduciam reditus in gratiam cœperint, etiam ex amore præterita commissa detestantur, sic, ut etsi nullus deinceps imminet pœnæ metus, tamen scientes rursus admittere nolint, quod parentes illorum offendat.

Hæc ergo fides cum timore filiali coniuncta, uerā pœnitentiā à falsā pœnitentiā separat, & discipulū facit inter contritionē impij & uerē pœnitentis. Impius enim concepto timore seruilis ex metu supplicij, atque ibi cōsistēs, in desperationē adigitur, quod uidere est in Cain, Pharaone, Saul, Achab, & Iudā traditore. Sed quos in hoc dolore cōstitutos Deus clemēter respicit, hi quum ex timore per fiduciam misericordiæ, ad timorem filialē gradū fecerint, tum demū ad ueram pœnitentiā cōtristantur, quales fuerunt Dauid, Niniuitæ, & Magdalena, & quotquot illorum exemplū imitantur, qui nō ut impij illi obdurant, sed sciunt corda sua, Deo ante ostiū stanti ac pulsanti aperientes ac locū dantes, cum desiderio illi deinceps adhærescendi. Atque hæc tandē est uera illa interior pœnitentia, ad quā omnis scriptura passim nos puocat, & uerbis & exēplis: Scindite (inquit Iohel) corda uestra, & nō uestimēta uestra. Et Esaias: Vbi habitabit dominus? in spiritu cōtrito & humiliato. Sacrificiū enim Deo spiritus cōtribulatus, cor contritum & humiliatū Deus non despiciet. Item: Beati qui lugent, quoniā ipsi consolabuntur.

Vides ergo, quemadmodū cōsideratio iustitiæ ac iudicij diuini, accedente fide historica, pœnitentiā inchoet, cōsideratio uerō bonitatis diuinæ ex amoris affectu procedens cū fiducia misericordiæ, pœnitentiā formet: quā ob rē hæc duo scriptura passim coniungit: Beneplacitum (inquit Dauid) est Domino super timētes eū, & in eis qui sperat sup misericordiā eius. Et Paulus Apostolus, quum reuelari iram Dei super omnem impietatem asseruisset, subiicit: An nescis homo, quod Dei benignitas ad pœnitentiā te adducit? Haud inficiamur, sanctiorem esse pœnitentiā, quam timor filialis in bonitatem Dei respiciens & inchoat & format. Sed quoniā hæc est fragilitas & imperfectio nostra, ut nō facile ad bonitatem Dei oculos nostros attollamus, nisi prius iram senserimus, quemadmodum Psaltes ait: Quum occideret eos, que-

Fides in Deū cum timore filiali uerā contritionē parit.

Apoc. 3.

Iohel. 2.

Psal. 50.

Mat. 5.

Timor filialis cōinuenit.

Psal. 146

Rom. 2.

Pœnitentia sancti or quam timor filialis inchoat.

Psal. 106

rebant eū, & reuertebantur, & clamauerunt ad dominū quū tribularentur: idcirco sanctū patribus rectē placuit, pœnitentiæ doctrinā à timore seruilis non ineptè ordiri. Hic beatus Augustinus haud ineleganti tropo hunc timorē setę & medici ferramento cōparat. Vt enim per setā linum introducitur, sic per hunc timorē charitati locus præparatur: seta prius intrat, sed nisi exeat, nō succedit linū. Sic timor primò occupat mētē, sed succedēte charitate, nō remanet timor. Et quò illa plus crescit, tanto hic decrescit magis: & quò fit illa intus familiarior, tãto magis timor cedit, donec perfectā charitas illū foras mittat. At vbi nullus est timor, ibi non est qua intrat charitas. Rursus quæadmodum medici ferramentū putredinem tollit, & vulnus quod minus dolebat, plus dolere facit, atque ad eò principio auget, donec accedente medicina, succedat tandē sanitas. Sic timor pungit ac vulnerat mentem, sed succedens charitas, vulneri sanato cicatricē obducit. Nec minus eleganter beatus Basilius hunc timorē ifagogicū, hoc est introductoriū pœdagogicum, appellauit ad pietatē. Exercent enim timor, quē occupat, memoria veteris vitę, perhorrescētia & execratione peccati, & ignis æterni pauore, vt exercitatum iā per timorē charitas plena fiducia suscipiens perficiat. Non enim hoc timore vel ratio vel intellectus aufertur, sed illa potius quæ mentē premebat, caligo discutitur, vt volūtas deprauata prius atq; captiua, recta efficiatur. Eundē timorē Gregorius, Hieronymus sequutus, primū incipientiū gradū esse statuit, vt qui nescit proximū sicut se diligere, iam tamē incipiat supna iudicia formidare. Atq; alibi duo cōpūtionis genera pulcherrimè describit. Primū, inquit, animam timore compungitur, pōst amore. Prius enim sese lachrymis afficit, quia dum malorū suorum recolit, pro his perpeti æterna supplicia pertimescit. At verò quum longa mœroris anxietate fuerit cōsumpta, quædā iam præsumptione venia securitas nascitur, & in amore cœlestium gaudiorū animus inflātur: & qui prius flebat, ne perduceretur ad suppliciiū, pōst amarissimè flere incipit, quia differtur à regno. Cassiodorus in psalmū centesimū decimum, Metum iudicij inanā conuersionis appellat, modò tamen discretio dilectionis addatur. Breuiter, in hanc sententiam omnes pij discedunt.

Hæc eò dicta sunt, vt intelligat verbi dei ministri, vnde verbū prædicationis suæ ordiri debeant. Nam tum re-

ctissimè suo funguntur officio, si primū animos ad plangenda peccata commoueant, si spiritualibus increpationibus ex lege diuina desumptis, populum peccantem arguant, vitā futuram & æterna supplicia in memoria reducant. Hoc vnū vero quā maximè cauebunt, ne peccantes statim securos reddant, ne indulgentius & citra omnem obiurgationem absoluant, alioqui alienorum criminū participes futuri. Vbi vero hunc primum pœnitentiæ gradum strenuè iccerint, tum superest, vt ei secundus protinus subiciatur ac addatur, quo fiducia misericordię in Christū arripitur, quem ordinem videre est in prima illa Petri concione. Postquā enim vehementi oratione, ad intimū dolorem Iudæos concitasset, atque illi compuncti corde, dicere inciperent: Quid faciemus viri fratres: non cunctandum ratus, protinus eò prouectis per vere pœnitentiæ remedium, remissionem peccatorū in Christo Iesū denunciat ac ostendit. Eisdem gradus velut ob oculos nobis positos, in beatissimi Pauli Apostoli conuersione cernere nobis licebit: Saulus adhuc spirans minarum & cædis in discipulis domini, quū proficisceretur in Damascum primum durè increpatus, ac metu penè exanimatus, in terram prosternitur: ac postquam tremens ac stupens dixisset, Domine quid me vis facere: statim Domini iussu in ciuitatem introducitur, vt ad eum Ananias (qui interpretatur gratia seu misericordia Domini) accedat ac dicat: Saule frater, Dominus Iesus misit me, qui apparuit tibi in via qua veniebas, vt videas & implearis spiritu sancto.

ET vel hoc exēplo discim⁹, q̄ nō fit in potestate nostra, vt nobis ipsi hos pœnitentię affectus largiamur. Nā Christ⁹ est qui Paulū strauit. Rursus, Christus est qui Paulū erexit, Paulus verò trahenti, vocāti, ac sananti tantū assensum præbuit. Quicquid ergo horū in nobis agitur, merū Christi beneficium est, quia non sumus sufficientes, ne cogitare quidē aliquid ex nobis, quasi ex nobis: sed deus est, qui operatur in nobis & velle & perficere pro sua bona volūtate. Ipse stat seper ad ostiū, & pullat, vt & initiū salutis nostræ ipso inspirate habeamus. Ipse est qui verbū suum & spiritum sanctū arguit peccata. Ipse qui horrore peccati nobis incutit, qui amaritudinem & dolorē mentibus nostris immittit. Ipse qui eodem terrore (modò vocantem sequamur) ad filiū trahit. Breuiter, ipse est q̄ & pœnitentiā in nobis inchoat, & format: quod nō

Nycephorus ad Theodo. Quid cauendum.

Pœnitentię grad⁹.

Acto. 2.

Act. 9.

Affect⁹ pœnitentię donū Dei.

Acto. 9. Philip. 2.

Apo. 3.

Ioan. 16. Phil. 3. 6.

-1. Ioā. 4.

Basilius.

Amb. de voca. gen. libr. 2.

Grego. in Job c. 19.

Duo compunctionis genera.

Prædicationis verbi Dei mōdo ordiendā.

2. Tim. 2. siluit Apostolus, quom ai: Ne forte det illis Deus pœnitentiam, vt respiciant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur. Ergo quū pœnitentia, Dei gratuitū donū sit, ab illo & precibus & lachrymis, animi saltem, aliisque pijs studiis expetēda est. Quod si non statim cōtingit quod ambitur, non est tamē desistendum à bene cœptis. Proinde qui ex consideratione vitæ turpiter acta ac metu gehēnæ, iam cōcepit aliquā detestationē criminū, hoc est timorē seruilem, ac necdum sentit timorē filio dignū: perseueret in lachrymis ac precibus, que rat, petat, pulset, dovet & hūc timorē senserit, cum voto certo

Roma 8. mutandæ vitæ, cum que amore bene sperante coniunctum. *Galat. 4.* Vbi verò & hūc spiritum senserit, quem Apostolus vocat filiorū, in quo clamam, Abba pater, caueat ne quid hinc sibi tribuat, agnoscat gratuitū Dei munus, ac abiect⁹ ad pedes illius, gratias agat eius benignitati, rogās vt quod gratis largitus est pro sua bonitate, perpetuū esse velit, ac semper in maius augere: nec suo voto seu proposito deinceps non peccādī sic fidat, vt existimet se suis virib⁹ posse à peccatis abstinere, sed cum magno tremore imploret opem diuinā, vt idē cōfirmet & adiuuet votū qui dedit. Sic enim ecclesia Deū orat, nempe vt actiones nostras adspirando præueniat, & adiuuando prosequatur, vt cuncta nostra operatio ab eo semper inci piat, & per eū incepta, finiatur per Christū dominum nostrū.

Impiis *dānationis causā* *in Deum* *trāsferūt.* *Rom. 2.* **S**ed interim impij, impœnitentes, & præfracti qui excusationem in peccatis quarunt, peccatum peccato cumulant, suæ dānationis causam blasphemā voce in Deū transferunt, causantes (idque ex Paulinis verbis perperā detortis) quod respicere ab iniquitate, non sit neque volentis, neque currentis hominis, sed solius Dei miserētis. Atque hinc inferre moliantur, omnem hominis curā in hac re planē superuacaneā esse, asserere non verētes, arbitrij libertatē in homine ad bonū prorsus nihil valere. Quæ sentētia planē impia hac deploratissima tēpestate innumerabilē Christiani gregis turbam miserē deceptā, in æternæ dānationis barathrū præcipitauit. Quamobrem pios aduersus tale venenū præsentī antidoto præmunire oportet. De liberi arbitrij potestate multis disputare huius libelli angustia nō fert, nec est necesse, quod hæc res locupletissimē à veterib⁹, maximē ab Augustino (qui arbitrij libertatē & meritum simul cū gratia tuetur) tractata sit, summam indicasse suffecerit, quid de viribus nostræ

volun-

voluntatis ad bonum sentire oporteat.

Initiū, quod non semel superius dictum est, retinere oportet sententiam quæ Ecclesiastici decimo quinto legitur, quod Deus cōstituerit hominē, & reliquerit eum (quem admodum & angelicam creaturam) in manu consilij sui: hoc est, quod Deus cōstituerit hominē talem, qui gratia creatoris sibi desuper collata potuisset, nisi libertæ suæ volūtatis arbitrio male fuisset vñs, legi Dei pfectē obedire ac satisfacere: rursus, qui posset diserta gratia Dei legem præuaricari, peccare, & in mortem (peccati stipendium) incidere.

Secundò retinendum est, quod Deus nō sit causa mali seu peccati. Nam Genesis primo dicitur: Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erāt valde bona, proinde hominem ad peccādum neque incitauit, neq; coëgit. Nam vt Psalmista ait: Nō Deus volens iniquitatem tu es. Et Sapientiæ primo scribitur: Fidelis est dominus, qui mortem nō fecit nec letatur in perditione animarū. Et alibi Nemini mādatur impiē agere, & nemini dedit spatium peccandi. Non enim cōcupiscit multitudinem filiorū infidelium & inutilium. Sed homo suapte spōte lege Dei cōtempta, serpenti credens, Deum deseruit: deserēs, desertus est: peccauit, & in mortem præcipitatus est: desertus quidem à Deo, non per distātiā locale, quod Deus subtiliter vbiq; sit pñs, res creatas (alioqui statim perituras) indefinenter sustētans ac gubernans. Sed desertus est per gratiæ interioris & spiritualis subtractionē. Ergo mali seu peccati causa, nihil aliud est, quam liberum voluntatis arbitriū diaboli & hominis. Vnde Christus, inquit, diabolum patrem esse mendacij, & ex proprijs loqui mendacium. Itidem primę Ioannistertio: Qui facit peccatū, ex diabolo est, quoniam ab initio diabolus peccat. Omnis verò qui natus est ex Deo, nō peccat. Et iterum primę Ioannis secundo: Omne quod est in mundo, cōcupiscentia carnis est, & cōcupiscentia oculorum, & superbia vitæ, quæ non est ex patre, sed ex mūdo est. Et in eandem sententiam ad Romanos quinto legimus: Per vñū hominem peccatū in hunc mundum intrauit. Discernere ergo oportet naturam à vitio. Natura à Deo orta est, & conseruatur, vitii à volūtate diaboli & hominis, quæ potuit aburi libertate sua, & se à Deo auertere, & sic fieri causā peccati.

Tertiò retinere debemus (quod & superius docuimus) primam illam naturā, quæ in primis parentibus tota & integra

Aug. de
correp. &
gra. ca. 2.

Rom. 6.

Dammā-
tur Ma-
nichæi.
Psal. 5.

Eccles. 15.

Quomodo
Deus ho-
minem de
serat.

Colos. 1.
Hebræ. 1.

Ioan. 8.

erat totam esse corruptam, proinde totā iustitiam ac immortalitatem perdidisse. Vnde consequens erat, vt nec alios posteros, quam corruptos, iniustos & mortales, generare potuerit. Quod queritur Dauid Psalmo quinquagesimo: Ecce, inquit, in iniquitatibus cōceptus sum, & in peccatis cōcepit me mater mea. Significās statim quum formaretur, in ipso exitisse peccatum illud originis. Vnius enim delicto propagatum est malū in omnes homines ad condēnationem, cuius mali magnitudinē Paulus Ephesiorū secundo describit, vbi dicit diabolū per hoc peccatū efficacē esse in incredulis. Huc pertinet quod Genesis octauo scribitur: Sēsus & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescētia: hoc est nascimur omnes cū praua cōcupiscentia, quā nos ab ineunte aetate veluti hāreditarius quidā morbus, totos occupat & comitatur, quo conuincitur omnes immundos esse, quos nō mundat fides Christi, sicut scriptum est: Quoniam nemo mundus à peccato corā te, nec infans cuius est vnus dici vita super terram. Quā quum ita sint, sequitur, neminē etiam vnus dici infantem, si in hac corruptione peccati decedat, contra Deū queri posse quod damnetur, quod reatum seu morbū illum damnatione dignū, non ex Deo, sed ex voluntario vitio primorum parentū contraxerit, quem etiam in infantibus suo modo efficacem ostendit Augustinus, docens imbecillitatē membrorū infantilium innocentē esse, non animum infantium. Nam & zelum, & amaritudinē atque inuidentiam quam dam in paruulis lactentibus ac nondū loqui valentibus nos experiri constat. Rursus liquet, quotquot hanc damnationē euaserunt, Deo gratulari oportere, mortem enim debitā euaserūt, & vitā non debitā repererunt: liberatis indebita exhibetur misericordia, vnde gratias Deo agāt: dānatis verō debita exhibetur iustitia, vt in Deo nihil reprehendant, vt nec illi dignos se glorientur, nec hi se indignos pœna querantur. In quam sententiā dixit Apostolus: Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti, ex eadē massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verō in cōtumeliā? Vna erat massa perditionis ex Roma. 9. Adam, cui nō nisi supplicium debebatur: sed facit Deus ex massa, quā iam perierat, vas in honorem, quum hominē per redemptionē quā est in Christo Iesu, restituit. Facit deus vas in contumeliā, quum hominē vel peccato originali opref-

sū derelinquit, vel quū peccatorem in peccatis obdurescere permittit, idque iustissimo iudicio nobis inscrutabili, nisi quod certū habemus, Deū iustū esse & absque omni iniquitate, nec vllum hominē etiam vnus dei infantem, damnare, nisi quem prauiderit merito damnandū, id est, quem sibi vocātū non assensurū seu crediturū præciterit. Hoc contentus, noli vltra disputare vel querere, Me quare fecit in honorem, & alium in cōtumeliā: Imō mirare & exclama cū Paulo: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quā inscrutabilia sunt iudicia eius, & intelligibiles viæ eius? quis enim cognouit sensum domini, aut quis cōsiliarius eius fuit? tantū qui liberaris & iustificaris, sedulo recogita quātum gratiæ & beneficii in te conferatur, quū alter ex simili corrupta massa procreatus, in damnatione relinquatur ac iustē puniatur.

Quartō, quū in præuaricatione Adæ omnes homines naturalem possibilitatē & innocentiam perdidissent, idcirco neminem de psumdo illius ruina per liberū arbitriū posse cōsergere, nisi eum gratia Dei miserētis crexerit, & idcirco nemo suis solius viribus ad iustificationē, vitam bonam ac beatam pertingere poterit. Fatemur quidē, hominē per liberū arbitrium, suisq; viribus citra renouationē aliquo modo externa opera bona agere, vt colere agros, domos edificare, atq; adeo in ipsa impietate vitæ suæ aliqua legis & sapere & facere, ciuilemq; aliquā iustitiā præstare posse, quā Paulus appellat iustitiā carnis, seu iustitiā quæ in lege est, in qua se in Iudaismo cōuersatū dicit sine querela: quæ nihil aliud est, quā iustitia quædam externa, quam potest homo implere, vt nullus hominū queratur de eo, licet intus in affectionibus prauis præuaricator sit legis. Lex dicit: Non cōcupisces. Si cōcupisces, reus es legis in oculis Dei: sed si non rapis alienū, nulla de te (etsi intus concupisces) erit querela hominum. Aliud est enim cōspicua opera legis implere, vel timore hominum vel ipsius dei, vel pœnæ formidine: aliud bene agere dilectione & amore iustitiæ, vt tamen impune pmitteretur male agere, male tamen agere omnino nolis. De externa illa & pharisaica iustitia alibi dicit Apostolus: Volentes suam iustitiam cōstitueret, hoc est suis externis operibus in speciem bonis (etsi mens praua sit) fidere, iustitiæ Dei nō sunt subiecti. Nam quū vires hominis nō sint penit' extinctæ, sed vitiatæ, reliquum est in natura hominis naturale iudiciū, & delectus quidā rerum,

In Deo
nulla est;
iniquitas.
Deut. 32.
August.
lib. retr. 4.
cap. 23.
Rom. 11.

Vide opt.
Aurelij
& aliorū
episcopo-
rum, inter
quos
Aug. ad
Innoc. to.
2. nu. 95.
Aug. ad
Sixtum.
Itē de spi-
ritu & li-
ber. ca. 28.
Philip. 2.
Aug. de
tēpo. ser.
49.
Idem ad
Bonif. cō-
tra Pela-
gum. 20.
Rom. 10.
Amb. de
voca. gen.
lib. 1. 3.

Roma. 5.

Iob 4. 14.

15. 25.

Iob 34.

Cōfess. lib.

1. cap. 7.

Aug. de

verb. apo.

ser. 11.

Roma. 9.

Explica-

tur locus

Paulin' 2.

Roma. 9.

Roma. 3.

Ephes. 1.

quæ sunt subiectæ sensui & rationi operum extenorû: quæ fit: vt eadem suis viribus aliquo modo efficere possit. Sed in teriores motus, hoc est bonos affectus, seu quæ Deus requirit (quam vocamus iustitiam spirituales) per se sine Deo efficere nõ potest. Sed vt hos motus cõcipiat, Dei & mediatoris gratia, ac Spiritu sancto est opus. Animalis enim homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei. Sed hi tandem qui spiritu Dei ducuntur, sunt filij Dei, & si quis spiritû Christi non habet, is non est Christi. Quamobrẽ Christum Ioan. 3. dixit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest videre regnum Dei. Et iterum Ioannis. 6. Nemo potest venire ad me, nisi pater meus qui misit me, traxerit eum. Itidem Ioannis. 15. Sine me nihil potestis facere. Nam homo in peccatum lapsus, non ineptè confertur homini, in profundissimam ac spurcissimam foueam præcipitato ac grauiter vulnerato, vnde se erigere non possit, nisi desuper quispiam fune demisso delapsum extrahat, & extractum insuper diligenti curatione acceptorum vulnerum prosequatur.

Quintò statuendû est, quod Deus tã est benignus ac misericors, vt non tantum voluerit hominẽ non peccare, sed & velit hominẽ lapsum, atque adeo quantûlibet criminofum, resurgere ac resipiscere. Nã apud Ezechielẽ sic loquitur: Vivo ego, dicit dominus: Nolo mortẽ peccatoris, sed magis vt cõuertatur & viuat. Et Christus indifferenter omnes ad se puocat. Venite, inquit, ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiã vos. Et in hac sententiã dixit Apostolus Paulus: Deus vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionẽ veritatis venire. Quod si obiciat quis, Dei volũtati quis resistit: cur igitur non omnes saluantur, quos Deus saluari vult? Respondemus, hic ad duplicem voluntatẽ Dei (dicendi causa) respicere oportere, antecedentẽ & consequentẽ. Res autẽ exemplo fiet dilucidior: Legislator legẽ ferens, omnes ciues suos vult esse bonos & pacificos, nec vult vt crimina ab eis patrentur pœnis luenda, idque voluntate antecedente. Interim tamẽ filij sui alioqui charissimi, latã legis transgressoris mortem vult, quẽ vellet nõ peccasse, vt nihil plectendû in eo posset inuenire, idque voluntate consequente, qua mortem filij vult, ppter aliquid iam factû. Itidem hortulanus plãtat arborem, non ea mente, vt excidatur & in ignẽ mittatur: attamen dum post longã expectacionẽ eam nullum fructû pro-

ducentẽ videt, & terra excidit, & in ignem mittit. Non secus misericors Deus vult omnes homines saluos fieri, quod ad se attinet, voluntate antecedente. Quod verò reprobos damnat, fit voluntate consequente, quod iustum sit eos quibus præbita est omnis occasio consequendæ salutis, nec apprehendere voluerũt, damnare. De infantibus alia ratio est, vt iam diximus. Sextò, quod Deus adeo vult omnes homines saluos fieri, vt nemini quantumlibet scelerato, gratiam suam subtrahat. Septimò retinendum est, situm esse in hominis voluntate, vt gratiam Dei oblatã vel accipiat vel repudiet. Quæ ambo, vt penitius intelligatur, fortasse retulerit de gratia Dei, & quòtuplex ea sit, simul & de hominis volũtate paucis dicere. Gratia ergo generaliter & specialiter accipitur. Gratia generaliter accepta appellatur, quicquid nõ præcedentium aliquorũ operũ meritis, sed gratuita bonitate Dei donatur: & sic accepto vocabulo, gratia non improbanda ratione dicitur natura, in qua conditi sumus, vt nõ nihil essemus; nec ita essemus ali quid, vt cadauer quod non viuat, & arbor quæ non sentiat, aut pecus quæ nõ intelligit: sed homines, qui & essemus & viuemus & sentiremus & intelligeremus, & de hoc tãto beneficio creatori nostro gratias agere deberemus. Hęc gratiã quidẽ donũ naturæ appellant, habet impij nobiscum cõmunicem. Gratia verò specialiter accepta, quam doctrina Christiana & demõstrat, & prædicat esse propriam Christianorũ, nõ est natura, sed est occulta misericordia Dei, qua per subministracionẽ spiritus, sanatur ac saluatur natura, qua prædestinati vocamur, iustificamur, sanamur, & glorificamur, vt dicere possumus: Si Deus pro vobis, quis contra nos? Qui filio suo proprio nõ pepercit, sed p omnibus nobis tradidit illũ. Hęc est illa gratia, quam diuinæ literæ ubique prædicant, de qua dixit Apostolus: Non irritã facio gratiã Dei. Nam si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est, nimirũ gratiã intelligẽs qua iustificamur ab iniquitate, & qua saluamur ab infirmitate, non qua creati sumus cum propriavoluntate. Hęc gratia distinguitur in gratia operantem, & cooperantem, seu in præuenientem & subsequente. Vtraque in sanctis eloquiis expressam legimus. Psaltes ait: Et misericordia eius præueniet me, & misericordia Dei subsequetur me. Deus enim nolentem præuenit vt bene velit, & volentem subsequitur ne frustrã velit, sed vt perficere valeat. Operans ergo gra-

Gratia dei bifariam accipitur.

Vide dictã epistolam.

Aureo ad Innoc.

Eccl. 17.

Gratia propria Christianorum.

Vide dictã epistolam ad Innoc.

contra Pelag.

Rom. 1. 8.

Galat. 2.

Gratia duplex.

Psal. 58.

Psal. 22.

Aug. in Enchir. c.

32.

Operans

gratia

910

ria est, quæ præuenit ac præparat voluntatem, non ut fiat voluntas, quia & ante hanc gratiã voluntas erat, sed ut voluntas bona fiat, & quæ prius erat serua peccati, liberetur. Cooperãs verò gratia, & voluntatem iam bonã factã subsequitur, ut quod iam vult bonũ, perficere possit. Nam (vt iam sepe ante diximus) voluntas hominis quam naturaliter habet, nõ valet erigi ad bonũ efficaciter volendum, vel opere adimplendũ, nisi per gratiam liberetur, & adiuetur, secundum Paulinã sententiam, quam impij pro sua impietate detorquent. Non est, inquit, volentis, nec currentis, sed miserentis Dei: hoc est, non est volentis bene velle, neque currẽtis currere, sed miserẽtis Dei, qui operatur in nobis velle, id est, vt assentiamur vo cãti: & currere, hoc est operari pro sua bona volũtate. Itaque non ideo miseretur Deus hominis, quia ipse homo voluit & cucurrit, sed iam homo voluit & cucurrit, quia miseretur est Deus. Quamobrem Hieremias propheta, ait: Scio domine, quia non est hominis via eius, nec viri est, vt ambulet & dirigat gressus suos. Præparatur enim (teste Salomone) volũtas hominis à Deo, & à domino gressus hominis dirigũtur. Gratia præueniens plurimos habet gradus, & vt summatim dicamus, duplex est. Vna, qua Deus præuenit peccatorẽ vt resurgat. Altera, qua peccator præuenienti Deo assentiens iam reurgit. Vtraque voluntatẽ nostram præuenit Deus, sed priorem subministrando solus operatur, in altera volũtas nostra Deum præuenientem subsequens, ei per velle seu assensum, remissionem peccatorum accipiendo, cooperatur.

Prior gratia, qua Deus hominem præuenit, ac incitat vt resurgat, iterum duplex est. Vna generalior, quæ est bonus motus, bonãque cogitatio, veluti quum peccator, Deo inspirãte, agnoscit peccatum suum, quum terrore gehennæ cõcutitur, quum de amittenda æterna beatitudine dolet. Altera specialior est, tor habẽs species, quot sunt speciales boni motus ad respiscendum, veluti sunt auditio verbi Dei, immissio aduersitatis (quæ ferocientis hominis animum deiicit, & ad Deũ respicere facit) remotio occasionis peccãdi, ablatio seu debilitatio tẽtationis, & id genus alia. Iam constat Deũ nulli hominũ gratia illa generalius accepta deesse, adeo vt nullus sit peccator tam scelestus, cui deus, quoad in hac vita superferes fuerit, hanc gratiã penitus subtrahat. Nam per hanc stans ad ostium sedulo pulsãt, initiũ nostræ salutis (quæ est peccati co

Cooperãs
gratiã q̃.
Aug. in
Enchir.
cap. 30.
Roma. 9.
Philipp. 2.

Aug. cõ
tra Iulian.
hæret.

Hier. 10.

Gratia
præueniẽs
duplex.

Psal. 106.
Deus nul
li hominũ
gratiã sum
ditus sub
trahit.

Apoc. 3.

gnitio) in nobis operari desiderans. Et quis tandẽ est hominum, qui non sentiat se hac gratia præueniri, quod & gentes ostendãt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium illis reddente conscientia eorũ? Et vel Pharaõ vel Iudas tradito exẽplo esse possunt, quã liberalis sit deus in hac gratia subministranda. Certe prophetæ testantur, deũ nõ solum à conuersis non auerti, sed etiam ad auersos conuerti, & ad conuersionem cohortari. Nam Hieremię tertio sic legimus: Si dimiserit vir vxorem suam, & illa recedẽs, duxerit virum alium, nunquid reuertetur ad eum vltra? nunquid non polluta & contaminata erit mulier illa? Tu autem fornicata es cũ amatoribus tuis multis, tamen reuertere ad me, dicit dominus. Itidẽ Esaie quadagesimo nono legimus: Nunquid obliuisci potest mater infantẽ suum, dicit dominus, vt non misereatur filio vteri sui? Et si oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Et Ezechielis decimo octauo: Quare moriemini (inquit dominus) domus Israeël? Quia nolo mortẽ morietis, dicit dominus deus, reuertimini & viuite. Quod autem Actorum. 14. legimus, dicente Paulo ad viros Lystrios, deum in præteritis generationibus dimississe omnes gẽtes ingredi vias suas, nõ sic intelligendũ, quasi deus gentibus sua gratia defuerit. Quinimo ipse Paulus statim subiecit: Et quidẽ non sine testimonio semetipsum reliquit benefaciẽs, de cœlo dãs pluuias & tempora fructifera, implens cibo & lætitia corda eorum. Itidem Actorum cap. 17. Paulus ad viros Athenienses ait, deum fecisse ex vno omne genus hominũ inhabitare super vniuersã facie terræ, definitẽ statuta tempora & terminos habitationis eorum, vt quærerent deum si fortẽ atre tẽnt eum aut inueniant. Qui enim non reliquit se expertẽ testimonij, hoc est, qui beneficiis innumeris (quæ in oẽs homines abundẽ effundit) testificatur se esse deum optimũ ac maximum, qui omne genus hominũ inhabitare facit super terram, vt quærant eum, atq; adeo declarat se eũ esse, qui det omnibus vitam & inspirationẽ & omnia, seque nõ lõge esse ab vno quoq; nostrum, quod in ipso viuamus, moueamur & simus, quẽadmodũ & quidam Græcorum poetarũ dixerunt. Ipsius enim & genus sumus: isne putandus est vlli gẽti gratiam suam præuenientẽ subtraxisse? Verum quum gẽtes id, quod de eo cognosci potest manifestum habuerint, quod deus illis per gratiam præuenientẽ manifestauerit, nec tamẽ

Rom. 9.

Exo. 5. 6.

7. 8. 9. 10.

11.

Mat. 26.

Mar. 14.

Luca 22.

Ioan. 13.

Hier. 13.

Obiectio.

Dilutio.

Acto. 9.

Act. 26.

Aratus.

Rom. 13.

quum cognouissent deū, sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis: factū est, vt gentes dei gratiā contēnentes ac repudiantes, dimissi sint ingredi vias suas. Atq; eadē omnino ratione fit, vō omnes illos motus gratiæ specialis, omnibus peccatoribus deo impartiat. In causa enim est peccatoris obduratio, gratiam illā communem seu generalem negligētis ac repudiantis. In quā sententiam dixit Apostolis: Et licet non probauerūt Deum habere in notitia, tradidit illos deus in reprobum sensum, vt faciāt ea quæ non cōueniunt, repletos omni iniquitate. Tradidit, inquam, id est permisit, vt per cupiditates cordium suorum, in omnem iniquitatem & immunditiam ruerent. Atq; ita fit, vt peccatū sit alterius peccati causa, quinimo vt idem sit simul peccatū & peccati pœna, nam gratiæ contēptus grauissimum peccatum est, & peccati causa, nēpe omnis iniquitatis & immunditiæ, in quam Dei contemptor ruit. At omnis illa iniquitas & immunditia hominū impiorum, qua fit, vt contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis, & peccatum est & peccati pœna. Et hæc peccati retaliatio seu pœna, quæ per peccatum fit, omniū grauissima est.

Cur deus gratiā specialē impius subtrahit.
Rom. 1. Tradere, pro permittere.
Psal. 13. Roma. 1.
Psal. 118.
Gratia incitans non sufficit.
Aug. de prædesti. sanct.
1. Cor. 3. tr. 2. de as. epif. pala. ad bon. li. 2. cap. 8.
Aug. in Psal. 118.
Aug. de prædesti. Sanct.

Gratia ergo præueniens, qua Deus hominem incitat vt iustificetur, gratia quidem dei est eximia: sed non sufficit, nisi accedat gratia iustificas, quæ voluntatem sanat, & sola facit vt recte viuatur. Ad hanc enim gradibus quibusquæ di peruenitur. In primis enim quū non simus sufficientes, ne cogitare quidem aliquid quasi ex nobis, Deus in initio bonam cogitationem nobis inspirat, quæ ad deū respicere & peccatum nostrum agnoscere incipimus, quā solus Deus in nobis operatur, nec nobiscum, quia ad eā habendam nihil facimus, sed eam merè gratis nobis immitti, dum peccatū nostrum oculis nostris opponit. Hæc cogitatio magis intellectu quā affectu perficitur: præuolat intellectus, sed frequenter tardus aut nullus sequitur affectus: ratione & intellectu sæpè apprehendimus, quā vtilis sit dei iustificatio, sed infirmitate prepediti, nondum rem tantam ex animo desideramus, sed adiuvante sensum gratia cupimus vt desideremus, scimus bonū, nec delectat agere: sensum verò proficiente gratia, cupimus vt delectet. Hoc autē votū, quo cupimus desiderare, quædam voluntatis præparatio est, quæ fidē iustificante præcedit: nullus quippe credit, nisi prius cogitauerit esse credendum, & vt

credat, à Deo expetat & accipiat. Hæc ergo voluntatis præparatio, sua quidē opera habet, quæ tamē sunt mera dei dona, iustificationem antecedētia. Nam homo quum agnoscat peccatum suum, quum grauitatem pœnæ secū mente voluntat, incipit temperare à malitia, gemere, lachrymari, tundere pectus, restituere alienum, facere eleemosynam de proprio, sitire iustitiam (hoc est, remissionem peccatorum) eandēque precibus apud deum ambire fatagit. Has cordis præparationes, & voluntatis conatus ac studia ad pietatem, Videre licet in Cornelio illo Centurione. Actorum decimo: quæ tamen sine aliqua saltem fide, quæ donum est Dei, non faciebat. De eiusmodi studiis dicitur: Si in toto corde vestro reuertimini ad dominum, auferete deos alienos de medio vestri, & preparate corda vestra domino. Item Actorum tertio: Pœnitimini & conuertimini. Et apud Esaiam: Omnes sitientes venite ad aquas. Et Christus ait: Si quis sitit, veniat ad me & bibat, Et iterum apud Lucam cap. vndecimo: Si vos quum sitis mali, nobis dabit spiritum bonum petentibus se? Iā vt hanc sitim & cætera quæ diximus studia conuersionis, nemo negauerit bona quædam esse, ex Dei gratia voluntati nostræ insita, ob quæ interdū dicimus hominē talibus votis æstuantem, bonā habere voluntatem, tamen hæc non est illa bona voluntas seu cogitatio qua bene viuatur. Hæc enim non accipitur nisi per fidem iustificantem, quæ voluntatem sequitur præparatam. Nam vt Augustinus inquit, Sine spiritu nō est voluntas hominis libera ad bonum, nisi liberata fuerit: non autem liberatur, nisi per spiritum sanctū diffundatur charitas in cordibus nostris: non est libera voluntas, nisi eam liberet gratia per legem fidei: id est: non est libera sine fide operante per dilectionem.

ERgo quū peccator peccati horrore pauidus, & pœnæ merito contremiscens, ac de seipso (sux infirmitatis sibi conscius) desperas, p̄ fiduciā misericordiæ in Christo nobis proposita ad deū confugit, credens, sibi pœnitenti, in Christo Iesu (qui factus est p̄ peccatis totius mudi) remissum iri peccata per fidē, accipit gratiā præuenientē & iustificante, qua voluntas sanatur, vt sanata Dei adiutorio, legem impleat, quā nulla merita præcedunt, ipsa est enim qua iustificatur impius (hoc est, fit iustus qui prius fuit impius) meri-

Opera gratiæ ante iustificationem.

1. Reg. 7.

Esai. 55. i. i. i. 7.

Fulgē. lib. 1. ad Mo. Non omnis bona voluntas sufficit.

Aug. ad Anastas. Roma. 5. Galat. 5.

Roma. 3.

Aug. de spiritu & litera.

tis autem impij, non gratia, sed pœna debetur: nec ista esset gratia, nisi gratuito daretur: Datur autè gratuito, quia nihil boni antè feceramus, vnde hoc mereremur. Nam quæ præcedunt bona, Deo inspirante præcedunt: nec tamè ea talia sunt, vt hoc tantum bonum iustificationis pro sua dignitate mereantur, interim nos ante iustificationem nihil facimus, nisi quòd bonis inspirationibus dei non repugnamus, sed assentimur. Vnde vox hîc cernere est vllam ex nobis meriti causam, nisi meriti vocabulo per Catachresim propemodum abutamur, vti dicamus: hominem credètem mereri iustificationem, non quidem ex obligatione seu ex operibus quæ fecimus nos (quum ante iustificationem ad peccandum solum ex nobis valeamus) sed tantum ex còdècentia, quod meritù congrui appellat. Ex còdècentia enim deus nobis debere videtur, quicquid per prophetas, præcursores suum vel seipsum, nobis promisit, dicens: Pœnitentiã agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Et iterù: Pœnitèmini, & credite Euangelio: appropinquabit enim regnum dei. Et alibi: Vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitã eternam. Quòd si meriti vocabulum propriè accipias, ne fides quidè (quam iustificare dicimus) iustificationè mereatur, sed tãtum impetrat & accipit: accipit quidem, quod nemo aliter apprehendat sibi remitti peccata, nisi credens deum sibi propter Christum non imputare peccata. Iustificationem ergo aliter mereri nõ videmur, quàm mendicus elemosynam meretur accipere, qui oblatam non recusat, sed accipit: Nemo itaque dicat: Habeo fidè vt merear iustificationè, alioqui gloriantè retundet Apostolus: Quid habes, quod non accepisti? Fides enim qua iustificaris: gratis tibi data est. Nec frustra Apostolus utrũq; dixit: Iustificati p̄ fidè, & iustificati gratis per gratiã. Gratis enim ideo dixit, ne fides ipsa superba sit, ne dicat sibi: Si ex fide iustificati, quomodo gratis? ne suæ dignitati quid tribuat, sed hoc tãtum suum esse agnoscat, accipere indebitam misericordiam & iustificationem. Hanc gratiã præuenientem & iustificantem, quidã appellant beneficiũ Christi, quo liberatur liberum arbitrium, & voluntas præparatur ad faciendum bonum: quidam verò gratuitam imputationè iustitiæ seu acceptationem, quòd videlicet iusti reputemur propter Christũ, & deinde placeat nostrũ opus seu inchoata obedientia, etsi perfectè (donec in hoc corporis tabernaculo

Meritum congrui merito impropriè dictũ Mat. 3. Mar. 1. Ioan. 3.

Rom. 1. 4. Simile. Aug. ad Bonif. cõtra pela. 1. Thef. 2. 1. Pet. 1. Roma. 3. Rom. 3.

An. li. re. tra. c. 28. Roma. 4.

degimus) legi nõ satisfaciatur. De hac scriptũ est: Nã irritã facio gratiam dei. Nã si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Et iterũ: Euacuati estis in Christo: qui in lege iustificamini, à gratia excidistis. Item: Si autè gratia, iam nõ ex operibus: alioqui gratia iã non est gratia. Iudem: Ei autè qui operatur, merces nõ imputatur secundu gratiã, sed secundu debitum. Ei verò qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam. **H**anc autem gratiam iustificantè voluntas nostra (vt supra diximus) comitatur, ac veluti pedissequa subsequitur, non quidè tẽpore, sed causa tantũ & natura. Voluntas enim in iustificatione nostra gratiæ quodãmodo cooperatur, sic, vt iustificatio nostra sine volutate & consensu accipientis non perficiatur. Exẽplo res fiet: perspicior: Oculus solè videre non potest, nisi solis lumen oculum præueniat vt videat. Interdium tamè sole lucente (qui super omnes oritur) libera est intuitio: hominiquè liberum est oculos claudere, ne solis lumè admittat, aut aperire, vt recipiat. Haud secũ impio liberũ est, præueniente se diuinæ illuminationis gratiã à peccato resurgendi, eam accipere vel non accipere, Deo præuenienti, & per bonum cogitatũ ad pœnitentiã excitãti, dare vel negare consensum, velle vel nolle pœnitere. Non enim (vt supra diximus) in casu primi hominis, voluntate spoliati, sed volutatis sanitate priuati sumus: Natura quæ erat bona, qualitate facta est mala. Et ille animi motus, qui nõquã potest sine aliquo esse amore, hoc est sine aliqua voluntate, nõ perdidit appetitũ, sed mutauit affectum, id recipiens desiderio, quod debuit refutare iudicio. Quemadmodum grauitèr in febricitante vis appetendi non extinguitur, sed deprauatur, adeo vt febricitans tantũ noxia appetat, salutaria autem, donec sanetur, appetere nõ valeat. Què etiã sanari nõ posse cõstat, nisi medico à noxiis dehortãti obtempèret, illiq; appetitũ suũ corrigendũ præbeat, atq; interim donec sanetur, etsi salutaria nondũ appetat, appetere tamè se posse concupiscat. Eodè modo, & si volutàs hominis ante iustificationè deprauata sit, volèdi tamè vim nõ amisit, q̄ nihil tam sit in potestate volutatis, quàm ipsa volutàs, seu ipsum velle. Et quid tãdè aliud est volutàs, nisi animi motus cogente nullo ad aliquid nõ admittendũ vel adipiscendũ? Ergo etsi nisi à cœlesti medico præuèta & edoc̄ta fuerit bonũ velle, aut etiã Deo

Galat. 2.

Galat. 5. Rom. 11.

Roma. 4.

Aug. de spiritu & littera.

Simile.

Ioan. 1.

Amb. de voc. gene. lib. 1. ca. 3.

Simile.

Aug. li. retrac.

Aug. de duabus animabus.

*Vide Ber
nar. de li.
arbitrio.*

præueniēti, sine gratia Dei assentiri nō possit, tamē quis nō videt hoc volūtatis esse, vt assentiatur? Itaq; velle pœnitere, velle respiscere, velle accipere remissionē peccatorū, non est à sola volūtate, sed illud nobiscū operatur Dominus, dū immutando maleuolam voluntatem, eā facit beneuolam & sug voluntati consentientem. Vnde voluntatem quidem nostrā Deus immutat, & sic operatur in nobis velle: sed tamen quia volūtas inuita mutari nequit. Deo cooperatur dum ei cōsentit. Ex quibus consequitur, hominem iustificari nō posse, nisi voluntas nostra Deo iustificanti ac sananti accedat, & Dei iustitiam per fidem accipiat. Quam obrem scitē dixit Augustinus:

*Aug. de
verb. apo-
sto. ser. 13.*

Qui fecit te sine te, nō iustificat te sine te. Qui fecit ne- scientem (non enim adhibuisti aliquē consensum, vt te face- ret Deus, qui non eras antequā fieres) non iustificat nisi volentem. Iustificat, inquam, ipse te sua iustitia, non tu te iustifi- cas, & si voluntate iustificanti accedas. Itaque totum Deo re- ctē ascribitur, qui voluntatē nostram (quam creando nobis imptiit) gratia sua præuenit, & excitat torpescētē, vt lapsum

*Aug. de
duabus a-
nimabus.*

suum norit: postea corrigit nolentem, vt resurgere velit: pos- tremo adiuuat volentem, vt resurgere possit: & sic salus no- stra Dei gratuitum est donum. Quia tamen non fit sine volūtatis nostræ assensu, ex gratuita imputatione Dei in nobis inchoat meritum, pro quo reposita est nobis corona iustitię nō nostræ: quia quū bona volūtas nostra, ex qua omne meri- tum pēdet, nobis principaliter à Deo sit, nos autem ad pec- candum tātum ex nobis valeamus, idcirco nullo bono (tace- mus, cœlesti corona) digni sumus. Sed reposita est nobis co- rona iustitiæ Dei, qua iustum est, vt reddat quod respiscētibus promisit, non quidem ex debito, sed ex gratia.

*August.
in prolog.
Psa. 31.*

*De gra-
tia subse-
quente.*

Supere est, vt de gratia subsequēte & cooperāte paucis dica- mus. De qua dixit Apostolus: Plus illis omnibus labora- ui, non ego autē, sed gratia Dei mecum. Postquā itaq; per gratiam iustificatē (quæ est gratia gratis data) hominis volūtas sanata, & à captiuitate (qua facta est serua peccati) libe- rata est, absit vt iam securam se putet, & posthac se non indi- gere Dei gratia ad concupiscentias tentationēque vitandas & operandum bonum existimet. Quinimō, nemo vel baptis- matis vel pœnitentiæ gratia renouatus, idoneus est ad supe- randas diaboli insidias, & ad euincēdas carnis concupiscen- tias, nisi per continuum & quotidianū adiutorium Dei, per-

*Vide epi.
concilij.
Aphric.
ad Imoc.
& rursus
inno. ad
eosdem.*

seuerantiam bonæ conuersationis acceperit. Nā quāuis ho- minē à præteritis redemerit ille peccatis, tamē sciēs hominē iterum posse peccare, ad reparationem sibi multa seruanit, quemadmodū possit illum & post ista corrigere, quotidiana illi præstās remedia, quibus nisi freti cōfisiq; nitamur, nul- latenus humanos vincere poterim⁹ errores. Neesse est enim vt quo auxiliante vincimus, eo iterum non adiuuante vincamur. Ergo quicumque dixerit, gratiam Dei, qua iustificamur per Iesum Christum dominum nostrum, ad solā remissionē peccatorum valere, nō etiam postea necessariū esse ad ad- iutorium, vt amodo non committantur, anathema sit. Item, qui quis dixerit, eandem gratiā Dei per Iesum Christū domi- num nostrum, propter hoc tantum nos adiuuare ad non pec- candum, quod per ipsam nobis reueletur & aperiatu intelligi- gentia mandatorum, vt sciamus quid appetere, quid vitare debeamus, non autem per illam nobis & affectū præstari, vt quod faciendū cognouerimus, etiam facere diligamus atq; valeamus, anathema sit. Vtrūque enim est donū Dei, & scire quid facere debeamus & diligere vt faciamus. Sicut enim de Deo scriptum est. Qui docet hominem scientiā: ita scriptū est etiam, Charitas ex Deo est. Et iterum Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctū. Item, Quicumq; dixerit, ideo nobis gratiam iustificationis dari, vt quod face- re per liberum iubemur arbitrium, facilius possimus imple- re per gratiam tanquā et si gratia non daretur, non quidem facile, sed tamen possimus etiam sine illa implere diuina mā data, anathema sit. Nam quum dominus de fructibus man- datorum loqueretur, non dixit: Sine me difficilius potestis facere: sed: Sine me nihil potestis facere.

Addenda sunt, vt hæc illustriora fiāt, duo diui Hierony- mi dicta. Primū, Anathema sit, Si quis dixerit deū im- possibile præcepisse. Alterum. Qui dixerit, nos posse mādata dei implere sine gratia, anathema sit. Lex ergo possi- bilis est, sed per gratiā. Vnde & post iustificationē gratia vol- untati accedere debet, vt lex impleatur. Cuius clarissima tes- tificatio in ecclesia, oratio est: ad quam reconciliati per scri- pturas veteris & noui testamenti, quam maximē frequentan- dam & nunquam intermittēdam inuitantur & prouocātur. Quum enim in oratione dominica oramus, Ne nos inducas in tentationem, hoc est, vt peccatorū tentationem superare

*Item con-
cil. Mele-
uita.*

*Ex concil.
Meleui.
& Car-
thag.*

*1. Ioā. 3. 4
Rom. 5.*

Ioan. 15.

*Hier. cō-
tra Pela.
tom. 2.*

*Oratio
gratiæ te-
stimoniū.*

Luc. 18.

Roma. 8. possimus, vel vt spiritus Dei (vnde pignus accepimus) adiuuet infirmitatem nostram, quanuis eo ipso liberū non diffiteamur arbitrium, tamen fateamur eius potestatem nō sufficere, nisi adiuuetur infirmitas. Distinguenda est lex & gratia, Lex iubere nouit, gratia iuuare. Nec lex iubet, nisi esset voluntas: quis enim itaturā quid iusserit? Nec gratia iuuaret, si fat esset voluntas. Iubetur vt habeamus intellectū, vbi dicitur: Nolite esse sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus, & tamen oramus vt habeamus intellectum, quū dicitur, Da mihi intellectum vt discam mandata tua. Iubetur vt habeamus sapientiam, quum dicitur: Stulti aliquando sapite: & tamen oratur, vt sapientiam habeamus, vbi dicitur: Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter. & non improperat, & dabitur ei. Iubetur vt habeamus continentiam, quum prohibemur concupiscere: & tamē oratur, vt continentiam consequamur. *Quum* scirem (inquit Sapiens) quia nemo potest esse continēs, nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientia, scire cuius est hoc donum, adij Dominum, & deprecatus sum eū. Postremō, ne nimium sit longum cuncta percurrere, iubetur vt non faciamus bonum, vbi dicitur: Declina à malo, & tamen oratur vt non faciamus malum, vti apud Apostolū legimus, Oramus autem ad Dominum, ne quid faciatis mali. Iubetur vt faciamus bonū, vbi dicitur, Declina à malo, & fac bonum: & tamen oratur vt faciamus bonum, quum dicitur. Nō cessamus pro vobis orantes & postulantes, vt ambuletis dignē Deo in omni opere & sermone bono. Sicut ergo agnoscere debemus: ita libertatē voluntatis, quum hæc nobis præcepta videmus: ita agnoscere debemus gratiam, quū eadem petere debemus. Atque ideo verum est, gratiam non tollere liberum arbitrium, sed magis statuere, quemadmodum per fidē non tollimus legem, sed magis statuimus. Gratia enim liberū arbitrium (quod sanet & adiuuet) præsupponit, sicut medicina ægroti voluntatem, medicinam non auersantem. Et fides propterea à Deo datur, vt per fidem, gratiam qua legem impleamus impetremus: & quod impossibile erat legi, per fidem in Christum obtineamus.

Obiectio. *Galat. 5.* Sed dices, Si lex possibilis est per gratiā, ostende ergo hominē qui gloriari possit, se in hac vita (quandiu caro concupiscit aduersus spiritum) perfectē legem implere, scēq;

Dilutio. sine peccato esse. Respondemus, hæc duo non pugnare, nec pe, non inueniri hominem non in hac vita sine peccato, & tamē fieri posse per adiutorium gratiæ & spiritus Dei, vt inueniri possit quis sine peccato (quod ecclesia in Virgine matre vsu venisse, etiam asserere nō dubitauit). Multa enim sunt quæ fieri possent, quæ tamen non fiunt. Oratorē descripsit Cicero, qualem nemo hæctenus potuit commonstrare: nec tamē sic descripsit, vt impossibile sit talē fore. Sic etiam nemo fit in hac vita qui audeat dicere, sibi non necessariam precationē orationis dominicæ: Dimitte nobis debita nostra: vel se non habere peccatū, nec (diuo Ioāne apostolo teste) seipsum decipi, & veritas in eo non fit: tamen vt id fiat quandiu, viuim⁹ sedulo conandum atque postendum est. Tolerabiliter in id quisque fallitur, nec diabolica impietas, sed error humanus est, elaboranda & aptanda affirmare, etiam si quod affirmat, non possit ostēdere. Id enim credi fieri posse, quod certē laudabile est velle. Quod autem idem Apostolus eadem epistola dixit: Qui natus est ex Deo non peccat, intelligendum est, eatenus quatenus ex Deo natus est, & in charitate manet, & secundum charitatē operatur, non peccat. Charitas enim non agit perperam, sed auget & perficit eam natiuitatē quæ ex Deo est: minuitq; ac consumit cupiditatem, quæ ex Adam est. Interim tamen hæc cupiditas, radix illa peccati, quamdiu est in membris nostris, lege quadam sua repugnat legi mentis: quo fit, vt nemo (quātuus pius) sit qui nō cogatur queri se longe à perfectione legis abesse, suōsque conatus in dies infirmitate carnis remorari, quemadmodū Christus ad tres illos discipulos dixit: Spiritus quidem promptus est, caro autē infirma. Aliud est sine peccato, aliud sine crimine viuere: aliud, ambulare in omnib⁹ iustificationib⁹ domini sine que rela, quod de Zacharia & Elisabeth legim⁹: aliud in nullo labi vel infirmari. Vixit Zacharias sine querela, sed non vixit sine peccato. Sacerdos enim erat, at omnes sacerdotes tunc necesse habebant ex lege, primitus pro peccatis suis offerre sacrificium, deinde pro populo peccati appellatione omnis humanus lapsus, omne vitium venit: sed quod in querelam venit, non qualecunque etiam tentationis humanæ vitium, sed graue peccatum est. Homines itaque pij et si sentiant imperfectionem suam, & pugnam illam internam carnis & spiritus, qua fit vt spiritus per carnem remoratus non adim-

Nemo in hac vita sine peccato.

1 Ioan. 1.

In episto.

Aur. ad

Innocens.

Obiectio.

1 Ioan. 3.

Dilutio.

1 Cor. 13.

1 Ioan. 4.

Roma. 7.

Mat. 26.

Luc. 1.

Aure.

Aug. ad

Innoc.

Idē de tē-

pore ser. 1.

49.

Hebr. 5.

Peccatum

quid signi-

ficat.

Gala. 3.

pleat legem, tamen quum carnis desideriis non obediunt, nec exhibent membra sua arma iniquitatis peccato, possunt dicere: Iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum, hoc est, spiritualis quidē & internus homo ad perfectionem legis contendit, sed peccatum inhabitans (nimirū inest illi illa concupiscendi vis, quæ perpetuam sedem in membris nostris dū vixerimus, habet) perficere nō finit. Velle quidem adiacet mihi: perficere autem bonū non inuenio. Nihilō fecius tamen imperfecta illa obediētia & opera nostra, adiuta per gratiam subsequētem, etsi legem non adimpleat, tamē deo placent, non quidem propter dignitatem voluntatis seu operis nostri, sed imputatiuē per gratiā. Postquam enim de' per gratiā iustificante nos recipit in filios & coheredes Christi, idq; per fidē, sic vt postea opera nostra tanquā filiorum & reconciliatorum in fide & timore filiali facta, licet nō admodum perfecta & absoluta, deo placeant, quia iam placent per sonā per Christum, ex cuius perfectione nostram imperfectionē supplemus: sumus enim mēbra corporis eius ex carne & ossibus eius, de plenitudine eius omnes accipientes, & iustitiam eius nostram facientes. In quā sententiā dixit Apostolus: Nihil ergo nunc damnationis est iis, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant. Nam vt subicit deus filium suum mittens in carnem, præ se ferentē similitudinem peccati, de peccato peccatū damnauit, eum enim qui peccatū non nouerat, pro nobis fecit peccatū, id est, hostiam pro peccato, nō alia ratione quā vt iustificatio legis, id est quā lex promissit, impleteret in nobis, & vt à maledictione legis (qua dicitur: Maledictus omnis qui nō permanferit in omnibus q̄ scripta sunt in libro legis, vt faciat ea) liberaremur. De maledictō enim legis p̄ Christū redimimur qui pro nobis factus est maledictus. In Christo manentes, per Christum (qui solus legem impleuit) legem imputatiuē implemus, si tamē non secundum carnem ambulauerimus, id est, etsi plerumque carnis cupiditates & illecebras persensificamus, illis tamen nullum consensum præbeamus, nec secundum carnis desideria ambulemus, vt ex reliqua infirmitate, innitentibus nobis super Christum, nihil damnationis sit timendum, quòd Christum vim & tyrannidem peccati enervauerit, vt amodo in nobis mortē operari nō possit, nisi rursus à Christo declinantes, per consensum in illud ruamus. In

summa

summa statuēdum est, nos per gratiam Saluatoris in hac quidem vita proficere, deficiente scilicet sensum cupiditate, & crescēte charitate, per subministrationem spiritus sancti: sed perfici demum in illa vita futura, quum cupiditas tota extinguetur, & charitas complebitur.

Dicitur autem hæc gratia subsequēs seu cooperās, comitari voluntatem nostram, quòd voluntas nostra sanata per gratiam iustificante, iam nacta sit aliquam libertatē repugnandi infirmitati suæ & bene operandi, non quidē iam timore pœnæ, sed amore Dei & iustitiæ, quū iā adiuuatur à spiritu sancto, quē in iustificatione Deus nobis imperit, & p̄ eundē charitatē in cordib⁹ nostris diffundit. Proinde in reconciliatis seu iustificatis, voluntas in piis actionibus otiosa non est, quod impij Manichæi volebant, qui voluntati nullam actionē tribuebant, ne quidem adiuuante spiritu sancto, perinde atque nihil interesset inter voluntatē & saxum. Quæ hæresis hac tēpestate renouata, multis præcipitio fuit. Quinimo Paulus Apostolus, quēadmodū vbiq; gratiā Dei, & spiritus sancti auxilium quāmaximē amplificat, ita simul & acuit diligētiam nostrā iubens cauere, ne frustra vel in vanum gratiam Dei accipiamus, sed pro nostra virili adiuuante gratiam in dies proficiamus, & semper in anteriora nos extēdamus. Quod faciētib⁹ Deus auget dona sua in nobis; negligētib⁹ verò, etiam prius collata dona rursus adimit, quēadmodū docet parabola euāgelica de negociatoribus. Quauis autē omnia opera piorū, Dei sint dona, ex quibus magis Deo debitores sumus quā ipse nobis, ipse est enim qui operatur in nobis, nō tantum velle, sed etiā perficere, pro sua bona voluntate, & qui præparauit opera bona vt in illis ambulemus: nihilominus tāta est Dei benignitas, vt quod ipse post iustificationem operatur in nobis, id ipsum nobis propter solum illum consensum nostrum & bonam voluntatem quā adhibemus, nō tamen absq; eo in meritū imputet. Et ad hoc donat nobis (nullis meritis præcedentibus) fidem iustificantem, vt principium posset esse meritorū. Datur siquidē vnicuique sine merito, vnde tēdat ad meritum, & datur ante vllum laborem, vnde quisq; mercedem accipiat secundū laborem, sicut dicit Apostolus: Vnufquique autē propriā mercedem accipiet secundū suum laborem. Dei enim sumus adiu-

cores, Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis. Exemplo res

1. Cor. 13.

Gratia
Subsequēs
comitatur
voluntatē
Roma. 5.

Mani-
chæi.
Tot. epist.
ad Rom.
& ad Ga-
lat.

2. Cor. 6.
Philip. 3.
Mat. 25.
Marc. 4.
Lucæ 8.

Ambro.
de voca.
gent. libr.
2. cap. 2.
Bernar.
de amō.
ser. 1.

Philip. 2.
Ephes. 2.

Ambro.
de voca.
gent. libr. 1.
cap. 9.

1. Cor. 3.
Simile.

Ambro. de voca. gen. lib. 2. cap. 2. Ioan. 12. fiet dilucidior: Ex terra sterili nemo fructū expectat, sed terra iam bene culta & imbre fecunda, habet quod ab ipsa expectetur, iaciturq; in eum semē non ob hoc, vt ipsum solum maneat, sed vt fructū afferendo, multiplex atq; numerosum sit. Terrā verò iam facientē fructum suum laudamus, atque illi omnē prouentum propemodum acceptum ferimus. Itidem dominus habens seruum & inuulē, & frugi, vtrique pecunię pondus credit, vt in eo ambo operentur: Ille desidiosus recōdit pecuniam domini sui, & nullū fert fructum: hic ponit pecuniam domini sui ad vsurā vt lucretur duplum: Dominus, etiā seruo frugi nihil magis debeat quā alteri, quòd vterq; sit seruus & obligatus ex debito operari: Itē, licet seruus frugi nihil de suo, sed tantum pecuniam domini sui ad vsurā nar: nihilo fecius tamen, quia hic seruus volūtati domini, volūtātē suā accōmodauit, & peculio cōredito bene vsus fuit, domin⁹ etiā p̄inde cōmēdat ac collaudat, ac si de eo optime meritus fuisset: Euge, inquit, serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, super multa te constituā, intra in gaudiū domini tui. Habēt ergo opera nostra post iustificationē meritū suum, habent dignitatē suam quam mutuantur ex gratia, nō habēt ex seipsis. Deus enim ex summa misericordia illa opera licet imperfecta, digna reputat, illisq; ingentē mercedem repromittit ac persoluit. Quamobrem hoc meritum quod operibus hominis reconciliatū seu iustificatū deus imputat, recentiores meritum condigni appellarunt. Meritum quidem non ex dignitate operis, sed ex gratia dei & merito Christi, quo nisi opera nostra bona sustentarentur, ne tantillum quidem valeret. De plenitudine enim eius (vt sapē diximus) nos omnes accepim⁹. Nisi enim ille nobis meruisset, nos omni merito vacui essemus. Condigni verò vocabulum ex quibusdam scripturæ locutionibus tropis vsurpatum est, veluti: dignus est operarius mercede sua. Item, inuenit eos dignos se. Itē ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt. Apoca. 3. Et Colossen. 1. Vt ambuletis dignē deo. Et iterum: Cum gaudio agentes gratias deo patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine. Itaque meritū bonorum operum post iustificationem non est attenuandum, sed modis omnibus amplificandum, quēadmodum vbique facit Christus & apostoli. Sed hoc vidēdum, ne meriti causam nobis ascribamus, sed deo. Nostrum enim est tātum assentiri,

& Dei ductibus obsequi, sed hinc ex debito nihil reposcere possumus, quēadmodum Christus ait: Quum feceritis, omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite: Serui inuites sumus: quod debuimus facere, fecimus. Et tamen hanc voluntatem nostram Deus (modò omnem boni operis gloriam in eum transferamus) tanti facit, vt videatur agnoscere se ex debito teneri: De⁹ iubet, vt operemur opera digna se. Nos verò ore conuenit, vt Deus & nos & opera nostra digna faciat promissionibus Christi. Et vt beatus Augustinus ait: Nostrū est gratias agere domino & Saluatori nostro, qui nos nullis præcedentibus meritis, vulneratos curauit, & inimicos reconciliauit, & de captiuitate redemit, de tenebris ad lucem reduxit, de morte ad vitam reuocauit, & humiliter confitētes fragilitatem nostram, illius misericordiam deprecorum, vt quia nos secundū Psalmistā misericordia sua præuenit, dignetur in nobis non solum custodire, sed etiam augere munera vel beneficia sua, quæ ipse dignatus est dare.

Post omnia ista Dei & Christi beneficia, quæ nobis in hac plachrymarū valle exulibus impertit, quid restat nisi corona iustitiæ? Vita vtiq; post hanc vitā sempiterna & beata. Sed ne existimes hanc dici iustitiæ coronā, quòd tuæ iustitię virtutibus ob eam dignitatem debeatur. Sed corona iustitiæ appellatur, non nostræ, sed Dei. Iustitia Dei ad eum modum dicitur, sicuti dicimus: Domini est salus, non qua saluus est dominus, sed quā dar eis, quos saluos facit. Sic & Dei gratia per Christū dominū nostrum iustitia Dei dicitur, nō qua iustus est dominus, sed qua iustificat eos, quos iustos facit. Huius iustitiæ, nēpe Dei, non fug, coronam reposcit Paulus, sed vide qua præsumptione reposcat: Scio, inquit, cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum seruare.

Quia credidit promittētī, fideliter promissum repetit suum depositum, Dei promissum appellans, promissum quidē ex misericordia, sed iam ex iustitia persoluendum. Iustus quippe est, vt reddat quod debet, debet autē quod pollicitus est. Et hæc est iustitia (de qua præsumit Apostolus) promissio Dei.

HAbes (vt speram⁹) summam, quid de gratia dei, quid de nostræ voluntatis viribus te sentire oporteat. Principio enim ostēdimus, quid gratiæ appellatione contineatur. Deinde docuimus, nos quicquid sumus, hoc totū gratiæ dei debere, atque ad eò hominem se totum bis deo de-

Lucæ 17.]

Aug. li. 50. homilia 14.

Psa. 58.

Corona iustitiæ cur dicitur.

Aug. de ver. apost. ser. 2.

Psal. 30.

2. Tim. 4.

Depositū Pauli, est promissio Dei. Epilogus.

Et omnis se debet Deo. bere: Semel, quod ab eo in creatione, totum esse, vivere, sentire, sapere, & intelligere, gratis accepit. Secundo, quod perditus, gratuita Dei benevolentia requisitus, sibi redditus fuerit. Post hæc ostendimus, eam gratiam, id est, fauorem illi Dei, quem erga genus humanum perditum exhibet (licet quod ad Deum attinet, vna sit) propter diuersos tamen effectus, & secundum eum modum quo à nobis accipitur, vel non accipitur, multiplicem esse, nempe incitantem, iustificantem, cooperantem & perficientem: aut si maus, anteuertentem, liberantem, adiuuantem & coronantem. Quas species Psaltes recolens seipsum excitat, piensissimè canens: *Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Quas retributiones? Qui propitiatur, inquit, omnibus iniquitatibus tuis. Vides gratiam anteuertentem & iustificantem, quæ datur in baptismo. Quid deinde: Qui sanat omnes languores tuos. Vides gratiam adiuuantem & medentem infirmitati nostræ. Denique post redemptionem ab omni corruptione, quid restat nisi corona iustitiæ? Nec hanc tacet Psaltes, eandem non suis meritis, sed Dei misericordiam tribuens: Qui redimit, inquit, de corruptione vitam tuam, qui coronat te in misericordia & miserationibus, quemadmodum & Apostolus ait: Gratia Dei vita æterna. Rursus habes: quid viribus voluntatis tuæ, & ante & post iustificationem tribuere debeas: nempe voluntatem in æterna iustitia, quæ isagogica est, aliquid posse, sed in interua, quæ salutem operatur, omnino necessarium esse, ut gratiam voluntati nectamus. Nam (ut fusissimè diximus) ipsa gratia hoc in omni genere medendi atque auxiliandi agit, ut in eo, quem vocat, primam sibi receperit & famulam donorum suorum præparet voluntatem, quod virtus nolentium nulla sit, nec possit asseri fides vel spes vel charitas eis inesse, quorum bonus consensus ab his alienus est. Et ut animus nihil virtutis capit, nisi radium veri accepit luminis: ita gratia nihil ei quæ vocat, confert, nisi prius oculos in eo aperiat voluntatis. Habes item quid de merito sentire debeas, & quod sit illud congrui & condigni meritum. Breuiter, hoc solum esse liberi arbitrii meritum, quod consentit, non quidem quod vel ipse consensus (in quo omne meritum consistit) à Deo non sit, quod ne cogitare quidem (quod minus est quam consentire) quid ex nobis possimus: sed quod is consensus non fiat, sine nobis, ob quæ etiam coadiutores Dei, cooperatores Spiritus sancti, & promeritores re-*

gni, in

gni, in scripturis appellamur, nimirum quod per consensum, utique voluntarium diuinæ voluntati coniungamur. Denique, habes quid nobis, quum hæc gratiæ beneficia intra nos vel nobiscum agitari sentimus, cauendum sit: nempe ne hæc nostræ voluntati tribuamus (quæ infirma est) aut Dei necessitati (quod Deo nulla necessitate teneatur) sed soli gratiæ (quæ Deus plenus est) quod ipsa sit, quæ liberum excitat arbitrium, quom seminat cogitatum sanatum, quum immutat affectum: roborat, ut perducatur ad actum: seruat, ne sentiat defectum: & tandem coronat, ut nos gloriæ suæ participes efficiat. Non habes exemplum illustrius, quam Virginis gloriosæ, quæ etiam per angelum gratia plena, & futura mater filii altissimi pronuntiaretur, inde tamen se nequaquam extulit, sed totam se Deo submitrens, totam diuinæ gratiæ tribuit. Hinc, inquit, exultat spiritus meus in Deo salutari meo: Quia respexit humilitatem & paruitatem ancillæ suæ: & ex hoc, non ex meis meritis, beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi dominus magna qui potens est, & quæ sequuntur. Item, Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuum.

His verò rectè pceptis, facile est occurrere impiis & præfractis illis hominibus, qui ut suæ impœnitentiæ & iustæ dånationis causam in Deum transferant verbis scripturæ perperam abutuntur, causantes se necessitate quadam ad actus peccare & perire, quod non sit neque volentis neque currentis, &c. Ad eò enim verba ista apostolica eorum impiè sententia non suffragantur, ut eandem etiam planè refellant. Neque enim Paulus hac sententia homini vel voluntatè vel illius conatus admittit, neque nullius esse momētum astruit, imò vtrique homini quodammodo permittit, sed docet voluntatè nostram ad bonum penitus inutilem & imbecillè, & cursum omnino inefficacem esse sine gratia Dei misericentis. Esset itaque impiorum excusatio longe apparentior, nisi Paulus tantus esset in amplificanda gratia. Haberēt enim impij, quod semper quererentur de sua imbecillitate, nisi constaret Deum semper paratum esse, ad infirmitatè nostram per gratiam suam subleuandum, modò ipsi inspiranti obedire, ac iustificanti ac adiuuanti consentire & obsequi velimus. Propterea totam percurrat res scripturam, duriorum censuram nusquam reperiemus gratiæ, quam repudiata gratiæ. Psal. 108. quem diuus Petrus de Iuda traditore exponit, sic legimus: Et dilexit maledictionem,

*Mat. 26.
Iob 9.
Effectus gratiæ.*

Luce 1.

*Dilutio obiectionū ex eo loco. Nō est volentis, &c.
Rom. 9.*

Nulla durior incredum, modò ipsi inspiranti obedire, ac iustificanti ac adiuuanti consentire & obsequi velimus. Propterea totam percurrat res scripturam, duriorum censuram nusquam reperiemus gratiæ.

Psal. 108. & veniet ei: & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.
Acto. 1. Et Christus deplorans Hierosolymorum perditionem, ita loquitur: Hierusalē Hierusalē, quę occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos quęadmodū gallina congregat pullos suos sub alas, & noluit? Iridē Paulus ad Roma. Et quia non probauerunt Deū habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobū sensum. Itē ad *Iudæos*: Vobis oportebat primum loqui verbū Dei, sed quoniam repellitis illud & indignos vos iudicatis æternę vitę, ecce cōuertimur ad gentes. Atque hæc est illa censura in scripturis, quę ubique Iudæos grauissimē premit, quęadmodū diuus Stephanus dixit: Dura cernice & incircūciis cordibus & auribus, vos semper Spiritui sancto resististis, sicut & patres vestri, ita & vos. Nihil ergo mirum, si ille peccato demersus succumbat, hic resurgat, hic enim diuinę gratiæ dexterā non neglexit, sed apprehēsit: dexterę ductu & tractu, ē peccatorū facibus emerit. Ille verò diuinę gratiæ dexterā sedulo oblata ac nunquā subtrahā apprehēdere neglexit, & sic in peccatorū luto defixus remansit. Ambo in peccati foueā corruerunt, sed hic funē gratiæ Dei demissum apprehēdit & mordicus tenuit, & extractus est, ille funem Dei demissum apprehēdere neglexit. Itaque miser in peccati fouea periit, non necessitate absoluta coactus, sed sua voluntate, suoque malo.

Obiectio.
Exod. 4.
Rom. 1.
Tropus scripturę in verbis indurare & tradere Permissio Dei iustissima.
Rom. 1.2.
Exod. 9.

Nec habēt impij quod caullētur scriptum esse, Indurabo cor Pharaonis, & c. itē, Tradidit illos Deus in reprobū sensum, & c. & si quę sunt similes in scripturis figurę. Certū est enim, eas Hebraica phrasi significare permissionē, non voluntatē efficacē seu cogentē, quęadmodū oramus, Ne nos inducas in tentationē, id est, ne finas nos induci. Indurauit Deus cor Pharaonis, quod permisit Pharaonem abuti sua voluntate, idque secundū iustissimū iudicium suum, qui cor peccatoris reprobū (quod nec patiētia, nec lōganimitate Dei, ad pœnitētiā emollitur, nec cōpunctione scinditur, nec timore frangitur, nec emollitur amore) in obdura tione sua perseuerare permittit, atque hęc permissio seu Dei patiētia magis accusat quā excusat, impiū. Vides enim quot miraculis Deus Pharaonē ad pœnitētiā inuitauerit, adeo, vt fractus malis, coeperit respicere, dū vocauit Moyses & Aaron dicēs ad eos: Peccaui etiam nūc, Dominus iustus, & ego & populus meus impij. Verum vbi cum salutaris pœnitētię

iterum pœnituiisset, ac populum dei dimittere noluiisset, nec tot tantisque miraculis cōmotus, ab eorū persequitione destitisset, sed vindictę cupidine cæcus, diuiso mari sese credere est ausus, deus sua summa misericordia deploratę malitię sinē impositurus, eū cū suo exercitu in medijs oppressit fluctibus, vt quando sanari non posset, saltē citius interiret. Atque hic diligenter intuenda est dei incomprehensibilis sapientia ac benignitas, qui aded malorum hominum impietatē non probat vt non tantū impiorū illorū conatus penitus frustretur, sed eisdem etiam ad bonum & gloriā nominis sui (vt ita dicamus) abutatur: quod non siluit scriptura: In hoc, inquit, excitauit te, id est, permisit te tua voluntate impia abuti, vt ostendam in te virtutem meam, & vt annuntietur nomen meum in vniuersa terra. Quis enim ignorat, quā fuerit gloria dei ex illo memorabili facinore, nō tantum apud Iudæos, sed & gentes illustrata? vt interim Christi gloriā & triumphum hoc facinore significatum taceamus.

Sunt qui pleraque inextricabilia & absurda colligunt de infallibili dei præsciētia, ac nō sine graui periculo infirmorū, curiosē & temerē sophisticantur ac disputant, quomodo rerum contingentię, & arbitrij libertas, eū certissima dei præsciētia simul manere possint. Qui sanē non leuiter peccāt, quod homini, qui mortalis atque aded terra & cinis est, non liceat incōprehensibilem iudiciorū dei abyssum discutere. Qui enim fiet, vt abstrusissima illa inuisibilis & incōprehensibilis dei secreta comprehendat, qui animę proprię quę viuunt, sentit, ac intelligit, vim & naturam satis assequi nō potest, quęadmodum Hieremias ait, cor hominis esse prauū & inscrutabile? Iudicia ergo dei non discutienda sed adoranda: non disputanda, sed iustissima credenda sunt, alioqui scrutator maiestatis opprimetur à gloria.

Paucis tantū indicabimus, præsciētiā dei, rerum contingentię non obstare. Superius ostendimus deum peccati causam non esse, sed diaboli ac nostram voluntatē. Ergo si deo nec approbante, nec cogente voluntatē primorum parentum, peccatum factum est: sequitur necessario peccatum non esse factum necessitate absoluta, sed voluntariē. Oportet enim in hac quæstione hoc memori semper mēte tenere, deū sicut vniuersam naturam condidit, ita etiam inter cetera condidisse hanc naturalē voluntatis vim, quę est arbitrij

Exod. 14.*Psal.* 1.*Psal.* 32.*Exod.* 9.*1. Cor.* 10.*De præsciētia Dei non est anxietas disputandum.**Ioan.* 1.*Rom.* 11.*Prim.* 25.*Præsciētia Dei nō obstat vniuersę contingentię.**Ecdē.* 15.

Dono liberi arbitrii nulli prestantis. Præscientia dei non ligat hominis voluntatem. Psal. 40. Nat. 2. 6. Obiectio. Acto. 1. Dilutio. Duplex necessitas.

libertas, quo dono naturæ non est aliud maius excogitabile. Quum ergo voluntas nostra ante peccatū verè libera fuerit, sequitur quòd hæc libertas est causa cōtingentiæ humanarū actionū. Licet ergo deus præsciverit hominē casurū, non tamē per hanc præscitiā, homini naturale illud donū (quòd creando impertit) ademit, aut vt sic ageret coëgit seu impulit. Deus enim ita prævidet ac determinat cōtingentiā, vt nō tollat modū agēdi naturę inditum, sed determinat actiones, sicut fiunt. Prævidit deus Iudæ malā voluntatem, permisit vt proderet Christum, non coactus, sed voluntariè, & decreuit quomodo Iudam sic voluntariè peccatē perderet. Non ergo Iudas peccavit necessario. Quòd si obiciās, Oportebat impleri scripturā quæ prædixit spiritus sanctus per os David de Iuda, & c. Respondeo, distinctione opus esse. Duplex enim est necessitas: Absoluta, quā vocamus necessitatē cōsequētis, veluti necesse est deum esse, Deum vnum esse, hominē esse animal rationale, mortale: nā hæc aliter se habere nequaquam possunt: Alia est necessitas cōsequētis, qua necessario evenire dicimus, nō quæ sua natura necessaria sunt, sed necessariò sequuntur, propter præcedētes causas, vt oportebat Christum pati, non necessitate absoluta, sed quia lapsus erat homo, nec aliter restitui poterat, nisi Christus pateretur, quòd ita vt fieret, Deus decrevisset, & quā maximè cōgruū iudicasset. Proinde necessario cōsequatur, vt Christus pateretur. Oportebat impleri scripturam de Iuda. Nam quum deus prævidisset malam Iudæ voluntatē hoc impium facinus patraturam, idcirco hoc ipsum per prophetam futurum prædixit.

Luce 24. Acto. 1. Psal. 40. Ex cōservatione hominis post peccatum summæ dei benignitas ostenditur. Eccle. 15. Ad populū se mōderandus de præscientia dei.

quuntur, propter præcedētes causas, vt oportebat Christum pati, non necessitate absoluta, sed quia lapsus erat homo, nec aliter restitui poterat, nisi Christus pateretur, quòd ita vt fieret, Deus decrevisset, & quā maximè cōgruū iudicasset. Proinde necessario cōsequatur, vt Christus pateretur. Oportebat impleri scripturam de Iuda. Nam quum deus prævidisset malam Iudæ voluntatē hoc impium facinus patraturam, idcirco hoc ipsum per prophetam futurum prædixit.

V Ide autem summam Dei benignitatem erga hominē. Nam quū homovoluntariè peccasset, mortique se obnoxiiū reddidisset, tamē Deus talē naturam sic (nō dei, sed sua culpa & vitio) corruptā nō perdidit, sed conservavit: statimque decrevit, quo remedio corruptionē hanc tolleret, & quā condidit naturā in melius restauraret, vt non habeat impij quod dicant, Cur deus nō perdidit Adam, & condidit hominē novum innocētē, ex quo omnes nasceremur? hoc enim summæ Dei misericordiæ benignitati minime congruebat, sed magis quod creauerat, referuare ac restaurare. Habes ergo vnde gratias agas, non quod incuses.

D E ceteris, quæ in hac planè inexplicabili materia magis subtiliter quàm piè, disputantur, ad populū cōcionari-

ri non cōenerit, perturbat enim imbecillū animos ac conscientias. Quanquā hoc nosse oportet, vt nihil est quod impiorum mentes magis terret, quàm dei præscitiā, ita rursus nihil est quod piorum animos tam cōsolatur ac lætificat. Ne enim oportet sic cogitare: Si Deus me præsciuit beatū, beatus efficiar: sin secus, condēnabor, indormisciturus interim in vtranque aurem & expectaturus, quid de me faciet Deus. Sed potius sic cogitare debemus, De⁹ vult omnes homines saluos fieri. Insuper vult, vt omnes qui credunt in Christum, non pereant, sed habeant vitam æternam. Ergo optime deus, tibi gratias ago, qui dederis mihi in corde meo certissimum iudicium, quòd sim ex numero eorū quos præsciivisti, nimirū fidē in vngentū filium tuum. Quòd si nondum viuidā hęc fidē in cordibus nostris sentiamus, restat vt auscultemus vocanti & dicēti: Crede tandē, & saluus eris: & quibus erat præscitiā dei ante hanc viuificam fidem terribilis, ea accedente, fiet omni melle suavior. Propterea Apostolus quum præscitiæ dei meminit, mirū quàm exultat: Scimus, inquit, quoniā diligētibus deum, omnia cooperantur in bonū, his qui secū dum propositum vocati sunt sancti. Nam quos præsciuit, & prædestinavit conformes fieri imaginis filij sui, vt sic ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autē prædestinavit, hos & vocavit, & quos vocavit, hos & iustificavit. Quid ergo dicemus ad hæc: Si Deus pro nobis, quis contra nos?

Nihil magis latificat piorū animos quàm Dei præscitiā. 1. Tim. 2. Ioan. 3. Si non es prædestinatus, fac vt prædes. Act. 16. Roma. 8. Peccator nullā habet contra deū excusationem. Au. li. 10. cōf. c. 2. Adveram contritiōnē multa requiruntur.

VT verò tandē his explicatis vnde digressi sumus, reuertamur. Non habet peccator quod dicat: pœnitere, conteri, de peccato dolere, de vita in melius commutanda statuere, veniam sperare non possum. Nā (vt diximus) Deus nulli gratiam suā subtrahit, sed & non petentes ac ne cogitantes quidem gratia sua antevertit, petentes verò prouehit, sanat, adiuuat ac cōfirmat. Imputet ergo æger, cui medicus p̄sto est, sibi ipsi, non medico, si eius oblatam medelam recusans morbo prægrauatus extinguitur.

Inno. 2. de pœni. distin. 5. Greg. de pœni. dist. 3. c. pœnitentiā.

CAterū vt hunc articulū, qui de contritione est, semel absoluamus. Multa sunt (vt ex prædictis manifestū euadit) quæ ad verā cōtritiōnē requiruntur. Primo necesse est, vt homo concipiat odium peccatorum, non eius vel illius, sed sed omniū quæ deū offendunt. Falsam enim pœnitentiā esse cōstat, quū pluribus contēptis, de vno solo pœnitentiā agitur, vel quū sic agitur de vno, vt nō discedatur ab alio. Quid

enim prodest, si peccata luxuriæ quis desinat, & tamen adhuc avaritiæ æstibus anhelat? In quam sententiam dixit Apostolus: Si quis totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus. Hoc odium, quò peccati fœditas, tum diuini iudicij feruens contemptatio subministrant.

Psal. 17. Secundò, contritionem amarulentam ac gemebundam esse oportet, qualis fuit pœnitentiæ Dauid, dicentis: Poculum meum cum fletu miscebam. Item, Non est sanitas in carne mea, nõ est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum. Et deinde: Miser factus sum, & curuatus sum vsque in finem, tota die contristatus ingrediebar. Et statim post, Rugiebam à gemitu cordis mei, & gemitus meus à te nõ est absconditus. Et apud prophetam (quem supra citauimus) ait dominus: Cõuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, fletu, ac plâctu, ac sciunde corda vestra, & non vestimenta vestra. Hac itè respicit quod Christus ait: Beati qui lugent, quoniã ipsi consolabuntur. Vt autè vobis qui rideis nunc, quia lugebitis & flebitis. De hac tristitia dixit Apostolus 1. Corint. 7. Gaudeo quia contristati estis ad pœnitentiam. Contristati enim estis secundum deum. Quæ enim secundum deum tristitia est, pœnitentiã in salutem stabilem operatur. Hos ergo dolores nõ fictos aut simulatos, sed veros esse & in conscientia sentiri necesse est: alioqui non perficietur cõtritio: quod & ipsius vocabuli ratio satis ostendit, nec dominus aliter accedet, nisi nobis interno dolore & terrore verè affectis, territis, pauidis ac contritis. Nã & propheta ait: Vbi habitabit dominus? in spiritu cõtrito & humiliato. Et Psaltes: Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum deus non despicies. Fiunt autem hi terrores, vt supra diximus, in nobis dei beneficio, qui ad hoc vtitur ministerio & legis naturalis (nã ira dei in omnem animam hominis operantis malum) & legis scriptæ: quia per legem cognitio peccati. Et quia hæc lex nõ tantum arguit externa delicta factorum ac dictorum, sed etiam interiorem concupiscentiæ impuritatem, idcirco vtraque agnoscere debemus. Paulus etiam concupiscentiæ æstum, etiam lex mentis repugnet, peccati que stimulus haud assentiatur, grauiter deplorat: Video, inquit, aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia dei, &c.

Tertiò, nõ oportet leuiter transmittere peccata præterita, sed eadè agnoscere, & memoriã eorum perseueranter retinere, quæ admodum Psaltes ait: Quoniã iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper. Vix est enim quod tam segnem reddat hominè ad perpetrandam nequitiam, rursus quod tam facile facit ad remittendum malum aduersus proximum, quàm peccatorum cõtinuata memoria. Quamobrè non sufficit sola lingua pronuntiare peccasse nos, sed id & intima conscientia pronuntiare, & nobis persuasum esse oportet, vt non tantum peccatores nos esse dicamus, sed etiam ipsa peccata specialiter singula computemus.

Quartò, ad contritionem pertinet votum vite in melius commutanda, quæ admodum propheta monet: Quiescite peruersè agere, discite benefacere. Et diuinus ille Psaltes: Declina à malo, & fac bonum: inquire pacem, & persequere eam. Debet ergo affectum illum in se recipere, quæ gerebat ille qui dixit: Iniquitatem odio habui, & abominatus sum, & quæ in sexagesimo sexto Psalmo & in aliis quibus plurimis scripta sunt. Sed & illa quæ Apostolus dixit ad illos, qui secundum Deum contristati fuerunt: Quantam inquit hoc ipsum cõtristari secundum Deum operatur in vobis sollicitudinè, sed indignationè, sed æmulationè, sed vindictam. Interea auferendæ sunt omnes occasiones, quæ causam præbere possunt relabendi in peccatum, & studium opera contraria peccatis præteritis faciendi capiendum. Nam qui verbo se pœnitere dicit, & peccandi occasione nõ deuitat, sed se rursus peccato implicandum offert, is est veluti canis ad vomitum suum reuertens. Et in primis necesse est vt habeamus voluntatè efficacè restituendi alienum. Restitutio enim ciuilis (qua satisfacimus his quorum res occupatas tenemus) ad cõtritionem pertinet. Non enim licet nobis ex alieno vel edere, vel cõtingere: quinimo non solùm retentio, sed & concupiscentia alieni lege vetita est. Quamobrè si res aliena, propter quam peccatum est, reddi possit, & nõ redditur, pœnitentiã nõ agitur, sed simulatur, si autè veraciter agitur, nõ dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Deinde omnino necessarium est, vt acceptam offensam seu iniuriã proximo ex animo remittamus. Nã vt Christus inquit: Si nõ dimiseritis hominibus, nec pater vester cœlestis dimittet vobis peccata vestra. Et iterum: Quis statis ad orandum, dimittite si quid habetis in cordibus vestris. Quãdiu enim discordiã habes cum proximo, nullam boni operis fructum

Chryso. in episto. ad Heb. ho. 31. cap. 12. Psal. 50. Non sufficit sola lingua pronuntiare nos peccatores.

Esai. 1. Psal. 33. Basilius in reg. mun. cap. 21. Psal. 118. Psal. 66.

2. Cor. 6.

Chryso. ad theo. lap. li. 1. circa finem.

2. Pet. 2.

Satisfactio multum necessaria.

Exod. 20.

Tobias 2.

August. Matt. 6.

Marc. 11.

Mat. 5. facere poteris, scriptum est enim: Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia habet frater tuus aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliare fratri tuo, & tunc veniens, offeres munus tuum. Vt autem hunc affectum ignoscendi capias, diligenter tibi rememoranda est parabola euangelica, qua legimus Matthæi 18. de duobus seruis debitoribus, qua infra latius explicata reperitur.

Esa. 38. Quinto, postquam de omnibus peccatis tuis graniter & ex animo indolueris, diésque tuos in amaritudine animæ tuæ recogitaueris ac firmiter in corde tuo statueris desinere à malo & facere bonū, tum fides accedere debet contritioni, qua fiducia misericordiæ Dei rursus erigaris, & consolationem accipias, confusus tibi sic affecto peccata tua propter Christum remissum iri. Nam hæc fides (vt & supra diximus) contritionem perficit, atque discrimen facit inter contritionem pij & impij, Petri & Iudæ. Ideo enim non profuit Iudæ

Mat. 27. pœnitentia, quia hac fide caruit: ideo Petro profuit cōtritio, quia hæc fides accessit, qua misericordiam apprehendit. Hæc est illa fides qua iustificati, pacem habemus erga Deum, quæ

Rom. 4. 5. admodum supra copiosius tractatum est, & infra latius exponemus. Iam ad reliquas pœnitentiæ partes, Confessionem, & Satisfactionem, properamus.

DE CONFESIONE.

*Vocabulū
cōfessionis
vario acci-
pitur.*

*Hilarius
in Ps. 66.*



Verbum Confessionis, in scripturis variè accipitur. Nam sæpe est laudare seu gratias agere, vt Psal. 61. Constateant tibi populi Deus. Et quod Christus ait Mar. 11. Confiteor tibi pater, domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus, & reuelasti ea paruulis. Hæc igitur confessio nihil aliud est quam agnitio cum laude, seu laus & sanctificatio nominis Dei, qua solius Dei gloriam prædicamus, nobis nihil tribuentes, de qua dictum est: Confessio & pulchritudo in conspectu eius, qua totam fiduciam in Deum reicientes, quæ dei sunt, & verbis & factis profitemur, non tantum in prosperis, sed & in aduersitatum totius mundi conspectu constituti. 1. Ioan. 4. Quisquis confessus fuerit, & Iesus Christus est filius Dei, &c. Itē.

Psal. 95.

Qui me confessus fuerit corā hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo. Qui autem negauerit me corā hominibus, negabo & ego ipsum corā patre meo qui in cœlis est. Ad hanc confessionem, vbi res postulat, nō sufficit solus animus siue voluntas, hoc est interior quadam confessio, verū etiā oris cōfessio flagitatur, quæ libera & inuicta esse debet. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem Roma. 10. Hinc nulli sunt confessores, qui à confessione nominis Christi ductis tormentis potuerunt dimoueri. Qui dum viuerēt martyres dici volebant, sed optabant, vt saltem in eis permaneret tuta confessio, de qua dixit Apostolus: Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam, in qua vocatus es, & confessus confessionem bonæ coram multis testibus. His opponuntur lapsi, ac etiam hi qui verbis quidem Deum confitentur, factis autem negant.

Secundo, cōfiteri, est simpliciter agnoscere quod vel intus in animo latet, vel alicui obicitur, aut cuius incusatur, secundum quam significationem scriptura verbo cōfessionis pro agnitione cuiuslibet rei, sed magis peccatorum, frequentissimè vitur. Est autē triplex peccatorum confessio. Vna interior, qua soli Deo peccata nostra cōfitemur, hoc est, qua corā Deo peccata ex animo agnoscimus, nostra opera mala cū ingēti cordis dolore damnantes, ac Dei misericordiā querētes, de qua dicitur Psal. 31. Dixi confitebor aduersus me iniustitiam meā Domino, & tu remisisti impietate peccati mei. Item Psal. 50. Quoniam iniquitatem meā ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper. Hæc interiorem cōfessionem gentes & infideles nobiscum ex parte communē habuerūt, quod scilicet ad damnationem & professionē peccati attinet. Nam quis tandem est hominū, quem (quum turpitudinem suā perpendit) sui non pudeat, qui se non accuset? nimirū id operāte lege naturali omnium cordibus inscripta, quæ parit cogitationes accusantes ac defendētes. Sed quum ad verum scopum non respexerint, periit illis omnis huius mentalis confessionis fructus, et si Ouidius, confessis nomen quoddā patere dicat. Nam in primis nemo rectè errat⁹ suos corā Deo confitebitur, nisi qui proponat in posterum à peccatis discedere. Quid enim aliud est confessio erroris, quam professio desinendi ab errore? Proinde gentes quæ afflicta-

*Cōfessores
unde dicitur.*

*Vide Isa
Ier. in ec-
cles. hist.
libr. 5. c. 3.
1. Tim 6.
Lapsi quō
sint.*

*Alia vo-
cabuli ac-
ceptio.*

*Triplex
peccatorū
confessio.*

*Chris. in
parane. ad
Theo. lap.
circa. finē.
Rom. 1.*

*Ouidius.
Hilar⁹ 7.
Psal. 135.*

bant conscientias suas absque voto vitæ iam melius commu-

tandi, confessionem fructu suo frustrabantur. Desinendum enim à peccato est, ob quod peccati cœpta confessio est, atque ideo extra veniam erant gentiles, qui peccatum quidē agnouerunt, sed agnitum non confitebantur. Deinde agnouerunt quidem illi peccatum, sed præter spem veniæ & misericordix. Quamobrē nulla inde ad eos redibat vtilitas. Nam quid proderunt lachrymæ & confessio, si nulla adit abolitionis fiducia? Et quis potest à peccatis abstinere, detrētus adhuc malo incredulitatis? Quemadmodum enim agricola ille qui desperato fructuum proventu, segetes deuasiantia non arcebit: ita & ille qui confessionem quidem seminat, nihil lucri expectans, neuiquam dimouere studebit ea, quæ respicientiam corrumpunt. Ethnicis ergo hæc cōfessio nihil profuit, quòd de vlla expiatione culpæ adeò nullam sp̄e habuerunt, vt de ea ne cogitarēt quidem: sed eis pœna tantum fuit omnium grauissima, criminum admisorum recordatio, quemadmodum idem ipse Ouidius testatur lib. 1. de Ponto:

Pœnitet (inquit) ò, si quid miserorum creditur vlli,
Pœnitet, & factò torqueor ipse meo.

Quumque sit exilium, magis est mihi culpa dolori,
Eltque pari pœnam quam meruisse minus.

Vt mihi dij faueant, quibus est manifestior ipse,

Pœna potest demi, culpa perennis erit.

Mors faciet certè, ne si m̄ (quum venerit) exul

Ne non peccarim, mors quoque non faciet.

Idē queritur Iuuenalis, quum ait:

Exemplo quodcunque malo committitur ipso,
displicet auctori, prima est hæc vltio, quòd se
Iudice, nemo nocens absoluitur, improba quanuis
Gratia fallacis prætoris vicerit vnam.

Et iterum:

Euasisse putas quos diri conscia facti

Mens habet attonitos, & surdo verbere cædit,

Occultum quatiens, animo tortore, flagellum?

Pœna autem vehemens, ac multò sauior illis,

Quas & Sedirius grauis inuenit & Radamanthus,

Nocte dique suum gestare in pectore testem.

Itaque ea interior confessio, quæ cum amarulēta agnitione peccatorum ac veris doloribus, votum respiscēdi & sp̄e indulgētiæ coniuncta habet, propriè priorū est, potissima utiq;

*Chryso. in
loco iam
citato.*

Simile.

*Ethnici
credebant
culpā ex-
piari non
posse.*

*Mens sibi
cōscia ma-
li, omniū
miserri-
ma.
Cōfessio in-
terior pro-
pria chri-
stianorū.*

cōtritionis pars atque adeò verè cōtritionis formatrix & effigiatrice: à qua tam secernuntur illi, qui neque cū animæ cōpūctione & amaritudine, neque cū peccatorū abolitione & sp̄e indulgētiæ suā malitiā agnoscut, quam quī nimia desperatione obstupescunt, & bene & male viuere, iuxta ponētes, atque adeò de suis malis gloriantes, qui nullo dolore aut metu iræ Dei afficiuntur, sed securi suis voluptatibus indulgent, sicut irrationalia pecora, natura genita in capturam & perniciem, voluptatē existimantes dici delicias. Sic enim Petrus Apostolus homines illos impiè securos describit, quorū hodie plenus est orbis. Quanti enim sunt peccatores securè degentes? quanti rapiunt, & non volunt intelligere, quoniā iniquè agunt? quanti deuasiant viduas, & diripiunt pupillorum facultates? quanti circumueniunt aliena matrimonia? quanti tribulant orphano, & agnoscere nolunt superuenturam sibi calamitatē? Insuper fiducialiter, quæ mala sunt, agunt: & sic nec ingemiscunt, nec lachrymam proferunt: neque confitentur, quos saluari est impossibile, quòd nec agnoscant facinora sua, nec Dei iudicium præ oculis habeant.

OPortebat autē & necessitatem & vtilitatem huius mētalis confessionis, insuper & confitendi rationem, populo nunquam non inculcare, quòd veteres illi patres summo studio fecerunt. in primis diuus ille Chryostomus, qui confessionē eiusmodi modò piè ac sedulò fiat, tanti fecit, vt quibusdā ansam subdubitandi: num præterea cōfessio illa sacramētalis seu secreta, quæ sacerdoti fit, necessaria sit, p̄ buisse videatur. Certè tā est hæc cōfessio necessaria, vt Deus non aliter non iustificet quam confessos. Deus est qui gratis quidē iustificat: Ego (inquit apud Esaiam) sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorū non recordabor. Sed quia talis est misericordia domini, qua nolit nosabuti Deus, vt scilicet hanc consequuti, remissiores fiamus: idcirco quærit & à nobis quiddam, nō vt pretium iustificationis, sed vt adminiculum, quod tamen ipse quoque nobis per consensum cooperantibus, largitur, nimirum fidelem mentis confessionē. Siquidem apud eundē prophetam sequitur: Reduc me in memoriam & iudicemur simul: narra si quid habes, vel, (vt Septuaginta transtulerunt) dic tu iniquitates tuas, vt iustificeris. Huius cōfessionis fiducia fidelis ille rex Dauid reposcit, vt Deus eum ab iniquitate sua lauet:

*Chryso. in
loco cita-
to.*

2. Petr. 2.

*Chryso. in
Psal. 50.*

*Roma. 12
Galat. 5.*

*Admo-
nēdus po-
pulus ad
ingem cō-
fessionem
interiorem
Chryso. in
Psal. 50.*

Esai. 43.

Ibidem.

Pfal. 50. Secundum (inquit) multitudinem miserationum tuarū dele iniquitatem meam. Vnde verò tantum beneficiū præsumat, statim subiecit: Quoniā, inquit, iniquitatē meā ego cognosco. Requirit autē Deus hanc confessionem peccatorum nostrorum, non quod ignoret ea, quanuis non confessus: quum faciebas ea, præsto erat: quum admitteres, nouerat: sed quod aliter homo sentire non possit, quid Deus per misericordiā illi conceiserit. *Qui* enim memor est cumuli peccatorū suorū, erit & memor magnitudinis misericordiæ Dei. *Qui* verò morborum suorum, veluti lethargo occupatus, obliuiscitur, quo tandem pacto misericordiæ medicinam fideliter requireret aut accipiet? *Quamobrem* Prouerbiorum. 18. legimus: Iustus prior accusator est sui. Et cap. 28. *Qui* abscondit scelera sua, non dirigitur: qui autē confessus fuerit & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Non demoreris (inquit Iesus Si rach) in errore impiorum: ante mortem confitere: à mortuo quāsi nihil perit confessio. Cōfiteberis uiuēs, uiuens & sanus confiteberis, & gloriaberis in miserationibus illius. Arque adeo sanctis ac piis viris curæ erat hæc interior ad Deū confessio, vt etiam ea quæ iam credebant remissa, in memoriam reducerent, hoc scientes, quod etsi culpam de presentibus nō haberēt, recordationes tamē præteritorū peccatorū & luctū animabus suis plurimū prodelle, vel ob id quod anime uerecundiā incutere, eamque ad amorem eius, qui tā multa & tā magna concessit, prouocare possent. considerantes quia nisi miseratio eius subuenisset, tantum illud peccatorum pondus in inferni supplicii mancipasset. Proinde Dauid rex, quanuis remissum iam sibi peccatum esset, nihilo secius tamē ille in conscientia sua tanquam in imagine adulterium & homicidium depicta habebat. Et per singulos dies præteritā illam putredinem intuens, dicebat: Iniquitatē meā ego cognosco, & peccatū meum contra me est semper. Hinc illud Ezechia. *Recogitabo tibi (domine) omnes annos meos in amaritudine anime meæ.* Ad eundē modū Paulus Apostolus, etiā illa commemorat, quæ per ignorantia cōmissa, gratia baptismi & confessio fidei aboleuerat. Christus Iesus (inquit) venit in hunc mūdum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Et iterum: Et fidelem me existimauit, ponens in ministerio, qui prius blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus, supra modum persequens ecclesiam Dei, & expugnās

Nostri
scordia.
eā, & qui non sum dignus vocari apostolus. Paulus ergo etiā illorum meminit, quorū erat veniam consecutus. Nos verò nec ista recordamur, quæ post baptismum commisimus: cæterum etsi aliquando ad recordationē venerimus, statim effugit cogitatio, & transimus ad alia, & nec integra quidem hora patimur animam nostram afflictione mœroris huius astringi. Hæc igitur causa est, quæ malis addimus mala. *Quid* enim prohibet ubi nihil meretur, ubi nihil uerecundiæ, nihil pudoris admittitur, vt non in omnes perditionis foveas demergamur? *Quas* ne incidamus, dominus apud Ezechielem *Exec. 10.* saluberrima admonitione nos præmunit: Recordamini, inquit, viarum uestrarum & omnium scelerum uestrorum quibus polluti eratis, & displicebit uobis in conspectu uestro in cunctis malitiis quas fecistis, & sciatis quia ergo dominus, quū benefecero uobis propter nomen meum, non secundū uias uestras malas, neque secundum scelera uestra pessima.

DEbet itaque hæc confessio, quæ mentalis est, sine intermissione fieri. Nam haud multum differt ab illa tertia pœnitentiæ in ecclesia actione, quæ quotidiana est (de qua supra diximus) nisi quod latius se porrigit, nepe ad quælibet, non tantū leuia & quotidiana peccata. Porro si oratio nostra ad Deum perpetua esse debet, orationis autem, præsertim illius quam nos docuit Christus, vis tota in eo consistit, vt Dei bonitati omnia, nobis nihil tribuamus, Dei nomen sanctificemus, nos verò nostraque opera coram Deo accusemus ac damnemus, ad misericordiam eius perpetuo respicientes: consequens est, vt & hæc confessio nunquam intermittenda sit, quod hæc confessio omnino fit aut oratio illa quam à nobis requirit Deus, aut saltem orationis eius ipsissima medulla. *Confiteri*
deò quid.
Aug. li.
10. confes.
cap. 2
Quid enim aliud est cōfiteri Deo, quàm displicere nobis, illius verò omnipotētiam, sapientiam & bonitatem semper & ubique prædicare? Pulchra parænesis vsus est Augustinus in *Pfal. 66.* Confiteantur, inquit, tibi populi Deus, inuenerunt viam tuam: Confiteantur, ipsa cantatio, confessio est, confessio peccatorum tuorum, est virtutis Dei, tuā iniquitatē cōfiteri, gratiam Dei confitere: te accusa, illum glorifica: te reprehende, illum lauda: vt & ipse ueniens, inueniat te punitorem tuum, vt exhibeat se tibi saluatorem tuum.

HÆc est autem Deo confitendi ratio ac modus. Peccata nostra Christus debita appellat. Nos, Dei villicos, cum *Ratio cō-*
fitendi
Deo.

Cur deus
qui nihil
ignorat,
confessione
nostrā re-
quirit.

Eccle. 4.

Chryso. in
Pfal. 50.
Itē de cō-
pūct. cor.

Pfal. 37.

Pfal. 50.
Esaiæ 38.

1. Tim. 1.

Gala. 1.

1. Cor. 15.

Exec. 10.

Confessio
mentalis
debet sine
intermissio-
ne fieri.
Orationis
vis in mē-
tali confes-
sione sita.

Confiteri
deò quid.
Aug. li.
10. confes.
cap. 2

Ratio cō-

fitendi
Deo.

Mat. 6.
Chrysin
Psal. 50.

quibus Deus sit positurus rationē. Ergo codex rationum nobis conscribendus est. Codicem habemus cōscientiā nostrā: in hac peccata nostrā & maiora & minora tāquam in libro scribere oportet, deinde confiteri, non tantum quia multa in nobis delicta sunt, verū & peccata sigillatim, idque frequentius, recensere, atque ante oculos ponere, & hæc tanquam nuper admissa lugere. Ita enim & animæ arrogantiam frangemus, frequentius eam de malis suis & vitiis commonētes, & cautela nobis (ne ultra in eadē delicta incidamus) acrior nascetur, ut interim taceamus hac confessione fidem quam maxime acui & exerceri, sine qua nō accipimus remissionē peccatorū. Non habes autē quo te à quoditiana ista cōfessione excuses. Nam si omnino per diem non habuisti tēpus excutiendi rationes tuas, saltē quando accubueris super fratrum, & neminē habueris infestum, antequā veniat tibi somnus, profer in medium codicem, cōscientiam tuā, & reminiscere peccata tua: siquid in verbo seu in facto vel in cogitatione peccasti, dicito in corde tuo & in anima tua: expendimus diem, o anima, quid boni fecimus, aut quid mali operati sumus? Tum si boni cuiuspiam facti tibi cōscius fueris, totum Dei benignitati tribue, illi gratias age. At peccatorum reminiscens, funde saltem cordis lachrymas, recensere peccata sigillatim, facito tibi metipsum rationem, Deum tuū roga, ora misericordiam, & inuenies requiem. Sic enim poteris in lectulo tuo positus, peccata tua delere. Hoc vbi feceris, tum demū permitte animam tuā soporari. Irascimini (inquit propheta) & nolite peccare, qui dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini. Et alibi: Lauabo per singulas noctes lectum meum, & lachrymis meis fratrum meū rigabo. Cur, quæso, graue aut molestum videbitur, positum in lecto quotidiana desistere peccata, vnde tanta promanat utilitas?

Psal. 4.

Psal. 5.

Confessio
generalis
apud Iu-
deos.

Leuit. 10.

VT autem populus Dei ad hanc mentale confessionē modis omnibus inuitaretur, lege veteri capuit Deus, ut pontifex quū offerret sacrificiū, p̄ delicto generalē totius populi peccatorū cōfessionē ad Deum faceret. Postquā inquit, emundauerit sanctuariū & altare, tunc offerat hircum viuētē: & posita vtraque manu super caput eius cōfiteatur omnes iniquitates filiorū Israël, & vniuersa delicta & peccata eorum. Sic confessus est populi delicta Neemias in Zusis, Neemias 4. Itidem populus præfente sacerdote, Neemias 9.

Confessio
generalis
in ecclesia
frequens.

Nec alia rationē sancti patres generalem hanc confessionē tam frequentem in ecclesia esse, & per sacerdotes totius populi nomine, ac ipsū etiam populum sacerdotem verbi comitantem, pronuntiarī voluerunt. Hinc sacerdos Missæ sacra mysteria, à confessione (quam vicissim cum astantibus recēset) orditur. Hinc finita concione, generalem hanc & publicam confessionem ad populum pronuntiat, ac monet, ut se pronuntiantem populus eisdem verbis prosequatur: hinc in horariis precibus, & mane nempe in Primis, & vespere, nimirum in Completorio, hæc confessio replicatur, idque ne rei tam necessariæ vnquam obliuiscamur ac fructibus tam eximiis quid hinc nobis proueniunt, careamus. Quæ de mentali confessione dixisse suffecerit.

SEconda cōfessio fraterna dicitur, de qua legimus Mat. 5. Si ergo offers munus tuū ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersus te, relinque ibi munus tuū ante altare, & vade, prius recōciliare fratri tuo, & tūc veniens offeres munus tuū. Ne autē frater tuus sic à te offensus, te noxā tuam agnoscentē, ac veniam ab eo petentē auersari, aut confessionē tuam aspernari impunē posset, Dominus præceptum dedit, quod & supra retulimus. Marc. 12. in hæc verba: Dimittite, si quid habetis aduersus aliquē, ut & pater vester qui in cœlis est, dimittat vobis peccata vestra. Quod si vos nō dimiseritis, nec pater vester qui in cœlis est, dimittet vobis peccata vestra. Et rursus Matt. 18. Petro interrogāti, Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittā ei? vsque septies: Respōdit, Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies. Idq; subsequēte illi parabola magis inculcat, qua declarat, eū vana spe Deum precari, qui fratri errata nō dignatur condonare. Nā vt Ambrosius scitē ait: Si dimiseris, bene cōuenit ut dimittat tibi: si nō dimittis, quomodo eū cōuenis ut dimittat tibi? Et vt diuus Hieronymus ait, Nō recētē delicti sui veniam postulat, qui non prius, quod in eū delinquitur, relaxat. Hæc autē confessio, significata est in Euāgelio per pedum lotionem. Hac siquidē post cœnā peracta, Christus rationē operis sui discipulis suis exposuit, dicens: Si ego laui vestros pedes, domini & magister: & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplū enim dedi vobis, ut quē admodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Quo significat, vbi proximum laferimus, id nos corā eo agnoscere, veniam

Confessio
fraterna
quæ.

Ioan. 13.

*Confessio
fraterna
necessaria.*

*Beda in
verba apo
stoli Iaco.*

*Bernar.
in sermo.
de carna
domi. &*

*lot. pedu.
Iacobi 5.*

*Beda in
Paulum
ad Colof.*

*Vide Au
gust. in
Ioan. trac.*

*56.
Iacobi 5.
1. Petri 2.*

1. Ioan. 1.

Ioan. 13.

Coloff. 3.

petere, & vicissim vbi offensi fuerimus, remittere, mutuis eratis condolare, & pro nobis inuicē orare oportere. Et quauis hæc cōfessio propriē sacramētalis non sit, de qua statim dicemus, eandē tamen, vt remissionē peccatorū consequamur, necessariā esse, atque adeo sacramēti appellatione (largē accepto vocabulo) contineri constat, vel Beda & Bernardo testibus. Beda certē non dubitauit, eū epistolæ diui Iacobi locum, nempe: Constitimini alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem vt saluemini, non tantum de sacramentali, quæ sacerdoti fit, sed etiā de hac fraternā confessione intel ligere, quauis eū ea discretione, vt quotidiana leuiq; peccata alterutrū coræqualibus confiteamur, eorūmq; credamus quotidianā oratione saluari. Porro grauioris lepræ immunditiam iuxta legem sacerdoti pandamus, atque ad illius arbitrium, qualiter & quanto tēpore iusserit, purificari curemus: Alibi Beda lotionem pedū ex hoc diui Iacobi loco interpretatur: Nouerimus, inquit, nos in huius dominici operis (nimirū lotionis pedum) altitudine admonitos, vt confessi inuicem delicta nostra, oremus pro nobis, sicut Christus interpellat pro nobis. Audiamus, inquit Beda, Apostolū Iacobum, hoc ipsū euidentissimē præcipientem atque dicentē: Constitimini inuicē delicta vestra, & orate pro vobis, quia ad hoc dominus nobis dedit exēplum. Si enim ille (vt subiicit) qui vilius peccatū nec habuit, nec habebit, orat pro peccatis nostris, quanto magis nos inuicem pro nostris orare debemus? Et si dimittit nobis ille, cui non habemus quod dimittamus, quanto magis dimittere debemus inuicē nobis, qui sine peccato hic viuere non valemus? Nam quid (inquit idem ille) in hac altitudine sacramēti dominus significare videtur, quum dicit. Exēplum enim dedi vobis, vt quēadmodū ego feci vobis, ita & vos faciatis: nisi quod apertissimē dicit Apostolus, Donātes inuicē, si quis aduersus aliquē habet querelā, sicut & dominus donauit vobis, ita & vos inuicē. Itaq; nobis delicta donemus, & p nostris delictis inuicē orem, atq; ita quodammodo inuicē pedes nostros lauemus. Nostrū est, donante ipso, ministerium charitatis & humilitatis exhibere, illius est exaudire, ac nos ab omni peccatorum contuminatione mundare per Christum, & in Christo, vt quod etiam aliis dimittimus, hoc est in terra soluius, soluat in cœlo. Hæc ille, videtur autē Beda his verbis testari, nō tantū publicē in sa-

cramento pœnitentiæ, sed etiam priuatim in hac cōfessione fraternā peccata per homines remitti, & Euangelij beneficiū nobis applicari, quauis alia atq; alia ratione. Nec ab hac sentētia alienus est Theophylactus in eum locū. Mat. 18. Amen dico vobis, quæcunq; alligaueritis super terram, &c. Si tu inquit, offensus, habes eū qui te iniuria affecit sicut publicanum & gentilem, erit ille & in cœlo talis: si autem solueris eum, hoc est confitenti & deprecanti ignoueris, erit ei & in cœlo condonatum. Non solum enim (vt subdit) quæ soluūt sacerdotes, sunt soluta: sed quæcunq; & nos iniuria affecti, vel ligamus vel soluimus, & ipsa erunt ligata vel soluta. Præterea sub hac specie fraternæ confessionis continetur etiam ea confessio, quæ per fraternā correptionē à delinquēte (qui suapte sponte culpā agnoscere & veniam à fratre petere negligit) elicitur, per quam fratris animā lucramur, vt Christus ait Mat. 18. Habet enim & hæc suam priuatā remissionē, de qua dictū est: Quoties in me peccabit frater meus & remittam ei, &c. de qua postea latius differendum erit. Retinēdum tamen est, quōd paulo ante diximus, nempe, sacerdotēs longe alia ratione soluere vel remittere peccata confitentibus, quā fratres seu priuati inuicē remittunt. Nam illi publica autoritate & vice Christi (cuius personā in ecclesia representant) virtute clauium ab eo acceptarum, ab omnibus pæssim peccatis pœnitentes absolunt, verē cōtrito & confesso nihil minus præstantes, quā si Christus præsens absolueret ac diceret: Remittunt tibi peccata tua. Quamobrē diuus Paulus 2. Corint. 5. dixit: Omnia ex Deo, qui nos recōciliavit sibi per Christū, & dedit nobis ministeriū reconciliationis. Quoniā quidē Deus erat in Christo, mundū reconcilians sibi: non reputans illis delicta ipsorū, & posuit in nobis verbū recōciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquā Deo exhortāte per nos. Sed relaxatio illa seu remissio fraternā non fit (vt ita dicamus) autoritatiuē, nec frater eatenus fungitur vice Christi absoluentis, sed tantū remittit priuatim, quod in se peccatum est. Vnde magis priuatē iniuriæ cōdonatio, quā peccati remissio est, quā tamen Deus tantam habet gratā, vt remittētī offensam fratri, idq; ex animo vicissim remissionē peccatorū pollicearur, sic, vt is qui hunc affectū condonationis à se fratri factæ verē in cōscientia sua sentit, sibi hoc ipso veluti certō, sed inuisibili, signo persuade-

*Theophy.
in Matt.
cap. 18.*

*Confessio
quæ per
fraternam
Correptionem elicitur.*

Luca 7.

*Sacerdotes
Christi legatio
ne funguntur.*

*Remissio
priuata.*

*Condonatio iniuriæ, signū
est remissionis
peccatorum.*

Mat. 6. re possit, se vicissim à Deo remissionē peccatorum suorum
Marc. 11. (quorum tamen eum verè pœniter) assequutum esse. Nam
Non solum Christi verbum est: Dimittite, & dimittemini. Item, Si dimi-
remissio feritis hominib⁹ peccata eorū, dimittet & vobis pater vester
fiaterna, cœlestis peccata vestra. Nihilo feci⁹ quia homo nō facile sta-
sed & ab- tuit, num penitus & ex animo torā iniuriam remisit (quòd
solutio si- cōcepti odij malum altas habeat radices) adeundus ipsi præ-
cerdotalis terea est sacerdos, à quo tanquā ab ipso Christo, verbū abso-
querēda. lutionis & certissimā consolationis accipiat. Breuiter, mini-
 steriū quod exhibet sacerdos, est ministerium Christi. Quod
 exhibet frater, est ministerium charitatis & humilitatis, cui⁹
 typum videre est *Mat. 9.* Quanvis ergo hæc fraterna confes-
 sio tanti momenti sit, non est tamen de numero illorū sacra-
 mentorum, quorum ecclesia septē tantum numerauit. Nam
 illa talia esse oportet, vt signa sint visibilia & inuisibilis gra-
 tiæ Dei, quā Deus per ea, quā in ecclesia publicè administ-
 rat, in non indignè recipientibus certò operatur, eiusdē gra-
 tiæ similitudinē extrinsecus gerentia, quæ omnia in hac con-
 fessione fraterna & priuata, propriè reperire non est. Vnde
 cum clauuū potestate confundi non debet, sed magis ad pœ-
 nitentiæ sacramentum præparatoria & præambula est.

Tertia cō-
fessionis,
species,
quæ fit
presbyte-
ris.
Eius di-
uisio.

1. Cor. 5.
Mat. 5.
1. Tim. 5.
2. Cor. 2.
& 7.
Volunta-
ria confes-
sio publica
& auar.

Tertia itaque confessio ea est, quæ fit ecclesie prepositis,
 hoc est, episcopis & sacerdotibus, quibus à Christo facta
 est remittendorū & retinendorū peccatorum potestas.
 Hęc in vsu veteris ecclesie multiplex fuit: Vna publica, altera
 secreta. Rursum publica duplex: Quædā coacta, quædā vo-
 luntaria. Secreta quoque secundū diuersos ritus & ecclesiarū
 & temporum, in alias species scindi ac discerni possēt.

Quæ omnia vt dilucidiora fiāt, in primis nosse oportet,
 veterem ecclesiam admodum seuerā fuisse in crimini-
 bus publicis vindicandis: tū ne ecclesia ob quosdā ma-
 nifestarios delinquentes male audiret inter gentes, quemad-
 modum Romanorum 2. scribitur: Nomen Dei per vos blas-
 phematur inter gentes: tum ne contagio totum gregem infi-
 ceret, neve res pessimi exēpli infirmioribus offendiculo fo-
 ret, quod Christus vt diligentissimè caueretur iussit: denique
 vt alij admoniti cauerent, ne laborētur: vtq³: animus ipsorum
 qui ad ecclesiā redibant, exploraretur, an scilicet serio respi-
 cerēt. Olim ergo his qui in criminibus publicis essent depre-
 hensi, publicè erat confitendū, hoc est, crimē erat apud pasto-

rem & ecclesiā agnoscendum, & petenda ab episcopis seu pa-
 storibus publicæ pœnitentiæ concessio. Hæc confessio quā
 fiebat volūtariè, nimirū criminosis seipfos apud ecclesie præ-
 sides sponte prodentibus, deferentibus ac publicantibus, lon-
 gè grator erat & venia dignior, quam coacta. Ad eū modū
 volūtariè confessa est mulier illa euāgelica, publica in ciui-
 tate peccatrix, quæ super cōiuuantes ingressa est, nō iussa ve-
 nit, inter epulas lachrymas obtulit: ac Christi pedib⁹ aduolu-
 ta, pedes eius lachrymis lotos, capillis terfit, imitabile pœni-
 tentibus exemplum præbens, vt sua sponte ad dei misericor-
 diam per pœnitentiæ semitam accedant. Ad hanc voluntariā
 publicorum criminum confessionem sancti patres populū
 non indiligenter hortabantur, ac incitabant. Verum quū is
 fit humanæ vanitatis præposterus pudor, vt quæ publicè pa-
 trare crimina non pudeat, publicè tamen agnoscere & confi-
 teri pudeat: visum est ecclesie veteri, publicè peccantes, & ta-
 men crimen suū cōfiteri nolētes, ad publicā exomologesim
 cōpelle, idque non vno remedio. Nā si crimen tam fuisset
 vulgatū, quod totam ecclesiā seu ciuitatē commouisset, epi-
 scopus seu pastor ecclesiæ peccantē corā omnibus arguebat,
 quæ admodum Paulus Timotheo præcipi, dicens: Peccantes
 coram omnibus argue, vt & ceteri timorem habeant. corre-
 ptum verò, & confiteri seu agnoscere crimen reculantem, ex
 communicabat: nec recipiebat reum, nisi primū confessum:
 Cuius pulcherrimum exemplū habes. 1. Corinth. 5. vbi vides
 quanta cum seueritate Apostolus Corinthios increpet, quòd
 publicū incestum illius Corinthij fratris, necdum agnoscentis
 crimen, dissimulassent, quòd eundem è medio non remo-
 uissent. Quem etiā quia de respicientia nondum cogitabat,
 excommunicat, ac satanæ tradit in interitum carnis, id est in
 afflictionē corporis. Postea verò crimē (concepta iam ex in-
 flicta pœna tristitia, quæ secundū deū est) publicè agnoscentem
 ac consentitē absoluit, ecclesiæ recōciliat, & cōmunioni
 restituit. 2. Corinth. 2. & 7. Præterea Christum modum, discipli-
 nāque prodēdi ac indicādi peccatū cōstituit, qua delinqueus
 ad exomologesim tandem pueniret. Si peccauerit, inquit, in
 te frater tuus, vade & corripē e inter te & ipsum solū: si te
 audierit lucratus eris fratrē tuū. Si autē te non audierit, adhi-
 be tecū vnū vel duos, vt ī ore duorū vel triū testiuū stet omne
 verbum. Quòd si nō audierit eos dic ecclesiæ. Si autē eccle-

Luc. 11.
Gregori⁹
in homil.

Olim pa-
tres ad pu-
blicā con-
fessionem
incitabāt.

Tradere ī
interitum
carnis.
Orige. in
numc. ho-
mil. 15.

Mat. 18.

*Orige. in
cū locum
homil. 3.*

1. Timo. 5.

*Euangeli
ci præcepti
perfectio
& ordo
corrigēdi.*

Mat. 18.

Ibidem.

*Ob quam
rationem
ordo iste
necessari⁹.*

*Aug. cō-
tra epist.
permenia,
li. 3. ca. 2.*

*In corrup-
tione fra-
terna duo
necessaria.*

*Aug. ad
Felic. &
Fuf. epi.
87. & in
epist. ad
Galat.*

siā non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Cui non multū ab simile est, quod Leuit. 5. scribitur, sic referente Origenē: Si autē anima peccauerit, & audierit vocē iuramēti, & hic testis sit & viderit, aut cōsciūs fuerit, si nō iudicauerit, & ipsa accipiet peccatū eius. Quo quid aliud docemur, quā ne vnquam in peccatis alienis polluamus consciētās nostras, ne consensum malē agētibus præbeamus? Cōsensum quidē, nō solū pariter agēdo, sed etiā quō illicite gesta sunt, reticendo. Euangelicū verō præceptū in eo perfectius datum est, quod & ordinem indicandi peccatum demonstrat. Non enim vult te, si fortē videris peccatum fratris tui (quod nōdum toti ecclesiā manifestariū est) continuō euolare ad publicū, & passim proclamare ac diuulgare aliena peccata, quod esset vtiq; non corrigentis, sed potius infamantis. Solus, inquit, inter te & ipsum solum corripe eum. Vbi enim seruari sibi mysteriū viderit ille qui peccauerit, seruabit & ipse emēdationis pudorē. Si verō diffamari se viderit, illico ad denegandi impudentiam conuertetur: & non solum nō emendaueris peccatum, sed & duplicaueris. Primo igitur solus inter te & ipsum: secūdo adhibe tecū alios duos vel tres. In ore enim duorum vel trium testium stabit omne verbum. Et quoniā tertio seu potestremo mandat correptionē ad ecclesiam deferri, par erit, vt prius (hoc est secundo) iuberet adhiberi duos vel tres testes, quibus presentibus correptus, si peccatum agnoscere, & emēdare non vclit, posset duobus testibus adhibitis (quum ad ecclesiam delatum fuerit eius peccatum) confutari, idq; admodum prudenter, nempe, ne quis volēs euangelicum implere mandatum, calumniator videatur, si crimen deferat ad ecclesiam & deficiat testibus. Vides quō correptio euangelica tēdat, nempe vt peccator ad confessionē & agnitionē criminū non clam aut internē, sed externē in fratrem seu manifestē commissorum, adigatur: quam si recuset, neque se agnosces, neque penitendo corrigens excommunicetur.

Verum hic ad duo respiciēdum est. Primū vt correptio fraterna ex dilectione & charitate, non autem ex odio aut amarulentia procedat, verum in eum modū fiat, vt sentiat correptus suam salutem queri. Alioqui compertū est plures qui arguēte nullo, peccatores se esse confitentur, vbi de vera culpa fuerint fortasse correpti, defensionis patrocinii querere, ne peccatores esse videantur: quod omnino cauē-

dum est. Secundō, vt excommunicatio infligatur non aliter, quā vt salubris ecclesiā medicina, quā salutē omnium matera charitate conquirens, tanquam inter phreneticos & lethargicos æstuat. Quamobrem post excommunicationē non desistendū, non contemnenda salus excommunicati, sed veluti cū phreniticis & lethargicis agitur, qui ligari & excitari volunt, & tamē castigantur ac stimulantur, ita debet erga excommunicatos perseuerare diligētia charitatis. Vicissim qui corripitur, etiā acerbē, ita vt à conuentu absconditur ecclesiā, arguētē odio habere non debet, sed animaduersionē patiētē accipere & fortiter ferre, quemadmodum ille à Paulo correptus, maiorem etiam affectum concepit erga Paulum atq; erga omnes qui statutis Pauli in eius animaduersione paruerrant, quo fit, vt Paulus sententiam reuocās, & eisdē reconcilians, ecclesiā præcipiat, dicens: Confirmate in eū charitatē. Atq; vtiā parochi populum frequēter de hac fraterna correptione admoneant, ac ad eādem quam diligentissimē cohortentur, quā Christus ipse præcepit, ac tam lucrosam ostendit. Certē omnibus psuasum esse cōuenit, vt si quis ea quæ videt in delicto proximi sui, vel non indicauerit secundum regulam superius datam, vel in testimoniū vocatus, nō quæ vera sunt, dixerit, peccatum quod cōmisit ille quem celat, ipse suscipiet, & pœna commissi reuoluetur ad consciū. Putandum tamen non est, hanc confessionem quam frater corripiens à correpto elicit, sacramentalem esse. Nam ea tandē sacramentalis est, quæ sacerdoti vice Christi sit, habens absolutionem peccatorum annexam, ad quam per correptionē fraternam tandem deuenitur: nēpe quum correptus ob contumaciam, ecclesiā, hoc est (si tamē Chrysostomo ac aliis orthodoxis credimus) p̄sidiis ecclesiā denuntiatus, ad cor reuertitur, & eisdē p̄sidiis sua scelera cōfiteretur, absolutionis desiderio astuans. Nā & paulō ante diximus, remissionē peccatorum quæ à fratre fratri sit, non esse cum potestate clauui confundendam. Quam salubris ergo res sit correptio illa fraterna, satis (vt putamus) vides, quam etiā in primitiua ecclesia, nimium charitate verē Christiana magis adhuc inardescente, frequentissimam fuisse non dubium est.

AT quū postea charitas refrigeret, & tā salubre Christi p̄ceptū sensim negligetur, tū quod rari inueniētur alios correpturi, qui nō eisdē vel paribus criminib⁹

*Greg. lib
moral. 2.
cap. 16.*

*Aug. ad
Fest. epi.
166.*

*Salus ex-
cōmuni-
cati nō ne
gligenda.*

*Ori. in ps.
domine ne
in furore
hom. 1.*

*Populus
frequenter
admonen-
d⁹ de fra-
terna cor-
reptione.*

*Mat. 18.
Pœna ce-
latis pec-
catum.*

*Chrysoft.
in Mat.*

*correptio
fraterna
in primitiua
in ecclesia*

*frequenter
correptio
fraterna
in diffictu
dine abiit.*

obstricti tenerentur, tum quòd correpti correctionem ex quo animo & patienter ferre nolent obliti eius quod Psaltes ait: *Psal. 140.* Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Ne ergo tam salubre remedium agnoscendorum ac confitentorum criminum publicè commissorum deperiret, plurimis ecclesiasticis regulis ac canonibus cautum & mandatū est de huiusmodi delictis prodēdis, atque ad eò mos saluberrimus introductus est, ut in visitationibus parochiarum, aliquot ex plebe maturiores, honestiores ac veraciores viri in mediū euocarentur, ac sacramento constringerentur, dicere quicquid contra rectam fidem & sanctam Christianitatem in parochia nossent vel audissent factum esse, omni affectu humano lōgè se posito, additis hisce verbis: Videte fratres, ut domino reddatis iuramenta vestra. Non enim homini iurastis, sed Deo creatori vestro: Nos autem qui eius ministri sumus, nō terrenā vestrā substantiā concupiscimus, sed salutem animarū vestrarū requirimus. Cauete ne aliquid abscondatis, & ex alterius peccato vestra fiat dānatio. Nec patres temerè huc moti sunt. Neque enim illis negligendā videbantur diuinā illā sententiā, nēpe. Nolite cōmunicare operibus tenebrarū. Itē, Auferte malū de medio vestrum. Itē, Exite de medio eorū, & immundū ne tetigeritis. Itē, Separamini qui fertis vasa domini. Huius inquisitionis formulā quandam antiquissimā, canonibus cōcilij nostri prouincialis anneximus. Porrò post hāc inquisitionē, qui publicè peccasse cōperiebatur, ad publicā cōfessionem & pœnitentiā adigebatur, & secundū Canonū ordinem pro merito suo excommunicabatur. Postea expleta pœnitentia recōciliabatur, quemadmodū infra latius declarabimus.

Restat, ut de confessione priuata dicamus. Hanc olim & in Romana & in Græca ecclesia episcopi, & sacerdotes priuatim audiebant ac admittebant, sed cū quodā peccatorum discrimine. Nā si crimē aliquod manifestū, aut tale (vnde lēsa esset ecclesia) offendissent, erat in eorum potestate, non tamē sine magna discretione ac deliberatione, ut Origenes ait, hoc crimen in conuentu totius ecclesiæ exponere & publicare, aut saltem publicam delinquenti pœnitentiā iniungere, qua etsi qui deliquit, non proderet speciatim crimen suū, tamen ipso facto confitebatur ac declarabat ecclesiæ, se grauiter peccasse. Cauēdum tamen erat episcopis & sacerdotibus, ne crimen publicarent aut publica etiā pœnitentia seu excommunicatione mulctarēt, quod cōmissum esse, aliter quā sua asseueratione facta cōfessionis, probare nō possent, quamobrem in Concil. Carthagen. 3. (cui beatus Augustinus interfuit) canon. 5. sic legitur: Item placuit, ut si quādo episcopus dicit aliquem sibi soli propriū crimē fuisse confessum, atque ille neget, nō putet ad iniuriam suā episcopus pertinere, quòd illi soli non creditur. Et si scrupulo propriæ conscientie se dixit neganti nolle communicare, quādiu excommunicato non communicauerit suus episcopus, eidem episcopo ab aliis non communicetur episcopis, ut magis caueat episcopus, ne dicat in quenquam, quod aliis documentis conuincere non potest. Quin temporum illorum seueritas eò processit, ut quidam sacerdotes (quanuis regula apostolica non satis perpensa) omnino vellent, ut non tantū crimina manifestè facta, sed etiā reatus conscientiarū scripta professione publicè recitaretur. Vnde libellatici dicti videntur, sed hunc abusu hinc magnus ille Leo dānauit ac remouit, epistola. 57. ad vniuersos episcopos per Campaniam, Sanniū & Picenum scribens, quòd reatus conscientiarū sufficiat solis sacerdotibus indicare confessione secreta. Quāuis enim plenitudo fidei (ut idē ipse ait) videatur esse laudabilis, quæ propter Dei timorem apud homines erubescere nō veretur, tamen quia non omnium huiusmodi sunt peccata, ut ea qui pœnitentiam poscunt, non timeant publicare, remouenda erat improbabilis consuetudo, ne multi à pœnitentiæ remediis arcerentur, dum aut erubescunt, aut metuunt inimicis suis sua facta referare, quibus possunt legum constitutionibus percelli. Sufficit ergo (ut subiicit) illa confessio, quæ primum Deo offertur, tunc etiam sacerdoti, qui pro delictis pœnitentium peccator accedit: quod tum demum plures ad pœnitentiam poterunt prouocari, si populi auribus non publicetur conscientia confitentis.

Verum postea nouissimis istis tēporibus, quū magis ac magis hominū malitia succresceret, & peccatores omnē seueritatē iam penitus abhorrenterent, ac citius omnē pœnitentiam spernere, quā vllam pœnitentiæ acerbiter afferre poti⁹ ducerent: Ecclesiæ veluti pientissima mater (quæ eam eadem disciplina & præfractis & morigeris filiis meca pœnitentiæ detur) remissiore disciplina peccatores in officio, quippe tes.

Cyp. 7. ser. de la. Oly quid caue dum episcopus. Ex concil. Carthag. 3. cap. 5.

Leo epist. 57. Prima moderatio, que totti ecclesiæ placuit.

Alia moderatio ecclesiæ circa pœnitentiā.

*Deo. Gre
gory. Ex
conci. gene
rali. ca. om
nes vtrius
que de pœ.
& remiss.*

ad pœnitentiæ remediū capiendū, retinere studuit. Quāobrē vetuit, ne omnino sacerdos quęcunque crimina ipsi in pœnitentiā iudicio detecta, vel verbo vel signo alio quouis modo reuelare, aut peccatorem prodere præsumat: ac contrarium facientē, non solum à sacerdotali officio deponendum, verum etiam ad agendam perpetuam pœnitentiā in arctum monasterium detrudēdum decreuit. Secundo, remissa est ea seueritas, qua olim confitentes etiā secretò ac priuatim, peccata haud clam commissa, non absoluebantur, nec ad cōmunionem sacramentorum per ianuam reconciliationis admittebantur, nisi, salubri primum satisfactione purgati, quemadmodum diuus Cyprianus sermone de lapsis, & idem ille Leo Epist. 69. quam ad Theodorum Foroouliensem Episcopum perscripsit, testantur. Et tripartita historia primè indicat, eundem morē in Gręca ecclesia fuisse. Hodie pro crimine, quantumlibet enormi, occulto, volenti non imponitur publica pœnitentia. Nā volenti, adhuc eam imponi posse vetus ecclesię, præsertim Romanę cōsuetudo testis est. Nudatur enim etiā hoc tempore Romę quibusdam scapulae, & extra templum cæduntur interdum vsque ad sanguinē, idque numeroissimā populi multitudine spectante, solus tamen pœnitentia rius nouit quid admissum sit, nisi quod omnes atrox facinus admissum suspicantur. Præterea hoc tēpore ante absolutionē non exigitur, sed tantum imponitur satisfactio post absolutionem & reconciliationem explenda, nisi tamen Confessarius crimen tam enorme compererit, vt necessarium ac vtile ducat peccatorē à communionē altaris, ad tempus saltem citra tamen criminis vllam publicationē, sequestrare, aut se maiores & doctiores cōsulare, priusquam manū imponat. Vbi enim prudentiori cōsilio Confessarius indigerit, iubet Conciliū generale, vt illud absque vlla expressione personę cautē requirat, quę est casuum referuatorum radix & origo. Nam & in veteri ecclesia ad episcopos magnitudinis culpę & criminis referebatur. Porro etsi nunc ex ecclesię remissione peccator (qui neque apud ecclesiam accusatur, neque denuntiatur aut defertur) à publica pœnitentiā, quāuis manifestē deliquerit, excusetur: videbit tamen is, vt saltē bono exemplo publicē offensos doceat, peccata bonis operibus emendanda, vt quantum offendit publica malitia, tantum bonis operibus publicē readificet ecclesiā Dei. Euadit autem ex his per

*Leo epist.
69. Tri-
partita
hist. li. 11.
cap. 35.
Vestigiū
publice
pœnitentię
in ecclesia
Roma.*

*Ex cōcil.
general.
ca. omnis
vtriusque
&c.*

*Radix et
origo casu-
um refer-
uatorum.*

*Quid pu-
blice pec-
cātū hodie
incūbat.*

spicuum, quosdam contra Romanam ecclesiam iniuria queri quasi ea ex pœnitentiā, conscientiarum quandam carnificinam fecerit, quum disciplina pœnitentię nunquam remissior in ecclesia fuerit, quam nunc est, modò tamen rectè doceatur ac tradatur.

Sed hic iam necessariò incidimus in eā rē, quę in præsentiarum maximo cum animarum dispendio in quęstionē trahitur ac controuertitur: nēpe, sit ne confessio illa secreta, quę sacerdoti priuatim fit, iuris diuini, an potius humani? Qui rebus nouandis haecent studuerunt, asserere nō formidarunt hanc confessionem, maxime cum illa enumeratione delictorum, neque habere mandatum, neque testimoniū aut exēplum in scripturis, quinimo quandoque penitus abolitā fuisse: vnde consequens sit, eam iuris diuini non esse. Sunt alij, qui de hac confessione modestius sentiunt. Nā etsi nondum persuasum habeant efficacibus scripturarū testimoniis & argumētis irrefutabilib⁹, à pertinacib⁹ facillè euinci posse, hanc confessionē à Christo aut etiam Apostolis fuisse institutam, eam tamen ita piis omnibus religiosè seruandā censent, veluti saltē ab ecclesię proceribus non sine afflatu diuini spiritus inductam ad hanc vsque conditionem. Vt autem hac quęstio penitus percipiatur, nosse oportet, longè aliud esse quū queritur. Nū cōfessio, qualis nūc in vsu est, hoc est, cum omnibus illis ritibus, quibus in præsentiarū peragitur iuris diuini sit vel humani: quā quum queritur, sit ne confessio peccatorum, etiam occultorum, quę soli sacerdoti fit, instructionis, cōsolationis & absolutionis cōsequēdę gratia, à Christo instituta, aut saltē indicata, ostensa & insinuata. Nā quod ad primum attinet, planè fateamur, Confessionē, qualis nunc agitur in ecclesia (hoc est, omnem illum confitendi modum & ritū, qualis in ecclesia Romana obseruatur) non esse omni ex parte à Christo institutā. Nam quis nescit plures ritus circa confessionem, iuris esse postitui: quemadmodum inter alia sunt confitendi tempus, casuum referuatio, & pleraque alia quę non sunt de substantia cōfessionis, sed magis ad decorem & accuratorem perfectionem confessionis, quęadmodum in omni sacramento multos ritus ab ecclesia institutos videre est, qui non sunt ex ipsius Christi institutio ne. Vnde consequens est eos qui arguantur, confessionem idcirco iuris diuini non esse, quod non vno eodēque ritu

An cōfessio secreta quę & sacramentalis iuris diuini sit.

Sententię nonatorū.

Aliorū sententię.

*Quęstio-
nis expli-
catio &
discrimi-
natio.*

*Dilutio
primę.*

*Totus cō-
fitendi ri-
tus non est
iuris diuini,
sed par-
tim iuris
postitui.*

*Cyprianus
epistolae ad
Antoniam.*

in vniuersis ecclesiis & omni tempore sit obseruata, nostram quidem sententiam haud leuiter falli. Rituū enim diuersitas non mutat rei substantiam. Et vt Cyprianus ait in epistola ad Antonianum, Manente concordia vinculo, & perseverante catholicae ecclesiae indiuiduo sacramento, actum suum disponit & dirigit vnusquisque episcopus, rationem propositi sui domino redditurus.

*Dilutio.
2. quest.*

Verum quum quaeritur, Nū confessio absolutè accepta, nempe pro agnitione ac enarratione peccatorum, quae apud sacerdotē per eum qui grauatā habet cōscientiā, ad eos (quos dixim⁹) fines fit, iuris diuini sit & an necessaria: nobis certè respondendum videtur, hanc confessionem, etsi disertè à Christo instituta non sit, eandē tamen, veluti quēdam inestimabilem thesaurum, nobis per Christū in Euangelio ostensam ac indicatam, eadēque nō aliter peccatoribus criminum pauore consternatis opus esse, quam aegrotis, & malè habētibus opus est medicina: proindeque rectè dici, eam, etsi non expressim, re tamen ipsa à Christo præceptam, nō quidem passim omnibus, sed his hominibus, qui letalius vitii, etsi occultis, contaminati sunt, à quorum remorsu se extricare non possint. Deinde credimus, hanc confessionem testimonium ac exemplum in scripturis habere. Denique eandem nunquam penitus abolitam fuisse, non solū in Romana, sed ne in Græca quidem ecclesia, quinimo vniuersalem consensum ecclesiae omnium temporum pro se habere, quod est testimonium in ecclesia omnium maximū: quae omnia pro nostri ingenij modulo ostendere conabimur, plene iudicium de hac re sedi apostolicæ deferentes.

*Habet
exemplū
scripturae*

*Habet
pro se vni
uersale
testimonium
ecclesiae
cōfessū.*

*Explicit
locus
Euangelij.
Ioan. 20.*

*Claves
apostolis
traditæ.*

*Clavis in
scripturis
quida*

Pincipio itaque nobis explicandus & illustrandus est locus Euangelij, in quo cardo totius rei vertitur, qui Ioannis. 20. habetur in hunc modum: Hæc quum dixisset Iesus, insufflauit & dixit eis (nimirū apostolis): Accipite spiritū sanctū, quorū remisistis peccata, remittuntur eis: & quorū retinueritis, retenta sunt. His verbis omnium orthodoxorū sententia Christus apostolis & eorum in ecclesia successoribus, claves regni cœlestis tradidit, potestatemque remittendorum & retinendorum peccatorum concessit, ac pœnitentię sacramentū instituit. Quod vt omnes clarè & expedite intelligant, operæpretium est, vt in primis exponamus quæ sint claves, quas Christus ecclesiae suæ tradidit. Clavis in scriptu-

ris summā quandam auctoritatem, potestatem, gubernationem, & domesticam administrationem designat. Nam & in profanis ac ciuilibus rebus clauū traditio, translationem dominij ac possessionis significat, atque etiā operatur. Nec ab re, quod habenti claves, non solum omnia quæ in domo sunt, pateat: sed & ei potestas sit quoslibet, vel admittendi vel secludendi, atque etiam quæque secretissima cubicula reserādi vel occludendi. Quum itaque Christus in domo Dei non tanquam seruus (quæadmodum Moyses, quem scriptura vt fidelem famulum in domo Dei versatum esse dicit) sed tanquam filius in domo sua fuerit, summa eadēque æterna auctoritate administrationis à patre accepta, quemadmodum ipse apud Matthæū ait: Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. Itē apud Ioannem, Pater omne iudicium dedit filio, & vt Apostolus ait, Omnia subiecit sub pedibus eius, & ipsum dedit caput super omnem ecclesiam, quæ est corpus ipsius & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur: circo apud Esaiam de eo legimus: Et dabo clauē domus David super humerum eius, & aperiet, & non erit qui claudat: & claudet, & non erit qui aperiat, quod in Apocalypsi reperitur in hæc verba: Hæc dicit sanctus & verus, qui habet clauem David, qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit. Atque eodem libro Ioannes Christum loquentē faciens: Noli (inquit) timere, ego sum primus & nouissimus & viuus, & fui mortuus, & ecce sum viuens in secula seculorum, & habeo claves mortis & inferni. Quo nihil aliud significat, quam Christum esse summū caput super vniuersam ecclesiam, atque adeo accepisse eum à patre auctoritatē super omnem principatum, potestatem & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur, non solū in hoc seculo, sed & in futuro, vt ei omne genu flectatur, cœlestium terrestriū & infernorum. Iacebat genus humanū ex primorum parentum vitio crassissimis ignorantiae tenebris obrutum: iacebat in durissima diaboli seruitute captiuū: prodierunt patriarchæ & prophetae, quibus quidem suā misericordiam veluti per transcennā ostendit: Claves tamen, quibus, remotis spiritualium tenebrarū repagulis mens humana in perspicuam Dei volūtatē cognitionem assurgeret, vel diabolicæ captiuitatis vinculis diruptis, in libertatem vindicaretur, haud concessit: tantūm fideles seruos esse voluit,

Hebr. 3.

*Mat. 7. 12.
Ioan. 8.
Hebr. 1. 2.
Ephes. 1.*

Esa. 22.

*Apoc. 3.
Apo. 1.*

Ephes. 2.

Phillip. 2.

Patriarchæ & prophetae non habuerunt claves remittendorum criminum.

Esai. 49. qui testimonium ferrēt de futuro illo clauigero Christo, qui tenebrosū illū carcerē, in quo omnes vincī eram⁹ & clau si tenebamur aperturus, & quandoque dicturus esset. Exite, & his qui erāt in tenebris, reuelamini: Qui à patre rex super Sion montem sanctum eius, & super Sedē David patris sui constitutus, & in domo Iacob regnaturus in aternū in manu sua ventilabrum ferret, quo permundaret aream suam, & congregaret triticum in horreum suum, paleas autē combureret igni inextinguibili. Qui properātes ad se per veteris vitæ pœnitentiā peccatorū vinculis absolueret, absolutosque in regnum suum intromitteret: auersos verò & ad sua desideria conuersos, à regni cœlestis ingressu repelleret, ligatisque manibus ac pedib⁹ in tenebras mitteret exteriores. Denique qui scripturas nobis aperiret, voluntatem Dei patefaceret, & quæcūque à patre audiuisset, nobis manifestaret. Vides quot & quantas claus Christus in orbē terrarū destinatus à patre acceperit. Sed quas claus hinc discedens, apostolis illorumque successoribus in ecclesia reliquerit, id verò explicandum est. Et quidem constat Christum easdem, hoc est suas, non alias claus apostolis cōmississe, nimirū claus regni cœlorum, quemadmodum ipse Petro dixit: Quodcūque ligaueris super terram, ligatum erit & in cœlis: & quodcūque solueris super terram, solutum erit & in cœlis. Nam quod eadē potestate qua ipse à patre missus est, eosdē in orbē terrarum destinauerit, planè testatur apud Ioannem: Sicut (inquit) misit me pater, & ego mitto vos: non tamē vt dominos, sed vt ministros, legatione p̄ eo fungentes, in aedificationē corporis eius, quæ est ecclesia, quod infra latius confirmabimus.

Mat. 16.
Ioan. 20.
2. Cor. 5.
Ephes. 4.

Mat. 18.
Lucæ 24.
Io. 15. 17.

Quas claus Christus apostolis tradidit.

Diuisio clauum.

Quæ vt magis perspicua facerēt patres, partiti sunt claus in clauē ordinis & clauē iurisdictionis. Rursus vtranque clauē in clauē scientiæ, quam & discretionis appellant, & clauē potestatis. Claus ordinis est potestas vocationis, functionis, seu ministerij sacerdotalis, qua qui fungitur, Christi personā in ecclesia representat, omniāque non suo, sed Christi nomine & autoritate agit: quæ cōplectitur potestatem prædicandi verbi, seu annuntiandi Euāgelij, cōsecrandi corpus Christi, remittēdi & retinēdi peccata, & imperiendi seu administrandi sacramenta, Claus iurisdictionis est potestas coercendi criminolos sine vi corporali, quæ adhibetur, non vt homines, sed vt error ipse tollatur, vt ho-

mines

mines non lædantur, sed corrigantur: non vt perdantur, sed corripiantur & instruantur. Hæc est illa potestas excommunicandi publicè delinquentes, & rursus eosdē absoluedi ac reconciliandi, si conuersi absolutōne perant. Claus ordinis solis sacerdotibus, qui hac parte in apostolorum vices successerūt, peculiaris est. Nam solis apostolis dictum est, Quorū remiseritis peccata, &c. eadēq; propriè claus regni cœlorū appellatur. Claus verò iurisdictionis, qua quispiam vel excluditur vel admittitur ad externum ecclesiæ cōsortium, etiam ad alios de ecclesia pertinere potest. Nā, hæc claus per Christum ecclesiæ data est hisce verbis: Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus: quam non propriè claus regni cœlorum dixeris, nisi tamē regnum cœlorum pro ecclesia ipsa militante accipias.

Diximus autē vtranque claus & ordinis & iurisdictionis duplicem esse: nempe scientiæ & potestatis. Nec hæc partitionē mirabere quòd similes (licet non eiisdē potestatis ac dignitatis claus) etiā synagogæ diserte ac expressim tribuat Christus, sed interim scribis ac pharisæis abusus illarū exprobrans. De clauibus scientiæ habes Dominum legis peritos grauissimè increpantem, Lucæ 11. Væ vobis legisperitis qui tulistis claus scientiæ, ipsi non introistis, & eos qui introibant, prohibuistis. De claus potestatis, Matth. 23. Super cathedram Moysi sederunt scribæ & pharisæi: omnia ego quæcūque dixerint vobis, seruate & facite. Clauē item iurisdictionis habuerunt, sed vt aliis, ita & hac claus peperam abusi sunt, eiicientes extra synagogam nomen Iesu cōfidentes. Quòd si in synagoga has claus coniunctas esse oportebat, quanto magis in ecclesia easdem coniunctas esse oportet: quod non tantum concurs veterum sententia, sed & res ipsa planè conuincit. Neque enim Christus potestatem quam dedit apostolis, indiscretā esse voluit, qua liceret eis pro suo arbitrato peccata remittere vel retinere, ligare vel saluere, nullo habito inter ligandos vel soluendos discrimine, alioqui alibi non dixisset: Si cæcus cæco ducatur præstet, ambo in foueam cadunt: quin ipsa vocabula remittēdi & retinēdi, ligandi & soluendi, claudendi & aperiendi, indicant non solum authoritatem illam & potestatem, qua remittimus ac retinemus, sed etiam inter ligandos ac soluendos discretionem, claus esse, quæ scientiæ appellantur. Reperias autem

August.
lib. epil.
epist. 68.
Potestas excommunicandi, iuris diuini
102. 20.

Mat. 18.

Diuisio vtriusque claus.

Clauem scientiæ oportet in ecclesia claus potestatis esse cōiunctā.
Mat. 10.
Lucæ 6.

17 *Chri-
sto clau-
s scientiæ.*

*Apoc. 5.
Ioan. 8.*

Mat. 3.

Esa. 42.

Mat. 12.

Ioan. 20.

2. Cor. 6.

Gregor. 9.

Ambro.

in ser. de

natali san-

ctorū Pe-

tri &

Pauli.

Hiero. in

Mat. ca.

16.

Leuit. 14.

Indicat

*crimini-
um*

enarratio-

nem sacer-

dori faciē-

dum.

Hiero. in

Esaïam.

cap. 14.

& in Christo ambas hæc clauē copulatas. Ipse est enim in quo omnes thesauri sapientiæ Dei sunt absconditi, qui solus docet hominē scientiam, qui solus dignus inuentus est aperire librum, & soluere septē signacula eius, ipse cui dedit pater iudicium facere, & discernere inter paleā & triticū: ipse de quo dixit Deus apud Esaïam: Dedi spiritum meum super eum, iudicium gētibus proferet: calamū quassatum non cōteret, & linū fumigans non extinguet, in veritate educet iudicium. Quare cōsequē est, vt & Christus apostolos (quos sua potestate ornauit, ac pro se legatione fungi voluit) ambabus illis clauibus instructos esse voluerit, nepe iudicij & potestatis. Quod patres acutē viderunt, qui superni iudicij principatum sacerdotibus esse commissum, ac pœnitentiæ sacramentum, in quo remittuntur ac retinentur peccata, iudicij instar se habere dixerunt. Porrō clauis scientiæ erudit ad salutem, clauis potestatis suscipit ad quietem: clauis scientiæ doctrina verborum corda patefacit: clauis potestatis animabus aperit regna cœlorum. Illa scientiæ thesauros largitur, hæc diuitias immortalitatis dispensat. Quamobrem rectē dixit Hieronymus, Eos qui iudicij clauem à potestate separant, aliquid sibi de pharisæorum supercilio assumere, vt vel damnent innocētes, vel soluere se noxios arbitrentur, quum apud Deum non sententia sacerdotis, sed reorum vita quaratur. Legimus in Leuitico de leprosis, vbi iubentur vt ostendant se sacerdotibus: & si lepram habuerint, tunc à sacerdote immundi fiant, non quo sacerdotes leprosos faciāt & immūdos, sed quo habeant notitiam leprosi & non leprosi, & possint discernere, qui mundus quīve immundus sit. Quomodo ergo ibi leprosum sacerdos mundum vel immūdum facit, sic & hic alligat vel soluit episcopus & presbyter, non eos qui infontes sunt vel noxij, sed pro officio suo, quum peccatorum audierit varietates, scit qui ligandus sit quīve soluendus. Hactenus ille.

EX his ad germanam intelligentiam eius loci Ioan. 20. quē suprā citauimus, facillē pertingemus. Christus enim spiritum sanctū apostolis impertiens, ac dicens: Quorū remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorū retinueritis, retenta sunt: apostolis clauē (quas ordinis vocamus) tradidit, potestatemque remittendorū ac retinendorum peccatorum concessit, potestatem planē diuinam. Nam (vt diuus Hieronymus in Esaïam ait) dominus soluit compeditos, qui libe-

rati ab eo gratias referunt, dicentes: Tu dissoluisti vincula mea. Funibus enim peccatorū suorum vnusquisq; constringitur. At (vt subiicit) eos funes atque vincula soluere possunt & apostoli, imitantes magistrū suum, quāt eis dixerat: Quæcūq; solueritis super terrā, erunt soluta & in cœlo. Soluunt autem eos apostoli sermone Dei, testimoniis scripturarum, exhortatione virtutum. Hanc potestatem veluti omnium maximam diuus Ioannes Chryostomus celebrat: Intellige, inquit, quanto sacerdotes honore, quanta dignitate, Spiritus sancti gratia dignata fuerit. Etenim qui terram incolūt, atque in ea versantur, his cōmissum est, vt ea quę in cœlis sunt, dispēsent: his datum est, vt potestatem habeant, quam Deus Opt. Max. neq; angelis, neque archangelis datā esse voluit. Neque enim illis dictum est, Quæcūque ligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcūque solueritis super terram, erūt soluta & in cœlo. Habent quidē & terrestres principes vinculi potestatem, verum corporum solum. Id autē quod dico sacerdotum vinculum, ipsam etiam animam contingit, atq; ad cœlos vsque pertingit, vsque ad eō, vt quocunq; operati fuerint sacerdotes infernē, illa eadem Deus suprenē rata habeat, ac seruorū sententiā dominus cōfirmet. Iā quid ipsum hoc aliud esse dicas, nisi omnē rerum cœlestium potestatem illis à Deo concessam? Quorumcunq; enim, ait, peccata remiseritis, remittuntur: quorumcunq; retinueritis, retenta sunt. Cedo, quanam potestas hac vnā maior esse queat? Pater omne iudicium dedit filio: At hoc video à filio totum sacerdotibus esse commissum, & post pauca: Rex aliquis si cui ex subditis suis honorem hunc impertitus fuerit, vt potestatem habeat, quosocunq; velit in carcerē cōnuiciendi, eosdē inque rursus relaxandi, is nimirum beatus & admirandus iudicio omnium fuerit: at vero qui à Deo tanto maiore accepit potestatem, quāto cœlum terra preciosius est, quanto etiā animæ corporibus præstant, num is contēnendum ministerium accepisse putāndus est? Certē infania manifestaria est, tantum despiciere principatum, sine quo neque salutis, neq; promissorum bonorum compotes fieri possumus: nā & præter baptismū & sacrosanctam Eucharistiā, quæ manibus sacerdotum perficiuntur, condonandorū etiam nobis peccatorū facultatē obtinent. Hæc ille. Certē vulgaris res esse non potest, quam Christus tanto verborum serio promittit, inquitus

*Psal. 143.
Prou. 5.*

Mat. 18.

Quomodo

soluantur

peccata cla-

ue scientiæ.

Io. Chry-

so. libr. 3.

de sacerdo-

tio.

Mat. 18.

Nota ser-

uicentia ser-

uorum,

quæ clauē

iudicij præ-

supponit.

Ioan. 20.

Ioan. 8.

Simile.

Claves summa emphasi per Christū traditæ & promissæ.

Mat. 16. Ioan. 20.

Cūr Christus in discipulos in sufflauerit.

Confessio sacramentalis per Christum ininuata. Cypria. sermo. de lapsis.

Sacerdos aliter peccata non remittit. nisi cōfessus. Remissio ac retentio discretio nem requirunt.

Ego dico tibi (attende verborum emphasim) quia tu es Petrus, & super hanc petram edificabo ecclesiam meam, & porta inferi non preualebit aduersus eam: Et tibi dabo claves regni cælorum: & quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis: & quodcunq; solueris super terram, erit solutum & in cælis. Rursus, vide quanta cum maiestate Christus hinc discessurus, apostolis hæc claves tradiderit, idque ipso sue gloriose resurrectionis die. Insufflauit (inquit Euangelista) & dixit: Accipite spiritum sanctum: Quorum remittitis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Tantum donum non aliter quam spiritu oris sui, hoc est visibili quodam signo impartitionis Spiritus sancti (cuius solius virtute in ecclesia Dei peccata remittuntur) conferre voluit, vt omnes ad illius magnitudinis contemplationem prouocaret, & ad expendendum quam foret hoc beneficium in ecclesia necessarium incitaret.

Sed quorsum hæc inquires? Nimirum vt ostendamus hoc loco confessionem, quæ proprie sacerdoti fit, etiam criminum occultorum, veluti inestimabilem quendam Euangelij thesaurum per Christum indicatam, atque vt remedium necessarium (quo mæres peccato oppressæ, & peccatorum pondere ac remorsu propè desperantes, rursus ad certam spem salutis erigantur) ininuata esse. Nam quæ claves illæ ordinis (quas hic Christus confert) absque omni controuersa animæ liberatione respiciant, anima vero non minus occultis quam manifestis criminibus opprimatur, quin interdum occulta manifestis grauiora & periculosiora sint: planè insanus est, qui non videt hoc remedium non minus ad occulta quam ad manifesta peccata pertinere. Rursus, qui videt necessarium esse ac re ipsam postulare, vt scientiæ ac discretionis clauis, clauis potestatis coherereat: qui ite cum veteribus considerat hæc dominicis verbis: Quorum remisistis peccata, &c. sacerdotibus iudicij principatum, ac dignoscendi & discernendi inter infontes ac noxios facultatem, necnon sententiæ ferendæ potestatem, concessa esse, is necessario fatebitur, sacerdotem peccata aliter remittere vel retinere non posse, nisi sibi prius per confessionem cognita. Neque memoria transmittendum est, Christum apostolis non tantum potestatem remittendorum, sed etiam retinendorum criminum fecisse. At qui discernet sacerdos, sint nec peccata remittenda vel retinenda, nisi prius eorum audierit varietates? Quo

facto, quæso, is (qui euangelicus ille stabularius est) vulneribus ægroti vinum & oleum veluti prudens medicus infunderet, ac accuratam eius curam habebit, nisi prius vulnus diligenter inspexerit ac morbi radices inuestigauerit? Quomodo per contraria contrariis medebitur, nisi nouerit vtraque? Neque enim ineptiunt, qui quod à Boethio dictum est, similitudine quadam huc transferunt: nempe, Si operam medicantis expectas, oportet vt vulnus detegas tuum. Quod scilicet hac similitudine non tantum Christus, sed & scriptura passim vtatur, medicos animarum ad medicos corporis conferens, qui per fidele ministerium opitulentur saluti medicinam adhibentes, nimirum fometa verborum. Rursus, qua ratione præoccupatum in aliquo delicto presbyter instruet in spiritu lenitatis, nisi delicti speciem (quod diuina instructione amputandum est) perceperit prius? Quo tandem pacto, sermone Dei & testimoniis scripturarum & exhortatione virtutum soluet ligatos, nisi vitiorum nodos, quibus (vti funibus peccatores constringuntur) arte quadam non vulgari, enodari, explicare ac dissolucere curauerit? Quæ obrem rectè Gregorius in Ioan. cap. 20. Videndum, inquit, quæ culpa, aut quæ poenitentia sit sequuta post culpam: vt quos omnipotens Deus per compunctionis gratiam visitat, illos pastoris sententia absoluat. Tunc enim vera est absolutio præsentis, quam etiam sequitur arbitrium iudicis.

Quod si nobis dicas, Non assentior veteribus, qui verba ligandi & soluendi, remittendi & retinendi, disquisitionem quandam criminum exigere existimauerunt. Sed ipse hæc verba ad fidem tantum refero, vt is soluendus sit, qui dicat se tantum credere, sibi per Christum remissa esse peccata, etiam non confiteatur eadem speciatim: is verò solus ligandus sit, qui Euangelij promissionem respicit, verbum Dei auersatur aut contemnit. In summa, qui sibi peccata remitti non credit. Respondemus, nos nequaquam inficiari, fidem remissionis peccatorum, quæ in nobis efficit Spiritus sanctus, omnino necessariam esse in poenitente, qui velit clauium fructum percipere. Nam vt clauis non aperit seram, nisi sera ad recipiendum clauem sit disposita: sic virtute clauium spiritualium non soluitur peccator, nisi mentem habeat hac fide preparatam. Quo fit, vt patres interdum hæc fidem & Spiritum sanctum qui fide datur, clauem regni cælestis appellent, quod sine fide præambula & Spiritu sancto, nec sacerdos clauibus dignè vtatur, nec claus

Luc. 10.

Boethius.

Aug. in Psal. 87.

& in Psal. 66. Galat. 6.

Hiero. in Esa. c. 14. Prouer. 5.

Grego. in Ioan. c. 20.

Obiectio.

Dilutio.

Orige. hom. 1. in

Matth. quam lege

caute.

Ambro. in ser. de natali Pe

tri & Pauli.

Claves a-
liud sint
quā fides.
Mat. 16.
18.
Ioan. 20.
Aug. de
doc. Chri.
lib. 1. cap.
17. & 18.
Nota ver-
bum cor-
ruptus.
De fide
ad P. c. 3.

in peccatorū cordibus aperiendis sint efficaces, sed claves nihil aliud esse, quā fidem aut Spiritum sanctū, id planē negamus. Nā apostoli & fidem & Spiritus sancti revelationē habuerūt, priusquā Christ⁹ ipsis claves vel pmitteret, vel daret: ergo claves esse oportet quid præter fidem, hoc est, potestatē quandam qua in ecclesia pœnitētes quum accedunt per fidē ac confitentur, & cōfessi per tenētes ecclesia: nomine claves correpti solvūtur & ligantur. In quam sententiā diuus Augustinus dixit: Christū has claves ligādi ac soluendi ecclesia: de disse, scilicet vt quisquis in ecclesia eius, dimitti sibi peccata non crederet, non ei dimitterētur: quisquis autem crederet, seque ab his, correptus, auerteret, in eiusdē ecclesia: gremio cōstitutus, eadē fide ac correptione sanaretur. Quisquis enim (vt subdit) non credit dimitti sibi posse peccata, sit deterior desperādo, quasi nihil illi melius quā malū esse remaneat, vbi de fructu suæ cōuersionis infidus est. Hęc ille. Neq; enim frustra dixit Augustinus, vt quisquis in ecclesia correptus se à peccatis auerteret, quēadmodum idem alibi dixit: Pœnitentiā tunc peccatori prodesse, si eā in ecclesia catholica gerat, cui Deus in persona beati Petri ligādi soluendiq; tribuit potestatē, dicens: *Qua alligaueris super terrā, &c. Quanto ergo rectius & veteres recentiores catholici patres locū illū Ioan. 20. de tali potestate remittendi & retinendi peccata (quę cōfessionē præambulam requireret) intellexerunt? Inter recētiōres Hugo Victorinus non contemnendus author, sic ait: Deus homo, homines, qui puri homines erāt, participes fecit potestatis suæ, vt officium eius implerent, pœnitētium confessionem suscipiendo, vt potestati eius exercerent, pœnitentibus & confitentibus peccata remittendo, quum inquit: Accipite Spiritum sanctū, &c. iam quis est tam stupidus, qui nō potius ducat patrum, imō totius ecclesia: consensum in interpretandis scripturis, singularibus quorundam atque exoticis sententiis antepone: præsertim quum patrum sententia Christi verbis quam maximē consentanea sit, præsertim si fines absolutionis & clauium in ecclesia relictarum intuearis?*

Nobis certē plurimum hallucinari vidētur, qui per verbū (retinere peccata) nihil aliud intelligūt, quā relinquerē eum, qui verbū Dei auersatur suo errori existimantes locos euāgelicos, qui de clauib⁹ sunt, quod ad retentiōnem, seu ligationem attingit, nihil aliud continere aut velle,

Mat. 10.
Ioan. 20.

quā quod Christus Mat. 10. tradidit: Quicumq; non receperit vos neq; audierit sermones vestros, exeuntes foras de domo vel ciuitate, excutite puluerē de pedibus vestris, &c. Nā quis nō videt claves ad soluendos, vel ligandos fratres qui de ecclesia sunt ecclesie traditas esse? Locus autē ille Mat. 10. de his qui foris sunt, loquitur fidem in Christum & Euangeliū repudiantibus vel corruptentibus, qui non clauum virtute, sed infidelitate sua, & proprio iudicio condēnantur, quos tanquam deploratos, nisi resipuerint, relinquendos Euangelium & Apostoli tradiderunt. De quibus Paulus dixit: *Quid* *1. Cor. 5.*
enim mihi de his qui foris sunt, iudicare?

Quod si iam tamē hoc euicimus, quod ipsa verba Christi (Ioan. 20.) planē euincunt, nempe sacerdotibus (qui hac parte apostolorū in ecclesia successores sunt) potestati & retinēdi & remittēdi peccata, seu soluendi atq; ligādi traditam esse: consequens est, & illic pœnitentiæ sacramentū (quippe visibile in ecclesia signum inuisibilis gratiæ, hoc est remissionis peccatorum) institutum, quod necessariō præcedit cōfessio. Quamobrem est Christus illic expressim confessionem non præceperit, tacitē tamen indicauit, veluti rem necessariam, sine qua ad absolutionē sacramentalem perueniri nō potest. *Quid enim soluet aut ligabit, quid remittet aut retinebit sacerdos, si nihil ei cōfessum erit? Quomodo laboratos & oneratos vice Christi reficiat, qui nescit ex qua parte premantur ac vrgeantur? Christus scrutator renum & cordium, & qui nouerat omnia, interrogat cæcū: Quid vis vt faciam tibi? & sacerdos homo mortalis, alterius consciētię penitus ignarus non rogabit? Quibus morbis vis succurā: Diuus Ioannes Chryostomus, quem supra retulimus, requirit, vt confitētes Deo (quem nihil latet) non solū non fateamur peccatores esse, sed & singula delicta computemus ac recēseamus, quōd aliter homo morborū suorū oblit⁹ misericordiæ medicinā nunquā fideliter ac rectē petierit. Quanto magis homini sacerdoti enarranda est peccatorū varietas, eorū* *Chryost⁹*
Obiectio.
salsē, quæ consciētiā detinet alligatā, non quidē sacerdotis, sed confutētis gratia, vt dignam percipere possit medicinam?

Arguantur quidam, Christū nullibi confessionē præcepisse, proinde homines Christianos ad eā non esse alligādos. Sed hi nostro sanē iudicio verbis tantū inanib⁹ sophisticantur. Christus ægrotis medicū, oneratis ac laborā-

tibus refectorem & consolatorem ostēdit. Ergo ne tibi videatur is aegrotus (qui recōualescere vult) satis pręcepisse, vt medicum adeat, qui medicinā ostendit? **Quin** aegrotis vt ad medicū properent, pręceptis non est opus: sed morbus ipse satis interpellat infirmū, qui docet non bene habentibus, sed male habentibus opus esse medico. **Tacemus** interim q̄ Christus non coactos, sed voluntarios nos ad salutem perducit: libera est fides, libera sunt sacramenta, ad eō vt nemo vel ad baptismum capiendū cogēdus sit. **Quis** tamen ob id neget baptismum non esse necessarium aut pręceptum, volenti regnum Dei videre? Ad eundem modum nemo delinquētem absolutē cogit vt confiteatur, attamen si velit certū testimoniū remissionis peccatorum, quæ eum angunt, accipere, necesse est, vt absolutionem pręmittat. Et vt pertina cissimē negent, hęc confessionē quæ sacerdoti fit, in scripturis non habere mandatum, nunquam tamen cōmonstrabat absolutionem (diuinum illud beneficium) vlli hominum vnquā in ecclesia fuisse impensum, nisi primum confessio. Quā obrem quum & ipsi fateantur absolutionem sacerdotis esse liberalem promissionem, & preciosissimū thesaurum gratiæ Dei, in quo Deus nobis exhibeat, & proponat suam misericordiam & remissionem peccatorū, proindēque christiano etiam nomine eum indignū esse, qui hunc tā preciosum thesaurum contēnat, imō qui non summo desiderio eundē queat & amplectatur: consequens est, vt cogātur, velint nolint, fateri hanc confessionem haud esse de numero eorum, quæ christiano homini criminibus obruto liberū sit vel facere vel omittere. Nam si omnino liberum facis christiano, vt cōfiteatur vel non confiteatur, vt sibi dicat, occultē ago, apud deū ago, nouit Deus, qui mihi ignoscit, quæ in corde ago: ergo (quæ admodū inquit quidā vir pius) sine causa dictum est, Quæ solueris in terra, erunt soluta & in celo: Ergo sine causa clauis datæ sunt ecclesiæ? frustramus Euāgelium dei, frustramus verbum Christi, si promittimus vobis quod ille negat, nonne vos decipimus? **Quanto** rectius ergo idē ille colligit, agendam esse pœnitentiā, qualis in ecclesia Dei agitur, vt pro nobis & ecclesia oret, quā istī, qui peccatores à confessionis necessitate absoluūt? Præterea etsi liberā faciāt isti confessionem auricularem, vt vocant, fatentur tamen & ipsi retinēdam esse eam in ecclesia, ne prorsus inexplorati cōtra

*Mat. 9.
2. Cor. 9.*

August.

*De pœn.
dist. 1. ca.
agite.*

*Inexplorati
ad communionē
nō admittendi.*

præceptum Paulinum ad communionē admittantur, in quo partibus accedūt, qui testātur in omni ecclesia sacerdotibus se verē præceptum fuisse, vt viderent ne indignos ad communionē admitterent: & vt cæteros sileamus, vehemens est hic beatus Cyprianus martyr sermone de lapsis, vbi inter cætera ignauos sacerdotes increpans, ait contra Euāgelij vigorem, contra domini ac Dei legem temeritate quorundā laxari incautam communicationē: Irrita, inquit, & falsa pax periculosa dantibus, & nihil accipientibus profutura. Et post pauca ait: Ante expiata delicta, ante exomologesim factā criminis, ante purgatā conscientiam sacrificio & manu sacerdotis, ante offēnsam placatam indignantis domini & minantis, pacē putant esse quam quidā verbis fallacibus venditant. Non est pax illa, sed bellum: nec ecclesiæ iūgitur, qui ab euangelio se paratur. Ne verò tergiuerferis, ac neges Cyprianū de exomologesi, quæ sacerdoti secretō fit, loqui, audi quid idē ille sanctus martyr paulo ante dixerit: Imperitus, inquit, est medicus qui tumentes vulnerū sinus manu parcente cōtrectat, & in altis recessibus viscerū virus in clusum dū seruat, exaggerat, aperiēdum vulnus est & secundū, & putredinibus amputatis, medela fortiore curandū. **Quin** Cyprianus postea eodē sermone secretæ confessionis manifestissimus locupletissimūque assertor est, cuius testimonium infra adducemus copiosius. **Quæ** quū ita se habeant, nec inficientur illi, eū hominē, qui vel negligit vel contēnit tam preciosum absolutionis thesaurū (non hominis, sed Dei verbū & munus) hūc ne quidam christianum dicēdum, sed à communionē arcēdum, quod contēnat id quod christiano contēnere non licet, eoque cōtempta committat, ne remissionē peccatorum accipiat, ac certum de se signū præbeat, quod Euāgelij cōtempitor sit. **Quum**, inquam, hęc illi multis exaggerent, non videmus cur tam sint iniqui huic cōfessionis secretæ, qua sine is thesaurus nō percipitur, & tam grauis censura incurritur.

Quod generalis Concilij constitutionē, quæ incipit, omnes vtriusque sexus, &c. suggillent, id nobis suo more agere vidētur. Certē vt, quod sentimus, dicam⁹, verbis tantū pugnāt, re ipsa nihil efficiunt. Quid enim aliud statuit Conciliū, quā quod illi ipsi ecclesiæ disciplinā exigere, & plenum esse pietatis, persuadēt: Concilium non aliter cogit fideles (quū ad annos discretionis peruenerint, saltem semel

1. Cor. 11.

*Cypri. in
ser. dei la.*

Ibidem.

*Cypria. de
confessione
secretæ lo-
quitur.*

*Canon cō
cilij gene-
ralis, qui
incipit, om-
nes vtrius-
que sexus
&c. deservit ac
explicatur.*

Quomodo
cogit Cō-
cium ad
cōfitemdū.

Coacta
seruitia
Deo non
placere.

2. Cor. 9.
Obiectio.
1^a sal. 18.

Dilutio.

Quomodo
confiten-
dū & de
quibus
peccatis.
Canō nō
ligat pec-
catorem vt
certo tem-
pore cōfi-
teatur sa-
cramēta-
liter. Fa-
bian^o. Ex
cōci. Aga-
then. &
Elbert.
Olim ter
āno com-
municādū

in anno omnia sua delicta proprio sacerdoti confiteri, & Eu-
charistiæ sacramentū, saltem in Paschate, reuerenter recipere,
quā m vt contemptos ecclesiastica sepultura phibeat.
At illi absolutionis thesauri (vt verè dicūt) nō astimandi cō-
tēptores, non solum à sacramētis depellunt, sed & Christiani
nominis nomēclatura indignos decernūt. Vide verò, quorū
coercitio seuerior, ecclesiæ ne, an eorū qui ecclesiā infectan-
tur. Cæterū habet & Euangelium legē suā, habet & suā disci-
plinam. Atque interim tamen verum est, coacta seruitia Deo
non placere. Lex bene volentē instruit, quid sequatur: male-
volentem terret, donec iusta censura volentem faciat: pæda-
gogus est enim ad Christum. Quod aiunt peccatorū cōfessionem
pisse quod impossibile est, nepe omnium peccatorū cōfessionem
quam Dauid dicat: Delicta quis intelligit? ab occultis
meis munda me. Et iterum: Comprehēderunt me iniquitates
meæ, & non potui vt viderē, multiplicatæ sunt super capillos
capitis mei, &c. Certè sic arguando non satis candidè
interpretantur Canonem Concilij, qui omnium peccatorū
appellatione, tantū intelligi voluit peccata confitenti cog-
nita. Nec alio consilio Canon omnia peccata confiteri voluit,
quā m vt omnes (secundum diui Chrysof. sententiā) admo-
neret, vt accessuri Confessarium, conscientiam suā prius per
interiorem confessionem discutiēs, & delicta sua in memo-
riam etiam sigillatim reuocēt, ac tandē eiusmodi discutio-
ne (qualē solemus in rebus arduis adhibere) præuia, sacerdoti
omnia peccata cognita sigillatim, cætera verò quæ nō ma-
gnopere angunt & cruciant conscientiam, obliata item ac ne-
glecta, generatim cōfiteantur, atq; eatenus Canon nō alligat
confessorum ad certum tēpus, liberum relinquens quo anni
tēpore confiteatur. Quod autem canon vnumquēq; fidēlē
astringit ad percipiendum (saltem in Paschate) Eucharistiam
nouum videri non debet, quū & Fabianus martyr & pontifi-
fex non multo post apostolorum tempora & Agathen. & E-
libertanum Conciliū decreuerunt, ne inter catholicos qui-
dem eos connumerandos, qui saltem in Pascha, Pētecoste, &
Natali domini nō communicauerint, nisi fortē quis maioribus
criminibus quibuslibet impediatur. Quæ disciplina, vt
alia multa, nimirū refrigescēte hominū charitate, in Cōci-
lio generali per ecclesiā facta remissior est, sic tamē, vt Canō

non cogat indignos & nauseantes ad facerrimam illam com-
munionem, quinimo tales de proprij sacerdotis consilio tan-
tis per à communionē abstinere vult, donec bonā voluntatē
participandi sacramēti accipiant, seu ea quæ à communionē
pœnitentem abstinere suadent, expient. Quod verò proprio
sacerdoti confitēdum esse, Canon præcipit, id vetustissimis
canonibus, & antiquissimorum conciliorum decretis quā
maximè consentaneum est, quæ prohibēt, ne quisquā episcopum
aut sacerdotū se in alterius parochiā ingerat, nisi id
vel de consensu alterius, vel necessitate ita suadente fiat. At-
que huc non parum facit quod Paulus iubet Tito vt constituat
oppidatim presbyteros, & quod ex libro Prouerb. cap.
27. hoc per allegoriam non ineptè desecit: Diligenter (iu-
quit) agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera,
&c. Non erat ergo cur Canon ille tanti Concilij cui non solum
primores ecclesiæ Latinæ, sed & Græcæ, maximo certè
numero interfuerunt, tam acerbè tractaretur.

VT tādē m eo vnde digressi sumus, reuertamur, habes iā
(vt speramus) explicatū satis, quā m faciat locus ille in
Ioan. 20. Quorūcūque remiseritis, &c. ad alstruēdā cō-
fessionē quæ sacerdotib⁹ fit: habes, quæ magnificas clauēs, hoc
est, quantā potestatē Christus vicariis suis in terra reliquerit,
ob quam Deo (qui talem dedit potestatem hominibus) sum-
mas gratias ex toto corde agere oporteat: habes, quantum
huic potestati, quæ est vnica peccatorum & infelicitium con-
fessioniarum consolatio, tribuendum sit: quam contempserit,
Christum spreuisse sit, quæ hic idem sit forum Dei & forū sa-
cerdotis, ad cō vt nō putemus præterea opus esse alios locos
adferre, ex quibus catholici doctores hanc confessionē asserunt,
quæ vnus ille quem tractamus, nostra sententia suffecerit
ad monstrandum id quod intēdimus. Interim non igno-
ramus, id quod Iaco. 5. legimus, nepe, Confitemini alterutrū
peccata vestra, & orate pro inuicem vt saluemini, videri non
tantū scholasticis penē omnibus, sed & veterioribus docto-
ribus de confessionē sacramētali mandatum, sic, vt Christus
hanc confessionem in sinuasse, diuus verò Iacobus promul-
gasse videatur: nec habet hæc sententia quid absurdi: Nā et si
locus is, etiam ad fraternā confessionem trahi possit, quis ta-
men negauerit, eundem de sacramentali confessionē potissi-
mum intelligendum: si enim tanta est absolutionis virtus &

ca. omnis
vriusq;
Quatenus
canon cogat
anno
semel com-
municari.
Cur pro-
prio sacer-
doti confi-
tendum.
Ad. T. 1.

Epilogus.

Hic est i-
dem forū
Dei & fo-
rum sa-
cerdotis.

Sic sentit
Teophi.
& Beda.

dignitas, quæ admodum supra ostendimus, atque hæc præter confessionem, quæ sacerdoti fit, obtineri non possit: nemo iure dubitauerit, diuum Iacobum velle ut cõfiteatur homo mortalis mortali, idque potissimum sacerdotibus, qui certâ consolationem consciētis nostris in verbo absolutionis adferre possunt. Neque enim opus erat ut Apostolus expressim diceret, Confitemini sacerdotibus, quod Christus alibi commonstrauerit, quinam sint qui potestatem habeant remittendi, & retinendi peccata. Ut interim taceamus ipsum Apostolum eodem penè contextu sermonis presbyterorum meminisse, quos iubet induci super aegrotos, ut orent super eos, ungentes eos oleo in nomine Domini, non sine promissione salutis, alleviationis & remissionis peccatorum, cui statim prædicta verba subnectit in hunc modum. Cõfitemini ergo alterutrum. Quod si fateris Iacobum præcepisse (nimirum ex Christi institutione) ut cõfiteamur inuicè delicta, frater fratri, à quo tanta conscientie consolatio non speratur: quanto magis fatebere ex eiusdem sententia fuisse, ut grauatâ habentes conscientiam cui priuatus potestate clauium carens, moderi non potest, confiteremur sacerdotibus, Christi vice fungentibus in quorum manus Christus salutem nostram quodammodo posuisse videtur: neque enim verbum, Alterutrum, sacerdotes excludit. Nam & qui præcipit ut medeamur alterutrū, omnino vult ut pro ratione morbi medicus deligatur. Ex prædictis itaque iudicabis, num hæc confessio mandatum habeat in scripturis, quod primum discutendum suscepimus.

Iacobi 5.

Chry. li. 3
de sacerdotibus.
Verbum,
Alterutrum.

Hanc confessionem in scrip. exēplū & testimonium habere. probatur.

Basili⁹ in reg. mona.

cap. 21.

Mar. 3.

Act. 19.

Hanc confessionem totiusseculi sive consensu confirmari.

Equitur, ut doceamus hanc confessionem exemplum ac testimonium habere in scripturis. Hic nullis certabim⁹ argumentis cum contētiōis, sed tantum opponemus eis auctoritatem magni illius Basilij, quæ apud omnes catholicos hæc tenus fuit sacrosanctis cum sacerdotibus confitendū esse asseruisset, assertionem suam exemplis & testimonio scripturæ confirmat. Sic, inquit, & hi qui antiquitus pœnitebant, inueniuntur, apud sanctos confessi esse peccata sua. Scriptum est enim in Euangelio, Quia Ioanni Baptistæ confitebantur populi peccata sua: & in Actibus apostolorum, apostolis hi qui baptizabantur. Hæc ille.

Est autem ut doceamus hanc confessionem, vniuersalem consensum ecclesie omnium temporum pro se habere, nec ostēdi posse eandem vel in ecclesia Græca, quoad eadem ec-

clesia in catholica vnitatem persistit, penitus abolitam fuisse.

Post apostolos primi numerantur, Clemens Petri successor, & Dionysius Areopagita Pauli discipulus, uterque martyr. *Clemens Petri successor.*

Ille satis perspicue hanc confessionem (qua conscientia apud sacerdotem exoneramus) hisce verbis asserit, Si fortassis, inquit, in alicuius cor vel liuor, vel infidelitas, vel aliquod malum latenter irrepperit, non erubescat qui animæ suæ curam gerit, confiteri hæc ei qui præest, ut ab ipso per verbū & cõfiliū salubre curetur, quo possit fide integra & bonis operibus, pœnas æterni ignis euadere, & ad perpetua vitæ præmia peruenire. Et iterum: Quod in nauigatione pelagi humanæ vitæ ferendi sunt vomitus & succussiones & agitationes, quum ex confessione peccatorum & reiectione criminū velut malè cõgregati in visceribus fellis eiectione faciendâ est, & abiicienda proflus à corde, intrinsecus latens amaritudo peccati, si qua fortè ex desideriis iniqua, velut ex cibis noxiis cõgregata est, quam utique quum euomuerit quis & abiecerit, ingentis agritudinis liberabitur morbo, si tamen post vomitum, quæ ad sanitatem pertinent, sumat. *Ei qui præest nimirum sacerdoti.*

Alter, nēpe Dionysius, Demophilū monachū acriter increpat, quod impiū ad pedes sacerdotis procidentē, ac cõfitentē, verecundè se ad peccatorum remedia quæreda venisse, calce reiecerat, & usurpato sacerdotali officio, sacerdotem communionem dantem lapsus, conuitiis lacerauerat: Subindèque (vir ille sacer) diffinit omni ratione carere, Dei causa peruertere diuinitus traditū ordinem, quod distinctiōnes ordinèque confundere, sacratissimas Dei sanctiones & iura transgredi sit, nimirum indicans, hanc confitendi rationem ex iure diuino promanare ac descendere. *Satisfactio.*

VT autem quidam contendant, opera Clemētis apocrypha esse, ac negēt hūc Dionysium eundem esse quē Paulus Athenis conuertit, nihil (quod ad præsentē rē attinet) refert. Nam id saltem diffiteri nequaquam possunt, utrosque illos auctores quales nunc in ecclesia extāt vetustissimos esse, quod vel satis est ad euincendum hanc confessionem esse longe vetustissimā: nec interim quæcunque apocrypha sunt, falsa sunt. *Obiectio.*

Tertullianus vicinus apostolicorum temporum, testatur non facti solum, verum & voluntatis delicta vitanda, & pœnitentia purganda esse, sic ut non sola conscientia profes-

Tertul. de pœnitentia.

Exomologesis quid. ratur, sed aliquo etiã actu administratur, qui magis Græco vocabulo, nempe (exomologesis) exprimitur, quem prosternendi & humiliandi hominis disciplinam vocat, cõuersationem iniungentem misericordiam illicet: & postea inter opera pœnitentiæ recēset, presbyteris aduoluit: atque arguit eos qui hoc opus ac publicationem sui aut suffugiūt, aut de die in diem differre pręsumūt, pudoris magis mēiores quàm salutis: veluti illi qui in partibus verecundioribus corporis cõtracta veaxatione, consciētiam medentium vitant, & ita cū erubescētia sua percunt: quem pudorem subinde intollerandū pronūtiat, modis omnibus persuadēs, vt peccator in exomologesi, secunda subsidia statuatur, suam salutem ne deserat, aggrediq; ne cesset id quod sciat mereri sibi. Atque alibi ait, Deū Adā ad confessionem peccati prouocasse, vt scilicet conderentur nobis exempla cõfiteendorum potius delictorum, quàm negandorum, vt iam tunc initiaretur euangelica doctrina: Ex ore tuo iustificaberis, & ex ore tuo condemnaberis.

Satisfactio.
Pudor in tollerandis occulta nolite cõfiteri.
Secunda subsidia post lapsū in confessione.
Mat. 12.
Crige. in Psal. 37.
ORigenes, ecclesiarum post apostolos magister (vt dicit Hieronymus ait) in psalmo trigesimo septimo, verba ac sententiam Clementis (vt videretur) imitatus, sic habet: Vide quid nos edoceat scriptura diuina, quia oportet peccatū nō celare intrinsecus: forsatis enim sicut hi qui habēt intus clausam escā indigestā, aut humoris vel phlegmatis stomacho grauiter immittētia, si vomuerint, releuantur: ita etiã hi qui peccauerunt, si quid occultant & retinent intra se peccatū, intrinsecus vrgētur, & propemodū suffocātur, à phlegmate vel humore peccati. Si autē ipse sui accusator fiat: dū acuat seipsum & cõfiteretur, simul euomit delictum, atq; omnem morbi digerit causam. Tantummodo (vt subiicit) circumspecte diligentius, cui debeas cõfiteri peccatū tuū, proba prius medicum, cui debeas languoris causas exponere, qui sciat infirmari cū infirmante, flere cum flente, qui condolendi ac compatiendi nouerit disciplinam, vt ita demum, si quid ille dixerit, qui se prius eruditum medicum ostenderit & misericordē, si quid consilij dederit, facias, & sequaris, si intellexerit & prauiderit talem esse languorē tuum, qui in conuētū totius ecclesie, exponi debeat & curari, ex quo forsatis & ceteri ædificari poterunt, & tu ipse facile sanari: multa hoc de liberatione, & satis periti medici illius consilio procurandum est. Idē in Homilia, cap. 2. Leuitici, opponens sacrificiis

Medicus, hoc est, cõfessarius sacerdos, qualis designandus.

veteris legis pro peccatis, expiationes euangelicas, post septē remissiones, hoc est peccatorum expiationes, octauā esse dicit eam, quæ sit per pœnitentiam, duram quidem & laboriosam. **Qui** (inquit) lauat peccator in lachrymis stratum suum & sunt ei lachrymę panes die ac nocte, & quū non erubescit sacerdoti domini indicare peccatū suum, & querere medicinam secundum eum qui ait: Dixi, pronūtiabo aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti iniquitatē cordis mei. Alibi idem Origenes id, quod supra diximus (nēpe ostēdi non posse, vllum vnquam absolutū, nisi prius confessum) confirmat, dicens: Qui non prius animæ suæ vitia & peccatorum suorum cognouerit mala, & proprij oris confessione prouiderit, purgari atque absolui non poterit.

ORigeni Græco Cyprianum Latinum, illustrem ecclesie doctorē & martyre, annectamus. Is in sermone de lapsis (quæ & supra citauimus) modis omnib; cohortatur, vt nō modo manifesta, sed & latētia peccatorū vulnera detegamus, & occulta solāq; cogitatione perpetrata delicta cõfitemur. Et vt planē videas, cum confessionem secretam, quæ sacerdoti fit, admodum probasse, eandēque tum in vsu fuisse: sic ait: Denique quando & fide maiori, & timore meliore sunt, qui quāuis nullo sacrificij aut libelli facinore constricti, quoniā tamē de hoc vel cogitauerūt, hoc ipsum apud sacerdotes Dei dolēter & simpliciter cõfiterentur, exomologesim cõscientiæ faciunt, animi sui pondus exponunt, salutariē medelam paruis, licet & modicis vulneribus exquirunt, scientes scriptum esse, Deus nō irridetur. Et post pauca: Cõfiteantur inquit, singuli, quæso vos fratres, delictū suum dū adhuc, qui deliquit, in seculo est, dū admittit cõfessio eius potest, dū satisfactio & remissio facta per sacerdotes apud dominū grata est. Alibi hunc rectē agere pœnitentiā ait, qui diuinis præceptis mitis & patiens, & sacerdotibus Dei obtēperans, obsequiis suis & operibus iustus dominum promeretur.

HVic iungendus est Nicephorus Carthophylax, qui ad Theodosium monachum sic scribit: Ligadi soluēdiq; prouincia pōtificibus ipsis à clemētissimo Deo nostro demandata est. Si quid ad Petrum ait: Quæcunq; ligaueritis, ligata: & quæcunq; solueritis, soluta erūt. Vnde (vt subicit) olim omnes oportebat ad ipsos pōtifices accedere, suaq; illis occulta prodere, & sic vel reconciliationē vel repudium

Orige. in hom. 2. c. Leuitici.
Confessio, vt vocat, auricularis.
Psal. 31.
Orig. lib. 3. periar. cap. 1.

Cyp. 7. ser. de laps.

Occultorum confessione.

Ibidem.

Satisfactio Cyp. ad clerum ac modo agendi pœnitentiam
Nicephorus ad Theodo.
Mat. 16.

Occultorū secretis confessio antiquissima.
 ferre. Ignoro autem (inquit) quī factum sit, quā hęc minus obseruentur, quāuis existimē pontifices negotij tædio, frequentique multitudinis turbulentia defatigatos, id operę ad monachos transmississe, ad eos scilicet, qui verē probati sunt aliisque valeant esse viles. Ecce quā perspicuē vir ille pius morē cōfiteudi sacerdotibus, ex diuinis literis asserit ac comprobat, quāuis suis temporibus id vñ venisse dicat, quod & nostris, nempe per pontifices & sacerdotes, vt otiosius viuerent, onus audiendarum confessionum secretarū tum in monachos, veluti nunc in fratres mendicantes, esse reiectū, non sublatū. Et quid clarius eo quod sequitur: Porro si quis expertus sit & frugi, & quum hoc sacerdotio fungatur, ad illum in primis accedendum: nam poterit indigno prodesse, accedentē se diligentius curare, reconciliare item & corrigere. Ac paulo post, sacerdotem officij sui commoneans: Lapros, inquit, spiritalibus increpationibus admonebit, vtiliter cōsulet, vitam futuram & æterna supplicia in memoriā reducet. Vñ cauebit, ne indulgentius & citra omnem obiurgationē absoluat, fiatque alienorum criminum particeps.

Ibidem. Expertus & frugi sacerdos diligēdus.
Ibidem. Officium cōfessarij. Quid cauendum.
Basil⁹ in reg. mon. cap. 21.
Non obscurius magus ille Basilus, & ipse Gręcus, hęc confessionem secretam testatur. Locus est ex dialoگو, qui regulę monachorum inscribitur, per Ruffinū synchronon diui Hieronymi, verso, Cap. 21. quarit monachus: Qui vult pœnitere, peccata sua an omnibus debet cōfiteri & quibuslibet, an sacerdotibus tantum, an cæteris quibusque?

Ezec. 18. Respondet Basilus: Clementia Dei erga eos qui deliquerūt manifesta est, secundum quod scriptū est: Qui non vult mortē peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat. Quia ergo confessionis modus ad hoc aptus est, & conuertentē se à peccato, fructus dignos ostendere debet pœnitentię, secundum quod scriptum est: Omnis arbor quę non facit fructum bonū, excidetur, & in ignem mitretur: necessarium videtur his quib⁹ dispensatio mysteriorū Dei comissa est, confitenda esse peccata. Demonstraturus quoque hanc confessionem habere in scripturis testimonium, & exemplum, ambo illa loca ex Euāgelio Matthai & Actis Apostolorum suprā citata, affert. Ne verō putares non confitenda parua delicta, eodē libro, capite decimo octauo monet, Nihil oportere contemni tanquam paruum, quod de omniverbo otioso quod locuti fuerint homines, de eo rationē in die iudicij reddituri sint. Rursus, cap.

Mat. 12.

98. Rogat Monarchus, an doceat, quum soror aliqua confiteatur quodcunque delictum suum presbytero, etiam matrem monasterij adesse? Respondet Basilus. Honestius mihi videtur esse & religiosius, vt per seniore matrem presbyteri, si quid illi videtur, sibi statuat, & modum & tempus pœnitentię imponat ad emendationē eius quam corrigi desiderat à peccato: nimirum significans magis conuenire, ne soror matris imperio subiecta, non aliter oneretur satisfactione pœnitentię, quā ex matris consilio, quę omnibus sororibus prospicit. Nec cessat rogare monachus, Vtrū decet gesta turpia cōfiteris, vel obscœna inuerecundius annuntiare omnibus aut certis quibuslibet aut quibuscunque? Respondet Basilus. Cōfessio peccatorum hanc habet rationem, quam vulnus habet aliquod corporis, vel passio quę medico demonstranda est. Sicut ergo non omnibus quis vitia vel vulnera corporis sui reuelat, nec quibuslibet, sed his tantum qui summa peritię testimonium habent, & curę ac medelę disciplinam: ita confessio peccatorum fieri debet apud eos tantummodo, qui curare hęc pręualent & emendare, secundum quod scriptū est, Vos qui fortiores estis, infirmitatē infirmorum portate, hoc est auferte & exportate per curationē. Vide vero quā pulchrē tres illi insignes Gręcię magistri ac egregia luminaria, nempe Origenes, Nicephorus, & Basilus in hac re confessionaria concinant, & quod comprobandū recepimus, luce clarius affirmant.

Satisfactio.
An reuelanda confessio. Simile.
1. Thes. 5.
Iam rursus aliud par duorum (omnium sententia) celebratissimorū ecclesię Latinę doctorum copulabimus, nempe Diuos Hieronymū & Augustinū. Nam Ambrosiū Latinū Chrysostrōmo Græco conferendū seruabimus. Diuus itaque Hieronymus primum eo loco quē suprā citauimus, nē in commentariis supra Matthai, huius confessionis memento, quum episcopū vel presbyterum, aliter ligare vel soluere peccatorē phibeat, nisi primum peccatorum audierit varietates, & iam hinc sciat quos ligandos sit, quive soluendus. Qui locus aperte cōiungit, & diui Hieronymi tempore, confessionem sacerdotibus cum enumeratione delictorū factā fuisse. Deinde perspicuum testimonium eius habes in cōmētariis super Ecclesiast. cap. 10. Si quem inquit, serpsē diabolus occulte momorderit, & nullo cōficio, cū peccati veneno infecerit, si tacuerit qui percussus est, & nō egerit pœnitentiā,

Hiero. in Mat. c. 16. Enarranda peccata in cōfessione singulim.

Hiero. in Eccl. cap. 10. Aliud ad locum Ia. 5. si trē magister hoc est peccatorum.

potissimè
intelliges.
Vide cap.
mensurã.
de pœ. d. 1.
Aug. in
Psal. 66.

nec vulnus suum fratri & magistro voluerit confiteri, magister qui habet linguam ad curandum facile ei prodesse non poterit. Si enim erubescat ægrotus vulnus suum medico confiteri, quod ignorat medicina, non curat. Vt interim fileamus plerisque alios locos, ubi in laude confessionis multus est Hieronymus.

Psal. 105.

Hic sententiæ subscribit Augustinus in psal. sexagesimū sextum: Latentur, inquit, & exultēt gentes. Unde? per ipsam confessionē. Quare? quia bonus est cui confitetur: ad hoc exigat confessionē, vt liberet humilē: ad hoc dānat non cōfitentem, vt puniat superbū. Ergo tristis esto antequā confitearis: confessus exulta, iam sanaberis. Non confitentis conficiētia saniem collegerat, apostema tumuerat, cruciabat re, quiescere non sinebat. Adhibet medicus fomēta verborum, & aliquando fecat medicinale ferrum tribulationis. Tu agnosce medici manū, confitere, exeat in confessione & defluat omnis sanies. Idē in cap. Ioan. quintum sic habet: Vox saluatoris rumpit duritiē lapidis, & cor tuum ita durū est, vt nodū illa vox diuina te rumpat: surge in corde tuo, procede de sepulchro tuo, etenim mortuus in corde tuo tanquam in sepulchro tuo iacebas, & tanquā saxo malæ consuetudinis grauabaris: surge & procede, & crede & confitere. Qui enim credit, surrexit: qui cōfitetur processit. Quare processisse dicimus cōfitentem? quia antequam cōfiteretur, occultus erat: quum autē confitetur, procedit de tenebris ad lucem: & quū confessus fuerit, quid dicitur ministris: Quod dictū est ad funus Lazari, Soluite illum, & sinite abire. Quomodo dictū est ministris apostolis. Quæ solueritis in terra, soluta erunt & in cœlis. Vt interim prætereamus quæ toto libro de vera & falsa pœnitētia (quem quidem tanquam nothum ex libris eius quidā fecerunt, quanquam interim catholicæ doctrinæ sit) vbi modis omnibus cohortatur, vt pœnitētes vitā nostrā Deo per sacerdotē repræsentemus, huc deflectēs, quod dominus mundatis præcepit, vt ostēderēt se sacerdotibus, iubet vt quæramus sacerdotē scientē ligare atque soluere, ac omnino erubescētia detestatur, quæ confessionem vincit: erubescētia verò, quæ confessionem comitatur, laudat, quod illa partem habeat remissionis. Libro de salutaribus documētis iubet iussioni sacerdotis Deū timētis obsequi, qui vt sapiens & pfectus medicus, primū sciat curare sua peccata, & postea

Idē in cap.
put 107. 5.

Confiten-
dum eccle-
siæ mini-
stris vt sol-
uant confi-
tentem.
Ioan. 11.
Aug. de
vera &
fil. pœnit.

Erubescē-
tia detesta-
bilis.
Erubescē-
tia lauda-
bilis.

August.
li. de salu-
tari docu.

aliena vulnera detergere & sanare, & non publicare. Hunc enim perquirendum, & cū eo consiliū salutis nostræ incundū esse suadet. Præterea libro de visitatione infirmorum, ex professo confutantur, qui sufficere arbitrātur si soli Deo (cui nihil est occultum) quam nullius lateat conscientia, sua criminā cōfiteantur, vel nolentes vel erubescētes vel dedignātes ostendere se sacerdotibus, quos tamē inter lepram & lepram per legislatorē dominus constituerit. Sed nolo, inquit, vt ipsa decipiaris opinione, vt confundaris confiteri coram domini vicario, tabescēs præ rubore, vel ceruicosus præ indignatione. Nam ipsius humiliter subeūdum est iudicium, quæ dominus sibi nō dedignatur vicarium. Ergo, inquit ad te venire ioges sacerdotem, & fac ipsum conscientiarum tuarū penitus participem, non te seducat illa superstitione, quæ in visitando confirmat, quia saluet, sacerdote incōsulto ad Deum peccatorū confessio. Nō enim (vt subiicit) abnegamus, quin sit ad Deū frequenter referenda peccatorum confessio. Eges enim & sacerdotis, qui mediator sit ad Deum tuum, salubri in iudicio. Item cap. 5. Antantem, inquit, corā te sacerdotem angelū Dei existima: aperi ei penetratium tuorū abditissima latibula, cōscientiarum verecundarū penitiora reucla repagula, &c. Nec memoratur nos, quod libri isti de vera & falsa pœnitentia, item de salutaribus documētis, denique de visitatione infirmorū, quibusdam non videantur esse Augustini, quum constet Augustinum in libris minimē dubiis eādē tueri sententiam. Et vt hi libri non sint illius Augustini Hipponensis episcopi, vetustū tamē sunt, & tanquā pij ab ecclesia recepti, vt vel hinc probetur hanc confessionem non esse rem nouam, sed iam olim vt rem necessariam in ecclesia visitatam.

Iam ad Ambrosiū & Chrysostrōmū pergamus, quos ideo coniunximus, vt ostendamus eos non tantū non abolere hanc confessionē (quod tamē illius aduersarij impingūt) sed eandē tueri magis. Scimus ex Ambrosio, citari locum de pœnitentia Petri in hæc verba: Ergo, inquit, Petrus prorupit ad lachrymas, nihil voce precatus: inuenio enim quod fleuerit, nō inuenio quid dixerit. Lachrymas eius lego, satisfactio nē nō lego, rectē planē Petrus fleuit & tacuit, quia quod defleri solet, excusari nō solet: & quod defendi nō potest, abluji potest. Lauat enim lachryma delictum quod pudor est cōfiteri. Lachrymæ ergo verecundiæ consulunt pariter & salutem.

Aug. de
visit. infir-
mo.

Typus po-
testatis sa-
cerdotis
veteris sa-
cerdotiū.

Nō suffi-
cere men-
talem cō-
fessionem.
Ibid. c. 5.
Occurrit
obiectioni.

Aug. in
commē. in
Psal. 5.

Obiectio
ex Am-
in sermo.
de pœnitē-
tia Petri.

*Obiectio
ex Chry-
sosto. in e-
pisto. ad
Hebræ.*

Hactenus ille. Scimus ex Chrysoſtomo in epistolam ad Hebræos citari, Non dico tibi vt te prodas in publicum, neque te vt apud alios accuses: sed obedire te volo propheta: Reue la domino viam tuam, apud verum iudicē cum oratione delicta tua pronuntia, nō lingua, sed consciētiā tuā memoria, & tum demum spera te misericordiā posse consequi. Et alibi: Peccata tua discito vt deleas. Illa si cōfunderis dicere quia peccasti, discito illa quotidie in anima tua, nō dico vt cōfitearis ea seruo vt exprobrer, dic Deo qui curet ea: nam licet nō dixeris, non ignorat Deus. Et quæ in eandem sententiā scribit Homilia 31. 40. 80. & homil. 2. in Psalmum quinquagesimum. Itē sermone nuper versode pœnitētia & confessione. Scimus denique locum qui ex tripartita historia cōtra hanc confessionem affertur, Sozomenē auctore, in hæc verba:

S O Z O M E N E S.

*Obiectio
ex histo-
tripar. li.
9. cap. 36.*

Quoniam omnino non peccare, diuinū & vltra humanam naturam esse cognoscitur, peccantibus autem & pœnitentiā agētibz, veniam Deus dari præcepit, qui verō cōfiteri refugium, maius peccatorū onus acquirunt, propterea visum est antiquis pontificibus, vt velut in theatro sub testimonio ecclesiastici populi delicta pādantur. Et ad hæc rē presbyterum bonæ conuersationis, seruātēq; secretum ac sapientem virum statuerunt, ad quem accedentes hi qui deli querant, delicta propria fatebantur. At ille secundum vniuscuiusque culpam indicebat & multā. Quod etiam hactenus diligenter in occidentalibus seruatur ecclesiis, & maximē apud Romam, vbi etiam est locus certus pœnitentium. Stant enim rei, & velut in lamētationibus constituti. Quum enim sacra celebratio fuerit adimpleta, illi communionē non percipientes, cum gemitu & lamentatione seipos in terrā prosternunt. Ad quos concurrēs episcopus, & ipse cū lachrymis & gemitu spiritali psteritur, & omnis ecclesię plebs fletibus inūdatur. Post hoc autē prior surgit episcopus, & eleuat iacentes à terra. Tum competenter pro pœnitentibus facta oratione, dimittit omnes. At illi afflictionibus sponte vacantes aut ieiuniis, aut abstinentia lauacri, aut suspensione ciborum, aut rebus aliis quæ iubentur, expectant commune tempus quod decernit episcopus. Cōstituto vero tempore, velut quoddam debitum exoluentes afflictione de peccato curati cum populo cōmunionē participantur. Hęc ergo antiquitas

*Diaconi
tanquam
oculi epi-*

Romani pontificis vsque ad nostrū conseruarūt tempus. Por rō Constantinopoli presbyter super pœnitētes fuit vsque ad illud tēpus, quo quādam mulier nobilissima, quum peccata sua esset cōfessa, & ei à presbytero fuisset præceptum, vt ieiunaret, & Deo operibus piis supplicaret, quū hoc obseruaret, crebrius in ecclesia cum diacono se cōcubuisse confessā est. Hoc quum populus cognouisset, sciebat in sacerdotes, quasi per eos facta fuisset iniuria ecclesię. Tum Nectarius episcopus remouit diaconū sceleratum, & quibusdam suadentibus vt singulos ad cōmunicandum iudicio cōscientiæ suę relinqueret, etiam presbyterū nequaquam super pœnitentes esse præcepit. Et ex illo antiquitatis cōsuetudo sublata est, quum (vt arbitror) minora peccata pro pudore confessionis, & subtilitate exanimantium pararentur. Hactenus Sozomenes.

Sed qui prædictos locos cōtra confessionē secretam adferunt, non videntur nobis satis sententiā authorū quos pro sua sententiā citant, excussisse. Vt incipiamus à Tripartita historia, manifestū est eū locum confessioni secretę multum tribuere. Principio enim adfirmat eos qui cōfiteri refugium, maius peccatorū onus acquirere: Deū testatur cōfessionem secretam in Greca ecclesia fuisse, quum referat antiquos pontifices ad hanc rē presbyterū bonæ conuersationis seruātēq; secretum, ac sapientem virum, statuisse: ad quē accedentes hi qui deliquerant, delicta propria fatebantur. Quod autem subinde testatur presbyterū (qui vsque ad illud tempus Constantinopoli super pœnitētes fuit) sub Nectario qui proximē Ioannem Chrysoſtomum præcessit, ob crimen diaconi remotū, & ex illo antiquitatis consuetudinē sublata esse, ex eo quidem (nostra sententia) non cōuincitur, cōfessionem secretam omnino abolitam fuisse, sed tantum ritum illum publicē in ecclesia ob occulta peccata pœnitendi. Nam (vt suprā diximus) ea erat veteris ecclesię seueritas, vt & pro occultis delictis pœnitentiā & multam publicā indiceret, ac cōfessionem in locum pœnitentiū relegeret, cui rei præerat presbyter, qui super pœnitentes vocabatur. Dicebantur enim tunc pœnitentes hi soli qui publicam pœnitentiā, id est satisfactionem in ecclesia facerēt, quemadmodum canonibus diuersorum Conciliorum, atq; adeo ex capitulis Gręcorum synodorū per Martinum Bracharacensem episcopum recollectis liquet, cap. 23. Is ergo presbyter qui super tales

*scopi actus
totius ec-
clesiæ per-
scrutabā-
tur, refere-
bantque
ad episco-
pum, vbi
correctiōe
aut admo-
nitione op-
esse cerne-
bant. vide
Clemen.
epistol. 1.
ad Iacob.
Dilutio
prædicto-
rū locorū.
Locus tri-
partit. e hi-
storia ex-
plicatur.
Confessio
secretā in
ecclesia
Greca ab
initio fuit.*

*Vide col-
lec. Græca
rum syno-
dori. c. 23.*

pœnitentes fuit, & qui publicam multam indicebat, remor^o est, & ea seueritas sublata, ne confessi de occultis, publica satisfactioe grauarerent, quin Nectarius eam seueritatem non in totum sustulit, sed (vt habet historia) singulos ad cõmunicandũ iudicio conscientia suã reliquit, sic scilicet, vt his qui adhuc putaret, ipsis ante communionem publica satisfactioe opus esse, eadem penitentibus daretur: ceteri vero suã conscientia relinquerentur, vt scilicet ad communionem admittererent, nulla satisfactioe publicẽ expleta. At confessionem secretã ex toto sublalam esse, nobis non fit verisimile, quum diuus Chrysostrõmus Nectarij successor, eius non vno in loco meminert, ex quibus vnũ supra retulimus. Aliũ habet libro secundo de sacerdotio, vbi ait, Multa arte opus esse, vt qui laborant Christiani, vtro sibi ipsi persuadent, sacerdotũ curationibus sese submittere oportere: neq; id solum, sed vt etiam curationis ac medicina nomine gratiam illis habeant. Et post pauca. Quocirca, inquit, multa quidem opusest pastor prudentia, sexcentis etiam (vt sic dicam) oculis, vt rectẽ vndique humani animi habitũ circumspicere possit. Postea eodem libro, præstantiam sacerdotalem ex loco Ioannis vigesimo, Quorumcunq; remisieritis peccata, &c. in cælum vehens, infamã esse manifestariam dicit, despiciere tãtum principatum, sine quo neque salutis, neq; promissorum bonorũ compotes fieri possumus, quod neque baptism^o, neque caro & sanguis domini aliter quã per sanctas sacerdotum manus perficiantur: neque sacerdotes solum nos regenerent, sed postmodum etiam condonandorũ nobis peccatorum facultatẽ obtineant. Atque eodem loco, no stro, Iudæorum sacerdotibus lãge præfert, quod his corporis lepram purgare seu (vt verius dicam^o) haud purgare, sed purgatos probare: at no stris non corporis lepram, verum animã sordes, non tantum purgatas probare, sed purgare prorsus (vt ait) concessum sit. Quã omnia satis demonstrant, longe aliud esse remouisse presbyterum super pœnitentes, hoc est sustulisse illam acerbiteratem, confessum etiam de occultis in ordinẽ publicẽ pœnitentium relegandi: quod per Nectarium in Græca ecclesia, postea etiam per pontifices in Latina factum esse non negamus. Aliud verò, confessionem secretam penitus abolere, quod in vlla catholica ecclesia hæctenus vnquam factum fuisse nobis non facillẽ persuaderi patiemur. Atque hoc no-

Chrysostr.
Nectarij
successor
meminit
confessio-
nis secretæ
lib. 2.
de sacerdot.

Locus
Ioan. 10.
explicatur
per Chry.

Sacerdotij
nostri ne-
cessitas.

Ibidem.

Quid fece-
rit Necta-
rius. Con-
fessio secre-
ta in nulla
ecclesia pe-
nitens sub-
lata.

strum commentum non esse vanũ totus contextus prædicti loci historia tripartita, si modo ad viuũ excutiat, palam ostendit, siue antecedentia siue consequentia inspicias: atque ad eò finis declarat, tantum pudori consultum esse, quo pœnitentes publicẽ grauabantur.

Ergo & quacunque aduersarij contra hanc confessionẽ ex Chrysostrõmo cõtortent, ei omnino nihil derogat. Nam quid aliud est dicere, non dico tibi vt te prodas in publicum, neq; te vt apud alios accuses, vel, Nõ dico vt cõfitearis ea seruo vt exprobrer. Itẽ necesse non est præsentibus testibus cõfiteri, quã, Libero te publica illa satisfactioe, qua et si verbis peccata tua haud expressim, re tamen ipsa in publicũ prodas, ac ea conferuis tuis, qui & testes cõtra te esse, & peccata exprobrare possint, cõfiteris. At longẽ alia ratio est confessionis sacramentalis, qua crimen non profertur in publicum, nec præsentibus testibus euulgatur, nec exprobatorem timet, sed soli sacerdoti Dei vicẽgerenti, atque ad eò magis Deo quã sacerdoti (cui publicato iã interdicta est) dicitur, quod hic amodo non fit vllum discrimen inter forum Dei & forum sacerdotis.

Eiusdẽ omnino sententia diuum Ambrosium fuisse, nulli dubiũ est, qui tamen tanti viri libros diligẽter euoluerunt. Nã quod aduersarij ex eo de pœnitentia Petri attulerunt, & singulare est, & publicã pœnitentiam respicit: quod ea verba indicant. (Quod pudor est cõfiteri) ad quam tamẽ idem vir ille sanctus alibi quãmaximẽ cohortatur quem admodum videre est libro primo de pœnitentia. cap. 86. & lib. secundo, cap. primo, & cap. decimo, vbi Petro quidem statim dimissa peccata dicit, quia amarissimẽ fleuit, & nihil fecius quemlibet ex nobis monet in hæc verba. Fleat, inquit, pro te mater ecclesia & culpam tuã lachrymis lauet. Item, Volo veniam reus speret, petat eã lachrymis, petat gemitibus, petat populi totius fletibus, vt agnoscat obsecret, & cum secũdò & tertio fuerit dilata eius cõmunio, credat remissius se supplicasse, fletus augeat miserabilior. Postea reuertatur, teneat pedes brachijs, osculetur osculis, lauet fletib^o, nec dimittat, vt de ipso dicat dominus Iesus: Remissa sunt peccata eius multa, quoniã dilexit multum. Cognoui, inquit, quosdã in pœnitentia fulcasse vultũ lachrymis, exarasse continuis fletib^o genas, strauisse corpus suum calcandum omnibus, ieiunio ore

Loci ex
Chryso.
tati explẽ
cantur.
Cypri. in
ser. de lap.

Ambro.
dictũ ex-
cutitur.

Amb. de
pœn. lib. 1.
ca. 16. &
li. 2. ca. 1.
& ca. 10.

Alius o-
lim in pœ-
nitentibus
ardor quã
nunc est.

Ambrosio semper & pallido mortis speciem spiranti in corpore pre-
 tollit pri-
 uati con-
 fessionem,
 sed statuit.

Ioan 20.

Non ma-
 gis est ma-
 data si-
 cerdatis ab
 solutio
 quam li-
 gatio.

Ibidem.

Officiū
 sacerdotis
 munus spi-
 ritus sancti
 Confessio-
 nis priua-
 te contem-
 ptiores quid
 faciant.
 Atatt. 6.

semper & pallido mortis speciem spiranti in corpore pre-
 lisse. A deo autem Ambrosius non tollit ratione priuati qua
 rendi consilij, & absolutionis, vt ex professio doceat que mo-
 deratio erga peccatores, ab his qui illorum morbos curare de-
 bent, habenda sit. Nec facile inuenies quemquam ex patribus
 qui potestate sacerdotalem magis illustret. Sed aiunt, inquit,
 nimirum Nouatiani, se domino deferre reuerentiam, cui soli
 remittendorum criminum potestate referuēt, imò nulli ma-
 iorem iniuriā faciunt, quam qui eius volunt mandata rescin-
 dere, commissum munus confundere. Nam quum ipse (vt sub-
 iicit) in Euāgelio suo dixerit dominus Iesus: Accipite spiri-
 tum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: &
 quorum retinueritis, retenta erunt: quis est qui magis hono-
 rat, vram qui mandatis obteperat, quam qui resistit? Eccle-
 sia in vtroq; obseruat obedientiam, vt peccatum & alliget, &
 relaxet. Dominus enim par ius esse voluit & ligandi & soluē-
 di, qui vtrunque pari conditione permittit. Quomodo igitur
 potest alterū licere, alterū non licere? Hactenus ille. Quibus
 verbis refutantur, qui asserunt potestatem obtinēde absolu-
 tionis, non apud sacerdotem, sed apud consentiēte esse, quum
 vir iste sanctus vtranque & ligandi & soluēdi potestatem ex
 Euāgelio sacerdotibus ex æquo tribuat. Ius, inquit, hoc solis
 pmissum sacerdotibus est. Rectē igitur ecclesia vēdicat, quæ
 veros sacerdotes habet: hæresis vendicare non potest, quæ sa-
 cerdotes Dei nō habet. Et post pauca: Munus spiritus sancti
 est officium sacerdotis, ius autem spiritus sancti in soluēdis
 ligandi que criminibus est: docet que eodē capite, habēdam
 esse criminum differentiam. Et quid, quæso, aliud faciūt, qui
 huius confessionis sacramentalis dignitatem eleuant, quam
 quod idem Ambrosius cap. 5. ait: Quid, inquit, aliud dicunt,
 nisi hoc: Nemo de vulneratis nostrum ingrediatur hospitium,
 nemo sanetur in nostra ecclesia, Apud nos non curatur ægro-
 ti, sani sumus, medicum non habemus necessariū: quia ipse
 ait, Non est opus sanis medicus, sed his qui male habent. Itē,
 capite sequenti: Denique (inquit, ad Christum verba facies,
 Ambrosius) ecclesie tuæ species est illa quæ accessit retro, &
 tetigit fimbriam vestimenti tui, dicens intra se: Quia si teti-
 gero vestimentum eius, salua ero. Hæc ergo ecclesia consti-
 tur vulnera sua, hæc curari cupit. Rursus cap. 7. Pœnitentiæ
 sacramentū apertissimè statuit: Quid, inquit, interest, vtrum

per pœnitentiam, an per lauacrū, nimirum baptismatis, hoc
 ius remittendorum scilicet peccatorum omnium, sibi datū sa-
 cerdotes vendicent? vnum in vtroque ministeriū est. Sed dice-
 ces, inquit, quia in lauacro operatur mysteriorū gratia. Quid
 in pœnitentia? nōne nomē Dei operatur? Itidem lib. 2. cap.
 septimo: Poterat, inquit, Christus tacita vi operationis occul-
 ta: transferre saxum sepulchri, in cuius passione remotis lapi-
 dibus plurima defanctorum sepulchra patuerunt: sed homi-
 nibus iussit vt remouerent lapidem. In veritate quidem, vt
 increduli crederent, quod videbant, & aspicerent resurgentē
 mortuum: in typo autem, quod nobis donaret, vt leuaremus
 delictorum onera, moles quasdam reorum: nostrū est onera
 remouere, illius est resuscitare, illius educere de sepulchris
 exutos vinculis. Videns itaque, vt subiicit, graue onus pecca-
 toris, illachrymat dominus Iesus, solam enim flere non pati-
 tur ecclesiam; compatitur dilectæ suæ, & dicit defuncto, Veni
 foras: hoc est, quid iaces in tenebris conscientie & delictorū
 tuorum fordibus, quodam reorum carcere: exi foras, deli-
 ctum propriū prode vt iustificeris: ore confessio fit ad salu-
 tem: si confessus fuerit à Christo vocatus, claustra rūpentur,
 & omnia soluentur vincula, etiam corruptelæ corporeæ: sceler
 grauis fit. Hactenus ille: Et ne tergiuerētis Ambrosium, hæc
 vel de interiori cōfessione quæ ad deum fit, tantum dixisse,
 audis confessionē oris: vel de publica tantū, audis conscien-
 tiæ tenebras confessione prodēdas. Quin diuū Ambrosium
 confessiones pœnitentiū secretas priuatum audisse, vel locu-
 plerissimus testis est Paulinus, qui vitā eius cōscripsit. Quo-
 tiescunque, inquit, illi aliquis ob percipiendam pœnitentiā
 lapsus suos confessus esset, ita flebat, vt & illum flere compel-
 leret. Videbatur etiam sibi cū iacēte iacere, causas autem cri-
 minum, quas illi confitebantur, nulli nisi domino soli (apud
 quē intercedebat) loquebatur, bonum relinquens sacerdoti-
 bus posteris exemplum, vt intercessores apud deum sint ma-
 gis, quam accusatores apud homines. Et vt Paulino non cre-
 das, quid apertius eo, quod ipse Ambrosius in exhortatione
 ad pœnitentiam ait: Non solum, inquit, post pœnitentiā ab
 istis (nimirū peccatis) intus homo obseruare se debet, sed an-
 te pœnitentiā dū sanus est, quia nescit si possit ipsam pœni-
 tentiam accipere, & confiteri deo & sacerdoti peccata sua. Ex
 his itaque omnibus iudicandū relinquimus, nū Ambrosius

Ambrosio
 lib. 2. de pœn.
 cap. 7.

Mat. 27.
Ioan. II.

*Solutio li-
 gati. Iypus
 absolutio-
 nis sacerdo-
 talis.*

Ioan. II.
Rom. 10.

*Ambro-
 loquitur
 de confes-
 sione oris*

*Ambrosio
 confessioni-
 bus sua ec-
 clesie fuit.*
*Paulin. 2.
 vita Am-
 bro.*

*Ambro-
 pietas &
 seruator.*

*Confessio
 secreta tē-
 pore Am-
 brosi.*

*Ambrosio
 exhortatio-
 ne ad pœ-
 nitentiam. Sa-
 cerdoti pec-
 cata confi-
 tendā.*

ac Chrysoftomus idonei auctores sint, quibus aduersarij causam suam tueri possint.

Leo magnus.

Leo ad Theo. Foro iulien. episcopum.

Ibidem.

Gregor. magnus Pœna in sacerdotē reuelantē secretum confessionis

Ber. inser. ad milites templi. ca. 12. Confessiois necessitas.

Rom. 10. Eccl. 4.

Post horū tēpora, habes magnum illum Leonē pontificē doctissimū, & toto orbe celebratissimū, ex quo vnū, idq; apertissimum testimoniū superius attulim⁹. Extat aliud eius decretum ad Theodorū episcopum Foroiuliensem, in hæc verba: Multiplex misericordia Dei ira lapsibus subuenit humanis, vt nō solum per baptismi gratiā spes vitę reparatur æterna, & qui regenerationis donū violassent, proprio iudicio se condēnantes, ad remissionē criminum peruenirent, sic diuinę bonitatis præfidiis ordinatis, vt indulgentia Dei nisi supplicatione sacerdotum nequeat obtineri. Et post pauca: Multum enim vile ac necessarium est, vt peccatorum reat⁹ ante vltimum diem sacerdotali supplicatione solatur.

Quid Gregoriū illum Magnū referamus? qui vt ad hęc confessionē, veluti remedium haud acerbū, sed facillē omnes incitaret, non tantum reuelandorum criminū feueritatē sustulit, sed & sacerdotem diris affectis, cōfessa peccata publicantē, Decretū sic habet, sacerdos ante omnia caueat ne de his qui ei confitētur peccata sua alicui recitet, & ea cōfessus est, nō propinquis, nō extraneis, neq; (quod absit) pro aliquo scandalo, nā si hoc fecerit, deponatur, & omnibus diebus vitę suę ignominiosus peregrinando pergat.

Ex posterioribus qui omnes in eandem in hac re sententiam discendunt, vnum tantum, cuius testimonio libetē vtimur, adducemus Bernardum, is ad milites templi, sermone 12. sic habet: Quamobrem ministros verbi sacerdotes cautē necessum est ad vtrunq; vigilare sollicitos, quod videlicet delinquētū cordibus tāto moderamine verbū timoris & cōtritionis infligant, quatenus eos nequaquam à verbo confessionis exterreāt: sic corda aperiant, vt ora non obstruant: sed nec absoluant etiam compunctum, nisi viderint & cōfessum: quādoquidē corde creditur ad iustitiā, ore autem confessio fit ad salutem: alioqui à mortuo tanquam qui non est, perit confessio. Quisquis igitur verbum in ore habet, & in corde non habet, aut dolosus est aut vanus: quisquis verō in corde & non in ore, aut superbus est aut timidus.

Hos omnes viros quū doctrina, tum vitę sanctimonia insignes, qui testimoniū ferunt de consensu totius ecclesię omnium tēporū, quod ad confessionē sacramē-

talem attinet, subsequutū est illud magnum Conciliū generale, ex quo Canon, Omnis vtriusque sexus, superius declaratus, ac à calūnia vindicatus, citatur, cui Innocentius tertius vir & pius & doctus præfuit, eidemque & tam Græca quam Latina ecclesiā maximo prælatorū totius orbis cōuentu interfuit. Qui autem verisimile est, Christū passum esse, tātum Conciliū, sua causa coactū, errare, qui promisit quum etiā vel duo vel tres cōgregati fuerint in nomine suo le futurum in medio illorum? Quamobrem qui post hoc Conciliū aliter senserunt, in Concilio Constantiensī damnati sunt.

Et reuera præter hæc omnia nō leue ducimus argumentum, quo Theologi confessionem hęc non ab hominibus, sed ab ipso Christo fuisse institutam comprobant. Neque enim verisimile est, homines hominibus hoc confessionis onus imponere potuisse, quod solū plus habet sarcinę quàm vniuersa lex Mosaica, cuius cęramoniis beatus Petrus non putauit onerandas gentes, ac Iudæos etiam exonerauit.

Vt ergo semel de hac re finem facimus, expēdendū relinquimus, satisne apertis ostēderimus testimoniis, hęc confessionem sacramentalem & à Christo insinuatā, à viris apostolicis promulgatam, & ab ecclesiā receptā, eandē quoque & exēplum in scripturis, & vniuersalem totius ecclesię consensum pro se habere. Non aliter tamen facimus hęc confessionem necessariam, quàm fecerunt veteres illi patres hoc est necessariam illis qui habent grauam conscientiam nimirum quibus consilio, consolatione & absolutione est opus: paucissimos autem reperias, qui ex istorū albo nō sint: alioqui ne Scorus quidem dubitauit, homini qui sibi nullius peccati mortalis conscius est, sufficere, vt se sacerdoti ostendat, ac dicat: Ego non sum mihi cōfessus alicuius peccati mortalis. Nec ineptē nobis dixisse videtur Theodorus Canthuarien. episcopus: Interiorē confessionem, quę soli Deo fit, perfectiorum & iustorū esse: nobis vero apostoli institutionē sequendam, vt confiteamur alterutrum peccata nostra, & ore mus pro inuicē vt saluemur. Interim tamen non probamus, hanc exomologesim hominū spinis & serupis sic impediti, vtix quisquam à sacerdote discadat tranquilla conscientia, quam magis veterum exemplo expediti conuenerat, quod & nos conati sumus in Canonibus Concilij nostri provincialis, ac latius, quum ad tractationem sacramenti pœnitentię

Cōcilium generale. ca. omnis vtriusq; & c. Innocē. 3. præfidens concilii. generalis.

Ratio p cōfessione admodum valida

Acto. 5.

Quaten⁹ hæc cōfessio sacra mentalis necessaria. Scotus.

Theodor⁹ Canthuarien. episcopus ca. quiddā de pœnitentię. dist. 1.

uentum erit, non necessarias difficultates ostendere ac remouere annitemur. Tunc ad tertiam pœnitentiæ partem, quæ satisfactio est, properabimus.

DE SATISFACTIONE.

Tertia pœnitentiæ pars satisfactio.

Duplex v̄ ecclesiæ satisfactio.

Remissio peccatorum quomodo applicatur per Christum.

1. Cor. 15. Post remissa peccata remanent quedam reliquia peccati. Itē, non remittitur semper omnis pœnna tēporaria, sed æterna tantum.



Estat ex pœnitentiæ partibus tertia, nempe satisfactio. Principio dubium non est, vocabulum satisfactionis ex publico ecclesiæ vsu frequētari cœptū esse, pro castigatione seu pœna, quæ secūdū vniuersūq; pœnitētis & cōfītētis culpā ab episcopo vel sacerdote in dicitur, quāuis nūc hoc vocabulū lati⁹ vsurpemus. Quæ omnia vt dilucidiora sūt, duplex omnino est in ecclesiā satisfactio. Vna, meritoria remissionis peccatorū & abolitoria mortis æternæ: hæc soli Christo tribuitur, qui dedit semetipsū p nobis vt redimeret nos ab omni iniquitate, fact⁹ p̄pitiatio p peccatis nostris, & nō tantū p nostris, sed & p totū mūdū, vniq; q̄ sufficiētia attingit, licet nō quātum ad efficiētia, quod nō omnes sibi hūc satisfactionis Christi fructū applicari curēt. Applicatur siquidē hæc satisfactio à Deo per verā cōtritionē & fidē, cuius certū testimoniū est, absolutio sacramētalis sacerdotis, quæ docet nos hāc tribuere debe re deo, nō nostris operibus. Nā nullus omnino hominū poterit vel pro culpa vnius peccati mortalis satisfacere, & pœnam æternā suis meritis abolere. Ergo non in merito contentis, sed in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti sacerdos contentē absoluit. Præterea de abolitione æternæ mortis legimus: Aculus mortis peccatum. Deo autē gratia qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum. Verūm quum ex diuinis literis compertum sit, post remissionem peccati (quæ solius Christi beneficio nobis contingit) adhuc quasdam præteritorū peccatorum reliquias in anima hædere: deinde remissa culpa, nō statim omnē remitti pœnam, sed tantum pœnā æternæ mortis, quam etiā Deus in iustificatione hominis cōdonet, eius tamen loco temporariam pœnā frequenter substituit: idcirco patres viderūt alia quadam purgatione (culpa etiānum remissa) & ad expiandas præteriti peccati reliquias, & ad mitigandas seu tollēdas temporarias illas pœnas, nobis adhuc imminētēs, opus esse,

quam pœnitentiæ satisfactiōē appellarunt. Post remissum peccatū, peccati reliquias remanere, quas deleri oporteat, Dauid testis est. Nā etiā Natham remissionem peccatorum Dauid annuntiauerat, dicēs: Dominus dimisit peccatum tuum, ni hilo secius tamen Dauid adhuc orat, vt Dominus secundum multitudinē miserationū suarū deleat iniquitatē eius: vt quæ amplius lauet eum ab iniquitate, & à peccato mūdet, hoc est vt non tantū remittat culpā, sed & decorem pristinum restituat. Atque eadem omnino ratio esse viderur in diluēdo peccato actuali, quæ est in diluendo originali. Originalis peccati reatus in baptisimo remittitur, ætarnē reliquiæ eius, nimirū fomes ille manet, quæ tota vita piis exercitiis mortificare & eradicare oportet. Sic actuale peccatū per fidē quidē in Christum, merito passionis eius remittitur, ætarnē adhuc quidam veluti fomes seu quædā reliquiæ in anima manēt, quas salubri satisfactiōe purgare necesse est, præsertim quū præteritū peccatū in consuetudinē quandam abiierit, quæ quum altius radices iecerit, multa ac longa purgatione opus habet. Lauari quidem citō possumus, ad sanandum verō opus est curatio ne multa, quam contrarius oportet adhibere remediis, quæ admodum diuus Paulus apostolus ait: Sicut exhibuistis mēbra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationē. Quod cum facimus, satisfactiōē pœnitentiæ agim⁹. Satisfactio enim pœnitentiæ (vt beatus Augustin⁹ ait) est causas peccatorum excidere, nec earū suggestiōibus aditum in dulgere. Et vt vir quidā iuxta pius ac doctus monet: Omnis anima Christiana cordis sui interna diligenter discutiat, viderit, ne quid ibi discordiæ hæserit, ne quid cupiditatis infederit: incontinentiam castitas procul pellat, mendacij tenebras lux abigat veritatis, detumescat superbia, humilitas assumatur, respiscat iracūdia, & obrectatio linguæ frænetur, cessent vindictæ, & obliuioni mādētur iniuriæ: omnis deniq; plantatio quam nō plantauit pater cœlestis, radicibus auferatur. Atque hoc ipsum est, quod Ioannes præcepit, dicens: Facite fructus dignos pœnitentiæ. Dignos autem fructus pœnitentiæ, faciamus (vt diuus Chrysostomus ait) si cōmissis peccatis aduersa faciemus: aliena rapuistis: incipe donare iā propria: longo es tēpore fornicatus: à legitimo quoque vsu suspendere coniungij, ac perpetuam continentiam sepius pau-

Chryso. in Psal. 50. 2. Reg. 11. Psal. 50.

Colatiō originalis peccati ad actuale.

Aug. li. 1. de serm.

Dominus in mont.

Grego. in Iob.

Ber. 3. ser. de cœna domini.

Rom. 6.

Satisfactio pœnitentiæ, quid.

August. Leo serm. de quadra gesi.

Mat. 15. Ioan. 15.

Mat. 2. Chryso. 1. Digni fru ctus pœnitentiæ qui.

corum dierum castitate meditare: iniuria vel opere quæquã vel sermone affecisti: refer benedictionis verba: conuictis te percutientes, nunc officiis, nunc beneficiis placare contende. Neque enim vulnerato sufficit tantummodo ad salutẽ, spicula de corpore euellere, sed etiã remedia adhibere vulneribus oportet: deliciis antè & temulentiã diffuebas: ieiunio & aque poru vtrouque compensa, vt famen superes imminetẽ. Vi diuti impudicis alienum decorẽ oculis: fœminam iam omni non non videas, maiori tactus cautione post vulnera. Hæc ille. Vocarunt ex recetioribus quidam inter quos est Anselmus, hæc opera indebita, non improbanda prorsus ratione, si cãdi dẽ accipiantur. Sunt enim & digni fructus virtutum, qui non sufficiunt pœnitentibus, quod pœnitentiã grauiores exposu- let, nempe vt pœnitentes non tantum ab illicitis, sed etiam licitis temperemus: tunc enim virtutum semina in nobis bene nutriuntur, quando ab agro cordis nostri omne germen externum euellitur. Hæc itaque pœnitentiã opera, quibus non tantum ab illicitis, sed etiam à licitis temperatur, ex se quidẽ indebita quis non absurdè dixerit, licet interim pœnitenti necessariò peragenda sint, veluti volũtariè vel recepta, vel à prætidibus ecclesiã ex clauium conceditarum potesta te imposta: eatenus enim debita efficiuntur.

Cacterum per remissionẽ culpæ peccati actualis, nõ statim etiam aboliri omnẽ pœnam tẽporariam, non magis absurdũ est, quàm quod abolito peccato originali per baptismũ, non simul tamẽ aboleatur eius peccati pœnẽ, quæ sunt omnia corporis in cõmoda, atq; ad eò mors ista corporalis. Certè David locupletissim⁹ testis est, omnino discerni debere remissionẽ culpæ à remissionẽ tẽporaliũ pœnarũ, quod ipse etiam exẽplo sit, restare eam pœnã post remissam culpam, quæ admodum docet secũdus liber Regum. cap. 12. & 24. Quin hoc luculenter satis Exod. 32. & Numer. 14. & plurimis aliis in locis comprobatur. Has pœnas quadam pœnitentiã nostræ satisfactiõne mitigari ac tolli, diuus Paulus testatur, inquit: Si nos ipsos diiudicemus, non vtrique diiudicemur, nam hic à domino iudicari, significat castigari pro peccato: quod subintulit Apostolus, quum ait: Dum iudicamur autem à domino corripimur, vt nõ cum hoc mundo damnemur. Et alibi scriptum est: Si clausero cœlũ, & pluuia non fluxerit, & mandauero & præcepero locustã, vt deuoret

Opera satisfactio- nis indebita cur dicta.

Anselm. August.

Leo ser. de qua drag.

Non statim abolita culpa, aboleatur omnis pœna.

1. Cor. 11.

2. Par. 7.

terram, & misero pestilentiam in populum meum, conuersus autẽ populus meus, super quos inuocatum est nomẽ meum deprecatus me fuerit, & qualserit faciem meam, & egerit pœnitentiam à viis suis pœsimis, & ego exaudia de cœlo, & propitius ero peccatis eorum, & sanabo terram eorum. Itẽ: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Huc pertinet & illud. Eleemosynã liberant à peccatis. Et quod Danielis quarto scribitur, vbi legimus Danielem consuluisse Nabuchodonosori, vt peccata sua eleemosynis, & iniquitates suas misericordia in pauperes redimeret. In quibus locis appellatione peccati, pœna peccato debita venit.

Praterea curã sacerdotũ incumbit, vt explorent pœnitentium animos, an scilicet ex animo resipuerint, vel tãtum sicut, hoc est verbis tãtum, non autem affectu ac re ipsa. Dolor enim vanus cordis occultus est alteri, nec facilè in aliorũ notitiam procedit. Ergo satisfactiõne etiã externa opus est, vt sacerdoti animus pœnitentis innotescat. Itẽ in ecclesiã disciplinã esse oportet, maximè in cõcœndis publicis delictis, qua fiat etiam satis ecclesiã, in qua remittuntur ipsa peccata: extra eam quippe non remittuntur illa. Denique, vt cæteri à flagitiis dehortentur.

Quamobrẽ in ecclesiã semper obseruatũ est, vt episcopi ac sacerdotes ecclesiis prepositi, resipiscere cupientibus secundum criminũ ac delictorum modũ, pœnitentiã darẽt, hoc est pœnitentiã tẽpus cõstituerent, ac castigatiõnes & opera quẽdam pia (quæ ad eleuandas præteritorũ peccatorũ reliquias & cõmonstrãdum peccatoris animũ, quam maximè idonea viderẽtur) imponerent. Idquẽ non potestate humana vsurpatum est, sed potius diuina, nimirum apostolis & eorum successoribus per Christum tradita hisce verbis: Quorum remiseritis peccata, remittuntur, &c. quod euidentissimè doctissimus ille pontifex Leo hisce verbis (qua supra attulim⁹) testatur. Mediator Dei & hominũ homo dominus Iesus Christus, hæc propositis ecclesiã dedit potestati, vt pœnitentibus pœnitentiã satisfactiõnem darent, & eadẽ salubri satisfactiõne purgatos, ad communionem sacramentorum pro ianuam reconciliationis admitterent. Quicquid ergo seueritatis pœnitens aut voluntariè, aut iniunctũ in se reciperet, vel pro peccati reliquiis expiandis, vel pœnis temporariis mitigandis vel tollendis, vel ad animum pœni-

Ioh. 2.

Tob. 4.

Dan. 4.

Peccatum pro pœna peccati debita.

Alia satisfactiõnis rationes.

Aug. in Enchir.

Versusibus ecclesiã mos.

Satisfactiõ impõnitur auctoritate diuina.

Leo magnus.

De pœ. d. 1. c. sufficit &c.

Pœnitentiã satisfactiõ quid sit paribus.

Satisfactiõne pœnitentis quomodo

dimmodo praterita delicta & pœne. *Chrysim Mathæi Am. ad. quandam virginem corruptam Hiero. in Malach. Am. l. 2. de pœ. c. 5.* tente homine dignum declarandum, vel vt ecclesie satisfieret, patres pœnitentię satisfactionē, atque ad eō pœnitentiam vocare, non sunt veriti. Nec dicere dubitarūt, his satisfactionibus praterita delicta & pœnas inde imminentes quodāmodo cōpensari, peccata purgari, regi ac iudicē (quominus de nobis prateritorum peccatorum vltionē sumat) placari: non quōd opera ista satisfactoria remissionem culpæ aut æternæ mortis mereantur, (nam hoc est proprium Christi meritum ac beneficium, ipsius etiam virtute nobis per fidē & sacramenta applicandū) sed quōd à conuersis facta, iam placeant Deo, mutanturq; iam aliquod meritū non ex se, sed ex merito & satisfactione Christi, ad diluēda peccata, hoc est peccatorum reliquias & pœnas. Beatus Ambrosius hæc duo disertē discernit. Remitti iniquitates, & regi peccata. Vtrumque (inquit) beatum dixit Dauid, & cui remissæ sunt iniquitates, & cuius peccatum tegitur bonis operibus. Qui enim agit pœnitentiam, non solum diluere lachrymis debet peccatum, sed etiā emendationibus factis operire & tegere delicta superiora, vt non ei imputeur peccatum. Hæc ille, respiciēs (vt putamus) in id quod diuus Petrus ait: Caritas operit multitudinem peccatorum. Quōd autē veteres interdum futuras gehennę pœnas perpetuas, per pœnitentiam in hoc paruo vitæ spatio compensari dicunt, id non de merito operum istorum, quę satisfactoria appellamus, intelligendum est. Nam horū meritū & dignitas se eō non porrigunt, vt quod solius Christi glorię ac merito ascribitur, ipsi ex debito tribuatur. Quī priusquam incipias hæc opera peragere, iā in interiori pœnitentia culpam remisit Deus. Illud ergo rectius de tota pœnitentia intelligitur, quę tropo quodam compensatoria est æternæ mortis, eo scilicet, quōd nisi pœnituerimus, in æternum pereamus: non quōd dignitas nostræ pœnitentiæ mortē æternam aboleat, sed quōd Deus non aliter quā per pœnitentiam tantum beneficium nobis impartiat. Interim quoque rememorandū est (quōd & supra dictum meminimus) in veteri ecclesia canonicis institutis cautum fuisse, non aliter reconciliandos, nec ad communionē admittendos pœnitētes, quā post peractā pœnitentiā, nisi tamē necessitas coēgisset, & periculum mortis institisset. Deinde vt eis, si qui post baptismum omni tēpore vitę suę voluptatibus dediti, in extremo vitę suę pœnitentiam exposcerent, pœnitentia ab eccle-

clesiæ antistitibus daretur. Ac postea placuit, eis etiam communionem ac vltimum illud ac necessarium vltimū concedi. Id tamen certa lege agebatur, nempe sub ea conditione, vt si eis dominus vitam donauerit, sanitatēque reddiderit, secundum delicti qualitatem, & canonū instituta pœniteant. Hodie longe remissius agitur cum pœnitentibus. Nam exceptis atrocissimis criminibus, publicē in totius ecclesię scādalum commissis, (quæ etiam nunc publicē expiari conuenit, antequam criminiosus ad communionem rursus admittatur) pro cæteris certē delictis ante absolutionem imponitur quidem, sed exigitur satisfactio, nimirum post absolutionē complēda. Hoc ergo solum ecclesia (nos admodum mititer & indulgenter tractans) nunc respicit, si congruā satisfactionem non negligamus, sed agendam recipiamus, ac curemus: ferenda quidem hæc lenitas, sed interim videant sacerdotes, ne quum in consideranda ac exploranda vita pœnitentium post absolutionem omnino incurji fuerint, haud postremus ille satisfactionis finis negligatur.

EX prædictis ergo perspicuum est, ecclesiā in pœnitente præter confessionē duo requirere. In primis, propositū, deinceps non peccandi, quod in contritionem superius inclusimus, quemadmodum Christus ad mulierem in adulterio reprehensam, dixit: Vade iā amplius noli peccare. Quod vorū sequi debet bonæ consciētiae iustitia ac noua vita, quæ admodum Apostolus dixit: Debitorum sumus non carni vt secundum carnem viuamus, &c. Deinde etiam præter hæc exigit satisfactionem pro peccatis delictis, secundum eum modū, quē in ecclesia præsidens pœnitenti præscripserit. Quam obrem diffinit, nō sufficere mores in melius commutare, & à factis malis recedere, nisi etiam, de his quę facta sunt, satisfiat deo per pœnitentiæ dolorem. Non enim tantum dictum est, Fili, peccasti: non adicias iterum: imō adiectum est. Sed & de pristinis deprecare (dominū) vt tibi dimittatur. Qui dicunt hoc Ioannis Baptistę præceptum, Facite fructus dignos pœnitentiæ: tantum de bonis operibus alioqui debitis, nō de satisfactoriis & pœnitentibus propriē dignis intelligi debere, ij nō tantum suo more veterum interpretationem ac sententiam in hunc locum, quem supra retulimus, temerē reiciunt, sua suffecta, sed etiam verbis eiusmodi mādari minus consentanea adferunt, quōd nemo non intelligat, alios esse

Mogūti. cap. 2. & decreta Pij. Presentis ecclesie indulgentia. Hodie post recō-culationē satisfactio expletur. Aug. in Enchir. cap. 70.

Ecclesia præter propositū non peccandi requirit satisfactionem. Ioan. 8. Iustitia bonæ consciētiae. Rom. 8. Eccle. 21. Obiectio quorūsdā. Ioan. 3. Pœnitenti non sufficit edere bonorū opē rī fructū.

bonorum operum fructus, vnoquoque Christiano dignos: alios verò, pœnitentia dignos. Nam illi boni hominis ornamento sunt, hi verò, etiam remedia pro peccatis. Quamobrem Chrysoströmus homilia octogesima docet, Nō à pristinis tantum malis desistere, sed etiā meliora sequi officia, rectè pœnitentiam dici: nec ad sanitatem fati esse nobis, extraxisse tantum sagittas, verum & medicamenta vulneri esse imponenda. Et vt Augustinus ait, Non tantum in melius est vita mutada, sed & per eleemosynas de peccatis præteritis est deprecandus Deus. Miserando quidem delet iam facta peccata Deus, sed si satisfactio cōgrua non negligatur. Certè Cyprianus hæc opera pœnitentiæ non dubitat redemptionis delictorum & ablutiones vulnerum appellare. Verum quod nouatores illi has satisfactiones, scholasticas appellant, & è numero traditionū humanarū (quibus coli nolit Deus) faciūt, atq; ad eò dicunt per easdem opera bona verè obrui, præterea, satisfactiones quarum meminerunt, Ecclesiastici scriptores & Concilia, nihil aliud fuisse, quàm quendam politicum morè ecclesiæ, humana autoritate exempli tantum causa, ad dehortandos cæteros ad flagitiis, non etiam ad expiationem veterū reliquiarum, aut etiam pœnarum institutū. Hæc quæ ratione illi dicant, non videmus. Nam suprà satis ostēdimus, sacerdotem mandatum habere non tantū remittendi, sed & ligandi. Et si verum est, has satisfactiones humanitas tantum inuētās, quid est quod Cyprianus dixit, se in remittendis delictis pluriquā oportet penè delinquere? nimirum significās, se leuiori satisfactioe quàm euangelicum mādatum de remittendis peccatis permittere videatur, confitentes recipere solitum, idque suggerēte prompta ac plena dilectione. Quid quod euangelium postulat, vt euangelij præco pœnitentibus iniungat, vt faciant fructus dignos pœnitentiæ? Id verò miramur, quomodo illis in mentem venerit vt dicerent satisfactionibus ecclesiasticis obrui opera verè bona, cum patres omnes satisfactiones, quas plurimis canonibus (vt vocat) pœnitentialibus sunt cōplexi, tribus operibus quāmaximè euangelicis contineri dicant, nempe oratione, ieiunio, & eleemosyna. Et rectè quidem. Nam cū omne quod in mūdo est, aut cōcupiscētia carnis, aut oculorū sit aut superbia vitæ: quis nō videt concupiscētiæ carnis, nulla re melius quàm ieiunio, cōcupiscētiæ oculorum (quæ auaritia est) quàm eleemosy-

Chrysostr. in ho. 80.

August. in Euch. cap. 70.

Cypria. in epist. ad Anto. Reselluntur aduersarij.

Satisfactiones ecclesiasticas nō esse numerandas inter traditiones mere humanas.

Cypria. ad Corne. papam. Matt. 3.

Oratio. Ieiunium. eleemosyna.

na, & fastui vitæ, quàm humili ac pia oratione mederi? Adde quòd omnis ferè peccator, & in Deum & in proximū & in seipsum peccet. Oratione itaque, quod in Deum cōmissum est: eleemosyna, quod in proximū: ieiunio, quod in seipsum peccatum est, quodammodo expiatur. Quod verò aiunt satisfactiones de quibus patres meminerunt, apud Deum nihil valere, vel ad expiationem reliquiarum, vel pœnarū prodelictis debitaram, sed tātum exempli imponi solitas, in hoc ex diametro cum patribus pugnantia dicunt, quæ admodum ex superioribus liquet. Denique demiramur, quòd putant satisfactiones (quæ hodie priuatim ac secreto imponuntur) nihil habere cum vetustis illis commune, perinde atque veteribus nulla secreta satisfactio cognita fuerit, quum vel solus Augustinus idoneus testis sit, in ecclesia veteri non solum publicam, sed & secretam satisfactionem in vsu fuisse, scribens in hæc verba: Quem mortalia crimina post baptismum commissa premunt, hortor prius publica pœnitentia satisfacere, & ita sacerdotis iudicio reconciliatum communioni sociari, si vult non ad iudicium & condemnationē sui Eucharistiam percipere. Sed & (vt subiicit) secreta satisfactioe solui mortalia crimina non negamus. Verum mutato prius seculari habitu, & confesso religionis studio per vitæ correctionem, & iugi, imò perpetuo luctu, miserante Deo, ita duntaxat, vt contraria pro his quæ pœnitent, agat. Meminit quoque Leo priuatæ successione ad Rusticum Narbonensem Episcopum.

Non ignoramus tamen, apud veteres satisfactioe publicam & frequentiorē & patribus gratiorem fuisse, quàm priuatam, quòd interna satisfactio nō facile innotesceret ecclesiæ præpositis. Proindeque eandem impostā etiam iis qui secreto essent maiora crimina confessi, quæ admodū Sozomenes in Tripartita testatur historia, & nos super pra diximus. At planè absurdū nobis apparet, ob id quòd ecclesia indulgētius agens, seueritatē illam publicæ satisfactioe nis remisit, idcirco etiam omnē satisfactioem iam priuatam planè abolendam esse oportere. Nam si sacerdos, spiritualis medicus censendum est, si apta remedia pro modo & cōditione cuiusque morbi adhibere, si inter soluendos & ligandos discernere debet, idque ex mādato Dei: planè desipit qui putat eum debere pœnitenti nulla prorsus imposta satisfactioe,

I. Ioan. 2.
Peccator, in Deum, proximū, & seipsum peccat.
Patrū sententia satisfactiones apud Deum non nihil momenti habere.
Veteris nota ecclesie cōfēs?
Aug. de eccles. dog. cap. 53.
Secreta satisfactio.
Veteri ecclesia nota Leo ad Rust. Narb. episcopū.
Publica satisfactio veteribus gratiores frequentior.
Sozomenes in Tripart. histo. li. 9. c. 35.
Satisfactio in eccle. nō est abolita.

*Veteres
vni⁹ quo-
ad fieri
potest re-
uocandi
in vsum.
Patru⁹ di-
ligentia ac
prudencia.*

*Vide co-
ci. Ancy-
ran⁹ &
Nic⁹ a. 1.
Audi. A-
phri 4. c.
vt episco-
pus qui
est. 8. 4.
Catechu-
meni.
Conci.
Ancyra.
cap. 16.
Energum-
eni.
Diony.
Aeropag-
iti.
Conci.
Ancyra.
cap. 17.
Communi-
cates sed
sine obla-
tione.
Perfe-
ctionem
recipientes.*

præproperè manum imponere. Potius docèdum erat, quòd huius tempestatis omnium scelerum lue corruptissimæ ratio quammaximè postulabat, vt ad præscripta patrù (quoad fieri possit) regredi anniteremur, quã vt magis adhuc laxatis habentis ecclesiasticæ disciplinæ, ex pœnitentia rem planè ridiculam faceremus. Certè iucundù est videre, quàm fuerint patres in remediis istis imponendis solliciti, prudètes, ac discreti. Non vno collyrio omnium oculos sanabant, non eadè seueritate quælibet crimina expurgada putarunt, non eadem tēpora pœnitendū quibuslibet staruebant, non omnes qui pœnitentiã recipiebant, in vnã classẽ relegabant, non eadè indulgentia in tempore pœnitentiæ impositã moderando, erga quoslibet (citra omne discrimen affectus pœnitentiũ) utebantur, sed grauiora crimina, acerbiori, duriori, ac diuturniori, leuiora vero mitiori ac breuiori pœnitentia vindicabant. Qui lapsi fuissent, participes idolorum facti, inter audientes constituebantur. Audientes erant, quibus tantum auditioni verbi interesse licebat. Interesse autem, & eã ob causam ecclesiam ingredi, atque ibi vsq; ad Missam catechumenorum permanere, quibuslibet siue Gentilibus, siue Iudæis, siue hæreticis permittebatur. Sed catechumeni, qui & audientes dicebantur, post concionẽ manebant, donec sacerdos ad consecrationẽ Eucharistiæ pergeret. Ergo ea pars Missæ quæ canonem antecedit, Missa catechumenorũ dicebatur, quæ admodum indicat Cõcilium Carthaginensẽ quartum. ca. 84. Quòd si qui in fœdissima crimina proruisissent, veluti qui tũ pecoribus coitu miscerant, hi tanquam à dæmonibus correpti, in classẽ energumenorum relegabantur. Erant autem energumeni, qui prius quidem sacris participarunt, sed postea in grauissimas tentationes incidentes, à dæmonibus vexantur: dicti energumeni, quòd terriçamentis spirituum immundorum, veluti tempestare quadam iactarentur. Posteaquam vero isti rei tempus constitutum, vel inter audientes, vel inter energumenos secundum delicti rationem complerent, in ordinem pœnitentium (qui sacris quidem intererant, sed arcebantur à cõmunionẽ) recipiebantur oratione reconciliabantur, & cõmunionẽ recipiebant, sed sine oblatione. Postremo perfectionem pœnitentiæ recipiebant, & quasi in integrum per manus impositionem restituebantur. Idq; non

aliter, quàm vita ac conuersatione eorum toto illo tempore per præpositos ecclesiæ diligenter prius inspecta, perpensa ac considerata, quemadmodum ex antiquissimis Cõciliis, præsertim illo primo Nicæno ac Ancyrano, videre est. Denique in actione pœnitentiæ (vbi tale crimen commissum erat, vt is qui cõmiserat, à Christi etiam corpore separaretur) non tam episcopi considerabant mēsuram tēporis quàm doloris, abbreviantes interdū constitutæ pœnitentiæ tēpus, si modò ardorem conuersionis in pœnitente considerassent. Refrigescere quoque subinde charitate, constitutus est modus redimendi rigorẽ canonis pœnitentialis, nempe vt ieiunium redimeretur eleemosyna aut oratione, quæ admodum libri vetustissimi canonum pœnitentialem (qui apud nos seruatur) declarant: quæ est radix indulgentiarum pontificiarum, quæ nihil aliud sunt, quàm canonicarum satisfactiõnũ condonationes aut redemptiones, illis tēporibus magis congruentes, quum adhuc pœnitentiæ illæ canonicæ in ecclesia vltatiores essent. Atque vtinam cuiuscumodi indulgentiis non fuissent abusi, qui eas dispensandas receperant. Iam eo deũctum est, vt vix vllus sit confessarius sacerdos, qui veterũ canonum vllam notitiam habeat: multo minus vt ad earũ normã satisfactiõnis modum imponat, nimirum hominũ malitia veterẽ seueritatẽ non sustinente, sed magis in omnem licentiam ruente. Vt autem seueritatẽ illam non reuocemus in vsum (quod nec nostrum est, nec an expediat, satis cõpertum habemus) hoc tamen à sacerdotibus confessariis requirimus, vt diligenter considerata morbi radice, idoneum adhibeant medicamentum, vel indictionis ieiunij, vel eleemosynæ, vel orationis, doceantq; ex cap. 5. Matthæi confitentẽ, quo pacto ipsi ieiunandũ, eleemosyna tam spiritualis quàm corporalis indigenti imperiẽda ac danda. Denique quomodo oradũ sit. Quod si fecerit illi, & vicissim pœnitentes in simplicitate cordis verbo sacerdotis vice Christi fungentes obedierint, non dubium opus eorũ futurũ Deo bis gratũ, tum quòd sit suapte natura pium, tum quòd habeat obedientiam (quæ omnium virtutum mater & fons est) sibi coniunctam. Vnde quoque consequitur, eos non satis sibi cõstare, qui putant tota pœnitentia pœnas temporales mitigari, his vero satisfactiõnibus ecclesiasticis nequaquam: quasi hæ nullam recipiant pietatem, cum alioqui pietatis plene sint, si tamen per expertum

*Vide con-
ci. Nicæ.
& An-
cyr.
August.
in Enchi-
rid. cap. 65.
Modus re-
dimendi sa-
tisfactiões
ecclesiasti-
cas. Ra-
dix indul-
gentiarum
pontificia-
rum. In-
dulgentiã
abusus.
Imperitia
sacerdotũ.
Admo-
nentur sa-
cerdotes cõ-
fessarij of-
ficy sui.*

*Satisfa-
cti. quæ vi-
tè geritur,
opus Dei
bis gratũ.*

*Vetus satisfactio-
num vsus
retinendus
est.*

*Populus
clare docē
dus de fine
satisfactio-
nis propi-
tatorie
& eccle-
siasticæ.
Satisfac-
tio no-
stra ex be-
neficio
Christi
efficax.
Ioan. 4.
Cyprian.
de lap.
Ioan. 5.*

Chrysoſt.

*Singula
partes pœ-
nitentiæ,
pœnitentiæ
dicuntur.
Vide colle-
ctæ. Gra-
carum Sy-
nod. c. 23.
& Tolet.
1. cap. 2.*

magistratum adhibeantur.

NEc minus displicent nobis, qui satisfactiones istas alio trahunt, aut eis plusquam oportet, tribuunt, veluti qui in satisfactiones istas etiã culpæ remissionē, aut mortis aternæ abolitionē transferunt, aut earum respectu cetera bona opera, quæ Deus præcepit, parui pendunt. Singula enim singulis discretè tribuenda sunt, ac populus de fine vtriusq; satisfactionis planè ac diligenter docendus est ac instruendus. Satisfactio propitiatoria culpæ, & abolitoria aternæ pœnæ, soli Christo tribuenda est, quam tamen non applicat nobis, nisi per contritionem & fidem, & quæ ipse instituit sacramenta. Satisfactio vero canonica, tantum medetur peccati reliquiis, & mitigat pœnã temporalem: idque non ex dignitate sua, sed ex beneficio Christi, qui opus suum à se præceptum præsertim obedientiam (quam suo vicario in re sibi mandata præstamus) coniunctã habens in nobis agnoscit ac acceptat, si tamen non pharisaico more, hoc est tantum externè, sed in spiritu & veritate, hoc est internè secundum regulam euãgelicam peragatur. Dicimus itaq; his satisfactionibus mitigari atque etiam purgari pœnas temporarias, modò tamẽ ex fide proficiantur. Scimus interim pœnarum reservationem neminem ad integrum nosse, nisi cui pater omne iudicium tradidit, Christum Iesum: quam obrem pœnarum discussio, & exactum iudicium Deo relinquendum est: nostrum autem est, citius peccatum emendare & pœnitere, præterita lugere, futura cauere, & (vt ille ait) veluti filios maternorum membrorum, ordine custodito à præpositis sacramentorum, non secus atque ab ipso Christo, satisfactionis modum accipere, & cum bona fiducia expiandæ non manentis pœnæ exoluere. Quæ de satisfactione, atque adeò de tribus pœnitentiæ partibus dicta, suffecerint. Qui plura desiderauerit, veteres consulat, quibus hæ tres partes quàm cognitissimæ fuerunt: adeò, vt eius demum hominis perfectam pœnitentiam pronuntia- rent, in cuius corde contritio, in ore confessio, & in opere tota humilitas esset. Admonitum tamen lectorem volumus, singulas pœnitentiæ partes interdum generali nomine pœnitentiæ appellari. Contritionem enim, & confessionem item, pœnitentiam vocamus, in quibus Deus delet culpam: satisfactionem etiam pœnitentiam vocamus, in qua Deus remittit temporariam pœnam, quanuis interim constet, apud

ipſos veteres, satisfactionē illam publicã, passim ac ferè tantum, pœnitentiam: & pœnitētes tantum, qui publicè pœniterēt, appellari solitos: quod in veterū lectio- ne retinendum est.

IAm ad pœnitentiæ species veniendum. In primis itaque pœnitentia in interiorē & exteriorē diuiditur. Interior est proprie in cōtritione sita sit, tamẽ docēdi causa quis haud ineptè dixerit, eandẽ etiã tribus illis partibus suo modo cō- stare: nempe cōtritione, nimirum veris illis internis doloribus, confessione, vtiq; nõ externa sed interna illa agnitione peccati, quæ magna fiducia accipiendæ misericordie erga Deum peragitur: satisfactio verò, nimirum syncero illo voto deinceps non peccandi, sed vitam in melius cōmutandi. In hac interiori pœnitentiã, si tamen idonea fuerit, iustificationem hominis fieri, & per fidem à Deo accipi constat.

DE IUSTIFICATIONE

HOMINIS.



ITanquam supra ex penitissimis, vt speramus, fundamentis docuerimus, quo ordine ad iustificationem perueniatur, quomodo per Deum in nobis fiat, quo pacto per fidem (nõ tamẽ sine spe & charitate) accipiatur, & cui tribuenda sit: nihilominus, quia hæc materia tempestate maiori contentio- nis quàm pietatis studio controuertitur, idcirco annitemur ipsissimam veritatem ex limpidiſsimis scripturæ fontibus altius eruere, & ecclesiæ sententiam quod in nobis est illustriorem reddere. Arbitramur autem ecclesiæ sententiam in hac tanta re eam solam esse cui apostolicarum scripturarum patrocinatur auctoritas, cui patres subscribunt, quã vniuersa ecclesia cuiuslibet temporis comprobatur, & quam omnes pij non tantum afferunt, sed & mente sentiunt, ac experiuntur ipsam veritatem esse.

VT autem ad rē ipsam accedamus, iustificatio duo proprie complectitur, nempe remissionem peccatorum, & interioris mētis renouationē seu repurgationē. Nec repugnamus, vt quis addat & tertium, nempe donationē vitæ aternæ, modò intelligas, eam in nobis per iustificationem & gratiam Dei in hac vita magis inchoari, & spe accipi, quã perfectè dari, expectandam tandem post mortem temporalem. Cui Deus gloriam suam quam promissit, in nobis reuelabit. Qui

*Interior
Pœnitenti-
a suo
modo tri-
bus parti-
bus constat.*

*Ecclesiæ
sententia
quæ exi-
stimanda
sit. Ire.
lib. 4. con-
tra hære.
ca. 63.
& 45.
Iustifica-
tio duocō-
plectitur*

*Verbū in
iustificari
quid pro-
priè apud
Paulū si-
gnificet.
Quorū dā
sententiā
excutitur.
Aug. li.
de spiritu
& litera.
Iustifica-
ri plus a-
pud Pau-
lum signi-
ficat quā
iustū pro-
nuntiari.
Alia ra-
tione ab-
soluuntur
rei in foro
indicali, a
liter in fo-
ro Dei.
Rom. 2.3.
Ephes. 2.
Coloss. 2.
Peccator
reconcilia-
tus ad in-
star habet
sententiā
passi &
restituti.*

dicunt, verbū iustificari, apud Hebræos verbum esse forēse, & vsurpari, apud Paulum Hebraica consuetudine, pro eo tā- tum quod est acceptū reputari, & non magis significare, im- pium seu iniustum gratuito dei munere non solū à peccatis absolui, sed & intus regenerari, renouari, repurgari, piūmq; & iustum effici, perinde atq; mētis seu voluntatis innouatio ad iustificationis rationem propriè non pertineat, sed eandē potius subsequatur: ij nobis neque Pauli sententiā satis affe- cuti, neque patribus consentire vidētur: vt interim fileamus rationem vocabuli, modò tamēn propriè accipias, aliud pos- sulare. Quid enim est aliud, iustificari, quā iustū effici, seu iustitia indui ac adornari: & quid iustificari aliud, quā iusti facti? Quod autē existimant illi, iustificari Paulo nihil aliud esse, quā iustum pronuntiari seu haberi, ac si quis dicat po- pulus Roman⁹ iustificauit Scipionē accusatū à Tribunis ple- bis, hoc est iustū pronuntiauit, absoluit, approbavit, id nobis necdum satis probatur. Quin alia ratione populus Roman⁹ iustificauit Scipionem, alia deus iustificat peccatorē, etiam quod ad rationē vocabuli attinet. Populus enim Romanus iustificauit Scipionē, q̄ Scipionē quasi per calumniam accu- satum ac veluti innocentem absoluerit, iustū pronuntiauerit atque acta eius non tantū nō resciderit, sed & approbauerit. In quem modum, quotquot in foro per sententiā absolu- tur, iustificantur. Nam cum rei neque conuicti neque cōfē- si sunt, vel per calumniā accusati comperiuntur: tum pronun- tiant iudices, accusationem iniustam fuisse, proindēque reos absoluentis fore. At deus remittens peccata, longē secus no- bificum agit: non enim pronuntiat nos innocētes, nec ipsam legē accusantem nos, calumniā arguit, nec acta nostra appro- bat, sed omnia contraria agit. In primis enim per legem nos de peccato conuincit: cōuinctos, ad peccati confessionē adi- git: confessos, peccatores pronuntiat, & vt tales damnat, quā- uis postea conuictos, confessos ac damnatos ad misericordiā suam in Christo exhibitam per fidem prouocantes ac recur- rentes, contra sententiā quā passi sumus, gratuita clemē- tia restituat, vt peccator reconciliatus, magis sit conferendus ad sententiā, passum & restitutum, quā ad absolutum in foro: quod absolutio qua peccator à delictis absoluitur, nihil simile habeat cum absoluteione forensi. Iustificatio itaq; no- stra sententiā, non in sola condonatione seu remissione pec-

catorum cōsistit, sed & iustitiam complectitur, qua deus re- missis peccatis, insuper etiam ex malis bonos, hoc est ex im- piis pios, & ex male volentibus bene volentes facit, idq; per donationem spiritus sancti, mentem & voluntatem nostram transtmutantis, renouatis, ac reformantis. Nam quis iustifica- tum dixerit eum, cui tantum sunt remissa peccata, non autē voluntas etiam commutata, nempe ex mala facta bona: quē admodum nemo feruam nequam, ob id tantum, quod ei in- dulgens Dominus noxam elementer remiserit, iustificatum dixerit, nisi is bonam quoque voluntatem (qua posthac fer- uus non inutilis, sed frugi esse contēdat) cœperit. Quo fit, vt non satis nobis proberetur, quod illi qui diuersum sentiūt, do- cent iustitiam dei imputatiuam, à iustitia bonæ conscientie discernendam esse: quum, nostra sententiā, eadē omnino sit iustitia qua deus per spiritum sanctum cum iustificamur, v- trunque, nempe remissionem peccatorum & mētis renoua- tionem, per fidem operatur, non alia atque alia.

Nobis ergo videtur, iustitiam dei imputatiuam à iusti- tia bonæ consciētie, quæ ex fide est, nō esse discernēdā.

Verūm secūdam omnium veterum sententiā, potius discernendam esse dicimus iustitiam dei à iustitia humana, iustitiam fidei à iustitia legis, iustitiam bonæ consciētie à iustitia carnis seu externa. Nouum testamentum à veteri, Eu- angelium à lege, legem fidei à lege operum seu factorum, legē literæ à lege spiritus vitæ, legem seruitutis à lege libertatis, denique opera fidei ab operibus legis. Tota res in eo cōsi- stit, si intelligamus quid differant Euangelium à lege, Nouū testamentum à veteri. Aiunt quidam, duas omnino esse scri- pturæ partes, legē & promissionem reconciliationis: Legem esse doctrinam requirentem à nobis perfectā obedientiā er- ga deum, sed promissionem reconciliationis, quæ pollicetur remissionem peccatorum gratis propter Christum (etsi obe- dientia non præstetur) eam propriè ac recte Euangeliū dici: vocari quoq; legē vbiq; præcepta legūtur: vel in libris Ve- teris testamēti, vel noui. Itidē Euangelium vocari, vbiq; vel in libris Veteris testamenti vel Noui hæc promissio repe- ritur. Vt autem isti non improbanda dicant, nobis tamē mod- us placet veterum patrum, & sententiā & ipsa propemodū verba sequi, præsertim quod existimemus Euangeliū seu No- uum testamētum non omnino in promissione, sed magis in

*Iustitia
spiritus.*

*Nemo ius-
tificatur
nisi per in-
nouationē
volūtatis.*

Roma. 5.

*Quid dif-
ferat eua-
gelium à
lege.*

*Quorū dā
sententiā
scripturæ
partibus.*

*Euangeliū
inexhibi-
tione iusti-
tiae spiritus
lis cōsistit.*

exhibitione, non solum remissionis peccatorum, sed & iustitiæ spiritalis (qua deus iustificat credentes) consistere.

Beatus Augustinus quum alibi saepe, tñ in libro de spiritu & litera ad Marcellinum, Vetus testamentũ à Nouo sic discernit: Vetus, inquit, testamentũ est doctrina preceptorum seu mandatorum, in qua foris docemur, quid deus à nobis requirat. Lex enim foris extra hominem in tabulis lapideis scripta, per Moysen populo Israëlitico data est: quã si per se solum consideres, docet quidem quã facere, quẽ omittere oporteat, & condemnat hos, qui non sunt tales quales ipsa vult, sed virtutem faciendi vel omittendi ea quã præcipit, minimè subministrat. Quinimo quotquot in eam tantũ intuetur, accusat & condemnat: Verbi gratia: Lex foris scripta iubet nos diligere Deum ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, ex tota virtute, & simul pronũciat maledictũ esse omnem hominem qui nõ permanet in omnibus quẽ scripta sunt in lege. Iam quis tandem est hominum, qui nõ videt se hac lege accusari & damnari, quòd nemo ausit dicere se huic mandato fecisse satis? Vnde consequens est, omnes quotquot in hanc legem & suas vires tantum respiciunt, sentire oportere, se sub maledictõ legis esse, & Dei benedictiõne (quod ad se atinet) indignos. Itidem lex dicit: Nõ concupisces, sed da quãso hominẽ sola doctrina seu notitia legis adiutum, qui hanc legem implet. Atque adeo nulla prorsus lex est, quam homo suis tantum viribus perficere possit. Requirit enim lex internam obediẽtiã: vult non timore pœnẽ, sed amore iustitiæ impleri. Iam vt plures reperias, qui manus quidẽ à crimine contineant, nullos tamen dederis qui non mallẽt peccare, si possint peccatum impune committere, saltem antea quam spiritu Dei intus renouentur. Nec mirum: nam quum hominis voluntas ab ipsa natiuitate ad malum prona atque deprauata, & corrupta sit, qui fieri potest, vt ad legem suauiter afficiatur, nisi prius sanetur? Vides ergo Vetus testamentum esse externã illam, Dei mãdatorum ac operũ (quẽ Deus requirit) doctrinã, extra hominem scriptã, quẽ foris qui dẽ ministratur, sed intus ex se sola, quoad spiritus Dei innouatio accesserit, nõ iustitiã, sed magis iram operatur, id est terret, accusat, & damnat consciẽtiã nostrã: nec tollit, sed auget peccatum: quia vt fit magis perspicuũ, & vt planè appareat, facit: imò prohibẽdo hominem carnalem, ad peccan-

dum iritatorẽ facit, suo pte ingenio inuetitum nitẽtem. Propterea & ministratio mortis, & ministratio damnationis appellata, non quòd legis intẽtio aut finis sit, operari mortem & cætera quã diximus (est enim lex sancta & mandatũ sanctum, iustum & bonum) sed tantum per occasionẽ. Lex enim verã iustitiã proponit, & huc propriè tendit, vt eam faciẽtes, in ea viuant: sed quia nemo illam facit, nec ipsã virtutem faciendi tribuere potest, vt scilicet impleatur: idcirco dicitur ministrare & asserre mortem, non suo, sed naturã nostrẽ vitio, quã per legem cognoscẽs peccatum, & non inueniẽs in lege, hoc est in sola legis doctrinã, remediũ quo peccatum aboleat, & abolito peccato, peccare desinat, & ad bonum afficiatur, idcirco peccato occiditur. Et quoniam sic se habet ratio Testamẽti seu legis veteris modò p se sumatur, facile est intelligere cur dicatur lex literẽ, lex operũ seu factorum, lex seruitutis, & quor opera legis dicũtur iustitiã carnis. Nam litera significat doctrinã, quã non viuunt in corde, & quã nihil aliud est (nisi tamen spiritus accedat) quã litera mortua. Item, lex seruitutis seu timoris dicitur, quòd timore pœnã, non amore iustitiã (quam tamẽ lex requirit) à peccando coërceat. Et lex operum seu factorum appellatur, quia facta & opera requirit, quorum tamen faciendorum nõ prestat virtutẽ. Et qui suis viribus legi satisfacere se simulãt aut gloriantur, hi dicuntur se ex lege operum aut factorũ iustificare, & sibi propriã iustitiã cõstituire velle: quẽ tamen neminẽ iustificare, nec opera reuera bona producere potest. Denique iustitiã carnis dicitur, quia spiritu cor innouãte ac viuificante caret. Caro enim in scripturis veterem hominem significat, nondum spiritu Dei renouatum, quemadmodum Ioannis tercio dicitur: Quod natum est ex carne, caro est. Postrẽmo, hæc lex propterea Vetus testamentum dicitur, quia veteris hominis noxa per literã iubẽtem & minantem nõ sanatur, quemadmodum Apostolus dixit: Nõ in vetustate literã, sed in nouitate spiritus.

E Contrario, Nouum testamẽtum duo complectitur. Primo, promissionem gratuitã remissionis peccatorũ per Christum. Secundo, interiorẽ hominis renouationẽ quẽ est lex, non extrinsecus in tabulis lapideis seu chartis papyraceis, sed diuinitus scripta in cordibus per spiritum sanctũ, qui digitus Dei appellatur, atque adeo propè nihil aliud

1. Cor. 3.

Roma. 7.

Leuit. 18.

Roma. 10.

Philip. 3.

Veteris te

stamenti

varia no

mina.

Littera.

Lex seru

tutis seu

timoris.

Lex ope

rum seu

factorum.

re pœnã,

non amore

iustitiã (quam tamẽ

lex requirit)

à peccando

coërceat. Et lex

operum seu

factorum

appellatur, quia

facta & opera

requirit, quorum

tamen faciendorum

nõ prestat

virtutẽ. Et qui

suis viribus

legi satisfacere

se simulãt

aut gloriantur,

hi dicuntur

se ex lege

operum aut

factorũ iusti

ficare, & sibi

propriã iustitiã

cõstituire velle: quẽ

tamen neminẽ

iustificare, nec

opera reuera

bona producere

potest. Denique

iustitiã carnis

dicitur, quia

spiritu cor

innouãte ac

viuificante

caret. Caro enim

in scripturis

veterem hominem

significat, non

dum spiritu Dei

renouatum, quemadmodum

Ioannis tercio dicitur:

Quod natum est

ex carne, caro est.

Postrẽmo, hæc

lex propterea

Vetus testamẽtum

dicitur, quia

veteris hominis

noxa per literã

iubẽtem & minantem

nõ sanatur,

quemadmodum

Apostolus dixit:

Nõ in vetustate

literã, sed in

nouitate spiritus.

E Contrario,

Nouum testamẽtum

duo complectitur.

Primo, promissionem

gratuitã remissionis

peccatorũ per

Christum. Secundo,

interiorẽ hominis

renouationẽ quẽ

est lex, non extrinsecus

in tabulis lapideis

seu chartis papyraceis,

sed diuinitus scripta

in cordibus per

spiritum sanctũ,

qui digitus Dei

appellatur, atque

adeo propè nihil

aliud

Euangelii noui testamenti dicitur. Vide Am. i. e. pist. ad Rom. c. 1. Roma. 1. Aug. de spiritu & lit. cap. 11. Iustitia dei. Ibi. c. 32. Salus Domini. Charitas dei. Quo discernatur testamenti veteris à nouo. Roma. 1. De spiritu & litera. cap. 13. Ibi. ca. 9. Lex est in dex seu uelliculum, quo ad Christum perducimur. Noui testamenti est lex uia hominem immutans Iustitia si dei cur sic dicit.

est, quam ipsa praesentia spiritus sancti. Dicitur autem Euangelium Nouum testamentum, quia per doctrinam euangelicam haec promissio remissionis peccatorum, & renouationis interioris hominis, per Christum credentibus annunciat: unde non ab re Paulus Euangelium appellat virtutem & iustitiam Dei, ad salutem omni credenti, hoc est salutem omni credenti afferentem. Haec est iustitia quae in Testamento ueteri uelata, in nouo reuelatur: quae ideo iustitia Dei dicitur, quod Deus eam impertiendo iustos facit, quae ad modum salus Domini appellatur, quia nos saluos facit: & charitas Dei, non qua nos ipse diligit, sed qua nos facit dilectores suos. Ergo Testamentum uetus à Mose & prophetis, nouum uero ab Euangelistis & Apostolis scriptum acceperimus. Nam & in libris ueteris testamenti testamentum nouum, licet olim uelatum, nunc uero per Christum reuelatum, continetur. Nec eo differt, quod aliud iubeat lex uetus, aliud postulet lex noua: nam idem omnino iubent. Nec eo ipso quod lex iubeat & minetur, Euangelium uero tantum promittat gratuitam remissionem peccatorum per Christum etiam indignis, & legi non satisfaciētibus: sed proprie eo differunt, quod uetus testamentum sit doctrina extra hominem scripta, quae infirmitatē nostram nobis tantum ostendit, non etiam tollit, atque eo ipso indicat nobis necessariū esse, ut ad gratiam redemptoris per fidem cōfugiamus: nouum uero testamentum sit doctrina non foris scripta uel pronuntiata, sed potius interna, & uiua, quae per spiritum sanctum scribitur in cordibus nostris, quia ille menti nostrae persuadet, non tantum nos accipere remissionem peccatorum per Christum, per fidem, sed simul etiam mentem & uoluntatem nostram uiuificat & immutat de mala bonam faciendo, ut iam non timore uel respectu legis, sed magis amore iustitiae per spiritum sanctum indito, quod bonum est faciat, factura etiam posthac, etsi nulla lex externa iuberet, quae proprie iustitia fidei appellatur. Tum quod remissio peccatorum propter Christum, & renouatio spiritus sancti non aliter accipiantur, quam per fidem in Christum, cuius spiritu à peccatis absoluihur, & spiritu mentis nostrae renouamur, ut iam Dei uoluntate adiutore spiritum facere incipiamus. Tum quia credimus quicquid boni affectus & operis in nobis sentimus, id non ex nobis, sed ex Dei beneficio propter Christum

in nos profectum esse, unde Deo ea pietate (qua solus colendus est) gratias agamus. Hoc autem ueteris & noui testamenti, discrimē non sunt patres primū cōmentī, sed euidētissimē id Hieremias propheta. c. 21. ostendit. Ecce, inquit, dies ueniūt, dicit dominus, & cōsummabo super domū Israël Testamentum nouum, non secundum testamentum quod feci patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorum, ut educerem eos de terra Aegypti, quia ipsi non perseuerauerunt in testamento meo, & ego neglexi eos, dicit dominus: Quia hoc testamentum est, quod ordinabo domui Israël, post illos dies, dicit dominus, dabo leges meas in cor illorum, & in mente eorum scribam eas, & ero eis in deum, & ipsi erūt mihi in populum, & non docebit unusquisque ciuem suum, & unusquisque fratrem suum, dicens: Cognosce dominum, quia omnes cognoscent me à minore usque ad maiorem eorum, quia propitius ero iniquitati eorum, & peccata eorum non memorabor ultra. Quod apertius dicere potuit propheta ad discernendum testamentum nouum à ueteri? Uetus appellat non ex tempore, sed magis ex effectu: nempe quod etsi uoluntatem dei ostenderit, non tamen uis sua ueteris hominis noxam abstulerit, nec hominem ad legis impletionem idoneum fecerit, aut innouauerit. Hoc est enim quod dixit propheta: Quia ipsi non perseuerauerunt in Testamento meo, non enim simul cum lege, hoc est uirtute legis, bonam quoque uoluntatem (qua sola lex fit) acceperunt. Et idcirco, inquit, consummabo super domum Israël testamentum nouum, testamentum uirtute consummatum quo lex impleatur, quod promissione & exhibitione proptiationis & remissionis peccatorum, necnon uia doctrina, seu (ut Apostolus ait) doctrina spiritus, per Spiritum sanctum intus in corde scripta, ac mentem & uoluntatem illuminante, immutante ac uiuificante constare dicit. Vide uero quam pulchrē Paulus (hanc prophetiam intuens atque explicans) hoc ipsum doceat. 2. Corinth. 3. ubi sic ait: Manifestati non atramento, sed spiritu dei uiui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Et ut doceat hoc in nobis agi non uiribus nostris, aut propter nostram dignitatem, sed merito dei beneficio remittentis nobis peccata per Christum, ac bonam insuper uoluntatem ingenerantis per fidem, subiungit: Fiduciam autem talem habemus per Christum ad deum, *Ibidem.*

*Vetus testamentum non ex terminē ad legis impletionem idoneum fecerit, aut innouauerit. Hoc est enim quod dixit propheta: Quia ipsi non perseuerauerunt in Testamento meo, non enim simul cum lege, hoc est uirtute legis, bonam quoque uoluntatem (qua sola lex fit) acceperunt. Et idcirco, inquit, consummabo super domum Israël testamentum nouum, testamentum uirtute consummatum quo lex impleatur, quod promissione & exhibitione proptiationis & remissionis peccatorum, necnon uia doctrina, seu (ut Apostolus ait) doctrina spiritus, per Spiritum sanctum intus in corde scripta, ac mentem & uoluntatem illuminante, immutante ac uiuificante constare dicit. Vide uero quam pulchrē Paulus (hanc prophetiam intuens atque explicans) hoc ipsum doceat. 2. Corinth. 3. ubi sic ait: Manifestati non atramento, sed spiritu dei uiui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Et ut doceat hoc in nobis agi non uiribus nostris, aut propter nostram dignitatem, sed merito dei beneficio remittentis nobis peccata per Christum, ac bonam insuper uoluntatem ingenerantis per fidem, subiungit: Fiduciam autem talem habemus per Christum ad deum, *Ibidem.**

*Vetus testamentum non ex terminē ad legis impletionem idoneum fecerit, aut innouauerit. Hoc est enim quod dixit propheta: Quia ipsi non perseuerauerunt in Testamento meo, non enim simul cum lege, hoc est uirtute legis, bonam quoque uoluntatem (qua sola lex fit) acceperunt. Et idcirco, inquit, consummabo super domum Israël testamentum nouum, testamentum uirtute consummatum quo lex impleatur, quod promissione & exhibitione proptiationis & remissionis peccatorum, necnon uia doctrina, seu (ut Apostolus ait) doctrina spiritus, per Spiritum sanctum intus in corde scripta, ac mentem & uoluntatem illuminante, immutante ac uiuificante constare dicit. Vide uero quam pulchrē Paulus (hanc prophetiam intuens atque explicans) hoc ipsum doceat. 2. Corinth. 3. ubi sic ait: Manifestati non atramento, sed spiritu dei uiui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Et ut doceat hoc in nobis agi non uiribus nostris, aut propter nostram dignitatem, sed merito dei beneficio remittentis nobis peccata per Christum, ac bonam insuper uoluntatem ingenerantis per fidem, subiungit: Fiduciam autem talem habemus per Christum ad deum, *Ibidem.**

1. Cor. 2.

Locus prophetae per Paulum explicatur. 2. Cor. 3.

non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est, qui & idoneos nos facit ministros noui testamētī, nō litera, sed spiritu. Litera enim occidit, spiritus autē uiuificat. Quum itaq; queritur, quid sit Euangelium, non aliud respondēdum est quā quod sit propriè non illa scriptura mortua, quā nobis apostoli memorā caussa reliquerūt: (nam & eadem, si literā tantum spectes, mortua est) sed sit uia illa doctrina quæ menti nostræ reconciliationem propter Christū, hoc est pacem erga Deum, in super bonam uoluntatem ex Dei beneficio annuntiat, nuntium sanè longè optimum ac lætissimum. In hunc modum angeli natiuitatem dominicā pastoribus annuntiantes, Euāgelium descriperunt: Gloria (inquiunt) in excelsis Deo, & in terris pax hominibus bonæ uoluntatis, seu ut Græca exemplaria habēt, in hominibus bona uoluntas. In primis gloriam ueni deo tribuēt, idque in altissimis, quod illi soli gloria debeatur, cuius solius beneficio natus est nobis Saluator mundi. Deinde annuntiant hominibus pacem: Nunc, inquiunt, pax in terra facta est, quia humana natura recōciliata est Deo per Christū, in quo gratis remittuntur peccata. Et in hominibus bona uoluntas, hoc est, in hominibus facta est dei beneficio bonus affectus, quem prius in hominibus nō habuit. Et ut Theophylactus ait, Refocillatus est Deus nūc & bene habitus in hominibus, nimirum quod per Christum reconciliati & uoluntate conglutinati sumus deo, & uñiti illi uerbo incarnato.

EX his facile deprehendi potest, cur nouum testamētum seu Euāgelii, dicatur lex spiritus, lex fidei, lex libertatis, iustitia Dei, seu iustitia spiritus. Nā ideo lex seu iustitia spiritus dicitur, quia hanc efficaciter spiritus gignit in nobis. Lex fidei, quia hæc recōciliatio & renouatio fide in Christū accipiuntur, non autē debentur aut tribuuntur operibus nostris externis, quæ legis appellātur: Lex libertatis, quia nō solum docet nos intus quid faciamus, sed etiam uoluntatē innouando liberat, ut iam non tanquam serua legis ex timore, sed suapte sponte ac liberè bonū operetur. In quam sententiam dixit Apostolus: Non enim accepistis spiritū seruitutis iterū in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei. Item, Dominus spiritus est: ubi autem spiritus, ibi libertas. Et alibi ait, Nos uocatos in libertatem, nō ut libertatem in occasionem carni demus, sed ut per charitatē inuicem ser-

uiamus. Qui dicūt legem fidei nihil aliud significare, quàm fidē, ac meram fiducia misericordiæ propter Christum, non etiam hæc internam innouationem, quæ propriè est lex scripta in cordibus, & lex spiritus uitæ, uiderint quomodo ipsi suam sententiam tueantur. Ex prædictis etiā cōsequitur, non oportere nos fidem seu iustitiā fidei ab operibus fidei discernere, sed tantum ab operibus legis, quæ fiunt in non renouatis sine spiritu. Nam quid tandē est aliud iustitia fidei, quàm ipsissima illa & intus in mēte uentia fidei opera? nempe fidere de Dei misericordia per Christū, remissionē peccatorū propter Christū per fidē apprehendere, accipere ac uelle: item Deo uoluntatē nostram immutandi assentiri, audire quid in nobis loquatur dominus Deus, hoc est ab operibus nostris cessare, & Dei ductibus summo conatu obsequi, & quicquid Deus in nobis facit, Deo tribuere. Quæ quidem opera quum spiritus intus in nobis operatur, postea etiā prodeunt in externum opus, quod iustitiæ fidei internæ testimonium est.

His præmissis, de Iustificatione sic simplicissimè ac planissimè dicimus: Euāgelium initio utitur ministerio legis, Christus p̄cursore Ioāne, arguit enim peccata, terrefacit conscientiam, ad pœnitentiā adigit, docet nos de infirmitate nostra, indicat nobis opus esse propitiatore Christo, propter quem datur nobis remissio peccatorum. Postea ministerio legis uelut interquiescēte, accedit fiducia, quā mens cōtrita & humiliata capit ex promissione Euāgelij, & qua se erigit credens tibi remitti peccata gratis propter Christum: quod quum sit, simul donatur spiritus sanctus, per quem diffunditur charitas Dei in cordibus nostris, qua renouatur uoluntas & libera efficitur à legis seruitute: ac ita demum iustificatur homo, & inchoat uitam nouam atque ad eō æternam, idque per fidem in Christum, qua tanquā instrumētō remissio peccatorum & renouatio interioris hominis & uitæ accipiuntur, habentur ac retinentur. Hæc doctrina est planè apostolica, quā & patres & tota ecclesia semper est amplexa: Cōiungimus autem in iustificatione hæc duo nempe remissio peccatorum, & renouationem interiorū uoluntatis, auctoritate scripturæ freti, quæ hæc duo semper copulat. Non enim ut iustificeris tantum exuēdus est uetus homo, sed & induendus nouus, qui secūdum Deum creatus est in iustitia & sanctitate ueritatis. Non tantum uetus Adam eiiciendus est,

Quid sit euāgelii proprie.

Luce 2. uide Chry sost. in epi. ad Coloss. Theoph. in Luce 1. 2.

Theoph. in Luc.

Euāgelii habet uaria nomina.

Lex seu iustitia spiritus.

Roma. 8. Lex fidei. Rom. 3. Lex libertatis.

2. Cor. 3.

Roma. 8.

2. Cor. 3.

Galat. 5

Lex fidei quid.

Roma. 8.

Lex fidei ab operibus fidei non est discernenda.

Amb. in ep. ad Roma. c. 1. & c. 3. uerbum iustitia, &c.

Psal. 84.

Mat. 7.

Sententia catholica de iustificatione.

Mat. 3.

Ioan. 1.

Act. 10.

Fiducia.

Acto. 2.

Roma. 5.

Roma. 6.

7. 8.

Roma. 6.

Roma. 3.

Fides instrumentū iustificationis.

Ephes. 4.

Roma. 6.

Ro. 7. 8.

fed Christus etiam complectendus. Nō tantum peccato moriendum est, sed noua etiam vita concipiēda. Non tantum liberari nos oportet à peccato, sed etiam seruos fieri iustitiæ deo. Non tantū oportet nos cōmori Christo, hoc est defungi peccatis, sed etiam in Christo resurgere. Nec dubium Paulū & cæteros apostolos, vt ostenderit, in quibus iustificatio hominis fita esset, remissionem peccatorum ad mortē: interiorē autem renouationem, quæ fit per infusionē charitatis, atque adeo ipsam iustificationem, ad resurrectionē Christi retulisse: Iesus Christus, inquit traditus est, ppter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Mysterio enim dominicæ mortis, vitæ nostræ veteris occasus, & iuui ratis abolitio: Resurrectionis vero, exortus vitæ nouæ & iustitiæ renouatio, demonstrata sunt. Vtraque autē per fidem in Christū accipiuntur: nam ea nos Christo copulat ac coniūgit, nōsque coniunctos spiritus ille fidei, meritum & bonum Christi participes facit, vt quod nobis adhuc deesse senserimus, à Christo per fidē mutueamus, vt dicere simul possimus: Mundus mihi crucifixus est, & ego mundo. Et: Mihi vivere Christus est. In quem sententiam apud eundem Apostolum dictum est, Christū habitare in cordibus nostris per fidem. Et alibi: Christum nobis factū esse sapientiam à deo, & iustitiam & sanctificationem & redemptionem, quod Christus hæc omnia nobis per fidem fiat. Nam quum spiritus noster spiritui Christi per fidem adhæret, fit vnus spiritus cum eo: & quicquid est in Christo, nobis in Christum credētibz secundum iudei nostræ rationem modum communicatur.

Qui enim proprium filiū dedit, quomodo non omnia simul cum illo donauit? Hic est thesaurus ille quē habemus in vasis fictilibz, vt sit eminētia virtutis dei, & non ex nobis: hoc est indumentum illud iustitiæ quo nolumus expoliari, sed su peruehiri, vt absorbeat, quod mortale est, à vita: hoc est, pignus illud spiritus, quod nobis dedit deus qui nos in hoc ipsum efficit, & Christum (qui non nouerat peccatum) pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia dei in ipso. Galat. 3. Deniq; hæc est illa regeneratio, renascentia & renouatio nostra, sine qua nemo potest videre regnum dei.

NE vero scripturam, vbiq; duo hæc (nempe remissionē peccatorum, & renouationem mētis) in iustificatione hominis copulantē, aliō detorqueas, cōcors patrū scilicet

prohibet: qui testantur, tunc demū nos liberari gratia per legem fidei, quæ est in Christo Iesu, quum diffunditur charitas in cordibus nostris per spiritū sanctū qui datus est nobis: tunc viniificari, quum ex illo fonte vitæ (cuius folius hauitu iustitia bibitur) bonam vitam (nimirum bene agendi voluntatem) haurimus: tunc illuminari, quum ab illo incōmutabili lumine anima nostra rationalis quodammodo accēditur, vt sit etiam ipsa factum creatumque lumē, quem admodum Ioannes erat lucerna ardens & lucens participatione eius luminis, de cuius plenitudine (vt idē ipse dixit) nos omnes accepimus: tum iustificari, quū spiritus sanctus operatur in nobis, vt nō peccare delectet, sed magis vt condelectemur legi Dei secundum interiorē hominem, quum scilicet non tantum præceptis iustitiæ forinsecus insonant sensibus nostris, sed etiam intrinsecus incrementū dat Deus per charitatis dilargitionē: quum facit, vt iustitiam legis, nō propterea quod lex iubet, sed magis voluntariē ac intimo affectu amplecti aditauerit: quum imago Dei terrenorū affectuum labe detrita, in mēte credentium digito Dei (hoc est spiritu sancto) reformatur & adornatur. Denique, quum facit Deus, vt non tantum credamus, sed & velimus. Clare admodum diuus Bernardus dixit, præsumptam indulgentiam delictorum parere animi tranquillitatem ac leuitiam (hoc est iustificationem) in animo eius, qui sibi ad iustitiam penitentiæ opera seminauit, si tamē ipsam præsumptam indulgentiam efficacia attestetur acceptæ gratiæ ad sanctius deinde viuendū, quod omnis qui hæc intra se aditari sentit, sciat quid loquatur spiritus, cuius vox atque operatio nunquam inter se dissentiuat. Sed quid attrinet sententiā patrū pluribus recensere: quum Apostolus Ioannes planē testetur, charitatē Dei (hoc est, quā Deus impartitur) tam spectare ad iustificationē, vt hanc non assequutum seu habentem, in morte manere dicat: In quam sententiam, non dubium est, dixisse Apostolum Iacobum, fidem sine operibus; hoc est sine affectu charitatis, qui parat⁹ sit semper in opus, quum res postulet, prodire, mortuum esse.

Sed di ces nobis, Non assentior tibi. Ex Euāgelio enim in Slegem relaberis, facisq; nos perpetuo dubitantes ac ambigentes, an remissionem sinu assequuti, an recōciliati, an iustificati: breuiter, an filij dei, hoc est an in gratia Dei sim⁹. Nā si interior innouatio, & bonæ volūtatis insitio, ad iu-

stificationem necessaria est, quis vnquam statuet se recōcilia-
tum esse: Quem enim reperies, qui ausit credere nouitatem
mētis suæ, qua iam affectus est ad implendā legē, tātā esse,
vt digna sit iustificatione: hoc est quis ausit iudicare se iā do-
no spiritus hoc assequitur, vt velit ac possit Deū ex toto cor-
de & tota anima diligere: Atque hinc forsā colliges, nos se-
cundū eam rationem nūquam pacem habituros erga Deū,
quod lex (vt apparet) quantū ad hanc nouitatem attingit, nos
adhuc accusare non desinat. Et proinde nō oportere hāc noui-
tate ad iustificationem referri, sed tātum gratuitam remis-
sionē peccatorū, quæ accipitur per fidē, vt promissio sit cer-
ta quæ si penderet ex cōditione nostræ nouitatis redderetur
incerta: vnde tandem consequeretur nos in hac dubitatione,
neque Deum (de cuius misericordia adhuc ambigeremus) vt

Rom. 10. patrem inuocare posse, secundū id quod Paulus ait: *Quomo-
do inuocabunt, in quem non crediderunt: neque quicquā bo-
ni posse operari, quod quicquid nō est ex fide, peccatum sit.*

Rom. 14. Ad hęc respondemus, nos nequaquā in legem relabi, sed do-
Dilutio. cere quomodo mens nostra à seruitute legis, nō suis viribus,
sed Dei beneficio, per interiorē innouationē liberetur: quod

abundē declarāt est prius. Deinde dicimus, nos omnino nō
docere iustificationem nobis contingere propter hanc noui-
tatem, maxime quod ad eam partē attinet, quā ea mētis no-
strę nouitas ex nobis mutuatur, hoc est eatenus, quaten⁹ nos
illi renouationi assentimur. *Quis enī satis Deo innouāti as-
sentitur ac obsequitur? vt non magis ppter dignitatē huius
nouitatis, quā propter dignitatem nostrę pœnitentię aut
contritionis (de qua arroganter sentire non oportet) iustifi-
cari nos statuere debeamus, non in fletibus, nō in actibus no-
stris, sed in aduocati nostri defensione, quæ apud patrē pro
nobis interpellantem habemus, cōfidentes. Quin nec ipsi fi-
dei eam dignitatē tribuimus, vt meritoria sit remissionis pec-
catorum, quam nulla merita præcedunt. Et quem, quæso, da-
bis hominem, qui tātā se habere fidem ausit gloriari, quan-
tam sibi haberi requirit Deus? Detrahimus itaque & fidei &
huius nouitati (quod ad eam partē quæcūq; nobis sibi asciscunt,
attinet) eam dignitatem seu causam iustificationis, quin potius
ob id tantum dicimus fidem iustificare, nō quod sit cau-
sa iustificationis, sed quod nulla alia re misericordiam & gra-
tiam Dei nos innouentem, quæ propriē causā formalis iusti-*

*Iustifica-
tionem nō
assequi-
mur pro-
pter no-
strā noui-
tatem, sed
nouitas,
quā De⁹
operatur
in nobis
hęc est iu-
stificatio
nostra.
Grego. in
Ezech. li.
1. hom. 7.
Cur fides
dicatur iu-
stificare.*

stificationis est, accipiamus. Verūm hoc docemus, nepe iustifi-
cationem non ex lege pēdere, sed esse gratuitū donum Dei,
quod cōsistit in remissione peccatorum & renouatione vo-
luntatis, quæ non aliter à Deo gratis donante accipiuntur,
quā per fidem in Christum, fidem quidem, non dubitantē
aut ambigentē, sed nihil hæsitantē. Vt clarissimē quid veli-
mus, & quo pacto hęc res in nobis geratur, intelligas, repeti-
mus ac dicimus te per fidē donū iustificationis tunc demū
accipere, quum & perterrefactus ac concussus in pœnitentiā,
rursus erigeris per fidē, credēs tibi remissa esse peccata pro-
pter meritū Christi, qui in se credentibus remissionem pec-
catorū pollicitus est: & quum simul sentis te iam alio affectu
quā prius rapi hoc est eo affectu quo peccata quæ prius de-
lectabant, iam ex animo odis, & ad faciendum bonū, carnis
infirmiati fortiter repugnās, intus accēderis, tametsi is affe-
ctus nondū sit in bono perfectus & absolutus. Hęc enim im-
perfectiōnem, quā viribus tuis supplere non potes, supplebis
ex fide in Christū, credēs iustitiam Christi (cuius membrum
factus es) tuum imperfectum suppleturū, si tamen perpetuū
pro viribus quas tibi dominus suppeditauerit, coneris eam
quam accepisti gratiam promouere, & præteritorū oblitus,
non respiciens iterū retro, in anteriora te extendere annita-
ris. Pulchrē dixit beatus Augustinus: Nullus sanctus & iustus
caret peccato, nec tamē ex hoc desinit esse iustus vel sanctus,
cū affectu teneat sanctitatē. Non enim naturæ humanæ vi-
ribus, sed propositi argumento per Dei gratiam acquirimus
sanctitatem. Interim scimus quāndā esse plenā & absolutā
iustitiam, seu charitatem, quam in hac vita nemo assequitur,
sed tantū in futura, quando videbimus facie ad faciē, & co-
gnoscemus sicut cogniti sumus, sed alia minor est huic vitæ
cōpetēs, qua ex fide viuimus & ambulamus. Hęc etsi omnes
motus terrene cupiditatis nondū omnino absorbeat atq; cō-
sumat, consensum tamen prohibet ac extinguit, ac in super fa-
cit, vt magis ac magis in bono proficere pergamus: quæ etsi à
perfectiōne iustitiæ longē adhuc absit, ea tamē imperfectio
iustificationem nostram non remouat, nec accusationi seu
damnationi legis subiacer, saltem in iis qui sunt in Christo
Iesu. Nam qui Christo (in quo lex quod accusaret, nihil inue-
nit) per fidem concorporēs facti sunt, legis imperium benefi-
cio Christi euaserunt: adeo, vt si lex imperfectionem eorum

*Quando
accipiatur
iustifica-
tio.*

Ioan. 6.

1. Cor. 1.

*Philip. 3.
Aug. de
diffini. or-
thod. fide.
cap. 49.*

*Aug. de
spiritu &
lit. c. 37.
2. Cor. 5.
Rom. 7. 8*

1. Petr. 2.

Roma. 7. accusare pergat, respondere possint: Quid nobis tecū est lex?
 Rom. 14. Nō tui, sed alterius sumus. Tu quē es, quā iudicas seruos alie
 Mat. 20. nos? domino nostro stamus aut cadim⁹, huic sic visum est ex
 gratuita misericordia nos indignos assumere, & quicquid in
 Ephes. 5. nobis imperfectionis est condonare, quid ad te: Quid nobis
 Psal. 5. alienū inuides beneficium? Recepit nos ille in membra sua,
 1. Cor. 1. scuto suæ bonæ voluntatis protexit nos, suā iustitiā nos in-
 duit. Quamobrē si nos impetere pergas eū tibi opponemus,
 cui per fidem inhaerescimus, in eo certē non habes quicquā,
 proinde nec in nobis, qui de corpore eius per gratuitā mis-
 ericordiā facti sumus. Nonne licet huic facere de nobis quod
 Ioan. 14. ipsi videtur: nō ignoramus nos seductionē expositos, ad resi-
 Roma. 8. stendum fragiles, ad operandū debiles esse, sed induti Chri-
 Mat. 20. stum, non est cur timeamus. Quis accusabit aduersus electos
 Roma. 3. Dei? Deus qui iustificat. Quis est qui cōdemnet? Hæc quidē
 iustificatos in Christo, habere quæ legi opponāt, Paulus Ro-
 ma. 7. & 8. locupletissimus testis est, & Ioan. cap. 3. qui inquit:
 Qui credit in filium Dei, nō iudicatur: qui autem nō credit,
 iam iudicatus est, quia non credit in nomine vnigeniti filij
 Dei. Hæc ruminans Augustinus lib. Meditationum. cap. 14.
 Aug. li. sic Deum alloquitur: Desperare vtique potuissem propter ni-
 Medita. mia peccata mea & infinitas negligentias meas, nisi verbum
 cap. 14. tuū Deus caro fieret, & habitaret in nobis. Sed desperare iam
 Roma. 8. non audeo, quia cum inimici essemus, reconciliati sumus per
 Certitudo mortem filij tui: quanto magis reconciliati, salui erimus per
 fiducia. eum, omnis nanque spes & totius fiduciæ certitudo, mihi est
 Phil. 3. in precioso sanguine eius, qui effusus est propter nos & pro-
 Lib. Me- pter nostram salutem, in ipso respiro, & in ipso cōsensus, ad te
 dita. c. 15. peruenire desidero, nō habens meam iustitiā, sed eam quę
 est ex filio tuo domino nostro Iesu Christo. Et capite sequē-
 ti: Supereminet omnē sciētiam tuam ināstimabilis charitas,
 Hebr. 2. quam ostendisti nobis indignis pro sola bonitate & pietate
 Ibidem. tua, filius nāq; tuus Deus noster nō angelos, sed semen Abra-
 Omnis no hæc apprehēdit, assimilatus nobis per omnia absque peccato.
 stra fidu- & post pauca: Hæc nempe mihi tota est spes omniūque fidu-
 cia ac to- cia: Est enī in ipso Iesu Christo domino nostro, vniuscuiusq;
 ta spes. nostrū, portio, caro & sanguis. Vbi ergo portio mea regnat,
 Eph. 2. 5. ibi me regnare credo: vbi caro mea glorificatur, ibi glorio-
 7. imperse- sum me esse cognosco: vbi sanguis meus dominatur, ibi do-
 Etionstra minari me sentio, quanuis peccator sum, de hac cōmuniōne

gratiæ non diffido, & si peccata mea me prohibēt, substantia gratiam
 mea requirit: & si delicta mea me excludunt, naturæ com- iustifican-
 munitio non repellit. Et statim post: Mitis & valde benignus tem non
 est dominus Deus noster, & diligit carnē suam membra sua, excludit.
 & viscera sua in ipso Deo, & domino nostro Iesu Christo dul- Ibidem.
 cissimo, benignissimo & clemētissimo, in quo resurrexim⁹, Ephes. 5.
 & iam cœlos ascendimus, & iam in cœlestibus consistemus. Deus dili-
 Caro nostra nos diligit, habemus etiā sanguinis nostri præ- git nos in
 rogatiūam in ipso. Sumus enim membra eius, & caro eius: Christo
 ipse denique est caput nostrum, ex quo totum corpus, sicut filio suo.
 scriptū est: Os ex ossibus meis, & caro de carne mea, & nemo Ephes. 2.
 vnquam carnem suam odio habuit, sed fouet ac diligit eam. Ephes. 3.
 Mysterium hoc magnum est, ego autem, inquit, dico in Chri- 4. 5.
 sto & ecclesia. Gratiā itaque tibi domine Deus noster ago Gene. 2.
 pro omnibus miserationibus tuis, quib⁹ miserabiliter nobis Ephes. 5.
 perditis subuenire dignatus es per eundem filium tuum sal- Roma. 4.
 uatorem & recuperatorē nostrum, qui mortuus est propter I. Ioan. 2.
 peccata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostrā: Responde-
 & nunc viuēs sine fine, sedet ad dexteram tuam, & interpel- tur aduer-
 lat pro nobis. Hactenus ille. sarius.

Non habes ergo quod dicas, nos Euangelium cū lege Ad iusti-
 confundere, vel Euāgelium in legem trāsformare, vel ficationem
 causam iustificationis in nostram dignitatē trāsferre, requiritur;
 vel iubere vt perpetuo de iustificatione & acceptance no- vt singuli
 stra dubitemus. Nā omnia cōtraria docemus, fatemur enim credat si-
 verum esse, ad iustificationē hominis omnino requiri, vt ho- bi remissa
 mo: certō credat non tantū generaliter, quōd propter Christū peccata per
 verē penitentiam remittantur peccata, sed & quod ipsmet Christū.
 homini credēti remissa sint propter Christū per fidem. Nam Iacobi 1.
 qui dubitat, similis est fluctui maris, qui à vento mouetur, & Hilarius.
 circumferitur. Non ergo existimet homo ille, quōd accipiat in Matt.
 aliquid à Deo. Rectē dixit Hilarius, Deum velle, vt sine ali- canonē 5.
 qua incertæ voluntatis ambiguitate speremus, quōd alioqui Aug. in
 iustificatio ex fide nulla sit, si ipsa fides sit ambigua. Augusti- mania. c.
 nus verò cogitationem nos ab hac certitudine auocantem, 22. & 23.
 abigendam docet. Murmure, inquit, quantum voluerit in si- 2. Cor. 11.
 piēs cogitatio mea, dicēs: Quis enim es tu, & quanta est glo- Roma. 8.
 ria illa, quibusnam meritis illam obtinere speras? Ego fidu- Roma. 3.
 cialiter respondeo: Scio cui credidi, quia in charitate nimia Tit. 1.
 adoptauit me in filium, quia verax est in promissione, petēs Mat. 20.

*Mors christi
sua nostra
spes.*

*Meritum
nostrum in
miseratione
domini
confisit.*

*Bernardus de
animo domini
miser. 1.
Gradus
fidei iustifi-
cantis.*

*Testimonium
spiritus
sancti,
quod perhibet
cordi nostra.*

Roma. 8.

Roma. 3.

*Falsum
omni homini
credenti
sibi remissa
peccata propter
Christum
statim
remitti.*

*Verum
nemini
remitti
peccata,
nisi
credat
sibi
peccata
remitti.*
*Bernardus
serm. de
4 modis
orandi.*

DE IUSTIFICATIONE.

in exhibitione, & licet ei facere quod vult: non possum terri multitudine peccatorum, si mors domini in mentem venerit. Tota spes mea est in morte domini mei. Mors eius, meritum meum est, refugium meum, salus, vita & resurrectio mea. Meritum meum, miseratio domini. Non sum meriti inops, quandiu ille miseratio domini non defuerit. Et si misericordiae domini multa, multus ego in meritis. Quanto ille potentior est ad saluandum, tanto ego securior. Haestenus ille. Denique Bernardus apertissime pronuntiat, non sufficere tantum ut credas, te remissionem peccatorum habere non posse, nisi per indulgentiam Dei: praeterea quod nihil habere queas affectus vel operis boni, nisi & hoc dederit ipse: Ad haec, quod vitam aeternam nullis operibus promereri, nisi gratis datur & illa. Sed praeter haec, inquit, quae magis initium quoddam & fundamentum fidei habenda sunt, etiam hoc addendum est, ut credas quod ipsum & tibi peccata condonentur. Hoc enim ut subiicit, est testimonium, quod phibet in corde nostro Spiritus sanctus, dicens: Dimissa sunt tibi peccata tua. Et sic arbitratur Apostolus, gratis iustificari hominem per fidem.

Sed hic diligenter animaduertendum est, longe aliud esse dicere, omni homini quicumque credit sibi remissa esse peccata per Christum, illi statim peccata remitti: quam si dicas Nemini remitti peccata, nisi remissionem se credas assequutum per Christum: nam hoc verum est, illud falsum. Plures enim ex haereticis inuenias qui sic credunt, & tamen remissionem peccatorum non assequuntur, quod extra ecclesiam sint, & spiritu charitatis vacent. Vt unque ergo requiritur ad iustificationem, nepe ut & credas tibi remissa esse peccata per Christum, & ut te spiritu charitatis renouatum mente, & iam ad opus bonum affectum esse per fidem intelligas. Ut alios omittamus, non videtur nobis hic contemnendus Bernardus, in re iustificationis aut leuis author vel aduersariis testibus, vir certe doctrina praeditus insula magis diuinitus, quam humanitus parta. Is alibi quaerit, vnde aut quomodo nosse possumus nos indulgentiam a Deo consecutos esse? quod homini quantumuis spirituali etiam usque ad primum spiritualis exercitij gradum proeucto, tantum deprimi gradus imperfectione relinquatur, ut vix sibi primum videatur adeptus. At ille responderet, nobis non leuiter transmittendum esse, quod in Euangelio legimus Iesum paralytico dixisse: Confide fili, remittuntur

DE IUSTIFICATIONE.

140

tibi peccata tua: utque Pharisaeis non credentibus, sed magis substantibus, hanc fiduciam tanti esse momenti demonstraret, signo visibili inuisibilem probasse potestatem. Vt sciat (inquit) quia potestatem habet filius hominis in terra dimittere peccata, tunc ait paralytico: Surge, tolle lectum tuum & ambula. Et tu ergo (ut subiicit ille) si iam surgis desiderio super pernorum, si grabatum tollis, corpus videlicet a terrenis subleuans cupiditatibus, ut iam non feratur animus concupiscentiis eius, sed magis ipsa (ut est dignum) regat illud & ferat, quod non vult: si demum ambulas, quae retro sunt obliuiscens, & ad ea quae ante te sunt, te extendens desiderio & proposito proficiendi, curatum te esse non dubites. Et post pauca: Propterea fiducialiter iam postulare potest qui eiusmodi est, nimirum quod se iam reconciliatum & filium esse intelligat (modò tamen caueat, ne forte postulet non postulanda, aut quae postulanda erant, rite postulare negligat): alioqui absque fiducia frustra Deum inuocaueris aut postulaueris, quod nemo ore seu petat, nisi quod credit & sperat. In corde, cui haec fidei fortitudo deest, non nascitur Christus, qui non nisi per hanc fidem habitat in cordibus: nec discere potest cum Dauid, paratum cor meum Deus, paratum cor meum, cantabo & psalmum dicam. Non est enim paratum cor, quod non est confirmatum.

Iam si huic homini sic affecto occurrat, quod apostoli, domino concionati, quam difficile diues in regnum caelorum ingrederetur, rogantes obiecerunt: nempe, Quis poterit saluus esse, respondebit tunc haec fiducia: Apud homines quidem impossibile est, sed non apud deum, in cuius promissione & misericordia tota nostra fiducia atque vnica consolatio nostra & tota ratio spei nostrae consistit: atque ideo ex fide iustificatio ut leuandum gratiam firma sit, promissio. Rursus si occurrat, Quis scit si amore vel odio dignus sit? Itē, Quis nouit sensum domini aut quis consiliarius eius fuit? hic iam non oportebit in opera nostra respicere, nam haec statim nos faciet dubitare, sed plane fide nobis subuenire necesse est, atque adeo hic oportet succurrere veritatem, ut quod de nobis latet in corde patris, id ipsum nobis per ipsius spiritum reueletur, & spiritus eius testificatus spiritui nostro, persuadent quod filij dei sumus: persuadeat autem vocando, & iustificando gratis per fidem. Cum ergo suggerit mihi infirmitas mea, quinam sciam me in numero filiorum esse, tunc maxime memorum esse me oportet verbi pro

*Philip. 3.
Bernardus
Ibidem.*

*Iacobi 4.
Bernardus
in super
euang.
Mijus est.
Idem ser. 6.
in vig. na
tunita.*

*Psal. 107.
Mat. 10.
In promissione
neque misericordiae
Dei tota
nostra fiducia
consistit.*

*Roma. 8.
Eccle. 11.
Roma. 11.
Bernardus
in sermo de
dedicatione
ecclesiae.*

Roma. 8.

Pfal. 118. missionis, in quo mihi domine spem dedisti: tunc mihi in verba tua Christe respiciendū est, quibus mulieri adulteræ, necdum damnata, dixisti: Nec ego te cōdemnabo mulier: vade, & iam amplius noli peccare. O vocem misericordiar, & auditum lætitiæ salutaris: Audirā (inquit Psaltes) fac mihi manē misericordiam tuam, quia in te speravi domine. Sola nimirū spes apud te miserationis obinet locū, nec oleum misericordiar nisi in vase fiducie reponis: sed mihi interim videndum ne hæc fiducia sit affectui ad peccatum in procliu coniuucta. Hanc vero fiduciam passio tua, o Christe mihi subministrat vltimum quidem refugium, & angulare remediū: deiciēte enim sapientia, iustitia non sufficiente sanctitatis succumbētibz meritis, illa succurrit. Quod si rursus in animum meum subeant, scio quidem passionē hanc potentissimā esse: sed quis scia, an data & applicata sit mihi? Hic respondebit fides, Mihi data est, quia alteri dari nō potuit. Nam Christus meus in similitudinē hominū factus habitu inuentus est vt homo, obediens patri vsque ad mortem, vt me mortis filium redimeret ac patri reconciliaret. Rursus si terreat in animum, Quo nam pacto possim statuere Deū mihi esse propitiū, qui tantū imperfectionis & infirmitatis adhuc in me cernā ac reperiam: tum profectō neq; indignitatē fidei, neque operū meorum, vt me certū faciam, rectē respexero. Quis enim de sua sapientia vel iustitia vel sanctitate præsumat sufficientiam ad salutē? quod nec sufficientes sumus cogitare aliquid à nobis tanquā ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Sed in passionem tuam, o Christe oculos mētis defigā, & cū defecerit virtus mea non cōturbabor, nō diffidā, scio enim quid faciā.

Pfal. 115. Calicem salutaris accipiar quia si sanguis tuus in me impellet pro me, saluus ero. Denique si verbum tanti Apostoli (qui aulus est dicere, an experimentū quareritis eius qui in me loquitur

2. Cor. 13. *1. Cor.* 4. Christus) me terreat, cum ait: Nihil mihi cōscius sum, sed nō in hoc iustificat⁹ sum: tū vicissim eiusdē Apostoli verbum me consolabitur, nam et si eo ipso quod mihi nihil sim cōscius, iustificatus non sim, hinc tamē me iustificatum rectē iudico, si spiritum innouantē accepero, qui ex Deo proficitur, vt sciamus q̄ à Deo donata sunt nobis. Quis enim scit hominū quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est: Ita & quæ dei sunt, nemo cognouit, nisi spiritus dei: nobis autem reuelauit per spiritum suum. Spiritus enim omnia scrutatur,

etiam profunda dei. Itaque scriptura quæ ait, Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit: nō facit ambigētes Christianos. Nos enim (vt inquit ille) sensum Christi habemus. Neque ob id sensu Christi nos vacare iudicabimus, q̄ perpetuo labimur, & perfectionem iustitiæ nūquam assequimur, si tamen à consensu peccati abstinētes in Christo manserimus radicati & fundati. Nā si diuo Augustino credimus, ideo veraciter se omnes sancti pronuntiat peccatores, quia in veritate habet quod plangant, et si non reprehensionē cōsciētiae certē mobilitate & mutabilitate pruaricatricis naturæ, nec tamē ex hoc sancti vel iusti esse deinquit, si affectu sanctitatis retinētes in Christo esse perseverat. Quā obrem Bernardus Christū appellās, ait: Qui quis p̄ peccatis cōpunctus esurit & sitit iustitiā, credat in te qui iustificas impium & solam iustificatus per fidē, pacē habebit ad Deū: solam vtique per fidem, hoc est non per merita propria, sed per misericordiam, quam sola fides accipit ac apprehendit.

QUOD autē alibi legimus. Beatus homo qui semper est pauidus. Item, In timore & tremore salutem vestrā uersamini. Item, In timore & tremore salutem vestrā operamini, &c. nequaquā cū superioribus pugnat. Hæc enim & similia dicta scripturæ iustificationem non respiciunt, nec fiduciam (qua remissionē peccatorum accipimus) vacillare faciunt de misericordia Dei, sed magis respiciunt iam iustificatos: hi enim si sentiant se Dei beneficio intus innouatos, & fiducia certa erga deum præditos, absit vt hinc sibi iam fidentes securi uiuāt: & posthac se suis viribus legem implere posse contendāt. Hoc enim esset nō Deo, sed sibi fidere, quin potius suæ infirmitatis sibi cōscij, toti à gratia pendere pergent, debebuntq; filiali timore semper esse solliciti, ne in vanū gratiā Dei receperint, néve à gratia precepta sua incuria vel arrogātia rursus cadāt, in priores sordes reuoluti. In quam sententiā dixit Apostolus: Tu fide stas, noli altum sapere, sed time, quia si Deus naturalibus ramis non pepercit, ne fortē nec tibi parcat. Vnde post iustificationē nō debet fides indor miscere, sed magis ac magis exerceri, ac iā (vt supra dixim⁹) fide nō tantum generali, sed & speciali credere oportet, quod nihil ipse prorsus habere possis operis boni, nisi hoc deus derit. Idem, quod æternam vitam nullis meritis promereri possis, nisi gratis detur & illa, quā tamē nō sis assequutus,

Roma. 12.
1. Cor. 2.

Aug. de
diffini. or-
tod. fidei
cap. 41.

Omnes
sancti pec-
catores.
Bern. ser.
22. in cā-
tica.

Roma. 5.
Sola fide
iustificari
quid.

Prou. 28.
1. Petri. 1.

Iustificati
semper de-
bent esse
pauidi &
timorati
timore fi-
liali.

2. Petr. 2.

Rom. 11.

Bern. de
annū. do-
mini ser. 2

1. 1. 24

Omnis. nisi perseveraris vsque in finem.
Verū forsā is, quem ex aduerso dicere fecimus, nobis obiciet ac dicet: vt largiamur tibi hæc omnia vera esse, quidnā tandē est quod in nostra doctrina reprehendendū putas? Cui respōdemus, nos putare in primis periculo sē doceri iustificationis verbum tantum pro imputatione iustitiæ, non etiam pro renouatione interiori apud Apostolum Paulū accipi. Item, eo solo quōd quis credit sibi gratis remitti peccata propter Christū, hinc ei statim peccata omnia cōdonari. Itē, quōd sola fide iustificemur, nisi tamē his verbis commoda temperatura ad sensum apostolicū addatur. Item, quod iustitia bonæ cōscientiæ à iustificationis ratione feceratur. Denique, displicet quōd opera fidei cum operibus legis confunduntur, aut saltem plus quā oportet ab his quæ fides impetrat, discernuntur. Nam et si quæ diximus, commo dis interpretationibus adiectis, defendi possint, quod & sciamus veteres similibus interdū loquutionibus vsos esse, quæ admodum Origenem & Ambrosium in epistolā ad Romanos, & Hilarium in Mattheum, atque his longē recentiorē Bernardum, non semel dixisse reperias, solam fidem iustificare, tamen quia hæc & similes propositiones alio atque alio modo accipi possunt, non conuenit, vt in vulgus indiscretē spargantur, nisi eodē sale quo apud illos condiantur. Nobis enim non licet quibuslibet verbis ad populum vtī, sed tantū illis quæ ad ædificationem faciunt, hoc est claris, planis, & expeditis. Patres in interpretandis scripturis in scripturarum scopum respexere, à quo non conueniebat eorum dictionē vel latū vnguē discrepare. Nobis quibus ad populū loquendū est, sic oportet moderari verba ne qui scripturarū scopos nondum satis intueri possunt, verba nostra fecius quā oportebat intellecta, deprauent ad suā ipsorum perditionē quod epistolis Paulinis ob earū difficultatem euenire Petrus testatur. Idē; beatus Augustinus de epistola ad Romanos (in qua Apostolus tantus est fidei prædicator) quam maximē intelligendum putat. Porrō cū indocta plebs ad malū alioqui prona, è suggesto ebuccinari audit, eo solo se iustificari, si credat Christū pro nobis satisfecisse, nulla habita suæ immunditiæ ratione: præterea cū audit renouationē interiore propriè de ratione iustificationis non esse, sed eam potius sequi, nōne statim efficitur malè secuta ac sibi quā dā vanā fidei præ-

In concionibus ad vulgus sermone causā ac quā maximē saluti esse oportet.

2. Petr. 3. Aug. de fide & operibus.

Vana fidei

sumptionem facit, quā iā hoc ipsum audaci quadam temeritate sibi psuasum esse ac credere gloriatur, interim nullū faciens interioris renouationis experimentū, sine qua tamen iustificatio non accipitur: Itē cum dicunt hominē iustificari sola fide, nec cōmodo interpretantur: statim plebs peccatis assucta, & bonorū operū expers putat sibi non admodū magnā bonorū operū curā habēdā: tantū sufficere, vt sibi persuadeat Christū pro se satis fecisse, atque ita male persuasā, iustitiam fidei operibus bonis propemodum opponit, quæ tamen discernenda non erant, sed omnino copulanda. Dein etiā epistola illa Iacobi planē apostolica, ex incautis hisce ad populum loquutionibus in dubium vocatur, atque etiā impie contemnitur. In qua dixit Apostolus: Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum.

ET quoniā aliquibus adhuc videri posset, Iacobū apostolum hanc sententiam disertē ac eo consilio posuisse, vt Pauli sententiā Rom. 3. quia pronunciat, hominē iustificari per fidem sine operibus legis, corrigeret: idcirco ex his quæ suprā diximus, breuibus explicanda est hæc quæstio, quæ queritur, an fide tantum, an & ex operibus, vel omnino sine operibus homo iustificetur. Vt autē intelligas quid quærat, in primis nosse oportet, ambas illas præpositiones (ex) & (sine) dupliciter intelligi posse. Primum, vt respiciat causam substantialem maximē efficientē, formalem & finalem cui res simpliciter debet quōd sit. Secūdo, vt denotent tantū eā causam quā vocamus instrumentale seu adminiculantē, sine qua res nō fit. Dein opera in opera legis & opera fidei distincta sunt. Deniq; in operibus fidei ad duo respicere oportet, nimirū ad id quatenus ex deo sunt, deinde quatenus ex nobis: nā in confesso est, nos in iustificatione nō omnino nihil agere, quin potius deo non præueniente saltem per assensum & conatum voluntatis præueniat & adiutæ cooperari, quem admodum superius abudē declarauimus. Principio itaque, si præpositio (ex) ad causam efficientem, formalem & finalem denotandam referatur, facile est videre quid respondeas rogatus, nū ex operibus iustificetur homo: cōstat enim in vniuersum operibus nostris causam iustificationis detrahi, & rectè ac verè dici nos sine operibus iustificari.

CAUSA enim efficiēsi iustificationis nostræ, solus deus est, non nos ipsi. Solus enim Deus est, qui iustificat, qui so-

presumptio & securitas magna la pestilētissima sunt. Sola fide.

Epistola Iacobi.

Iacobi 2.

An fide tantum, an ex operibus iustificetur homo.

Causa essentialis iustificationis operibus non detrahitur. Causa efficiēs iustificationis.

Esaï. 43. lus peccata remittit, qui apud Esaïam ait: Ego sum, ego sum, ego ipse sum qui deleo iniquitates tuas propter me. *Qui* ut nos, quo essemus homines, fecit ita regenerando in spem vitam, fecit ut iusti simus. Absit autē ut quisquam nostrum ita se iustum dicat, ut velit constituere iustitiam suā, hoc est reputare quasi a seipso sibi datā, cum dicat apostolus: *Quid* enim habes quod non accepisti? Pharisaica atque ad eō impia vox est eorum, qui dicant quod deus eos fecerit homines, iustus autem ipsi se faciant, contra quos Christus parabolā Luc. 18. dirigit. Porro causa finalis, hoc est ea causa quam deus in remissione peccatorum respicit, & propter quam & ob cuius dignitatem & meritum propriē dictum, ipse nobis remittit peccata, Christus est, nō quatenus deus, nam eatenus cū patre & spiritu sancto efficit iustificationē, sed quatenus homo, nimirū quatenus factus est hostia pro peccato in sempiternū potens. Rom. 3. Iustificamur gratis gratia ipsius per redēptionem quæ est in Christo Iesu, quem proposuit deus propitiatorem. Itē Roma. 5. Per hunc habemus accessum, &c. & post pauca: Gloriamur in deo per dominum nostrū Iesum Christum, per quem nunc reconciliationem legis accepimus. Et Acto. 10. Huic omnes propheta testimonium perhibent remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credūt in eum. Item, Finis legis Christus ad salutē omni credenti. Et quid aliud est, quod Christus apud Ioa. ait, Ego sum vitis, vos palmites, qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere, quam propter hoc iusti estis, quia mihi estis insiti. Nec hoc latuit patres & prophetas: Abraham in promissionē venturi Christi respiciens, se propter venturum semen iustificari credidit: vidit enim Abraham diem Christi, vidit, & gaudius est. David quoque non reprensus iustificationem in hostis legalibus, sacerdotem describit Christum: Tu es (inquit) sacerdos in æternū, nimirum cuius hostia esset apud Deum in æternū potēs ad abluenda peccata. Et clarissimē Esaïas causam finalem iustificationis in Christo transfert: Omnes, inquit, nos quasi oves errauimus, vnusquisque in viam suam declinavit, & posuit dominus in eo iniquitates omnium nostrum, & post pauca: Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semē lōgeuū, in sciētia sua iustificabit ipse seruus meus multos, & iniquitates eorum ipse portabit. Hanc autem iustificationis cau-

sam Gentes ante obortam Euangelij lucem non viderunt, proinde iustificationem & pacem erga deum non sunt assequutæ, quia nullam causam sufficientem viderunt, propter quā certo statuere possent se à peccato ablutos esse, & se deū habere propitium. Iam si & formalē causam iustificationis quis requirat, respondebit Apostolus hanc iure dici misericordiam dei & gratiam, qua animam ad se conuertit deus. Apparuit, inquit, benignitas & humanitas Saluatoris nostri dei, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum misericordiā suam saluos nos fecit, ut iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ. Item, iustificati gratis per gratiam ipsius. Item, gratia saluati estis per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donum est, non ex operibus, ne quis glorietur. Vnde consequitur, recentiores theologos haud temerē affirmasse, charitatem dei, quæ per spiritum sanctum in cordibus nostris diffunditur, in iustificatione rationem causæ formalis obtinere, ea est enim illa gratia qua cor absq; vllis præcedētibus meritis innouatur, qua timor legis (qui pœnā habet) foris mittitur: quam qui assequutus est, is demum ex deo natus est, & cognoscit deum. *Qui* verō assequutus nō est, nō nouit deum, quia deus charitas est, in qua qui manet, in deo manet, & deus in eo. *Quin* in hoc cognoscimus, quoniam in eo manemus, & ipse in nobis, quoniā de spiritu sancto suo dedit nobis, nimirum in diffundente charitatē in corda nostra. Dicimus autem disertē charitatem Dei, hoc est quatenus dei donum est, & à deo proficiscitur causæ formalis rationem in iustificatione obtinere, ut meritū nostræ voluntatis, qua hæc charitas per fidem accipitur, à ratione causæ excludamus. Nam cum noster consensus ad bonū quo deo charitatem largienti obsequimur, adhuc admodum imperfectus sit, resistente nimirum, quandiu in hoc corporis tabernaculo sumus, infirmitate carnis, quo minus ipsam charitatem (quam alioqui deus perfectā nobis infundere esset paratus) perfecte capiamus: idcirco omnino cauendum est, ne causam iustificationis à dei dono indignitatē nostrī consensus, aut etiam conatus transferamus,

NON refragamur autem, quo minus voluntatem nostrā subiectū iustificationis facias. Ipsa siquidem est, in qua deus illam operatur per spiritū sanctū, reddentē testimonium spiritui nostro, quod simus filij dei. Itidem non in-

Gētes non viderunt causam finalem iustificationis.
Rom. 1. *Formalis causa iustificationis.*
Tit. 2.
Rom. 5.
Roma. 5.
Ephes. 2.
Charitas dei causa formalis iustificationis.
Rom. 5.
Aug. de Spiritu & Litera.
1. Ioan. 4.
Charitas non quatenus ex nobis, sed quatenus ex Deo causa formalis iustificationis.
Volunt. 2.
nostra subiectū iustificationis.

Rom. 8. ficiamur assensu voluntatis nostræ ad iustificationem opus esse, quemadmodum Augustinus dixit: Deum qui creavit te sine te, nõ iustificare te sine te. Sed asserimus, voluntatem nostram nõ magis seipsam iustificare posse, quã hominem natura cæcum, deformẽ aut incurvũ, seipsum facere posse vidẽtẽ, formosum aut rectũ: vt non solũ impij, sed planẽ insani sint, qui dicere audent: Voluntatem hominis seipsam iustificare. Et vt consensui nostro quam plurimum tribuas, nihil magis cuiceris, ex nobis ipsi iustificationem pendere. Nam siue absolutẽ accipias consensum, vt videlicet est propria actio liberi arbitrij, & certẽ exclusã est gloriatio tua. Nã & voluntatem & liberum arbitriũ accepisti per creationẽ. Sin accipias non absolutẽ, sed quatenus ad bonũ inclinatur, & eatenus totum eius conatum gratiẽ dei necessariõ acceptum referes, quod non sumus sufficientes, ne cogitare quidem aliquid à nobis quasi ex nobis, sed deus est qui operatur in nobis & velle & perficere pro sua bona voluntate. Quæ quum ita sint, quis non videt opera legis, quæ operamur sine Spiritu sancto, & quæ non viuunt in nobis, sed quæ operamur tantum respectu legis, aut ob alium finem, quã ob dei amorem, à causa essentiali iustificationis omnino excludi, & eatenus verissimum esse, quod dixit Apostolus: Arbitramur sine Spiritu sancto, non solũ opera legis, sed & dignitatẽ fiduciæ nostræ à causa essentiali iustificationis excludimus, vt supra docuimus. Secundo igitur, si dictionẽ (ex) accipias, vt denotet tantum causam instrumentalem seu adminiculatẽ, talem tamẽ, sine qua res nõ fit: & iterum verũ est, hominẽ non iustificari ex operibus legis, eatenus scilicet sumptis, quatenus sine Spiritu sancto in nobis seu pro nobis seu per nos fiunt. Iustificatio enim nulla legis opera præsupponit. Quinimo, Christus Phariseis apertẽ contestatur, quod meretrices & peccatores præcedat illos in regno dei. Et latro in cruce testis est, à iustificacõ nulla præcedẽtia legis opera requiri. Quamobrem locus ille Romanorum, 3. propriẽ de hisce operibus legis, quæ sine bono motu faciẽtis fiunt, accipi ac intelligi debet. Interim tamen non negamus, hæc opera (licet tantum in speciem bona) non esse omnino contemnẽda, sed dicimus ea sæpẽ magnum adminiculũ ad pietatem præbere, nec ineptẽ pædagogiam in Christũ vocari posse. Nam & externa disciplina, ac bona institutio & af-

1. Cor. 3.
Philip. 3.
Opera legis à causa iustificationis excluditur.
Roma. 3.

Sine operibus legis potest fieri iustificatio in nobis.

Mat. 2.
Luca 23.
Loc. Ro. 3.
propriẽ de operibus legis, qua & litera dicuntur intelligitur.
Galat. 3.

fectio inuitant ad audiendum, & discẽdum verbum dei, & incitat hominẽ ne euangelicam disciplinam asperneret: non sunt tamen tanti momenti, vt rectẽ dixeris hominẽ vel ex eis iustificari, vel sine illis iustificari non posse.

Verum causa (vt ita dicamus) instrumentalis iustificationis proxima fides in Christũ est, qua credimus, per redẽptionẽ quæ est in Christo Iesu, nobis remitti peccata. Ea enim, tanquã instrumentõ immediato ad hoc à deo coparato accipimus, & apprehendimus remissionem peccatorũ.

Et eatenus fides apud Apostolum, non facta interdum aperta mentione spei & charitatis, dicitur iustificare, non quod ipsa fides iustificans sine spe & charitate existat, quin Pauloteste, hæc fides iustificans ex hoc solo dignoscitur, quod statim effectax est per charitatem. Nec ideo quod ex se, hoc est ob nostram illam imbecillẽ assentionem, digna sit, tantũ donum vt accipiat, sed quod non aliter iudicare possimus nos esse iustificatos, nisi hoc per opus ipsi fidei peculiariter propriũ apprehẽdamus. Propria enim fidei ratio est, credere, & credẽdo se consequutum quod promissit Deus, donum iustificationis sumere. Hac enim vel sola ratione, à spe & charitate secernitur. Spes enim propriẽ futurorum est, fides præsentium. Spes se accepturã confidit, fides vero arripit & accipit. Caritas operosa est, sed non prius operatur, nisi fide pacem erga deũ te assequutum apprehenderis. Ergo cum fidem in Christũ, proximum instrumentum iustificationis appellamus, charitatẽ & spem à iustificatione non excludimus, sed propriã esse fidei rationem, iustificationis donum ac possessionem spiritus accipere, cum diuo Paulo simul & Ambrosio ac cæteris catholicis patribus docemur. Repetitur quoque toties, ne quis incautus fallatur, nos hic nõ de qualibet fide loqui: nec enim de ea quæ tantũ historica est, quam diuus Iacobus dæmoniacã vocat: nec de eã quæ impiorũ est, quæ etsi verbis fateatur se deũ nosse, factis tamẽ negant: neque de fide qua quispiam sibi absque vilo charitatis affectu persuadet per Christũ remissa esse peccata, quã Augustinus libro de fide & operibus, etiam fidem in Christum, sed late sumpto vocabulo, appellare videtur: Verũ de hac fide loquimur, qua proprie in deũ credimus, hoc est credendo in deũ pio affectu tendimus, quam Apostolus Hebræ. 5. fiduciam misericordiæ & gratiæ dei, & orthodoxi fidem viam seu fidem gratiẽ appellat. Hęc ergo

Legis opera pædagogia Christi. Fides

est immediatũ instrumentũ iustificationis.

Roma. 3.
Amb. in episto. ad Galat. 5.
Propriũ fidei opus.
Amb. in episto. ad Rom. c. 1.

1. Cor. 15.
Rom. 14.
Galat. 5.
Fides dæmoniacã.

Aug. de fide & operibus.
Fides impiorum.

Aug. de fide & operibus.
Fides propria Christianorũ.

Hebr. 5.
Via fidei.
Fides gratiæ.

Fides iustificans plura ad minicula requirit. 2. Tim. 2. Rom. 3. Opera gratiæ præuenientis iustificationem præcedentia.

Fides iustificans includit pœnitentiam

1. Ioan. 3. 2. Cor. 6. Hebr. 10. Homines vitiosi nõ habent fidẽ iustificantẽ seu gratiã.

fides pleraque adminicula, sine quibus non tantum non existit, sed nec intelligi potest, requirit. In primis enim requirit pœnitentiã, quæ non est simpliciter opus legis, sed magis dei seu spiritus sancti, quanuis ad efficiendam pœnitentiã, in nobis deus ministerio legis initio vtatur, consciẽtiã nostram per legem accusans, per terrefaciẽs, ac condẽnans, vt vel hinc facillẽ deprehẽdas, quã sit legis ministerio ad iustificationem ineptum, nisi deus ipse qui mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit, eo tanquam instrumento vteretur. Postea verò per terrefactis mentibus, ope spiritus quẽdã opera pœnitentiæ giugantur in nobis, fide illa infirmi, qua & deum credimus & deo, quæ nos supra de gratia differentes, preparationes cordis ac studia ad pietatẽ appellauimus, opera vtique gratiæ præuenientis, qualia sunt temperare à malitia, dolere, conterri, gemere, lachrymari, tundere pectus, restituere alienum, facere elemosynas, sitire iustitiã (hoc est remissionem peccatorum) & id genus alia, quæ et si neque mereantur iustificationem, neque accipiant, nisi fides accedat, fides tamen nimirum illa iustificans, ea tanquã præambula & adminicula necessaria, sine quibus ad iustificationem non peruenitur, requirit, imò includit. Nam cum illa fides sit cù affectu & desiderio remissionis peccatorũ cõiuñcta, non potest delectari peccatis, quorum remissionem querit, item nõ potest gaudere in malefactis. Qui enim male agit, odit lucẽ: quũ hæc fides lucem amplecti modis omnibus anhelat. Rursus, qui peccatum facit, ex diabolo est, at per hanc fidẽ spiritus sanctus (cui nihil cum diabolo cõmune esse potest) & accipitur, & retinetur. Vnde Paulus monet, vt accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aspersi corda à consciẽtia mala, vt manifestũ sit, eos homines qui vitiosis indulgẽt cupiditatibus, hæc fidem habere vel retinere non posse, licet fidem habeant, quæ ipsis vel cum dæmonibus vel cum impiis communis est, quæ omnem pœnitentiam præcedit, sed non iustificat. De hũcẽ autem operibus pœnitentiæ, quæ sunt quẽdã præexercitamenta spiritus, non proprie acceperis locum illũ ad Rom. 3. quòd sine illis pœnitentiæ operibus homo haud iustificetur: nisi tamen eum locũ sic velis intelligere, vt apostolus iis verbis (Sine Operib⁹) voluerit generatim omnib⁹ operibus citra exceptionem, quæ iustificationem præcedunt, detrachere meritum iustificationis, nõ etiã illa reicere, quasi non

non necessaria, nam omnium orthodoxorum sententia hoc illic agit apostolus, non vt opera legis contemnuntur, aut quòd omnino sine illis, maximẽ absque pœnitentiæ operibus (quæ opera sunt fidei proxima, nec omnino sine omni fide peragantur) ad iustificationem perueniatur: sed vt sciamus, quòd gratis iustificemur, hoc est, quòd nullis operũ præcedentibus meritis iustificatio debeat: alioqui gratia iam non esset gratia, quæ ideo datur, non quia opera bona fecimus, sed vt ea facere valeamus, id est, non quia legem impleuimus, sed vt legem implere possimus.

D Deinde hæc fides, quẽdã opera habet ipsi omnino peculiaria, sine quibus ne cogitari quidẽ potest, imò quẽ fere nihil aliud sunt quã ipsamet fides. Nã cũ de fide iustificante loquimur, maximẽ in adulto, non accipimus fidẽ quatenus habitus quispiã est, sed magis quatenus in actũ cõsistit. Quin ipsa actualis fiducia, qua cor contritũ & humiliatum iam Deo fidere incipit, misericordiam querit, ac tandẽ aspiciens in authorem fidei & cõsummatoreẽ Iesum, sibi per eundem peccata remitti credit, ac simul spiritum sanctũ cor innouantem ac affectu charitatis imbuentem accipit, ea in quã fiducia (quæ opus est quòd in nobis Deus præcipuẽ requirit) iustificationẽ impetrat & accipit, de qua Christus dixit: Hoc est opus Dei, vt credatis in illũ quem misit ille. Accipit autem, non meretur: tum quòd & ipsa Dei donum sit, tũ propter infirmitatẽ assensus nostri, qua sit vt nemo dicere possit, se satis fidere Deo, & propterea se dignum esse & mereri remissionem peccatorum. Quin semper opus habemus dicere: Domine, adauge nobis fidem. Verum quòd passim apud Paulum apostolum, fides simpliciter iustificare dicitur, id rectẽ demum intelligitur, si in correlatiuã transformetur oratio, & ex obiecto fidei intelligatur, veluti, fide iustificamur, id est misericordia & gratia spiritus sancti propter Christi meritum (quæ fide accipiuntur) iustificamur, quemadmodum si dicamus fiduciam ægroti erga medicum, ægrotũ seruare: nõ quòd fiducia propriẽ seruet aut medeatur, sed quòd libens amplectatur medici medelã, quæ propriã causa sanitatis est. Postremo post acceptam reconciliationẽ, protinus spiritus fidei per charitatem in corda nostra effusam, opera bona in nobis sedulo operatur, quæ B. apostolus Ephe. quinto, fructus spiritus appellat. Hæc et si subsequatur iustificatũ,

Aug. de spiritu & lite. Roma. 3.

Gratis iustificati.

Ipssima fidei opera qua in ipsa iustificatione interueniunt. Hebr. 12.

Ioan. 6.

Fides accipit, non meretur.

1. Cor. 4. Marc. 9. Paul⁹ ad Roma & Galat.

Opera fidei post iustificationem.

non tamen à fide iustificante, seu gratia innouante (quam al-
terà iustificationis partem dicimus) vilo modo discerni de-
bent aut possunt, sed potius sunt ipsa actualis fides per chari-
tatem operas, hominesque magis ac magis iustificas. Quod
vt apertissimè Apostolus indicaret, quum Ephes. secundo di-
xisset, nos gratia saluatos esse per fidem, non ex operibus (ni-
mirum iustificationem antecedentibus) ne quis gloriatur, sta-
tim addit: Ipsius enim factura sumus, creati in Christo Iesu
in operibus bonis, quæ præparauit Deus vt in illis ambule-
mus. Vbi Apostolus sibi cõtraria dixisse facillè quis existima-
ret, qui inter opera iustificationem præcedentia & opera se-
quentia, nullam putaret discretionem habendam. Nam quum
prius dixisset, Saluatos nos non ex operibus: statim subdit:

*Locus
Ephes. 4.
explicatur.*

*Non esse
in Christo
creaturam
quid.
Ephes. 2.
Opera bo-
na, actualis bona
voluntas.*

Philip. 2.

*Vide Aug.
de fide & ope-
ribus.*

Questio.

*Dilutio.
Homo ius-
tificatus
quandiu*

Nos etiam creatos in operibus bonis, quæ propemodum re-
pugnantia videri possunt, sed qui intelligit opera post iustifi-
cationem esse fructus spiritus, videt apud Apostolus idem pe-
nè significare, nos nouam esse in Christo creaturam, quod est
esse instructos ad omne opus bonum. Neque vero hæc opera
bona minus à Deo quam ipsa hominis innouatio proficiscun-
tur. Sicut enim præparata est voluntas à domino, qua bonum
velimus, sic etiã bona opera præparauit Deus, vt in illis am-
baremus: quæ nostra quidem sententia, nihil prohibet opero-
sam seu actualè bonam voluntatem appellare, cui si quid im-
peratū tribuatur, nihil periculi est. Deus enim est qui opera-
tur in nobis non tantum velle, sed & perficere, pro sua bona
voluntate, imò nõ veramus, vt hæc opera, etsi ex Deo profe-
cta, nostra quoque dicamus: nõ quòd ex nobis tanquã ex no-
bis prodeant, & nostris viribus perficiantur, sed quòd donata
sint nobis, & assentiendo tantum ac obsequèdo fiant nostra.

De hisce spiritus & fidei operibus, tum quæ in poenitèria per
operationem gratiæ præuenientis iustificationem præcedunt,
tum quæ in ipsa iustificatione peraguntur, tum quæ iustifica-
tionem sequuntur, propriè dixit Apostolus Iacobus: Videtis
quoniam ex operibus iustificatur homo & non fide tantum.

Iam si forsan in dubium voces, quidnam sit, quòd hæc opera
quæ fides per charitatem post iustificationem operatur, ius-
tificationem sequi dicimus, & tamen eisdem hominè iustifi-
cari cum Iacobo pronuntiamus: respondemus: respondemus, hominè non
iustificari ad eum modum, vt semel veluti in momento iustifi-
catus, alia iustificatione amodo nõ indigeat. Quinimo qui

iustificatus est per gratuitam remissionem peccatorum & im-
partitionem spiritus, dehinc continua & perpetua iustifica-
tionis auctione indiget, donec hoc corpore exutus, in æterna
vita glorificetur. Paulus spiritum innouantem (quem accipi-
mus quum initio iustificamur) primitias spiritus appellat, qui-
bus & si certam cõsolationem, atque etiam experimentum Christi
in nobis habitatis simus assequuti, nihilo secius tamè adhuc
intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei, expectantes red-
emptionem corporis nostri. Quadiu enim in hoc corpore su-
mus, quotidie adhuc p infirmitatè carnis labimur: eademque
prohibente fit, vt ad iustitiæ perfectionem perungere nõ pos-
simus. Sed spiritus est qui adiuvat infirmitatem nostram, fa-
citque vt quandiu sumus in hoc tabernaculo, viuida illa fides,
etsi iustitiæ perfectionem non assequatur, perpetuò tamè esu-
riat, sitiaturque iustitiam, vt que de die in diem in interiore homi-
ne renouemur, obliuiscendoque quæ retro sunt, in anteriora
nos strenuè extendamus, donec scilicet perfectam iustitiam in
vita æterna consequamur: nam tum demum fiet quod Pfaltes
veluti summum beneficium domino tribuit, quum ait: Qui fa-
ciat in bonis desiderium tuum: Ceterum quum opera nostra
bona (etsi ex fide facta) imperfecta sint, & nisi in Christo fie-
rent, accusationem legis (quæ perfectam obedientiam requirit)
non euaderent: idcirco diligenter retinendum est, eis perpe-
tuò fidem accedere debere, qua credamus ipsa, etsi adhuc im-
perfecta, Deo placere, nõ propter nos, sed propter Christum
in quo fiunt, quum iam Christi membra & Dei filij facti si-
mus. Et propterea Apostolus Iacobus iustificationem Abrahæ
describens, pulcherrimè dixit: Vides quoniam fides cooperat-
ur operibus illius, & ex operibus fides cõsummata est. Quasi
dicat, tunc demum opera nostra sunt grata Deo, cum illis hæc
fides cooperatur, & ex fide fiunt tanquã accepta à Deo, & nõ
tanquã ex nobis: vicissim fides placet, quum ex talibus operi-
bus consummatur. Nam etsi quis dicat se Deo fidere, si tamè
neque sibi neque aliis fidem suam ex operibus comprobe-
t, iis verbis quidem Deum cõfiteatur, factis autem negat, facti-
que ne iustificatio legis (cuius plenitudo est dilectio) in ipso
per fidem vnquam impleatur. Quamobrem Apostolus Paulus
non sine causa in Galatis, vbi fidem quam maximè cele-
brat, dixit: In Christo Iesu neque circuncisionem aliquid vale-
re, neque præputium, sed fidem quæ per charitatè operatur.

*viuit, ma-
gis ac ma-
gis iustifi-
catur.*

*Roma. 8.
Primitiæ
spiritus.
Ibidem.*

*Ibidem.
Matt. 1.
August.
de spiritu
& lite.
ca. 32. 36.
2. Cor. 6.
Philip. 3.*

*Psal. 102.
Opera no-
stra placet
propter
Christum.
1. Cor. 11.
Iacobi 2.
Fides de-
bet coope-
rari operi-
bus.*

Tit. 2.

Roma. 13.

Galat. 5.

Dicitur Iacobus eadē omnino cū dicitur Paulus docuit. Scopus epistolae ad Romanos indicatur. Aug. de Spiritu & litera. Rom. 2. Primus error in ecclesia. Aug. de Spiritu & litera. ca. 7. Galat. 2. Pharisaei iustitiam iustitiam & conscientiam non tranquillans. Aug. de Spiritu & litera.

Quod enim Iacobus dixit, suppletur: Paulus dixit, operatur. Væ omnia diligenter intuentibus, perspicuum euadit, diuum Iacobum nihil diuersum à Paulo docuisse, sed eam quæ est ad Romanos epistolâ, eadē omnino proponere, nisi quod quadâ quæ illic subobscurius docetur, magis explicat Iacobus. Liber Actorū docet, in nascentis ecclesiæ primordiis graue dissidium à Iudæis concitatur, qui dicebant: Gentes nihil circumciderentur secundum legem Moysi, non posse saluari. Nec tantū hoc agebant Iudæi, vt ceremoniis legis Mosaicæ per Christū antiquatis grauentur: sed hoc agebant potissimum, vt causam iustificationis, in legis non tantum ceremonialis, sed etiam moralis obseruationem transferrent, putarētq; se legem suam iustitia ac viribus implere posse, atque hinc iustificari: gloriabanturq; (cateus tantum in Deo) velut qui soli meruissent legem eius accipere, secundum id quod scriptū est: Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Hic error longè perfidensissimus (qui Iudæis magnum superbiæ supercilii addebat, & gētiū causam quam maximè deprimebat) acriter ac fortiter deprehendus, reuincendus, ac eximendus erat omnium mentibus, conueniebātque hæc docendi prouincia quā maximè Paulo Apostolo, quod in illo gratia Dei clarior ac euidentior apparuerit. Expediebat autem hunc errorem tanta spiritus vehementia debellari, quod is vehementer obsecraret, imò omnino obrueret Christi beneficium. Nam si hoc verum est, hominē suis viribus legem implere posse, legis autem impletionem iustitiam esse consequens erat Christum frustra venisse, & gratis mortuum esse: nempe si tantum doctrina & cognitione legis nobis opus est, vt legē faciam⁹, nec interim voluntas nostra alio eget adiutorio vt legem impleat, quā litera mortua magistra, quid erat opus Christo redemptore? Deinde & si Iudæi hæc nō sine magno fastu & fuco externorū operū (quæ ostentabant) pertinaciter tueri pergerent, non dubium tamen quin eorum conscientia fortiter reclamaret, quod satis in seipsis experirentur, se tamen quædam opera in speciem perspicua ederent, ea tamen se magis timore pœnæ seu vanæ gloriæ obtentu, quā amore iustitiæ facere: proindēq; ex his se coram Deo iustos censeri non posse, quod coram Deo nō esset in eorū voluntate, quod coram hominibus apparebat in opere: quin potius ex illo rei

tenebantur, quod eos nouerat Deus male (si fieri posset) peccare. Vt interim taceamus, eos sibi ipsis (vel propria conscientia teste) licet aliud simularent, persuadere nō potuisse, quod per opera sua legi perfectè obedirent. Vnde cōsequens erat eos nunquam potuisse certò statuerē se corā Deo ex obseruatione legis (quæ perfectā obedientiam erga se requirit) iustificatos fuisse: quo iterum fiebat, vt nullum cultum gratū Deo (quem vt durum exactorem timebant, non amabant vt patrem) exhibere possent, præsertim quod is velit in spiritu & veritate, non simulatione adorari. Apostolus ergo quam maximè necessarium ratus, duo potissimum agit in epistola ad Romanos. In primis, vt Iudæos & Gentes, sua ipsorū propria conscientia cōiuncta esse peccatores. Occulta enim cordium per Euangelium retegens, Iudæis internam, Gentibus externam etiam immunditiam exprobrat: ac grauissimè ostendit, naturam humanam primorum parentum vitio tanta corruptione ac imbecillitate laborare, vt ei impossibile sit, suis viribus ad legis impletionem pertinere, & propterea omnes homines ex se corā Deo iniustos esse & peccatores, idēque sub legis maledictio consistere, ac proinde opus habere redemptore ac reconciliatore Christo. Secundo docet, Christum propterea venisse, nō vt legē (nimirum moralem) aboleat, sed vt magis impleat, vtque maledictum legis (quæ in eo nō habet quod accuset) factus pro nobis maledictum, auferat, & pro peccatis nostris satisfaciat. Denique (qui principalis finis est) vt redemptis spiritum innouantē per fidem impertiat, quo adiutore legem facere incipiamus, atq; ad eō non nostris quidem viribus, sed per fiduciam iustitiæ Christi nobis communicatē impleamus, vtque liberati à captiuitate peccati, ac nacti pacem & tranquillitatem conscientiarum erga Deum ex fide, seruiamus illi in sanctitate & iustitia corā eo omnibus diebus nostris. Atque hic est, nostra sententia, ipsissimus epistolæ ad Romanos scopus, ac propemodū summa. Non ergo apostolus bellum incidere bonis operibus, aut ea opera boninus esse necessaria homini Christiano docere instituit: sed hoc magis docere contendit, quo tandem pacto fiat, vt à peccatis expurgati, Deo reconciliati, ac Spiritu sancto innouati bona opera facere & legem implere possimus: ad eō operibus bona, quæ post iustificationem sunt, à iustificatione non discernens, vt penè in epistolæ vestibulo palam pronunciet: Rom. 1.

Cur Christus in euāgelio pharisæica iustitia nostrā vult esse abudatiorē. Ioan. 4. Summa epistolæ ad Romanos. Duo agitur in epistola ad Romanos.

Galat. 3.

Lucæ 2. Paulus nō vilipendit bona opera, sed magis docet quomodo bona opera facere possimus. Roma. 2. Factores legi iusti.

Non auditores legis iustos esse apud Deum, sed factores legis iustificari: ac planè ostendit, iustificationem cum malis operibus nequaquam constare posse: Ita (inquiens) & tribulatio in omnem animam operantis malum. Gloria autem & honor & pax omni animæ operanti bonum. Verù quo pacto lex fieri possit, postea docet.

Iacobus eadē omnino docet cū Paulo. Iacobi 3. Iacobi 1. Fides viuua. Ibidem. Aug. de Spiritu & lit. cap. 32. Rom. 1. Rom. 3. Gala. 3. Iacobi 1.

Ibidem.

Roma. 3.

Aug. de fide & operibus. Iacobus explicat episto. ad Rom. c. 2.

EAdem omnino docet Iacobus in epistola catholica. Facit enim Iacobus perinde ac Paulus, nos omnes reos ac peccatores. In multis, inquit, offendimus omnes, docet verā sapiētiam (qua volūtas nostra corrigitur, vt deinde bene operetur) nobis nō nostris viribus, sed Dei beneficio per fidem contingere, non quamlibet sed eam quam suprà descripsimus, qua cū desiderio in Deum itur, & certa fiducia: quod Deus promittit, accipitur. Si quis, inquit, vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluēter, & nō improperat, & dabitur ei: Postulet autem in fide, nihil hæsitas. Quem locum beatus Augustinus enarrans, prudenter ad fidem iustificantem refert: Hæc est, inquit, fides, ex qua iustus viuut, hæc est fides qua creditur in eum qui iustificat impiū, hæc est fides qua excluditur gloriatio, hæc est fides qua imperatur largitas spiritus, de qua dicitur: Nō enim spiritu ex fide spem iustitiæ expectamus. Hæc ille. Rursus apostolus Iacobus hanc sententiā cōfirmans: Omne, inquit, datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descēdēns à patre luminum, apud quē non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Voluntariè enim genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius. Et post pauca: Suscipite inquit verbum, quod potest saluare animas vestras. Ergo quum dicit nos veram sapientiam ac iustitiam à Deo accipere oportere, & verbo veritatis iterum gigni, eodēmq; nobis inuito animas nostras saluari: quid aliud dixit, quam apostolus Paulus, quum inquit: Arbitramur hominē iustificari per fidem sine operibus legis.

Verum quum ex hac sententia Paulina non satis intellecta, quidam occasionem acceperint, vt tanquam securi de salute (perinde atq; sola fides sufficeret, quā sibi fingebant) bene viuere non curarēt, coactus est Iacobus fidē secare in fidē viuam, & fidem mortuam: seu in fidē, quam non veretur dēmoniacam appellare, & fidē rectam seu non hæsitantem de promissis Dei. Eadem ratione discernit legem

libertatis, à lege seruitutis: & opera quæ fidē antecedunt, ab operibus quæ fidē cooperantur, seu fidem iustificantē sequuntur. Quæ omnia etiam apud ipsum Paulum, licet quædam sub obsecris reperias. Iacobus fidei mortuæ, quæ nihil aliud est quam vel historica fides, vel stulta quædam persuasio de misericordia Dei, etiamnum cum affectu peccati, seu ipsis etiam malis operibus cōiuncta iustificationem detrahit. Idem facit apostolus Paulus, quum ait: Cōfiteatur se nosse Deum, factis autem negant. Iacobus fidei vitam seu spiritum, opera charitatis appellat. Fides inquit, si nō habeat opera, mortua est in semetipsa. Idem facit Paulus: quum describit fidē per charitatem efficacem. Iacobus asserit, quod fides Abrahæ cooperata sit operibus illius, & ex operibus fides cōsummata sit, nimirū quæ fidem eius sequebatur. Idē alibi testatur apostolus Paulus: Fide, inquit, qui vocatur Abraham, obediuit. Iacobus ait: Videtis quoniā ex operibus iustificatur homo, & nō ex fide tantum: nimirum illa fide qua impij securitatem quadā salutis sibi vendicant, etsi malè viuant, quos coarguens. Estote, inquit, factores verbi, & non auditores tantum, fallētes vosmetipsos. Idem omnino docet Paulus. Nō auditores, inquit, legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. Et alibi: Nolite errare: Neq; fornicarij, &c. regnum Dei possidebunt. Et hæc aliquando fuisitis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri. Item, Qui talia agūt regnum Dei non possidebunt. Vides ergo quā pulchrè coapostolis illis Christi (quorum erat vna fides atque vnus spiritus) in re iustificationis conueniat.

ET vt semel hunc articulum finiamus, putamus nos iam perspicuè fati ostēdisse, Non opera legis quæ fiunt ante iustificationē sine gratia Dei in nobis, ad iustitiam imputari, sed interim opera fidei quæ spiritus in nobis operatur, aliā prorsus obtinere rationē, quippe ea à iustificatione nullo pacto scerni oportere, quin cooperationē illā fidei & operum post reconciliationem, rectè vocari iustitiam qua debemus cōtinuè iustificari, quādiu in hac vita superstites sumus, 1. Cor. 15. donec scilicet mortale hoc immortalitatē induat, & fiat sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoriam, quod tum demum iustitia perficietur in nobis. In eam enim sententiā dictū est: Qui iustus est, iustificetur adhuc. Vnde nō mirum,

Cōfiteretur Iacobus & Paulus. Iacobi 2. Tit. 1.

Iacobi 2. Galat. 5. Iacobi 2.

Hebr. 11. Iacobi 2.

Roma. 2. 1. Cor. 6.

Gala. 5.

Cooperatio fidei & charitatis, est iustificatio nostra cōtinuata. 1. Cor. 15. Osce 13. Apo. 12.

quòd scriptura operibus istis fidei in deo factis, passim vitā etiam æternam, non tantū alia eximia præmia, vt mercedem polliceatur, nam si vita æterna (quæ in iustificatione per animæ spiritualem viuificationē inchoatur) accipitur fide propter misericordiā in Christo promissam, nec dubiū sit hisce operibus fidei nihil aliud agi, quàm quod perpetuo in misericordiam dei respicimus, non solum referentes, ea deo accepta, non nobis, sed etiam ipsā ex Christo suppletes, omnēm que fiduciam nostrā non in nostris viribus aut etiam in dignitate nostri consensus, sed in Christo meritū collocantes, ac reputantes in hoc perfectam charitatem dei nobiscum, vt fiduciam habeamus in die iudicij, quia sicut ille est, & nos simus in hoc mundo, quis nō videt haud absurdè ac propemodū sine villo tropo rectè dici posse, Bonis operib⁹ nos vitam æternā adipisci? Quinimo bona opera, quæ spiritus in nobis operatur, esse illam inchoatam vitam æternā olim in nobis perficiendā, de qua dixit Ioannes apostolus: & mandatum eius vita æterna est. Et quoddam aliud est regnum Dei, quod nobis aduenire petimus, nisi vt non regnet peccatū in nostro mortali corpore, vt obedientiam cōcupiscētis eius, sed potius regnet in nobis iustitia spiritus, vt sint membra nostra arma iustitiæ deo: Neque veretur scriptura vitā æternā, bonorum operum mercedem appellare, non vt putemus benefacta nostra digna esse vita æterna, seu deberi illis vitam æternā propter operū ipsorum dignitatē. Quis enim tam stupidus est, qui sic sentiat: sed magis quòd Deus fidei nostræ (quam per eiusmodi opera in nobis exercet) vitam æternā gratuitò sit pollicitus: De plenitudine enim eius inquit Ioannes, nos omnes accepimus gratiam pro gratia, gratiam vitæ æternæ pro gratia iustificationis indebitæ. Ergo merces, quia pollicita. Item quia tanta est Dei erga nos benignitas, vt opera quæ ipse in nobis facit verè sua malit appellare nostra, idque tantum propter imbecillum illum assensum & conatū, quem tamen non sine eo adhibemus, idcirco ipse non indignè feret, etsi dicamus (modo ad pium sensum) bonis operibus nostris vitam æternam nos promereri, non quòd assensus noster tanta mercede dignus sit, sed quòd nō sine eiusmodi assensu, atque adeò sine bonis operibus, modo tamē operari valeam⁹, vitam æternam (quæ donū Dei est, nobis per Christum promeritum) capiamus. Certè nemo dubitat, idcirco Christum

Mat. 7.
19. 25.
Ioan. 5.
Roma. 2.
1. Cor. 3.
1. Cor. 5.

1. Ioan. 4.

Bona opera sunt inchoata vita æterna.
Ioan. 12.
Rom. 6.

Luce 6.
Ro. 6. 8.
2. Cor. 4.
1. Tim. 4.
1. Pet. 1.
2. Ioan. 1.
Apo. 2. 3.
Ioan. 1.
Gratia pro gratia.
Deus opera sua vocat nostra

Rom. 6.
Cur Christus tam frequenter vi-

tā sæpe vitæ æternæ sub nomine mercedis meminisse, vt diligentiam ac conatus nostros quam maximè acueret, incitaret, ac proucheret.

HÆc de iustificatione hominis, de que fide & operibus, dicta suffecerint, quæ (vt speramus) piis multū lucis in lectioe scripturarum & consolationis sunt allatura. Credimus autē hanc quā defendimus, sententiā esse verè apostolicam & germanam ecclesie doctrinam, tam erudientem quàm consolantem pias mentes, quæ non solū ea docentur, sed & afficiuntur. Damnantur autem hac doctrina in primis pharisaicæ & Pelagianicæ illæ opiniones pleuræ impietatis, quasuprà de gratia differentes retulimus. Deinde damnatur eorū opinio longe pestilentissima, in qua scelestissimè turpissimèque viuentibus, etiam si eo modo viuere perseuerent, & tantummodo credant in Christum (hoc est sibi etiā sine renouatione mentis persuadent se iustificatos esse propter Christum) iustificatio, salus, atque adeò vita æterna promittitur, contra apertissimam Domini sententiam, qui desiderant vitam æternā, respondit: Si vis ad vitam ingredi, serua mādāta. Postremo ea asseritur, periculosè doceri iustificationem hominis in sola remissione peccatorū consistere: in nouationem autem voluntatis & opera fidei, quæ iustificationem sequuntur, propriè ad iustificationē non pertinere. Hoc enim quum docetur, redduntur homines male securi, qui quū audiunt se tum statim iustificari, vbi mens perterrefacta, agnitione peccati se protinus erigit, & certò statuit sibi peccata remitti gratis per Christum, sicut vt solum de hac, vt vocat, fide solliciti sunt, ad interiorem animi renouationē & nouitatem voluntatis, potissimam iustificationis partem, parum atq̄tēti, iuxta ponentes, an interiorem animi renouationē & voluntatis nouitatem intus experiantur, foris que testētur necne, quorum sanè causa (quòd non ignari sint voluntatis Domini) durior est, quàm eorum qui nescientes, vitam nequissimam & iniquissimam ducunt. Quare vt cū beato Augustino concludamus, omnino cauendū est, ne in adiutorio Domini Dei nostri faciamus homines male securos, nimirū per suadendo eis, quòd si modò fuerint credentes in Christum, hoc est, si tantum credant quòd Christus satisfecerit pro nobis, tū quomodolibet in ea fide vixerint, ipsos tamē ad salutem esse venturos. Rursus, ne sic faciamus Christianos quo-

tam æternam mercedem appellat.

Opiniones damnatæ.

Mat. 19.

Aug. de fide & operibus ca. vlti.

DE POENITEN. EXTERIORI.

Ibidem.
Mat. 23.

modo Iudei profelytos, quibus Dominus ait: *Vx vobis scribæ & Pharisei hypocritæ, qui circumitis mare & aridam, vt faciatis vnum profelytum: & quum fuerit factus, facitiseum filium gehênæ duplo quàm vos estis, sed potius sana doctrina Dei magistri, in vtroque tenenda est, vt sancto baptisimo ac fidei consona sit vita christianorum, vt ne cuiquam homini, si vtrumlibet defuerit, promittatur vita æterna. Qui enim dixit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non intrabit in regnũ cœlorum: ipse etiam dixit, Nisi abundauerit iustitia vestra plus quàm scribarum & Phariseorum (nimirũ quorũ iustitia erat, dicere & non facere) non intrabitis in regnum cœlorũ. Nostra ergo iustitia erit, dicere & facere, quæ si non fuerit, nõ intrabit in regnum cœlorum. Iam ad intermissam specierum pœnitentiæ tractationem redeundum est.*

Ioan. 3.
Mat. 5.

DE POENITENTIA
EXTERIORI.



ostquam de interiori pœnitentiã, in qua hominis iustificatio peragitur, & de partibus eius (quæ sunt, cordis cõtritio, mētis erga Deũ cũ fiducia accipiendæ misericordiæ cõfessio, & vorũ internũ vitæ in melius cõmutandæ) dictum est satis: restat vt de exteriori pœnitentiã & illius speciebus, quæ sunt, pœnitentiã publica & priuata, paucis dicamus.

Quæstio.

1. Tim. 2.
Dilutio.

Pincipio ergo roget aliquis: Si verũ est, peccata in interiori pœnitentiã remitti ac hominẽ iustificari, quid exteriori pœnitentiã est opus? aut quidnam post remissionẽ culpæ & abolitionẽ pœnæ aternæ (quæ in interiori pœnitentiã Deus operatur) facit sacerdos vel episcopus? Hæc quæstio ex superioribus satis explicari potest, sed vt res clarissimẽ intelligatur, id animo repetendũ est, quod paulò ante diximus, necesse esse vt remissionẽ peccatorum accipias, certò credere tibi remissa esse peccata propter Christũ. Iam quĩ hæc certitudo non iudicio sensuũ aut rationis effici in nobis queat, sed fide tantũ: constet autẽ, fidem in paucissimis hominibus, præsertim his qui grauioribus criminibus occupati quãdoque fuerunt, ad eam certitudinem (nisi externis signis iuueque peruenire, vt certò credant aut statuant se esse in gratiã,

1. Cor. 2.
Roma. 3.

DE POENITEN. EXTERIORI. 148

nimirum diffidẽtia ac dubitatione de voluntate Dei, quæ in animis nostris naturaliter hæret cum fide perpetuò lucẽtẽ, quod re ipsa vnũquẽque in animo suo experiiri nõ dubium est: idcirco Christus huic imbecillitati fidei nostræ per exterum sacramentũ subueniẽdum ratus, pœnitentiæ sacramentum instituit. Ioan. 20. vt quẽadmodum baptismum, Eucharistiã, & cetera sacramẽta certa & efficacia signa esse voluit, quibus doceamur, vt quod foris in specie visibili geri cernimus, intus p fidei virtutẽ in nobis effici certò credamus, sic & pœnitentiã sacramentum nobis relinquẽdum putauit, quo fidem nostram de remissionẽ peccatorum stabiliter & confirmaret, atque eam ob rem sacerdotibus in signẽ illum potestatem cõtulit, remittẽdorum scilicet peccatorum, hoc est potestatem signo visibili indicandi & ostendẽdi, & constitẽti ac pœnitenti, peccata per Deũ esse remissa, adẽb vt verẽ contritus ac cõfessus, quum absolutionis sacerdotalis verba perceperit, nõ secus affectus esse debeat, quã si ipse Christus ei dixisset, Dimittuntur tibi peccata tua. Suam enim potestatem Christus (quam & visibili signo adhibito, ad certam fidẽ remissionis peccatorũ nobis faciẽdam cõfirmasse legitur) sacerdotibus cõcessit, ne quis putet sacerdotem sua propria potestate absoluerẽ: siquidem ipse Christus est qui baptizat, ita ipse est qui absoluit, sic vt de virtute vtriusque sacramenti vnũquẽque Christianum parẽ atque eandem habere certitudinem oporteat, quẽadmodum suo loco latius docebitur. Hæc autem potestas seu absolutio sacramentalis, etsi in vtraque pœnitentiã, & priuata & publica, tanquam suauissimum vtriusque condimẽtum requiratur, ipsum tamẽ sacramentum pœnitentiã non est propriẽ pœnitentiã vel publicã vel priuata. Constat siquidem, pœnitentiã non ratione absolutionis sacramẽtalis, in qua tota propemodum vis sacramenti pœnitentiã sita est, sed magis ex modo vel genere satisfactionis publicam vel priuatam appellari. Porrò quum Christus & ecclesia vnũ sint corpus, proindẽque pœnitentem non tantum pacem erga Deum, sed erga ecclesiã (in qua sola remittuntur ipsa peccata) habere oporteat, ac omnino intersit, vt qui in ecclesiã præsident, exploratã habeant pœnitentium conscientiam ac propositum, quæ (vt Christus ait) ex operibus eorum cognoscuntur: idcirco Christus sacerdotibus præter potestatem remittendi peccata in sacramento,

Pœnitentiã sacramentũ institutum est vt sit certum testimoniũ remissionis peccatorũ.

Vide supra in prooemio de sacramentis.

Mat. 9.

Mat. 2.

Luc. 5.

Aliud est sacramentũ pœnitentiã, atque aliud pœnitentiã publicã vel priuatã.

Eph. 1. 2.

5.

Mat. 7.

Ioan. 20.

Mat. 16.

Potestatis potestatem etiam fecit ligandi atque soluendi, hoc est confitentibus poenitentiae satisfactione dandi, qui tum ligant, cum satisfactionem imponunt, & poenitentes (donec ea purgatur) a communione prohibent: soluit verò cum satisfactione impositam vel relaxant, vel ea purgatos, ad sacramentorum communionem admittunt, in quo etiam Christus imbecillitati nostrae pietissime consuluit: nam cum poenitenti non quaelibet sed digna poenitentiae opera (vt peccati reliquiae eluantur, & manentes nos poenae, per Dei clementiam dimittantur) peragenda sint, nemo autem in causa sua idoneus iudex videatur, atque adeo vnusquisque semper propriam censuram suspectam habeat, idcirco Christus vicarium suum ostendit, cuius dicto in hac etiam re staretur, vt Augustinus non temere dixerit, cum ecclesiae clausas frustrari, qui uolet sine arbitrio sacerdotis poenitentiam agere. Haec autem exterior poenitentia, in uere contritis & confessis remissionem culpae sequitur: neque enim sacerdos aliis hanc poenitentiam imponit, nisi quos contritos credit. Denique duplex ista potestas per Christum sacerdotibus collata, clauis illa ordinis est, de qua supra abunde diximus. Clauis iurisdictionis aliud respicit: nam non proprie ad poenitentiam spectat, nisi vt prouocatoria, quod vt paedagogus, tantisper impoenitentem flagellet, donec poenitentiae ianuam in gredi faciat & quodammodo compellat.

Quibus recte pceptis, facile est intelligere, quena sit poenitentia publica vel priuata. Publica enim est, quae publicam habet satisfactionem: Priuata, quae priuata. Publica iterum duplicem faciunt, solennem & simpliciter publicam. Solennis poenitentia (quae olim proprie publica vocabatur) ea erat, quae ob enorme & uulgatissimum crimem (quod multitudinem seu totam urbem commouisset) extra ecclesiam in cinere & cilicio publice peragenda suscipiebatur. Huius poenitentiae ritum describit Agathen. Concilium cap. 11. In capite (inquit) Quadragesimae, omnes poenitentes qui publicam suscipiunt aut susceperint poenitentiam, ante fores ecclesiae se repraesentent episcopo ciuitatis, sacco induti, nudis pedibus, uultibus in terram prostratis, reos se esse ipso habitu & uultu proclamantes: ibi adesse debent Decani, id est Archipresbyteri parochiarum, presbyteri poenitentium, qui eorum conuersionem inspicere diligenter debent, qui & secundum modum culpae poenitentiam per praefixos gradus iniungant. Post haec

episcopus eos in ecclesiam introducat, & cum omni clero septem poenitentiae psalmos, in terram prostratus, cum lachrymis pro eorum absolutione decantet. Tunc surgens ab oratione, iuxta quod Canon iubet, eis manus imponat, aquam benedictam super eos spargat, cinerem prius mittat, deinde cilicio capita eorum operiat, & cum gemitu & crebris suspiriis denunciaret eis, quod sicut Adam proiecitus est de paradiso, ita & ipsi pro peccatis ab ecclesia abiiciuntur: post hoc iubet ministris, vt exosetra ianuam ecclesiae expellant, clerus uero prosequatur eos cum responso: In sudore uultus tui uisceris pane, &c. vt uidentes sanctam ecclesiam pro facinoribus suis tremefactam atque commotam, non paruipendant poenitentiam. In sacra autem domini caena rursus ab eorum decanis & eorum presbyteris, ecclesiae liminibus praesententur. Hactenus canon. Hanc solennem poenitentiam, poenitentes pro ratione criminum, interdum breuiorem, interdum longiorem, plures etiam annos duraturam, accipiebant. Iam qui tam longam poenitentiam plusquam anno duraturam accepissent, interea temporis ab ecclesia ingressu toto anno praeterquam a caena domini, usque ad octauas Paschae, abstinebant. Quae tamen praeteracta, a solo Episcopo (nisi necessitas aut periculum mortis immineret) per manus impositionem, idque ante apostolica reconciliabantur: vt vel hunc radicem casuum Episcopis speciatim referuatorum facile sit intelligere. Tale poenitentiam cogente Ambrosio, Theodosius suscepit: talem egit Fabiola, quem admodum Hieronymus in Epitaphio eius ad Oceanum scribit ac testatur, quem iucundum erit inspicere, vt intelligatur quanta fuerit olim ueteris ecclesiae seueritas, ac etiam poenitentium feruor ad nostrorum temporum disciplinam neuntiquam conferendus.

Hoc autem habebat poenitentia solennis (quam humilissimam Augustinus appellat) peculiare, quod semel in ecclesia datur, non temere reiteranda. Idque (vt idem ille testatur) caute salubriterque praesumendum est, ne frequentius iterata uilesceret, minusque uilis esset medicina uilis aegrotis, quae tanto magis salubris est, quanto minus contempnibilis fuerit, quam obrem (vt Ambrosius inquit) merito reprehenduntur, qui saepius agenda poenitentiam putant, quia luxuriant in Christo. Nam si uere agerent poenitentiam, iterandam postea non putarent: quia sicut vnus baptisma, ita vna poeni-

teri. Presbyteri poenitentium. Septem psalmi poenitentiales.

Gen. 3. Mat. 18. Gene. 3.

Die caena pax datur poenitentibus, hoc est reconciliabatur cur ecclesiam.

Abfida. Ambr. Theodosius imperator. Hic in epitaphio Fabiolae ad Oceanum.

Aug. in 2. epist. ad Macedonium.

Amb. li. 2. de poen. cap. 10.

1. Tim. 4. Ephes. 4.

Orige. in
Leuit. ho-
mil. 15.

Ecclesia
et si iera-
tionem so-
lennis non
cõcederet,
gremiũ ta-
mẽ redeũ-
ti nunquã
clausit.
Psal. 144
Aug. ad
Macedo-
nium.
Rom. 2.
Quomodo
recipiebant
tur olim
lapsi post
solemnem
pœnitentiã.

Cõmunio

tentia quæ tantum publicè agitur. Nã quotidiani nos debet pœnitere peccati. Sed hæc (nimirum quotidiana pœnitentiã) leuiorũ, illa grauiorũ. Vides quemadmodum Ambrosius discernat hanc quæ publicè agitur, hoc est solennẽ à quotidiana. Quin Origenes videtur etiam hanc solennem, à simpliciter publica, de qua statim diximus, discernere. Qui in Leui. homi. 15. sic ait: Si nos aliqua culpa mortalit inuenerit, quæ non in crimine mortali, nõ in blasphemia fidei (quæ muro ecclesiastici & apostolici dogmaticis cincta est) sed vel in sermonibus, vel in morũ vitio cõsistat, huiusmodi culpa semper reparari potest, nec aliquando tibi interdicitur de commissis huiusmodi pœnitudinem gerere. In grauioribus enim criminibus semel tantum, vel raro pœnitentiã conceditur locus. Ista verò communia, quæ frequenter incurrimus, semper pœnitentiam recipiunt, & sine intermissione redimuntur. Verũ interim nosse oportet, ecclesiam veterem etsi hanc solennem pœnitentiam in pristinas sordes relapso vel omni no non daret, vel admodum raro, ipsam tamen nulli ad se, quemlibet sæpè lapsõ, ac redeuntẽ, gremium suum vnquam penitus seu omnino clausisse. Quin potius constat, quoties pœnitentes & confessi ad ecclesiam matrem reuertentur, à spe remissionis peccati nunquã deterritos, sed magis ad precandam Dei clementiam (cuius misericordiã non est finis) diligentissimè commonitos fuisse. Nam hic, vt Augustinus ait, quis audeat dicere Deo: Quare huic homini qui post primam pœnitentiã rursus se laqueis iniquitatis obstringit, adhuc iterum parcis? Quis audeat dicere, erga istos non agi, quod Apostolus ait: Ignoras quia patientia Dei ad pœnitentiã te adducit? Quin Augustinus ipse testis est, quandoque eũdem pœnitenti locum dari posse, sed raro: vbi verò idem pœnitendi locus nõ dabatur, nõ omnino repellẽbatur, sed recipiebantur reuertentes, non tamen sine disciplina: seueritate. Nã etsi non daretur eis locus iterũ in ecclesia publicè pœnitendi, tamen eatenus recipiebantur vt intra ecclesiam fidelibus iungerẽtur, ac vt sacris mysteriõrum celebritatibus interessent, sed à dominicã mensã cõuiuio perpetuò segregarẽtur, vt hac districtiõne correpti, & ipsi in se sua errata castigarẽt, & aliis exẽplum tribuerent se ab obscœnis cupiditatibus retrahendi. Eisdem etiam (quod carnali fragilitate cecidissent) cum ad dominum cõpissent proficisci, per cõmunionis gra-

tiam subueniebatur, hoc est in extremis constituti, tandẽ reconciliabantur, vt canones Siricij pontificis cap. 5. & Innocentij primi cap. 2. testantur. Præterea qui semel publicè pœnituiissent, non admittebantur ad clerum, quanuis correcti & boni effecti essent, quod hæc pœnitentia infamiam quãdam ingereret, quũ assecrẽdos in clerum maximè ad episcopatu, sacerdotium, & diaconatum, oporteret esse irreprehensibiles, etiam quod attinet ad vitam antea actam: tantum si necessitas aut vsus exegisset, inter Ostiarios aut Lectores deputabatur. Presbyteris quoq; ac diaconibus ne tantus gradus in ecclesia propter paucorum improbitatẽ vilesceret, hæc publica pœnitentia non imponebatur, nisi prius deponerẽtur. Sed vt inquit magnus ille Leo in canonibus ad Rusticũ Narboniensiũ huiusmodi lapsis ad promerendã misericordiam Dei priuata est expetenda secessio, vt illis si satisfactio fuerit digna, sit etiam fructuosa. Item hæc pœnitentiã coniugatis nõ dabatur, nisi ex consensu, quemadmodum Arelaten. conciliũ. 2. testatur cano. 21. Denique consulebatur iis, qui non sperarent se hanc pœnitentiam explere posse, vt eandem differrent, ne, vt Ambrosius ait, si semel fuerit vrsurpata, nec iure celebrata, nec prioris fructũ obtineret, nec vsũ posterioris auferret. Huius pœnitentiã ritus penè totus in ecclesia abolitus est, partim incuria pastorum, partim quod delinquentes tantam seueritatem detrectarent. Sed quis interim negauerit, institutiones patrum nostrorum ecclesiã veteris rectas vias nunquam deseruisse, his felices, si posteros reperissent quæ eas alacriter ambulare pergerent.

Pœnitentia simpliciter publica, at non solennis, quantum ex Origenis, Ambrosij, Augustini, & cæterorũ patrũ dictis colligi potest, erat, quæ pro delictis, etsi mortalibus, tamen leuioribus, in morum vitio cõsistentibus, quæ totam non cõmouissent ecclesiam imponebatur. Quinimo omnẽ pœnitentiam, quæ satisfactionem publicam poposcisset, etsi delictum secreto commissum & confessum esset, secundum hanc pœnitentiã rationem, quis rectè publicam dixerit. Nã vt ex Origene & historia Tripartita cõstat, psbyter qui erat super pœnitentes, vix tenax secreti, nimirũ pœnitentiũ confessiones secreto audiens, confessos, modo tamen ratio delictorum requireret, etiã hæc pœnitentia grauabat, qua etsi ad populũ speciẽ delicti nõ faterentur ipsi pœnitentes, se tamen

illis tantũ
in extrem.
reddeba-
tur.
Siricius
cap. 5.
Ihm. i. c. 2.
Carth. cõ-
cil. 4. cap.
68.
Tol. i. c.
item pla-
cuit.
1. Tim. 3.
Tit. 1.
Leo ad ru-
sticũ Nar-
bonẽsem.
Cõci. A-
relat. c. 2.
21. ca. alie-
nũ. 50. di.
Am. lib.
22. de pœ-
c. 11.
Pœnitenti-
a publi-
ca non so-
lennis.
Orige. in
Psal. 37.
Tripar.
hist. lib. 9.
cap. 35.

peccasse grauitur, ipsa satisfactione publicitus declarabant. Hęc autem non habebat tantum austeritatis, quantum solēnis illa: nec omnino extra ecclesiam fiebat, sed pœnitentes sacris intererant, à communione tātum separati, de qua Sozomenes historix Tripartitæ lib. 19. (quem supra in tractatu Confessionis citauimus) potissimum loquutus esse videtur.

c. presbyter 28. dist. c. quesitū de pœ. & remis.

Hanc aiunt sæpius iterari solitam. Nec ab hac clericos seu sacerdotes fuisse prohibitos, quemadmodum adhuc videmus sacerdotes ob admissa crimina publica, suspensione à sacris aut interdictione ingressus ecclesiæ, aut pœnam etiam carceris (vt vocant) claustralis mulctari. Cæterum & huius pœnitentiæ publicæ vix vllum vestigium in ecclesia reliquum est, nisi quòd synodorum, vt vocant, presbyteraliū seu archidiaconalium correctio, in huius locum videtur surrogata. Quamquam & id ex veteri vsu relictum videtur, quòd ante initium Quadragesimæ, nempe feria quarta, quam Cinerum vocamus (qua die olim in veteri ecclesia populus per presbyteros conuocari, & pœnitentibus à confessis pœnitentia dari consuevit) adhuc cinere tantum ob signamur: quòdque eadē ac aliis quoq; Quadragesimæ diebus, ea responsoria ac preces dicimus, quæ olim super pœnitentes publicè recitari consueuerunt, & quæ eiusmodi pœnitentibus propriè conueniunt, nimirum vt meminerimus nobis pœnitentiam in cinere & cilicio ad maiorum nostrorum exemplum, merito peragendam esse.

Vnde oratō & relictū quod in capite ieiunij cinere aspergimur.

Pœnitentia priuata sola adhuc in vsu quæ, & quibuslibet pœnitentibus in discriminatim inducitur.

Habemus itaque in ecclesia ex omnibus pœnitentię speciebus, vix eam quæ priuata dicitur superstite, quæ hodie adhibetur non tantum in delictis secretò admissis (quibus peculiariter erat destinata) sed & publicis, quanquā interim & hæc sic passim nunc ministretur, accipiaturque, vt potius ludus videatur, quam pœnitentiæ datio. Atque vtinā vel hæc sola in suum legitimum vsum restituatur, & piè in ecclesia geratur: quod tum demum futurum spes est, vbi pœnitentiæ sacramentum (quod in hac priuata pœnitentia datur) cœperit & per sacerdotes ex Dei ac ecclesiæ præscripto sincere administrari, & à populo debita cum pietate accipi. Commodum ergo nunc est, vt de pœnitentiæ sacramento breuibus dicamus.

De pœni-



A sacramentū pœnitentiæ quomodo à tota pœnitentiā discernatur, initio diximus. Est itaq; pœnitentiæ sacramentum, externū & visibile signum pœnitentiæ interioris, & remissionis peccatorum seu gratiæ Dei, quā ipse Deus efficaciter & certo (modò ritè accipias) in eo sacramento operatur. Habet autem vt cetera sacramenta, suas partes, verbum & elementum.

Pœnitentiæ sacramentum, quid.

Verbum huius sacramenti, verbum absolutiōnis est, quod sacerdos vice Dei ad cōfessum peccata sua pronūtiat: Ergo (inquit) absoluo te à peccatis tuis, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti: quod huic diuinæ promissioni innixum est. Quorum miseris peccata remittitur eis: & quorum retinueritis, retenta erunt. Sunt qui hisce verbis absolutiōis pleraque alia addunt. Sed vt Ioannēs Gersonus rectè (nostra quidem sententia) dixit, erat hæc quam iam retulimus, verborū absolutiōnis & breuitas & simplicitas retinenda, nec absolutio verbis additis vel restringenda vel inuoluenda. Nam sacerdoti qui Christi vice fungitur, formula domini sui non immerito imitanda est. Is absoluens peccatores, simplicissimè dixit: Remittuntur tibi peccata tua. Et cum propterea hoc sacramentum capiatur, vt conscientia pauida & perterrefacta auditis verbis absolutiōnis certa consolatione remissionis peccatorum adepta, læta à sacerdote discedat, quis non videt ea omnia rectè omitti, quæ confessum adhuc hesitantem ac dubitantem, relinquere possint? Cæterum olim sacerdotes antequam confessum absoluerēt, largiter pro eo dominum exorabant, ac etiam contentem hortabantur, vt vicissim pro eis precaretur, idque ex instituto Apostolico. Nunc tantum sub absolutiōnem precatiōnes illæ, nempe: Misereatur tui omnipotens Deus. Item, Indulgentiam ac remissionem, &c. (id quod non negamus) piè & sanctè recensentur: absolutiōnis autem verba in longū protrahuntur, quod non erat necesse, nec vt nobis videretur multum vile. Quæ sit autem huius verbi vis, & quis intellectus verborum promissionis, cui innitur, abundè explicatum putamus.

Verbum huius sacramenti.

Ioan. 20.

Gerson.

Verba absolutiōnis debent simplicissimè ac breuissimè pronūciari.

Matt. 9.

Marci 2.

Luca 5.

Luca 7.

Iaco. vlt.

Elementum seu externum & visibile signū huius sacramenti, est ille corporis gestus & actus, quo sacerdos absoluit confitentem, similitudinē habens cum interiori ablutione, qua Deus animam à peccatorū nexibus exuit. Nā manū quæ absolutoria externa prolata, Deum intus dimittentem significat. Quod præterea ex more ecclesiæ nostræ, manus sacerdotis super caput pœnitētis imponitur, indicat manus Dei, hoc est diuinam virtutem, seu Spiritus sancti gratiam emundantem ac sanctificārem, sacramento adesse.

Deinde manus impositio, apud veteres, signum erat reconciliationis. Vnde qui publicē pœnitebant, non recipiebant pœnitentiæ perfectionem, nisi per manus impositionem Episcopi, quemadmodum superius expositum est. Ergo cū peccator imposita manu absoluitur, nihil aliud designatur, quàm cum & Deo & ecclesiā à cuius saltem interno cōsortio delinquens excidit) reconciliari.

Ritus quos ecclesiā in administratione huius sacramenti adhibet, hi fermē sunt: Principio à confitente requirit, ut simpliciter, purē, ac syncerē, tanquam corā Deo, aperiat sacerdoti omnia (quæ ipsi post diligentē conscientiæ excusionē occurrūt) lethalia crimina, ac quæ conscientiam onerant ac lædunt. Nam tamen ecclesiā non oneret peccatorem ad confitendū omnia venialia (quod id fuerit factū impossibile) tamen si venialia crebrius recurrāt, omnino contēnenda nō sunt, quod collecta nō minus grauabunt & opprimēt, quàm vnum aliquod graue delictum. Et vt Basilius ait: Nul- lum peccatum tanquam paruum cōtemni oportet, quod de omni verbo otioso, quod loquuti fuerint homines, de eo rationem reddituri sunt in die iudicij. Præterea, non tantū cōfitenda sunt, quæ peccator certō scit esse lethalia crimina, sed etiā ea, in quibus hæret ac dubitat, sint ne crimina mortalia. Neq; enim postremus finis atq; vltus cōfessionis is est, quod scilicet cōfitens, per sacerdotē (cui iudiciū datū est cognoscē- di ac iudicādi inter lepram & non lepram) instrui debeat, vt discernat inter peccatum & non peccatū. Item cum oporteat nos coram Deo sic conuersari vt confidamus Deo facta nos- tra cōprobari: idcirco dubitans, faciat ne bene an secus, is in- anceps se periculum conicit, atque ad eō in peccatum: quia omne quod non est, ex fide, peccatum est, Roma, 14. Quan- quam interim velimus hic leues cōiecturas & inanes scrupu-

los reici: qui enim amat periculum, peribit in illo: sed tantū cum ratio probabilis dubitare facit, dubitatio per exomologesim animo eximēda est. Circumstantiæ quoq; quæ speciem delictorū variant exprimendæ sunt. Circumstantes particulæ (Gregorio Nisleno teste) sunt, quis, quid, vbi, quādo, qualiter, propter quid, videlicet persona res, organum, locus, tem- pus, modus, causa. Ergo non tantum tēpus, locus & persona, verum etiam animi malitia & tentationis magnitudo, cōside- randa sunt: Deinde etiā ad quā multos voius peccati noxa perueniat. Ex persona delictum fit capitalis. Grauius peccat sacerdos aut princeps, quàm laicus aut priuatus, nugæ in ore laici (vt inquit Hieronymus) nuge sunt: in ore sacerdotis, bla- sphemia. Sacrilegiū furto maius est. Bis peccat, qui diē domi- nicum audiendis concionibus & sacro, ac recōciliando Deo, excitandæque charitati in Deum ac proximum destinatum, ineptis lufibus, scortis, temulentis, obscœnis fabulis, ac rixis etiam & pugnis transmittunt. Leuius peccat, qui per occasio- nem in stuprum incidit, quàm qui probam ac simplicē virgi- nem, ex probis prognatam, destinatā honesto matrimonio, malitiosis artibus diu sollicitatam, tandem vitiat, ac deinde iactato etiā facinore reddit infamē, atque aliis quoque pro- fituit. Grauius peccat, qui voluntariē in tentationem indu- ctus per concupiscentiam illectus labitur, quàm qui neces- sitate cecidit. Denique atrocius delinquit, qui sacerdotem, aut virum etiam talem occidat, à cuius concilii tota respublica pēdebat, aut si quis principem ad tyrannidem instiget, quod eodem facinore plurimos læserit. Hoc tamen omnino cauē- dum est, ne de his circumstantiis sacerdos confitentē sic per- contetur, vnde personæ quoque possint agnosci. Præterea in peccatis quæ libidine cōmittuntur, periculosa est mora in re- censendis vel percontandis circumstantiis, tum quod periculū est prodēdæ personæ, cum qua admissum est peccatum: tum quod ex hac recogitatione facillē subiret animū veteris vo- luptatis irritatio. Breuiter in circumstantiis, neque confiten- tem neque confessarium sacerdotem conuenierit esse vel ni- mis anxium, vel nimis remissum. Ea moderatio tenenda est, vt saltem scrupuli, qui conscientiam molestant, tollantur.

Quorundā constitūtiū ineptitudinē, qui nullo ordine vel iudicio confitentur, sacerdotibus interdū molestū esse quis negat? Sed erat hæc ineptitudo p cōfessarios

Prout. 2.

Quæ circū- stantia pec- catorum

confitēda

sunt. Vnde

Aug. de vera esal.

pæ c. 14.

et lib. 2.

de viti. in- firmo. Ex

persona.

Ex tempo- re.

Gen. 20.

Ex nimis

malitia.

Vnde cōci.

Ancyra.

Ex esse- tiū.

Quid ca- uentū sa- cerdoti con-

fessario in

percontan- do, quod ad circum- stantias attinet.

Ineptitu- di confitē- tium per sacerdotē corrigēda.

Prima. pia instructione corrigēda. Scimus de consistendi ratione cō-
plures libellos editos, cōmemorantes quicquid inter homi-
nes committitur, aut committi potest, ieceleris. *Qui* vt rectē à
confirmatis aetate vltique rerum viris legatur, ita nostro iudi-
cio periculose sparguntur in vulgus, periculosius animis inno-
centioribus offeruntur. Nam si non leuiter peccatō sacerdo-
tes, qui ab omnibus sciscitatur de omnibus, nō habita ratio-
ne sexus, aetatis aut ingenij, quis neget hocce libros periculo-
se à quibusdam legi? Sunt qui peccatum actuale discernūt in
Secunda. peccatum transgressionis & omissionis, & singula genera in
Tertia. plurimas species diducunt. Sunt quibus ea ratio consistendi
placet, vt quaecunque confiteri velimus, memoriæ iuuandæ
causa in septem aut octo illa genera peccatorum lethaliū,
veluti in locos quosdam communes, includamus: quæ sunt
superbia, vana gloria, auaritia, ira, inuidia, luxuria, gula & a-
cedia, seu tristitia, quod ex iis omnia vitia oriuntur. Ex super-
bia enim (quæ initium est omnis peccati, & regina omnium ma-
lorū) nascitur omnis inobediētia, omnis pręsumptio, & om-
nis pertinacia, contētionēs, hereses, arrogātia. Ex vana gloria,
iactantia, arrogantia, indignatio, discordia, inanis gloriæ cupi-
do, & hypocrisis. Ex inuidia nascitur odium, furfuratio, de-
tractatio, exultatio in aduersis pximi, afflictio in prosperis.
Ex ira oriuntur rixæ, tumor mentis, contumelia, clamor, in-
dignatio, pręsumptio, blasphemia, sanguinis effusio, homici-
dia, vlciscendi cupiditas, iniuriarum memoria. Ex tristitia na-
scitur malitia, rancor animi, pusillanimitas, amaritudo,
desperatio, torpor, vagatio mentis, sæpè etiam & præ-
sentis vitæ nulla delectatio. Ex auaritia oriuntur inuidiæ, fur-
ta, latrocinia, homicidia, mendacia, periuria, rapinæ, violentia,
inquietudo, iniusta iudicia, contemptus veritatis, futuræ
beatitudinis obliuio, obduratio cordis. Ex gula propagatur
inepta læticia, scurrilitas, leuitas, vaniloquiū, immunditia cor-
poris, instabilitas mētis, ebrietas, libido, heberudo sensus. Ex
luxuria generatur otiositas mentis, inconsideratio, incōstā-
tia oculorum, vel totius corporis præcipitatio, amor im-
moderatus sui, odium mandatorum Dei, affectus presentis secu-
li, horror & desperatio futuræ: atque hæc ferè sunt, quæ præ-
ceptis decalogi prohibentur.

Peccatum aut animo aut vno
Sunt qui consistendi locos ex seipsis petāt, quod omne pec-
catum, aut animo, aut aliquo quinque sensuum cōmitta-

tur. Nam etsi omne crimen ex fonte cordis proficiscatur, ta-
men quæ ad luxum, libidinē, violētiam & cōrumeliam per-
tinēt, magis ad sensus & membra corporis referuntur. Nobis
vt singulæ istæ consistendi rationes minimè displiceant, tamē
veteris ecclesiæ mos quod ad presentium temporum cōdi-
tionē attinet, magis placuerit. Olim confessarius sacerdos de
articulis fidei, & quæ illis cohærent ecclesiæ sacramentis, ac
præceptis dominicis interrogabat, hoc est de vita & morib⁹,
ex quo confitētes duplicem fructum referebāt. Primum, quod
de fide & præceptis instituerentur: deinde, quod in sui ac pec-
catorum agnitionē (quæ salutis initium est) venirent. Quem
admodum ergo omnino velimus, vt sacerdotes veterem ec-
clesiam in hoc imitentur: ita nobis simplicissima consistendi
ratio videbitur, si confitētes doceantur, omnino duo esse quæ
in nobis Deus requirat, nēpe fidem cum spe coniunctam, &
charitatem: silem duo requirere: initio, vt quicquid symbo-
lo apostolico summam continetur, firmiter credamus. Se-
cundo vt tota fiducia presentis ac futuræ vitæ cōstituantur in
Deo, vt quæ confidamus opera nostra bona tãquam filiorum
Deo placere. Principio ergo de diffidētia confitēdum fuerit,
nempe si quis de vilo articulo fidei vel renuerit hæsitauerit.
Nam hic ante omnia pia instructione opus est, vt hæsitatio
omnis per verbum Dei cordibus eximatur, & fides plāteatur.
Deinde quoruscumque hominū totā suam fiduciam in Deum
collocat: Nunquid non singuli penè singulis sibi Deos faci-
unt? Alius sinē operum suorum in fastu ac vana gloria con-
stituit, alius in diuitiis confidit, alius vërrem curat, atque alij
alia respiciunt: interim de fide in Deum (cui omnia accepta
referre, & à quo totos nos pendere oportet, vtcunque tãdem
res istæ externæ cadant) parum aut nihil solliciti, atque inte-
rim quàm pauci sunt, qui hanc suam diffidētiā atque ad eò
idololatriam peccatū putant, cum tamen sit omnium pecca-
torū fons & origo. Nam qui à fiducia in Deum prorsus alien-
nus est, huius tota vita nihil aliud est, quàm vnicum pecca-
tum, de quo Spiritus sanctus mundū, condemnat: De hac ergo
diffidētia initium rectè capietur, & instruetur per sacer-
dotem confitens. Iam charitas ad duo se porrigit, charitatem
Dei & proximi: vtranque Deus in decalogo præcepit, qui ap-
tissima quædam methodus est, docens nos de omnibus quæ
Deus & fieri velit & fieri nolit, quod in eā omnes leges mo-

quinque sensuum cōmittitur.
Mat. 15.
Vetus consistendi ratio optima.
Peccatoris agnitio salutis initium.

Quomodo docenda plebs est confitenti.
Frdes.
Psal. 62.
Quomodo de diffidētia consistendum.

Psal. 48.
Psal. 51.
Mat. 6.
Ephes. 5.
1. Tim. 5.
Ioan. 16.
Aug. in Ioan. mem.

Charitas, decalogus aptissima methodus agendorū

et omittendorum. Populus in decalogo sedulo insituentibus.

Interior confessio frequens adiuuandam memoriam utilis.

Esai. 15.

Loci communes. De restitutionione ciuili.

Qui tenentur ad restitutionem.

Corruptores simplicium mentium.

Exod. 22.

Qui non ex se se cum proximo agunt.

Mat. 7.

Luce 6.

Quid sciendum sacerdoti post enar-

rales includi possint. Quum ergo omnino velimus ac cupiamus, vt nō tantū priuatim sed & publicè ex suggestis, idque frequentissimè populus in decalogo instituat, vtque non solum plebs decalogum memoria tenere, sed & quibus operibus singulis præceptis satisfiat, rursus quibus contra singula peccetur doceatur, quam doctrinā in postrema parte huius institutionis trademus: sit vt speremus (id cum parochi factū curant) fore, vt hinc plebs certissimā simul ac simplicissimā confitendi rationem sibi facillimè colligat. Porro ad memoriam iuuandam nihil magis profuerit, quàm frequens interior confessio, quæ admodum supra docuimus. Præterea hoc non parum fecerit, si pœnitens intuens in præcepta dominica recolat secum vbi locorū vixerit, quibus in negotiis versatus sit, & apud quos vixerit. Videndum autē est sacerdoti, ne peccatum omissionis extenuetur, quod solet esse grauissimum, maximè in iis, qui autoritate aut dignitate præminent, veluti sunt episcopi, abbates, parochi, principes, magistratus & patres familias, qui quemadmodum multorū malorum officia sunt, docebunt Loci communes, quos huic sacramēto annectemus, vt Confessarius cessantes corripiat, ac singulos de suo munere diligenter admoneat.

DE restitutione ciuili, anxij sæpe sunt confitentis & confessarij, idque rectè. Nam quis dubitat eam esse necessariam, salcè quoad fieri potest, quod sine ea fingere quidē possit quispiā se pœnitere, verè autē pœnitere nequaquā. Non solum autem ad restitutionem tenentur qui pecuniolā alterius suffurati sunt, sed in primis qui pestilenti virulentæque lingua simplicium mentem corrumpunt, tranquillitatē animi proximo adimunt, obrectationibus famam alienā ledunt, peruersis conciliis publicam pacem perturbant, qui pudorem puellarum corrumpunt, quos oportebat legis Mosai cæ censuram subire. Item omnes officines, qui non ex fide cū proximo agunt, hoc est qui regulæ euāgelicæ obliuiscuntur, quæ habet: Quod tibi non vis fieri alteri ne feceris. Et, Omnia quæcunq; vultis vt faciant vobis homines, ita & vos facite illis. Quæ omnia in explicatione Decalogi latius attin gemus. Tantum de confitendi ritu dixisse suffecerit.

Postquam autem pœnitens peccata sua confessus fuerit, rectè interrogat sacerdos, an ei peccata præterita displic-

ceat, an propositū habeat adiutore deo se à peccatis deinceps continendi, quod absque contritione interna, confessio vocalis magis obfit quàm proficit. Quo factō, sacerdos singulis morbis sua remedia adhibebit, idque ex diuinarum scripturarū myrothecia, quarum sylvam quandam dabimus in calce huius sacramenti, quam qui volet, pro suo arbitratu secū dum rationē criminum, augere poterit. Nam superbo rectè dixeris, Humilia te in conspectu domini. Vanam gloriam mercedē. Inuido, Peccatum tuum maximum est, quod diabolum propriè parentem habet, cuius inuidia mors intravit in orbē terrarum. Age itaque pœnitentiam, & profectū aliorum, tuū deputa. Iracundo, Ira in stultorum sinu requiescit: dominari debes animo tuo, & hanc tranquillitatem mētis effugare. Avaro, Cogita quia radix est omnium malorū cupiditas, & idolatriæ cōparatur. Ventris curam in desiderio facienti, sobrietatis: Luxuriæ dedito castitas sectanda persuadebitur. Contra acediam animam hominis aggrauantē, vt ei nihil boni agere libeat, sedulitas. Contra tristitiam, ob aduersa hominis mentem occupantem, patientia & longanimitas inculcanda est. Et vt summatim dicamus, contraria contrariis antidotis curanda sunt. Deinde postquam confessarius sacerdos confidentem quantum ad corrigendam vitam sufficere videtur, instruit, tum statim satisfactio, hoc est opus aliquod piū, quod cum vitio perpetrato quam maximè pugnat, ipsū cōfesso imponitur, licet demum post absolutionem peragendū, nisi tamen aliud delicti & personæ ratio poposcerit. Postea pro pœnitente, ad dominum fit pia deprecatio, in qua tamen sacramenti vis non continetur. Postea pronuntiat absolutio, in qua tota sacramenti vis consistit.

Huius autem sacramenti vim & efficaciam multiplicè esse cōstat. Principalis finis est, vt pœnitēs verbis absolutionis assentiens referat beneficiū remissionis peccatorū & certissimam cōsolationē recōciliationis, qua ecclesiæ rursus inseritur. Neque enim dubitandum est, Deum (qui remittendorum peccatorum ligandi ac soluendi potestatem sacerdotibus fecit) ipsum etiam ministerio eorum poterit assistere, si tamen pœnitens spiritui sancto obicem non posuerit, hoc est per incredulitatem resisterit: nam mentiri non potest Deus in promissis lōgè veracissimus, et si nos ia-

*Pfal. 50.
Roma. 3.
1. Petri 3.
Roma. 6.
Sacramē-
ti tēritē-
tiē vii.*

digni sumus quod ad nos attinet. In quam sententiā dauid, Apostolo interpretare, dixit: Tibi soli peccavi & malum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cū iudicaris. Vnde quemadmodum per baptisimū eximimur à tyrannide fatanæ, & facti filij Dei inserimur corpori Christi, quod est ecclesia, & in tam scelix contuberniū cooptamur & angelorū & omniū ad cœlestem hœreditatem prædestinatorū, vbi cunq; terrarum viuunt, vixerint, aut victuri sunt, ita per ministratiōem huius sacramēti in eadē societate ritē resti tuimur. Præter hunc sinē pleriq; alij sunt minus principales.

*Confessio
nis secretæ
commēd. 1.
2. The. 2.*

In primis, quod non alia ratione aut citius, aut efficacius quàm sacramentali confessione frangitur superbia mētis humana ac ceruix erecta cōtra Deum, quæ nisi magno studio deprimitur, erigit tandem sese aduersus omne quod dicitur Deus: deprimitur autē cum homo profusus sibi displicēs sese Deo totū submittit. Porrò nulla potest esse maior submissio quàm vt homo sponte sese submittat ad pedes hominis, eiq; prodat non solum facta, sed & cogitata. Atque interim experiētia docet, nulla ex re plus lucis & gratiæ cœlestis capi, quā ex syncera cōfessione, cui plena consolatiōnis succedit absol-
lutio, nimirū quod Deus supbis resistit, humilibus autē det gratiam. Quamobrem hunc fructum nullus pudor debet excludere, præsertim cogitātū, tolerabilius esse hic apud hominē semel pudescere, quàm pōtēst erubescere in conspectu Dei, angelorum & sanctorum omnium, certē cuius animus vehementer refugit se sacerdoti submittere, is (nostra sententia) nondum cor satis deiecit apud Deum, nec ex animo satis ad huc pœnitet, vt sileamus par esse, vt quemadmodū totus homo se erexit contra Deum, ita corpore quoque sese submittat, quod sæpenumero occasione peccandi præbuit.

*Chrysof.
Pudor cō-
fessionis
impediens
pellendus.*

Secundo vsus sacramēti ad hoc quammaximē valet, quod hinc discamus nosse nos ipsos (quæ est præcipua sapientiæ pars) quod cōfessio totum hominem sibi ipsi subinde ponat ob oculos, excusis omnibus animi latebris, dum penitus cōsiderat, quò vocet præcepta Dei: cōtrā, in quæ ipse propēsus sit, & quibus occasionibus labatur. Atq; hæc est vera meditatio in lege Domini, vt homo componat se ad eum vitæ statum, in quo se cuperet esse, si iā supremus vitæ dies vrgeret. Interim docet cōfessio agnoscere peccatum. Nam plerique sunt, qui vel per gratiam, vel per imperitiam non intelligunt,

*Hominis
inuoluti.*

morbū suum, per errorem iudicātes nullū esse delictū, quòd crimen est capitale: contrā, hoc esse crimen quod crimē non est: quidam sic inuoluti sunt, vt seipfos extricare nō possint, qui sacerdotem Confessarium desiderant, hominē integrum, prudentem, ac sacrarum literarum scientia instructum.

Tertiò, hoc remedio maximis quibusdam malis medetur sacerdos, quæ sunt pestilens securitas, & hac etiam pestilētiō gloria de peccatis, deniq; desperatio diuinæ clementiæ, cuius primus author fuit Cain detractans confessionem.

Genes. 4.

Quartò, hoc sacramentum non mediocriter iuuat ad parādā idoneam detestationem cōmissorum, ex amore Dei proficiscētes, ac serium certumque propositum, in posterum ab omnibus abstinenti quæ Deum offendunt.

Quintò, pudor retegēdi secreta peccatorum, velut expiatio quædam est, quæ bonam penē partem adimit, hominēmq; colubet, ne facilē relabatur in eadem.

Sextò, confitens non solum consolatiōnem remissionis peccatorum accipit, sed etiam consilio exhortatiōneq; ac precatiōne sacerdotis iuuatur, quàm plurimum valere Iacobus testatur. Hactenus de huius sacramenti virtute.

Iaco. vlti.

*Quo affe-
ctu ad sa-
cerdotē ac-
cedēdum.
2. Cor. 5.
pœnitentiæ
affectus
instar
affectus
agroti.
Ioan. 20.*

*August.
Malac. 2.
Mat. 13.
Luca 10.*

Am quo affectu pœnitentē ad sacerdotem accedere oporteat, ex supradictis satis intelligi potest. Debet enim sacerdotem accedere non vt hominē, auditurus ex eo quid humanū, sed vt vicariū Christi, cuius legatione fungitur, vt audiat ex eo diuinum verbū absolutiōnis, cui fidē adhibens de remissione peccatorū se certū faciat, atq; in primis eum affectum adhibere debet, quem habent lethalius morbis occurrere cū ad medicum cōfugiunt, sine cuius ope mortem oppetituri sibi vidētur, quin hoc maiorem pœnitētis affectū esse conuenit, quāto vultus animæ omni plaga corporali periculofus est. Hunc affectum respicienti, verbū Christi ingenerat, quo nos certos reddit, vt quibus peccata sacerdotes remiserint, illis remissa sint. Exomologesim itaq; facturo sic cogitandum est, sacerdotē angelum esse Domini, quæadmodū propheta dixit: Labia sacerdotis custodiunt sciētiam, & legē exquirunt ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est. Itidē eum esse scribā illū, de quo Christus dixit: Omnis scriba doctus in regno cœlorū, similis est homini patrifamiliās, qui profert de thesauro suo noua & vetera. Ad hæc sacerdotē designatum esse per stabulariū illū euāgelicum, cui Samari-

tanus verus ille hominū custos Christus, duos denarios protulit in curam vulnerati. quæ cum recolit pœnitens, fieri non potest quin magno quodam desiderio ad sacerdotem prope- ret, veluti ad eum à quo certam salutem sit relaturus, & salu- berrimam sitim remissionis peccatorū, potu aquæ salutaris remissionis peccatorū restincturus. Quem putas tam socor- dem, qui non longissima itinerum spatia præter omnē mo- ram alacriter ac libenter esse emāsurus, si ex Christo domi- no audire posset, Dimittantur tibi peccata tua? & tamen si si- dem ad sacerdotem Christi vicariū attuleris, nihil minus aud- ies, nec minori cum fructu. Ille potestatem suam sacerdoti- bus cōcessit, ac vt verbis suis fidē adhiberes voluit: ergo bea- tus qui non vidisti & credidisti. Qualis autem sacerdos tibi deligēdus sit, superius ex patribus indicauimus, quem etiam vt facile reperias, nobis episcopis incumbit, vt qui officio no- stro in ecclesiis nostris funguntur, viri sint & sapientes, & dis- creti, qui cum potestate iudicium habeant coniunctum.

Minister huius sacramenti, sacerdos est, videbit autem quilibet sacerdos, ne tam arduum confessionis audiē- di munus suscipiat, nisi doctrina, animi rectitudine, prudentia, sed ante omnia pietate ad hoc sit idoneus: qui si quid alioqui habeat affectus humani, videat tamen ac curet, vt auditurus confessionē, non priuati hominis, sed sacerdo- tis, imò Christi personā sumat, neque quicquā habeat præ- oculis, nisi Deū, cuius illic quodāmodo vices gerit. Præpara- bit itaque ad rem tam seriam tamque sacram animū, ne ma- lum medicum præstans, & proximi morbum augeat, & iram Dei in se prouocet, & vterq; ab altero discedat deterior. An- te omnia sobriū ac silentij tenacem eum esse oportet: præ- terea debet sic moderari omnia, vt percontationes suas nō ultra proferat, quàm necesse sit ad criminis cognitionem, ne scilicet inficiat animos simplicium & infirmorum: nec tamē interim finat ignorari, quod ignoratum, vitari curariue non poterat. Sic esse affectus, vt malis hominū, cum Paulo Apo- stolo illachrymet, vt tanto instantius oret ac vigilet pro gre- ge dominico, quo videt morbos esse maiores: quibus is tene- tur occupatus: cogitans eos morbos gregem non fuisse inua- suos, si ipse & cæteri quibus hoc munus concreditū est do- ctrina, monitis, increpationibus, & obsecrationibus aduigi- lassent.

Breuit non est idoneus sacerdos, qui non gerit paterna- viscera erga gregem suum, qui nondum nouit cū confi- tentibus indolescere & cōpati infirmitatibus eorū, qua- les sunt qui ex hominū malis cristas tollunt, & supercilij ad- ducunt. Hic verò solus idoneus est, qui nouerit infundere vi- num & oleū verbum scilicet correptionis & consolationis: sic tamen vt in consolationem semper procliuor sit, præser- tim vbi intellexerit pœnitentem ex animo respicere. Quan- quam verò sacerdotem talem esse oporteat, non minustamē hoc sacramentū percipitur ab indigno quàm à digno mini- stro: si tamē confiteus veram contritionem & rectam fidem attulerit. Nam (vt Augustinus inquit) propterea dictum est à Domino in Numeris ad Moysem & Aaron sacerdotes. Vos ponite nomē meum super filios Israël, & ego dominus be- nedicam eos: vt gratiam traditam per ministerium ordinati transfundat hominibus, nec voluntas sacerdotum obeffe vel prodesse possit, sed meritum benedictionem poscentis. Nam quāta sit dignitas sacerdotalis officij & ordinis, satis indicat nequissimus ille Caiphas, de quo dictū est: Hoc autē à seip- so non dixit, sed cum esset pontifex anni illius, prophetauit: quo ostenditur, spiritum gratiarū non personam sequi digni vel indigni, sed ordinem traditionis. Non itaque persona sa- cerdotis spectanda, sed Christus (cuius sacerdos ministerium gerit) intuentus est, is enim solus peccata dimittit, qui solus pro peccatis nostris mortuus est, qui est agnus tollens pec- cata mundi. Verbum Dei (inquit Ambrosius) dimittit pec- cata, sacerdos est iudex. Sacerdos quidem officium suum ex- hibet, sed nullius potestatis iura exercet. Sed dices, quid si- bi vult, quòd patres non semel dicunt, à solis sanctis & colū- ba membris dimitti peccata? Vt autē intelligas quid quæra- tur, repetere animo oportet, Omnem hominē Christianum qui sese lethalibus criminibus etsi occultē cōtaminat, nō so- lum in Deum, sed & in ecclesiam, hoc est in cœtum sancto- rum omnū peccare. Eo ipso enim quòd exit à veritate, à fi- de, à charitate, de castris ecclesiæ exit: ac statim cū lethaliter delinquit, sese ab occulta illa cōmunionē sanctorū, qui vno fidei & charitatis spiritu, sub vno capite Christo, toto terra- rum orbe, arcūssimo quodam vnitate vinculo sibi coherent ac connectūtur, separat: atq; hoc ipsi facit, vt iam & in cœlo & in terra ligatus cēseatur, etsi nondū Episcopi voce ligetur.

Luc. 10.
Vini &
oleum.
Galat. 5.

Aug. li.
que. Ve-
teris & no-
ui testa.
Num. 6.

Ioan. 11.
Caiphas.

Aug. cō-
tra Iulian.
Marc. 4.
Rom. 4.
Ioan. 1.
Ambro.
de pœnit.
dist. 1. c.
verbi dei.
Questio.
Origenes
in Leuit.

Mat. 9.

Mar. 2.

Luca 5. 7.

Ioan. 20.

Marc. 2.

Ioan. 20.

Minister
huius sa-
cramenti
Sacerdos
qualis.

Medici.

Sobrius.

Discretus.

Silent.

Roma. 9.

*Dilutio
questio-
nis.*

Talem ergo hominem, modo salutis suae ratione vllam habere velit, & in Dei, & in sanctorum omnium gratiam redire necesse est: quod aliter fieri non potest, nisi & Deus & tota ecclesia sanctorum, cum in gratiam & communionem, a qua propria malitia excidit, rursus recipiatur, hoc est peccata dimittat. Itaque dum quaeritur, num a solis sanctis dimittantur peccata: respondendum est: Nos hic ad duo respicere oportere.

Primum, ad id quod reuera agitur, cum dimittuntur peccata. Secundo, ad ministerium reconciliationis. Exemplo res fiet dilucidior: Quum populus Romanus quæpiam proscriptum in gratiam recipere velit, & ad hoc ministerio vniuscuiuslibet hominis vitur: hic populus Romanus est qui noxam remittit, qui ius ciuitatis reddit, & proscriptum in consortium suum iterum recipit, Legatus tantum ministerio fungitur, populus Romanus reuera dimittit culpam. Legatus vero non aliter quam populi Romani nomine. Ad eundem modum cum peccata dimittuntur, dicendum est, solos sanctos & columbe inembra, proprie peccata dimittere. Nam ipsi sunt qui peccatorum se ab alienatum, cum veraciter ad Deum conuertitur, rursus in suum consortium recipiunt. Sacerdos tantum ministerium exhibet. Atque hoc ipsum est, quod ait Augustinus: Cum veraciter, inquit, ad Deum, conuersio, peccata dimittuntur, dimittuntur ab eis, quibus ipse veraci conuersione coniungitur, spiritus sanctus ea dimittit, qui datus est omnibus sanctis sibi charitate coheretibus, siue se nouerint corporaliter, siue non. Similiter cum alicuius peccata retinentur, ab eis tenentur, a quibus ille cordis prauitate disiungitur, siue notis corporaliter, siue ignotis. Omnes enim mali spiritualiter a bonis seiuncti sunt. Et alibi: Ecclesiae charitas quae per spiritum sanctum diffunditur in cordibus nostris, participum suorum peccata dimittit, eorum autem qui non sunt eius participes, tenet. Ideo posteaquam dixit: Accipite spiritum sanctum, continuo de peccatorum remissione subiicit, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, &c. Re ipsa ergo sancti sunt, qui peccata remittunt: sed quoniam ecclesia sanctorum occulto vnus eiusdemque spiritus vinculo, coheres, toto orbe dispersa est, nec simul in vnum locum congregari potest, ut ab eius ore peccator verbum remissionis peccatorum audiat: idcirco ministerium sacerdoti in ecclesia constitutum est: ut quod sacerdos ecclesiae nomine fecerit, tota ecclesia piorum fecisse

conferatur. Iam ut nihil prohibet hominem etiam criminofum honestae cuiuspiam reipublicae procuratorem esse posse, qui reipublicae nomine contrahat ac rescindat: sic nihil repugnat, solos pios vbiuis terrarum constitutos, siue notos, siue ignotos veraciter conuerso peccata re ipsa dimittere, & tamen in hoc vti ministerio sacerdotis, etiam mali. Quamobrem pulchre dixit (cuius verbis libenter vitur) Augustinus: Sacramentum gratiae dat Deus, etiam per malos ipsam vero gratiam non nisi per seipsum vel per sanctos suos. Et ideo remissionem peccatorum vel per seipsum facit, vel per ipsius columbae membra, quibus ait: Quorum remiseritis peccata, &c. Interim extra publicum ecclesiae ministerium (quod scilicet eadem virtute ac efficacia ministrant mali, qua boni sacerdotes, modo tamen ab ecclesiae consortio resecti non sint) constat multum inter benedictiones bonorum & malorum hominum distare. Legimus enim benedictiones patriarcharum, prophetarum, atque multorum aliorum sanctorum hominum, longè efficacissimas fuisse, malorum vero nequaquam. Efficax est enim sanctorum spiritus propter inhabitantem Deum in ipsis. Sed malorum spiritus longe secus habet, licet quum publico ministerio funguntur sacramentorum efficacia (quae magis Deus quam ipsi operantur) sua priuata malitia nihil detrahere possint. Aliud est enim priuatum benedicere, aliud publicum ministerium gerere. Ut ergo hanc rem semel finiamus, in sacerdote non persona hominis, sed Christi, cuius vices gerit, spectanda est: & firmiter credendum, quod reconciliatio sacerdotis is verè conuerso hoc iustus operetur quod designat, nec absolute non tantum militanti, sed & triumphanti ecclesiae reconciliari. Quid enim aliud est: Quodcunque solueritis super terram, erit solutum & in caelo: quàm si dicat, Ego Deo & omnes caelestis curiae ordines & omnes sancti in gloria mea, laudant vobiscum & confirmant, quos ligatis & soluitis? Quamobrem Deus modis omnibus a nobis collaudandus est, quod dederit talem potestatem hominibus.

*Aug. de
bapt. par-
uulorum.*

*Inter pri-
uatas be-
nedictio-
nes bonorū
ac malorū
multum
interest.*

*Gene. 7.
48.*

*4. Reg. 4.
Vide A-
thanasium
in vita*

*Antonij.
Aliud est
priuatum
benedicere
aliud pu-
blicū mi-
nisterium
gerere.*

*Aug. li.
de penit.*

Mat. 18.

Mat. 11.

Mat. 2.

Simile.

*Aug. de
bapt. par-
uulorum
cap. 7.*

*1. Cor. 2.
Rom. 5.*

Ioan. 20.

LOCI COMMVNES EX
 scripturis diuinis excerpti, quos in numero ha-
 bere debet Parochus ad commonendum quem-
 que, præsertim quum Exomolegesim facit officij
 & functionis suæ secundum ætatem, ordinem, af-
 fectum, ac vitæ genus quod amplectitur.



Piscoporum, parochorum, sacerdotum, dia-
 conorum, subdiaconorū, clericorum omnis
 generis, deniq; corū qui monasticę vitę sunt
 additi, munera, & functiones, quæ singulos
 ordines ac status pprię ac peculiariter respici-
 unt: canones Concilij nostri prouincialis, quin
 potius euangelicę & apostolicę præceptiones, quas illic cita-
 uimus, & in tractatu de sacramento Ordinis copiosius adfer-
 remus, exactè describunt, vt eadem hic vel referre vel repete-
 re non sit opus.

*Quid vicissim debeant laici episcopis sacerdotibus,
 ac maximè parochis.*

IN primis orabunt pro eis omni tempore, in spiritu, vt de-
 tur eis sermo in apertione oris ipsorum, cum fiducia notū
 facere mysterium Euangelij, pro quo legatione fungūtur.
 Ad Eph. 6. Coloss. 4. Act. 12. Et audient eos. Sic enim Chri-
 stus apud Lucam cap. 10. ait: Qui vos audit, me audit: & qui
 vos spernit, me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum
 qui me misit. Et vt sit sacerdos aut Parochus vitę non admo-
 dum inculpatæ, non tamen ordo & munus iniuria afficiēda
 sunt, sed magis obtemperandum ipsis est verbum Dei mini-
 strantibus. Sic enim Christus in euangelio Matth. 23. Super
 cathedram, inquit, Moysi federūt scribæ & pharisæi. Omnia
 ergo quæcunque dixerint vobis, facite: secundū vero opera
 eorū nolite facere. Ac Paulus: Obedite, inquit, præpositis ves-
 tris, & subiaccete eis. Ipsi enim peruigilant, quasi rationem
 pro animabus vestris reddituri, vt cum gaudio hoc faciant, &
 non gemeantes. Hebr. 13. Et alibi: Qui bene præsunt presby-
 teri, duplici honore digni habeantur, maximè qui laborant
 in verbo & doctrina. Dicit enim scriptura. Non alligabis os
 boui trituranti. Et, Dignus est operarius cibo suo. De victu
 parochis suppeditando, Canones Concilij nostri prouincia-

1. Tim. 5.
 1. Cor. 9.
 Mat. 10.
 Lucæ 10.
 1. Tim. 5.

lis fusius docent ac commonefaciunt.

De principum ac magistratum civilium munere.

ET nūc reges intelligite, crudimini, qui iudicatis terram.
 Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore.
 Psalm. 2. Non eleuetur cor regis in superbiâ super fra-
 tres suos, neque declinet in partē dextram vel sinistram, sed
 describer sibi Deuteronomium legis, accipiens exēplar à sa-
 cerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit secum, legētque illud
 omnibus diebus vitæ suæ, vt discat timere dominum Deum
 suū, & custodire verba & caeremonias quæ in lege præcepta
 sunt, Deuter. 17. Meminisse debent magistratus, omnem po-
 testatem à Deo esse, sicut scriptum est, quia non est potestas
 nisi à Deo. Quæ autem sunt, à Deo ordinatæ sunt, Roma. 13.
 Item ad ipsos esse dictum: Diligite ergo iustitiam qui iudica-
 tis terram, Sapientia. 1. Potestati dicitur: Nō facies quod ini-
 quū est, nec iniuste iudicabis, non consideres personam pau-
 peris, nec honores vultum potētis. Iustè iudica proximo tuo,
 Leuit. 19. Siue cuius sit ille, siue peregrinus, nulla erit distan-
 tia personarum: ita paruum audietis vt magnum, nec accipi-
 etis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est, Deuter. 1.
 Non accipies personam nec munera, quia munera excæcant
 oculos sapiētum, & mutāt verba iustorum, Deuter. 16. Vsq; ue-
 quo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum sumitis? iu-
 dicare egeno & pupillo, humilem & pauperē iustificare, eri-
 pite pauperem de manu fortiorum eius, de manu peccatorū
 liberate, Psal. 81. Quærite iudicium, subuenite oppresso, iu-
 dicare pupillo, defendite viduam, Esaia. 1. Si introierit in con-
 uentum vestrum vir aureum anulum habens in veste candi-
 da, introierit autem & pauper in sordido habitu, & intēdatis
 in eum qui indutus est veste præclara, & dixeritis, tu sede hic
 bene, pauperi autem dicatis, tu ista illic, aut sede sub scabello
 pedum meorum, nōne iudicatis apud vosmetipsos, & facti
 estis iudices cogitationum vestrarum? Si enim personam res-
 picitis, peccatum committitis, redarguti à lege tanquam
 transgressores, Iac. 2.

Quid debeant subditis magistratibus.

OMnis anima potestatib⁹ sublimiorib⁹ subdita sit. Qui
 resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autē resi-
 stunt, ipsi sibi damnationē acquirunt. Nā principes nō
 sunt timori boni operis, sed mali. Vis autē non timere pote-

statem? bonum fac, & habebis laudē ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Sin autē malū feceris, time. Non enim sine causa portat gladium. Dei enim minister est, vindex in iram ei qui male agit. Ideo que necessitate subditi estote, nō solum propter iram, sed etiam propter scientiam. Ideo enim & tributa prestatis. Ministri enim Dei sunt in hoc ipsum seruiētes. Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem, Roma. 13. Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo, Matth. 22. Deū timete, regem honorificate, & subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deū, siue regi quasi præcelsenti, siue ducibus tanquā ab eo misis, ad vindictā malefactorum, laudē verò bonorum: quia sic est voluntas Dei, vt benefaciētes obmutescere faciat imprudentiū hominū ignorantiam, quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitiæ libertatem. 1. Petri. 2. Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus, & pro omnib⁹ qui in sublimitate constituti sunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate: hoc enim bonum est & acceptū coram saluatore nostro Deo, primæ Timothæi secūdo. Admone illos principibus & poretaribus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse, neminem blasphemare, non litigiosos esse, omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines. 1. Timoth. 3.

Maritorum officium.

Viri cohabitent secundū scientiā, quasi infirmiori vasculo muliebri impartientes honorē, tanquam & coherēdibus gratiæ vitæ, & non impediatur orationes vestrę. 1. Pet. 3. Viri diligite vxores vestras, sicut & Christ⁹ dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, mundans eā lauacro aquę in verbo vitę, vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculā aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata. Ita & viri debent diligere vxores suas, vt corpora sua. Qui suam vxorem diligit, seipsum diligit. Nemo enim vnquam carnem suam odio habuit, sed nutrit & fouet eam, sicut & Christus ecclesiam, quia membra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius: propter hoc relinquet homo patrem & matrem suam, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Sacramentum

cramentum hoc magnum est in Christo & in ecclesia. Verū tamen vos singuli vnusquisque vxorem suam sicut seipsum diligit, Ephes. 5. Viri, diligite vxores vestras, & nolite amari esse erga illas. Coloss. 3.

Vxorum titulum.

Similiter & mulieres subditæ sint viris suis, vt & si qui nō credunt verbo, per mulierum conuersationē sine verbo lucrifiant. Considerantes in timore sanctā conuersationē vestram. Quarum non sit extrinsecus capillatura aut circundatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus, sed qui abscōditus est cordis homo, in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuples. Sic enim aliquando & sanctæ mulieres sperantes in Deo, ornabāt se, subiectæ propriis viris, sicut Sara obediebat Abrahæ, dominum eum vocans, cuius estis filix benefacientes, & non pertimentes vllam perturbationem. 1. Petri. 3. Mulieres in viris subditæ sint, sicut domino. Quoniā vir caput est mulieris, sicut Christus est caput ecclesiæ, ipse saluator corporis eius. Sed sicut ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres viris suis in omnibus. Vxor ergo timeat virum suum, Eph. 5. Mulieres in habitu ornato cū verecundia & sobrietate ornantes se, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa, sed quod decet mulieres, promittentes pietatē per opera bona. Mulier in silentio discat, cum omni subiectione: docere mulieri non permitto, neque dominari in virum, sed esse in silentio. Adā enim primus formatus est, deinde Eua: & Adā non est seductus, sed mulier seducta, in prauaricatione fuit. Saluabitur autem per filiorum generationem, si permāserit in fide & dilectione & sanctificatione cum sobrietate. 1. Timoth. 2. Vult denique Apostolus eas esse prudentes, non detrahentes, pudicas, castas, sobrias, domus curam habentes, benignas, subditas viris suis, vt non blasphemetur verbum Dei. 1. Timoth. 2. ad Titum. 2.

Parentum erga liberos.

Vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios vestros, sed educate illos in disciplina & correptione domini. Ephesorum. 6. Patres nolite ad indignationē prouocare filios vestros, vt non puillo animo fiant, Coloss. 3. Tu autem mone adolescentulas, vt viros suos ament, filios suos diligant. ad Titum. 2.

Liberorum erga parentes.

Filij, obedite parentibus vestris in domino. Hoc enim iustum est: Honora patrem tuum & matrem tuam, quod est mandatum primum in promissione, ut bene sit tibi, & sis longævus super terram. Ephe. 6. Filij obedite parentibus vestris per omnia. Hoc enim placitum est in domino. Coloss. 3.

Servorum, ancillarum, mercenariorum, operariorum erga dominos.

Servi, subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis. Hæc est enim gratia si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias patiens iniuste. Quæ enim est gratia, si peccates & colaphizati, sufferitis? Sed si benefacientes sustinetis, hæc est gratia apud Deum. primæ Petri secundo.

Servi, obedite dominis carnalibus cum timore & tremore, in simplicitate cordis vestri sicut Christo, non ad oculum servientes quasi hominibus placentes, sed ut servi Christi facientes voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate servientes, sicut domino, & non hominibus: sciëtes quoniam unusquisque quod fecerit bonum, hoc recipiet à domino, siue servus, siue liber. Ephe. 6. Servi, obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum servientes, quasi hominibus placetes, sed in simplicitate cordis, timetes dominum. Quodcumque facitis, ex animo operamini, sicut domino, & non hominibus, sciëtes quod à domino accipietis retributionem hæreditatis. Domino Christo servite. Qui enim iniuriam facit, recipiet id quod iniquè gessit, & non est personarum acceptio apud Deum. Coloss. 3. Quicumque sunt sub iugo servi, dominos suos omni honore dignos arbitretur, ne nomen domini & doctrina blasphemetur. Qui autem fideles habet dominos, non cõtenant, quia fratres sunt: sed magis serviant, quia fideles sunt, & dilecti, quia beneficii participes sunt. 1. Timo. 6. Servos oportet dominis suis subditos esse, in omnibus placetes, non contradicentes, non fraudantes, sed in omnibus fidem bonam ostendentes, ut doctrinam saluatoris nostri Dei ornent in omnibus. ad Tit. 2.

Dominorum patrum & matrum familias erga servos.

Et vos domini eadem facite illis, remittentes minas, sciëtes quia & illorum & vester dominus est in cælis, & personarum acceptio non est apud Deum. Ephe. 6. Domini, quod iustum est & æquum, servis præstare, sciëtes quod & vos do-

minum habetis in cælo. Coloss. 3.

Quid militibus inculcandum.

Neminem concutiat, neque calumniam faciatis, & contenti estote stipendiis vestris. Lucae tertio.

Quid publicanis.

Nihil amplius quam quod constitutum est vobis faciat. Lucae tertio.

Quid divitibus.

Divitibus huius seculi præcipe, non sublimè sapere, neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo qui præstat nobis omnia abundè ad fruendum, bene agere, divites fieri in bonis operibus, facillè tribuere, comunicare, thesaurizare sibi bonum fundamentum in futurum, ut apprehendant vitam æternam. 1. Timoth. 6.

Quid quibus victus suppetit.

Est quæstus magnus pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum, haud dubium nec auferre quid possumus. Habentes autem alimenta & quibus tegamur, his contenti simus. Nam qui volunt divites fieri incidunt in tentationem & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nociva, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas, quæ quidam appetentes, inseruerunt se doloribus multis. primæ Timothei sexto.

Quid mendicantibus validis, & qui ocio torpentes fraudè victum conquirunt.

In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Gene. 3. Qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret, operando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti. Ephesios. 5. Denunciamus vobis fratres (inquit Paulus, seipsum eis exemplum proponens) in nomine domini nostri Iesu Christi, ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, & non secundum traditionem, quam acceperunt à nobis. Ipsi enim scitis, quem admodum oporteat imitari nos, quoniam non inquieti fuimus inter vos, neque gratis panem manducaimus ab aliquo, sed in labore & fatigatione nocte & die operantes, ne quem vestrum gravaremus, ut nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. Nam & cum essemus apud vos, hæc denunciabamus vobis, quoniam si quis non vult operari, nec māducet. Audiui-

mus enim inter vos quosdam ambulantes inquietè, nihil operantes, sed curiosè agentes. His autem qui eiusmodi sunt, denunciamus & obsecramus in domino Iesu, vt cum filitio operantes suum panem manducent. 2. ad Thessa. 3.

Quibus senibus.

VT sobrij sunt, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia ad Titum. 2.

Quid iuuenibus.

Iuuenes similiter hortare, vt sobrij sint, ad Titum 2. Adolescentes, subditi estote senioribus. Omnes enim inuicem humilitatem insinuate, quia Deus superbis resistit, humilibus autè dat gratiam. Humiliamini igitur sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis. 1. Petri. 5.

Quemadmodum admonenda anus.

ANus, vt in habitu sancto sint, non criminatrices, non multo vino seruientes, bene docentes, vt prudentiam doceant, ad Titum. 2.

Quemadmodum vidua.

SI qua vidua filios aut nepotes habet, discat primū domū suam regere, & mutuam vicem reddere parentibus, hoc enim acceptum est coram Deo. Quæ autè verè vidua est & desolata, speret in Deū, & instet obsecrationibus & orationibus nocte & die. Nam quæ in delitiis est viuēs, mortua est. Et hoc præcipe vt irreprensibiles sint. Volo autem iuniores nubere, filios procreare, matres familiās esse, nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia. 1. Timoth. 5, quāuis Paulus ibidem potissimum de viduis quæ ecclesiastico ministerio destinantur, loquatur.

Quemadmodum virgines.

Qui sine vxore est, sollicitus est quæ domini sunt, quomodo placeat Deo. Et mulier innupta, & virgo cogitat quæ domini sunt, vt sit sancta & corpore & spiritu. Nā qui statuit in corde suo firmus, nō habens necessitatē, potest autè habēs suæ volūtatis, & hoc indicauit in corde suo seruare virginem suam, bene facit. Igitur & qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit: & qui non iungit, melius facit. 1. Cor. 7. Quæ virginitatem aut cœlibatum vouit, siue virgo, siue vidua fuerit, videat ne voti rea damnationem sibi acquirat, quod primam fidem irritam fecerit, 1. Timoth. 5.

Generalis admonitio.

Seniorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrem, Iuuenes vt fratres, Anus vt matres, Iuenculas vt sorores, in omni castitate. Viduas honora quæ verè viduæ sunt. 1. Timo. 5.

Quid omnibus debeamus.

Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat. Luc. 3. Nemini quicquā debeatis, nisi vt inuicè diligatis: qui enim diligit proximū, legē adimpleuit. Nam in hoc verbo omne mādātum instauratur, Diliges proximum tuū sicut teipsum. Dilectio proximi, malū non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio. Rom. 13. Per omnem orationem & obsecrationem orantes omni tempore in spiritu, & in ipso vigilantes in omni instantia & obsecratione pro omnibus hominibus. Ephe. 6. In fide omnes vnationes, cōpatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles, non reddentes malū pro malo, nec maledictum pro maledicto, sed ecōtrario benedicentes, quia in hoc vocati estis, vt benedictionem hæreditatē possideatis. Qui enim vult vitam diligere & dies videre bonos, coërceat linguam suam à malo, & labia eius ne loquantur dolum: declinet à malo, & faciat bonum: inquirat pacem & sequatur eā: quia oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorū: vultus autè domini super faciētes mala. 1. Petr. 3. In hoc enim apparuit gratia Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi omnib⁹ hominibus, erudiēs nos, vt abnegantes omnem impietatem & secularia desideria, sobriè & iustè & piè viuamus in hoc seculo, expectantes beatā spem in aduentū gloriæ magni Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mūdaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Hęc loquere & exhortare, & argue cum omni imperio. ad Tit. 2.

DE ORDINIS

SACRAMENTO.



DE sacramēto Ordinis, quā poterimus paucis agemus: nā pleraque quæ huc spectāt, tractata sunt in canonibus Concilij nostri, puincia lis, & in articulū symboli, quo p̄fitemur nos credere Ecclesiā sanctā catholicā. Principio *Studiū hanc* verò repetendū nobis est, ecclesiæ hostes hoc *reticorum.* semp̄ maximo studio quississe, vt ordinē ex ecclesiā tollerēt, ex

Tertullianus. sacerdotibus (vt Tertullianus ait) laicos facientes, & sacerdotalia munera laicis iniungentes: quo nihil aliud agunt, quam vt sublata legitima ministrorum potestate gratiam coniunctam habentē, & sacramēta & alia omnia quæ in ecclesia ministrorum opere peraguntur, euilescere faciant, qua doctrinæ peste nullam pestilentiorē esse veteres asseuerant. Vt autem tam perniciosum dogma plebi ex scripturis pessimē de tortis persuaderent, nēpe: Nullum esse sacerdotij discrimen, Omnes ex æquo presbyteros esse, omnes eandē habere potestatem, Ordinem nihil esse quàm ritum quandam eligēdi concionatoris in ecclesia: verbi quoque & sacramentorum ministerium non nisi laicorum consensu cōmitti, in primis alloquens, ait: Vos estis genus electum, regale sacerdotium. Et quod Apocal. 1. scribitur: Dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, & fecit nos regnum & sacerdotes Deo & patri. Item quod Paulus. 1. ad Cor. 12. dixit: Etenim in vno spiritu omnes nos in vnū corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue Gentiles, siue serui, siue liberi, & omnes in vno spiritu portati sumus, &c. Verum quàm errent isti, modò tamē idem quod dicunt sentiant, quis non videt? Nam rudem admodū in literis sacris eum esse oportet, qui non intelligat scripturas de duplici sacerdotio atque etiam regno loqui. Si quidem aliud est internū & spiritale, quod est omnibus Christianis, saltem piis cōmune, qui Christi summi sacerdotis ac regis mēbra per baptismum sunt effecti. In quam sententiā beatus Augustinus ait Ioannem in Apocalypsi dixisse: Sed erunt sacerdotes Dei, & Christi, & regnabunt cum eo mille annis. Non vtique, inquit, hoc de solis Episcopis & presbyteris dictum est, qui propriē iam in ecclesia vocantur sacerdotes: sed sicut omnes Christianos dicimus propter mysticum chrisma, sic omnes sacerdotes: quoniam membra sunt vnus sacerdotis, nempe Christi. Proinde diuus Hieronymus contra Luciferianos, ipsum baptismum, sacerdotium laici appellat, quod per baptismum in vnum corpus, cuius Christus est caput, conglutinati sumus. Ergo omnes Christiani secundum eam rationem sacerdotes sunt, sed spirituales, quod quemadmodum Christus se obtulit hostiam patri in odore suauitatis, ita Christianos oporteat exhibere corpora sua hostiam viuentem, sanctā, Deo placentem, & offerre spiritualia

sacrificia, vti suprā ī materia sacrificij latissime declarauim⁹. Itidē omnes Christiani ad eandem rationē reges sunt, quod quemadmodū Christus constitutus est rex à Deo potētissimus, qui deuicit carnē, mundū, & diabolū: ita Christianos, per Christum in eis regnantem vincere oporteat omnes carnis, mūdi ac diaboli tētationes, illecebras ac insidias. At sicut præter spiritale regnū, aliud est regnum externū, cuius potestātē Euangeliū non abrogat, sed cōfirmat. Mat. 22. & Rom. 13. ita præter spiritale sacerdotiū, quod in sola mente cōsistit, & vnctionem tantū spiritalem habet, aliud est sacerdotiū in ecclesia externū. Id quod nemo miretur, quum ad eundē modum vtrunq; sacerdotium scriptura synagogæ etiā tribuerit. Si quidē de interno vniuersis Iudæis dicitur: Si audieritis vocē meam, & custodieritis pactum meū, eritis mihi in peculiū de cunctis populis, & in regnū sacerdotale, nimirū spirituale. De externo verò sacerdotio, Deū Moysi præcepisse legimus, quum ait: Aaron & filios eius unges, & sanctificabis eos vt sacerdotio fungātur mihi. Quod quidē sacerdotiū, nemini sibi sumere licebat, sed magis ex vocatione pēdebat: quā obrē Dathan, Chore, & Abiron, se vocatione ingredientes sacerdotio, viui absorpti sunt. Item Oza, subita morte à domino percussus est, vel ob id quod manum arcæ Dei, ne caderet, submisisset, sui officij fines excedens. Itidem Ozias cum functionē sacerdotale vsurpans, increpatusq; ab Azaria & reliquis sacerdotibus Domini, non desisteret, lepra in frōte perfusus est: quos locos tanto libētius asserimus, quod videmus patres eosdem aduersus hæreticos ordinem ex ecclesia auferre molientes) validissimē torfisse. Ergo & in ecclesia eadem omnino ratione, præter internū illud sacerdotium, aliud quoque externum esse necesse est: quod legitima ordinatione, ac cum signo quodam visibili, non sine spiritali gratia in ecclesia Dei conferatur.

Qum itaque queritur quidnam sit Ordo in ecclesia, & sit ne Ordo sacramentum: respondendum est ex veterum sententia: Ordinem esse gratiam quandam & potestātē, quæ per traditionem visibili quodā signaculo baptizati infunditur, quum per manus impositionem ad munus aliquod in ecclesia publicē gerendū ritē ordinantur. Deinde dicendum est, Ordinem esse sacramentū: habet enim vt cætera sacramenta suum visibile signum, habet & verbū suū, *rum.*

Rom. 12.
Omnes
Christiani
reges.
Psal. 2.
Regnum
externū.

Sacerdotiū
externum.

Exod. 14.

Exod. 28.
Hebr. 5.

Num. 16.
2. Reg. 6.

2. Par. 20.

Vide Cypria.

August.

Ordo est
sacramē-
rum.

atque adeo promissionem ministerio assistentis gratiæ Dei, quæ multis declarare non est opus, quod id factum sit superius paucis tantum repetitis, monstrabimus, Ordinem non humanum commentum, sed Christi institutum atque sacramentum esse, & pro sacramento in ecclesia hæctenus semper habitum. In primis, quid manifestius eo quod Ioan. 20. legimus? ubi Christus ipse quum resurrexisset, Apostolos in orbem terrarum missurus, sic alloquitur: Sicut, inquit, misit me pater, & ego mitto vos. Et quum hæc dixisset, insufflauit, & dixit eis: Accipite spiritum sanctum: quorum remisistis peccata, remittuntur eis, &c. Hic vides Christum Apostolos cæremonia quadam visibili in opus suum ordinasse, & in eam rem gratiæ spiritus, signo quodam visibili cõtulisse, potestatem quoque eiusmodi ordinatione collatam, apertissimè cõfirmasse ac sic stabilisse, ut quod ipsi eorumque successores suo nomine in ecclesia ritè peragerent, Deus perinde ratum haberet, ac si per ipsum Christum factum esset, idque non ipsorum, sed Christi merito, & virtute spiritus, operibus eorum assistente. *Matt. cap. 10. Marcus. 6. & Lucas. 10.* non sine graui emphasi narrant, quo pacto Christus in montem ascendens, vocarit ad se quos voluit, ipse, qui & venerunt ad eum feceritque ut essent duodecim cum illo, & ut mitteret illos prædicare. Præterea, quo pacto designauerit & alios septuaginta duos, & miserit illos binos ante faciem suam: ad hæc quam potestatem eis de derit, nempe immundorum spirituum eiiciendorum, & curandorum quorumlibet morborum, dandi quoque & retinendi pacem, grauissima pœna his cõminata qui eosdem non recipere, & ne ex merito suo eandem potestatem metirentur (nã & inter eos Iudas Iscariotes erat, qui & tradidit eum) subiecisse legitur: Non vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Et nõ multo post: Qui vos recipit, me recipit: & qui vos spernit, me spernit: ministerij autoritatem à ministris in se transferens.

EXtant deinde varia in scripturis testimonia supra in canonibus Consilij nostri, aliisque in locis citata, quæ ostendunt ordinem in ecclesia de numero visibiliu sacramentorum semper fuisse, in quo peculiaris quædam gratia ordinatis cõferatur. Sic enim Apostolus ad Timotheum ait: Noli negligere gratiam quæ est in te, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterij. Et iterum: Admonco

*Mat. 10.**Luc. 10.**1. Tim. 4.*

te ut resuscites gratiã Dei, quæ in te est per impositionem manuum mearum. Vide verò quo pacto Apostolus hanc ordinandi potestatem plebi detrahat, qui eandem soli Episcopo per mittit, idque nõ temerè, sed adhibita graui cura. Nemini (inquit) citò manus imposueris. Et ad Titum: Huius rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea quæ desunt corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi. Alibi quoque reperias, quomodo ab Apostolis instituti sint Episcopi ac Diaconi, nullibi verò quod à sola plebe: id quod Latius ostendimus in expositione symboli, in articulum (Ecclesiã sanctam catholicam.) Quin scriptura ordinationem nõ apostolis aut episcopis propriè, sed magis ipsi spiritui sancto tribuit. Nam Actorum. 20. in hunc modum legis: Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos, regere ecclesiã Dei, quã acquisiuit sanguine suo. Nec sine causa Acto. 13. scriptum legimus, Dixit spiritus sanctus: Segregate mihi Saulum & Barnabã in opus ad quod assumpsi eos. Tunc ieiunantes & imponentes illis manus, dimiserunt illos. Et quid apertius Apostoli verbis Ephes. quarto? Et ipse, inquit, dedit quosdam apostolos, quosdam autem prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem Pastores & Doctores, ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, in edificationem corporis Christi. Denique quid attinet plures locos pro hoc sacramento adferre, quum epistolæ apostolicæ non solum eius, sed & discretorum in ecclesia ordinum, nempe episcoporum & diaconorum, apertè meminerint, ac singulis etiam sua munia sigillatim præscriperint?

Hæc si cuiquam nondum suffecerint, huic saltè vniuersalẽ ecclesiæ consensum merito sufficere posse arbitrabitur. Nã in primis sacer ille Dionysius ordinẽ exercitissimè pronũtiat sacramentum esse: huic Irenæus, Tertulianus, Cyprianus, Hieronymus, Augustinus, & cæteri veteres quotquot sunt, subscribunt, quorum dicta retulimus in articulo symboli, qui de ecclesia sancta catholica est. Vnus aut alter adhuc locus ex patribus maioris perspicuitatis gratia adferendus est. August. lib. 2. contra epistolam ad Parmenianum, quum de baptismo & ordine differit, in hunc modum scribit: Vtrunque, inquit, sacramentum est, & quadam consecratione vtrique homini datur. Illud quum baptizatur: & illud, quum ordinatur: ideo non licet in ecclesia catholica vtrunq; iterari. Nam si quando

Aposto. detrahit plebi ordinandi potestatem. 1. Tim. 5. Tit. 1. Acto. 1. Acto. 6. Ordinationi spiritui sancto tribuitur.

Ephes. 4.

Epistole apostolicæ meminerunt episcoporum & diaconorum.

Vniuersalis ecclesiæ consensus de sacramento ordinis. Aug. lib. 2. contra epistolam. Propter characterẽ qui im-

primitur non iteratur baptis- mi ac ordi- nis sacramentum. Ibidem.
 ex hæreticorū parte venientes, etiā præpositi pro bono pacis (correcto schismatis errore) suscepti sunt: et si visum est opus esse, vt eadem officia gererent quæ gerebant, non sunt rursus ordinandi, sed sicut baptisimus in eis, ita mansit ordinatio integra: quia in præcisione fuerit vitiū, nō in sacramēto: que viciūq; sunt, ipsa sunt. Et paulō post: Neutro sacramēto faciēda est iniuria. Et addit de sacramēto ordinis: Sicut non rectē habet qui ab vnitare recedit, sed tamē habet: sic etiā nō rectē dat, qui ab vnitare recedit, & tamen dat. Et rursus ad vtrūq; reuersus adiecit: Non ergo ideo non sunt sacramēta Christi & ecclesiæ, quia eis illicitē vtuntur non modō hæretici, sed etiam omnes impij: sed illi corrigendi sunt & puniendi, illa autem sunt agnoscenda & venerāda. In eandem sententiam Gregorius ait: Quod dicitis, inquit, vt qui ordinatus est, iterum ordinetur, valde ridiculum est. Vt enim baptizatus semel, iterū baptizari nō debet: ita qui cōsecratus est semel, in codē ordine non valet iterum consecrari.

Abusua sacramentorū sanctitati nihil detrahit.

Gregor.

Ordinum alij maiores, alij minores.

Cōcilium

Aph. 4.

vrbān. 1.

ca. nullus.

60. dist.

1. Tim. 3.

Tit. 1.

Ioan. 3. c. a.

multis de

ata. &

qual. ord.

Ianitorū

officiū.

Ancyra

nū & Ni

ce. concil.

Concil.

Aphric.

4. cap. 9.

Ordinum autem ecclesiasticorum, alij sunt maiores, alij minores, qui in Cōcilio Aphricano quarto (cui beatus Augustinus interfuit) simul cum ritibus quibus cōferebātur ex ordine recēsentur, de quibus vt veteris ecclesię mos innotescat, paucis dicendū erit. Olim itaque appellatione maiorū ordinum, Presbyterium & Diaconatus tantū veniebāt, quos & scriptura tradit per impositionē manuum per Apostolos, in ecclesia fuisse collatos. Postea hypodiaconorū, hoc est subdiaconorum ordo inter maiores etiam relatus est, ob id potissimū, quōd subdiaconis perinde atque presbyteris ac diaconibus propter sacrorum contræctionem matrimonij vsum interdiceret placuerit. At, qui minores ordines in ecclesia gerebāt, alij erant Ianitores seu Ostiarij, alij Lectores, alij Exorcistæ, alij Acolythi. Ianitores dicebantur, quibus custodia templi commissa erat, in hoc potissimum, vt astātes clausis tēpli foribus, quoslibet indignos à liminibus sanctæ dei ecclesiæ reiicerent, ac dignos tantum & inculpatos ad sacrorum conspectū reciperent ac admitterēt, idque non sine magno iudicio ac discretione inter infideles, hæreticos, excommunicatos, cathecumenos energumenos ac pœnitētes varij generis accuratē habenda, quod Ancyranum & Nicenū Cōcilia planē indicant, & nos superius ostēdimus. Deinde Ostiarius custodiam habebat rerū ad vsum ecclesiæ pertinentiū.

Hic quū ordinabatur, postquā ab Archidiacono instructus fuerat, qualiter in domo Dei debeat conuersari ad suggestiōnē Archidiaconi, tradebat ei Episcopus clauēs ecclesiæ de altario, dicens: Sic age quasi redditorū domino rationem pro his rebus q̄ his clauibus recluditur. Et vt ordo iste inter cæteros esset minimus, tamen olim Ostiario Abbas obedientiam debebat: sed tunc alij erant monachi, alij clerici. Lectores erant, qui quotide lectiones ex prophetis ac aliis biblicis scripturis veteris testamenti ad populum in ecclesia publicē recitabant, quemadmodum etiamnum in precibus Horariis, præsertim Matutinis, eiusmodi lectiones, non vt olim ad omnē populum instituendum, sed tantum ad præsentem clerum, idque tamen, non ea mentis attentione, qua olim in veteri ecclesia, recitatur. Nam tum populus recitatione verbi Dei per Lectores saginabatur: nunc Lectores quod recitat vix ipsi intelligunt. Lector quū ordinabatur, faciebat de illo verbum Episcopus ad plebem, indicans eius fidem atque ingenium. Post hæc, spectante plebe, tradebat ei codicem de quo lecturus erat, dicens ad eum: Accipe & esto lector verbi Dei, habiturus, si fideliter & vtiliter impleueris officium, Exorcistæ partem cum eis, qui verbum Domini ministrauerint. Exorcistarum (qui latinē adiurantes siue increpantes dicuntur) officium seu munus erat, super Energumenos siue baptizatos, siue catechumenos, hoc est sup omnes inquietos, qui à spiritibus immundis vexabantur, aut dæmoniis illusionibus vel terriculamentis agitabantur (veluti tēpēstate iactati) nomen Domini inuocare, & adiuratū spiritum immundū eiicere, vel compescere, quod munus etiā synagoga nouit, quemadmodū locus Actorum. 14. ostendit. Atque vtiā id mulieris in ecclesia hucusq; diligenter retentū ac rectē administratum fuisset, quod tum (nō dubiū) minus haberemus diabolicarū illarum superstitionū, imposturarum, technarū, magicarū artium, & incantationū, quibus increduli quidā misere ludificantur, & in primis deploratæ illæ mulierculæ, quæ ad quæuis somnia diabolicis suggestiōibus dānabiliter assentiuntur, totæ in suam & proximi perniciem intentę. Interim superstitione earum dyabolo locū præbente, vt in filios diffidentię operari possit. Quū ordinabatur Exorcista, accipiebat de manu Episcopi libellū, in quo scripti erant exorcismi, dicente ei Episcopo: Accipe & cōmenda memorię, & ha-

Ritus ordinandi

Ostiariū.

cap. a subdiacono. 93. dist.

Lectorum officium.

Veteris ecclesiæ mos.

Amb. in epistol. ad

Ephē. c. 4.

Ritus ordinandi lectorem.

Concil.

Aphr. 4. cap. 8.

Exorcistæ vñ officii.

Energumeni qui.

Dion. cōcil.

An. cyr. ca. 17.

Piū votū.

Mulieris in ecclesia

hucusq; diligenter retentū ac rectē administratum fuisset, quod tum (nō dubiū) minus haberemus diabolicarū illarum superstitionū, imposturarum, technarū, magicarū artium, & incantationū, quibus increduli quidā misere ludificantur, & in primis deploratæ illæ mulierculæ, quæ ad quæuis somnia diabolicis suggestiōibus dānabiliter assentiuntur, totæ in suam & proximi perniciem intentę.

Interim superstitione earum dyabolo locū præbente, vt in filios diffidentię operari possit.

Quū ordinabatur Exorcista, accipiebat de manu Episcopi libellū, in quo scripti erant exorcismi, dicente ei Episcopo: Accipe & cōmenda memorię, & ha-

Acolythorum officium. Laodice- nū concilii ca. 22. & 24. Cerei quid significant in ecclesia. Ioan. 1. Ritus ordinandi acolythum.

Cō. Aph. 4. cap. 6. ferarius. Eucharistia sanguinis Christi. Psalms. Cō. Aph. Refelluntur aduersarij. Primitiua ecclesia agnoscit ordines minores. Canones apostolorū recollecti per Clementem.

beto potestatem imponendi manus super Energum enū siue baptizatum, siue catechumenum.

Acolythi dicti sunt, qui in hoc erant vocati, vt constitutos in maioribus ordinibus proximē comitarentur, ipsisque ministrarēt. Acolythus enim græce, latinē affectator, comes seu ministrans dici potest. Vnde olim & ministri generali vocabulo dicebantur, vt subindicat Concilium Laodicenum cap. 22. & 24. His postea mādatum est, vt cereos (quū in ecclesia Euangelium legeretur, & sacrificiū laudis celebraretur) presbyteris ac diaconibus ministrantes anteferrent, idq; in signū lātūtiæ, vt vel sic fidelium animi cæremonia exteriori incitarentur ad contemplandam Euangelij lucem, atque ad eō ad erigendam mentem ad ipsum Christum (qui est lux vera, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum) debitāsque laudes Deo per Christum dicendas prouocarentur. Hi quum ordinabantur, ab Episcopo docebātur qualiter in officio suo agere deberent. Et ab Archidiacono accipiebāt cero ferarium cum cereo, vt scirēt se ad accendēda ecclesiæ luminaria mancipari. Accipiebant quoque vrcolum vacuū ad suggerendum vinum in Eucharistiam sanguinis Christi.

Præter hos erant & Psalmistæ, id est cantores, qui tamē inter ordines non computabantur, quōd Episcopi ordinationē non expectarent, sed sola iussione presbyteri suum officium exquerētur, dicētibus ipsis presbyteris: Vide vt quod ore cātas, corde credas: & quod corde credis, operibus comprobēs.

Sunt qui hōcē minores ordines simul cū subdiaconatu (de quo statim dicemus) veluti humanum atque etiā nouum commentū rideant, qui hoc ipso se doctis omnibus deridēdos propināt, quōd facile ex receptissimis authoribus comprobari possit, primitiuam etiam ecclesiam eosdem ordines reuerētē agnouisse, ac longe sanctius quā in presentiarum, coluisse. In primis siquidem ex vetustissima traditione accipimus, quōd & argumēta illa nequaquā noua, apostolicis epistolis præfixa testantur, Paulum Apostolum scripsisse vtranque ad Thessalonicenses ab Athenis per Tychicū diaconem, & Onesimum acolythum, vt vel hinc cōstet, & Pauli tempore acolythos ecclesiæ fuisse in ecclesiæ ministerium ascitos. Itidem Canones apostolici, quos Clemens Petri successor recollectos nobis reliquit, quos & Iustinianus Imperator in Constitutionibus suis nouellis, expressis verbis toties

apostolis tribuit, quos irem vltra longævam, & constantē in ecclesia opinionem, sancta etiam sexta synodus (quū in controuersiam denuō vocarentur) grauissimā sententiā agnouit. Hi, inquam, apostolici Canones & Subdiaconi & Lectoris & Cantoris expressim meminerunt, Dionysius Areopagita vetustissimus citra controuersiam scriptor, & Ostiarij, & Lectoris ac aliorum clericorum mentio nem facit.

Deinde, inquit, ministrorum officio, sanctarum scripturarum lectio suo ordine recitatur. Et paucis interiectis subiungit: Porrō ministrorum alij quidem pro clausis tēpli forib⁹ astant, alij proprij aliquid muneris agunt. Quōd vero quidā de auctore libri subdubitant, negantes Dionysiu Areopagitam, quem a Paulo conuersum legimus, cum librū conscripsisse, idq; potissimū ea coniectura ducti, quōd putēt illis tēporibus tantum vsum cæremoniarium non fuisse, ij sanē hac ratione nihil apud nos efficiunt. Nam quod ad distinctissimam rerum & ministrorum ecclesiæ ordinationem, & piarū cæremoniarium obseruationem attinet, nemo vetustatis studiosus, vt putamus, negabit, has in veteri ecclesia longe digētius quā in nostra fuisse custoditas, atque ad eō numero cæremoniarium non ad eō multum accessisse, licet pietati decesserit plurimum, siquidē & Paulus apostolus vbiq; testatur se hoc summo serio curasse, vt omnia honestē & secundū ordinē in ecclesia fierent, ac quōsdam ab ordine in ecclesia recētē custodite, plurimum laudat ac commendat. Rursus iu-

bet Thessalonicensibus, vt subtrahāt sese ab omni fratre ambulante inordinatē, & non secundū traditionem quam acceperūt ab ipso. Quid multis opus? Nōne prior illa ad Corinthios epistola, magna ex parte occupata est in piis cæremoniis ac sanctis ecclesiæ moribus, etiā minutulis (quale est quōd mulier vetatur orare nudo capite) constituendis ac formandis, sic vt omnes ab ecclesia, reiciat, qui contentiose, ecclesiæ moribus obluctari velint. Quid quōd alibi tam sollicitus est Paulus de constituendis episcopis ac diaconis, deligēdisque viduis ecclesiæ ministraturis?

Verū quōd cæremoniæ atque etiā Ordines isti minores quos recensuimus paulatim in contemptum venerint, id cuiquā mirū videri nec debet, nec potest, modō veteris ecclesiæ faciē ad nostram conferat, videbit enim penē omnia, ipso rerum abusu sensum irrepente, vitiatā esse. Olim

Iustinian⁹ in autentico. V. l. synod. agnouit canones apost. cap. 25.

40. 41. Dion. de eccle. hier. cap. 3. Ostiarij. De auctore libri. eccle. hier.

In veteri ecclesia ordo pulcherrimus & præfissime cæremone.

1. Cor. 14. 2. Thes. 3. 1. Cor. 9. & ca. sequen. Tit. 1. 1. Tim. 3. Qui faciunt quod ordines minores sensim in cōtemptum veniunt.

Veteris ecclesie mos. Vide annotationes. B. rhenani in Eusebium Eccl. hist. lib. 9. cap. 9. Dominica templa appellata sunt in quibus propter dominum coibant, unde Germanianus episcopus palam templa domini vocant. 1. Cor. 4. Ordo veteris ecclesie penes confusus.

quum Episcopus cum suis presbyteris, Diaconibus, Subdiacombus, Acolythis, Exorcistis, Lectoribus ac Ostiariis singulis suis officiis intenti incuberent, quum laici ad Dominicum (sic enim cathedralis ecclesia nuncupabatur) non confabulandi seu de rebus friuolis cogerrandi, sed magis lectionum, concionis, & sacri audiendi, participandi que corporis & sanguinis dominici, ac precum gratia cateruatim confluerent: quum episcopus syncere tractaret ac dispenseret verbum Dei, populus religiosa attentione reuerentia auscultaret, non ut verbum hominis, sed ut verbum Dei, cum sacerdos reuerentissimè tractaret mysteria, & populus totus ad ea, quae agebantur intetus, haec omnia religiosè veneraretur, cum Cathecumeni, Energumeni, Penitentes, & caetera plebs sancta in suas quique classes distribuiti, clericorum monitis parerent: rursus cum Clerici in suo quisque officio, quae singuli singula gerebant, non cessarent, sed pulcherrimo ordine quisque quod agendum receperant, mutuo subservientes, exequerentur: nonne tum ecclesia plurimum habebat, non solum alacritatis, sed etiam maiestatis? Nonne vim magnam habuisse existimandus est legitimus ille & pius conventus, qui prophanos in admiratione sui rapiebat, sicut Paulus testatur, idiotam aut incredulum ingressum ecclesiam sanctorum, procidere in faciem suam, & adorare deum, profitentem quod verè Deus sit in medio eorum? At postea cum ecclesiae cathedrales primum in monachorum, deinde in canonicorum collegia commutatae, & minores Parochiae prope Dominicum edificatae, & in singulis singuli. Parochi minores constituti sunt, coeperuntque hi parochi in suis quique Parochiis ecclesiastica officia, quae olim in dominico, distincti clericorum ordines gerebant, indiscriminatim obire ac peragere: factum est, ut vix umbra veteris ecclesiae nostris cathedralibus ecclesiis (quae nunc magis deambulationibus ac prophanis colloquiis, perinde ac fora publica a plebe foedantur, ac nulla plenè pietate inuisuntur) remanserit. Adde quod nemo ferè nunc suo officio ad veterem morem fungatur, nominantum retinemus, munus nemo exequitur, sed in pueros seu conductitios passim relegatur. At olim quam non fuerit commendandum etiam illud inter caetera minimè munus Ostiariorum in veteri ecclesia, vel opima illa stipendia, ecclesiarum cathedralium custodibus (qui & thesaurarii vocantur, in locum sanctorum surrogati) constituta, satis indicat, quae quum illi per-

cipiant, de officio etiam Ostiariorum ad veteris ecclesiae morem exequendo, cogitare merito debebunt. Lectorum officium partim in pueros, partim canonicos promiscue delegatum est, sed qui neque populo, neque clero, quin nec sibi ipsi, saltè ad veterem illum ecclesiae morem, hoc est ad aedificationem, legerent. Nam quoruscumque est qui quod ore legit, corde percipiet, & quod corde credit, operibus comprobet? Exorcistarum officium penè totum absoleuit, ut vix vestigium eius appareat. Acolythi munus pueris (quod chorales vocamus) demandatur. Vides quàm sint omnia confusa, ac in diuersum mutata, color sanè optimus in colore pessimè, ut mirum esse non debeat, si haeretici videtes vix quenquam ex destinatis ecclesiastico ministerio suo officio fungi, officii simul (quae solis tantum vocabulis retinetur) cum personis illudant. Vtinam Deus optimus maximus, repurgatis omnibus abusibus ac sublati erroribus vniuersis, ecclesiam suam maiestati quandoque restituat: quod ubi factum erit, tum facile cuius persuadebitur in veteri ecclesia non solum minores ordines, sed & caetera monias quas Dionysius ille recenset, extitisse. Consentit autem Dionysio beatus ille Ignatius martyr, Ioannes Apostoli discipulus, qui in epistola quam ex Philippis ad Antiochenes perscripsit, minores ordines simul cum maioribus ad vnum ferè omnes nominatim recenset. Saluto, inquit, sanctum presbyterum vestrum, Saluto sanctos diaconos. Item, Saluto subdiaconos, lectores, cantores, ostiarios, laborantes, exorcistas, atque confessores. Saluto custodes sanctarum portarum, Diaconissas quae sunt in Christo. Saluto susceptrices Christi virgines, quas ego nutriui in domino Iesu. Saluto pudicissimas virgines. Saluto plebem domini à minimo vsque ad maximum, & omnes sorores meas in domino. Itidem Clemens Petri successor, & proximi quique post eum Romani pontifices, inter quos est Anacletus, Subdiaconorum & reliquorum ministrorum meminerunt. Denique vetustissima illa Concilia, quae totus penè recipit orbis Christianus, Ordines minores in ecclesia semper extitisse comprobant, veluti Laodicea. cap. 23. & seq. Calcedonense. 4. cap. 6. & seq. Toletana. 1. cap. 4. Toletana. 4. cap. 40. Bracharense. 1. cap. 28. & seq.

Quin & diuus Ambrosius post Cyprianum ac reliquos patres palam testatur, non tantum maiores, sed & minores hosce Ordines, non omnino humanitas, sed magis di-

Abusus Ordinum minorum.

1. Cor. 14.

Corrupti mores ecclesie ministrorum haereticis causam subsannam di praebet. Pium votum.

Dionysius. Ignatius in epist. ad Antiochenes.

Ostiarius.

Clemens.

Anacletus.

Ambrosius in epistol. ad Eph. c. 4.

Minores ordines ex christi auctoritate in ecclesia constituti.
Acto. 6.
7. & 8.

uinitus & ex Christi auctoritate in ecclesia institutos fuisse: Nā in cōmentariis in epistolam ad Ephesios, in eum locū nēpe: Et ipse quosdam quidem dedit apostolos, quosdam autē prophetas, alios verō euangelistas, alios autem pastores & doctores, ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi, &c. Ambrosius ipse non est veritus dicere, in Apostolorum locum Episcopos successisse: Prophetas verō explanatores & interpretes esse scripturarum, qui ordo non potest esse presbyterij. Euangelistas verō diaconos, sicut fuit Philippus, qui etiam non sint sacerdotes, euangelizare tamen possunt sine cathedra, quemadmodum & Stephanus & Philippus memoratus. Pastores verō sint, ac esse possint lectores, qui lectionibus faginent populum audientem, quia non in pane tantum uiuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Magistri autem sint exorcistæ, quia in ecclesia ipsi cōpescunt & verberant iniquos. Hæc ille Itaque non dubium est, Ambrosium in ea etiā sententia fuisse, ut qui in hos minores Ordines cooptaretur, eisdemque dignè reciperent, gratia quadam communiri, ut eisdem etiam rectè, hoc est in ecclesiæ ædificationē uti ac de fungi possint, utque ea quæ in ecclesia pro ratione concediti muneris agerent, rata essent. Constat autem Ordines istos minores veluti gradus quosdam fuisse, per quos explorati, gradatim ad maiores pertraherentur, nisi aliud diuina reuelatione fuisset indicatum, nam & Paulus vetat neophytum

*Dente. 8.
Matt. 4.*

Quid tribuatur in collatione minorum Ordinum.
Olim ad presbyterij gradatim vocabatur in minoribus ordinibus explorati.

Episcopatum suscipere. lam qui in nullum horum ordinum essent asciti, Laici appellabantur, qui & cancellis olim ab altari, dum sacra mysteria celebrarentur, arcebantur, quemadmodum ex Concilio Moguntino relucet. Atque hinc factū est, ut Ambrosius Theodosium, tametsi Imperatorem, atque etiam Christianum & pium virū, in choro inter sacerdotes consistere, & clericorū sedilia occupare vetuerit, censens ordinum Ecclesiasticorum rationem non contēendam, ac decorum non minus in ecclesia quàm in synagoga seruandū.

*1. Cor. 3.
Ambro. Theod. 1.
Imperator Officium subdiaconorum. In veteri ecclesia oblationes ad altare largiter fiebant.*

Restat ut de subdiaconatu ac cæteris maioribus ordinibus paulo latius dicamus. Hypodiaconorū munus in eo sitū fuisse, ut diaconorum officijs proximè subuenirēt, ac eorum præceptis parerent, vel ipsam vocabulum indicat. Inter alia vero ipsorū officij erat, oblationes quæ à fidelibus in templo inferebantur, suscipere, ac Leuitis seu Diaconis altaribus

taribus superponēdas deferre: quæ certè in veteri Ecclesia sic fiebat, ut ad victum, cum sacerdote ac cæteris ecclesiæ ministris, tum pauperibus sufficerēt, ut nemo eum morem ridere possit, qui veteris ecclesiæ consuetudinem nouerit. Nam & Paulus testis est, eum qui altario seruit, debere etiam de altario viuere, ut interim scilicet quæ Apostolus de collectis in sanctos faciendis, ad Corinthios diligentissimè perscriptit. Nec dubium, fideles ecclesiæ primitiua, Pauli doctrina edoctos ac incitatos, has oblationes liberaliter ac hilariter attulisse. Postea, cū sacerdotia seu beneficia ecclesiastica in vsum ministrorum erecta ac dotata sunt, mos iste oblationes ad altare faciendi, paulatim imminutus est, tādē penè totus obsoleuit. Interim tamen necessitas ipsa coget, ut in parochiis, quæ nullos habent destinatos prouentus, aut stipēdia, quibus alantur ecclesiarum ministri, mos iste aut renouetur, aut alia certe via ipsis ministris prouideatur, saltem in eum modum quē in canonibus prouincialis nostri Concilij indicauimus, ac præscripsimus. Nam omnino dignus est operarius mercede: & lex vetat, ne obligemus os boui trituranti.

Deinde subdiaconis incumbabat, ut tantum de oblationibus, id est consecrandis hostiis (quæ nunc oblata vocamus) super altare ponerent, quantæ sufficere possint populo: olim enim populum frequentissimè communicabat.

Postea etiam subdiaconis, quod prius solis diaconis incūbebat, permissum est: nempe Epistolam ad populum pronuntiare, calicē & patenā ad altare Christi deferre, ac Leuitis tradere, Vrecolū quoque & mappam tenere, episcopo, presbyteris & Leuitis aquam lauandis manibus ante altare præbere, Corporales (ut vocant) & pallas & substratoria lauare. Siquidem hæc, atque adeo omnis attrēctatio rerum sacrarū, veluti calicis, corporalis, & similibus rerum, laicis vetita erat, quod & in Canonibus Concilij nostri prouincialis cauimus.

Denique, hoc erat subdiaconis cum Diaconibus commune, quod sacris induti vestimentis episcopo sacrificanti testes affarent, custodientes eum à malis hominibus, & consensum præbentes sacrificio, quemadmodum Anacletus meminuit.

Legimus quoque Fabianum pontificem septem subdiaconos in hoc ordinasse, ut septem notariis imminerēt, & gesta martyrorū veraciter ex integro colligerent, ac ipsi pontifici rimāda manifestarēt: idque propterea ne aliqua in eis illusio in-

2. Cor. 9.
2. Cor. 8.
& 9.

Omnino curandum ut parochus supplicat victus.
Mat. 10.
1. Tim. 5.
Deut. 25.
1. Cor. 6.
Oblata.

*De consecra. dist. 1.
c. episcop.*

De subdiaconis, qui ad gesta martyrorū describēda deputati erant.

*Gelasius
in decreto
apochry-
phis scrip-
tura.*

*1. Tim. 3.
Tit. 1.*

*Diacono-
rum officii.
Ecclesie
ministro-
rum &
pauperum
in veteri
ecclesia
summa cu-
ra habeba-
tur.*

Acto. 2.

Acto. 6.

1. Tim. 5.

Acto. 6.

Ibidem.

*Diaconi
per manus
impositio-
nem ordi-
nati.*

nenirent, ex qua fidelibus scandalū oriatur. Fuit quidem vir ille piē motus, sed votis suis non successit euctus, quod in locum verē gestorum quādam Legendæ sanctorum (vt vocat) suspectissimæ fidei, non sine offendiculo plurimorum fuit suscepta, quod & Gelasius Pontifex queritur: atque vtiā summus Pōtifex adhuc viris aliquod iuxta doctis ac piis hoc negotij delegaret, vt notha à veris, germana ab adulterinis dicerentur, quod hoc ipso hæreticis ansa ecclesiam subsannandi multa ex parte adimiretur. Et quāuis subdiaconatus nunc inter maiores ordines (vt diximus) computetur, subdiaconi tamen cum ordinantur, manuum episcopialium impositionem non suscipiunt, quod de diaconibus & presbyteris Apostolus præcepit.

Diaconi græcè, latinè ministri dicuntur, quod toti ecclesie seu congregationi ministraret, potissimum autem episcopis & presbyteris. In primitiua ecclesia (vti paulo ante attigimus) summa ratio, ecclesie ministrorū ac pauperū habebatur, agebaturq; hoc præcipua cura, ne quis in ecclesia egeret: quin tanta erat mutua inter primos illos Christianos charitas, vt omnia pariter communia haberent, possessiones & substantias venderent, & pretia eorum quæ vendebant, afferrent, & ponerent ante pedes Apostolorum: qui tum singulis diuidebant, prout cuique opus erat, vt ebanturque etiā in hoc ministerio viduarum, quæ se ecclesie consecrassent, deissentque. At cum postea crescente numero discipulorum, Græci aduersus, Hebræos murmurarent, eo quod despicerentur in ministerio quotidiano viduarum eorū, viderentque Apostoli sese huic muneri vacare non posse, cōuocata multitudine discipulorum, dixerūt: Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mēsis. Considerate ergo viros ex vobis boni testimonij septem, plenos Spiritu sancto & fide, quos constituamus super hoc opus. Nos vero orationi & ministerio verbi instantes erimus. Qui sermo quum placuisset toti multitudini, elegerūt Stephanum, virum plenum fide & Spiritu sancto, ac alios sex, quos statuerunt ante conspectum apostolorum, qui orantes imposuerunt eis manus. Erat ergo diaconis dispensatio thesauri Ecclesiastici, & cura pauperum & ecclesie ministrorum in primis mandato. Deinde, vt estatut Clemens, diaconi veluti Episcoporum oculi erant, oberrantes & perlustrantes cum verecundia, actus totius ecclesie

perferunt diligentius, si quem vidissent vicinū fieri præcipitio & proximum esse peccato, vt referrēt hæc ad Episcopum, vt commoneri ab eo possit is qui in præcipitium lapsus est, vt reuocet pedem, & nō corruat in peccatum. Negligētiore quoque & eos qui rarius ad audiendum verbū Dei, nec sollicitè ad Episcopi tractatū accedebant, ipsi commonefaciebant ac hortabatur. Præterea (vt Euaristus ait) custodiebant Episcopum prædicantem, ne ab insidiatoribus quoquo modo infestaretur, aut læderetur a suis, aut verba diuina detrahendo aut insidiando polluerentur ve despicerentur. Item, Diaconorum officium est, episcopis & sacerdotibus assistere, quum sacra mysteria tractat, & quum sacramenta benedicunt ac administrant. Præterea nomina cathemenorum recitare, ordinādos Episcopo offerre, ac testimonium de eorū vita & cōuersatione præbere, cōponere mēsam domini, oblationes inferre & disponere in altari, p̄monere, aures habere ad dominū, Euangelium & Epistolā ad populū pronūciare (etsi nunc Epistola per subdiaconum recitetur) atque ad eō prædicare & hortari, sed sine cathedra, pacē annunciare, sacramentum Eucharistie à sacerdote consecratum erogare ac dispensare populo, vt sicut erat in sacerdote ministratio, ita in ministro dispensatio sacramenti. Ne verò putes, hæc posteriora diaconi officia recēs inuentum esse, inuenies Hieronymum ad Rusticum Episcopū Narbonensem, hæc omnia penē diacono tribuere. Nec vti vanum commentum existimandum est, quod de beato Laurentio martyre, beati Sixti diacono, legitur. Is siquidem vtrunque ministerium in ecclesia gessit. Nam & thesauros ecclesie pauperibus fidelissimè distribuit, & Sixto pontifici in his quæ ad Deum erant, indiuiduus assistit minister: quem quum ad mortem traheretur, sic clamasse fertur: Quod progredieris sine filio pater? quod sacerdos sancte sine ministro properas? Tu nunquam sine ministro sacrificium offerre cōsueueras. Quid in me ergo displicuit paternitati tuæ? nunquid degenerem me probasti? experire certe vtrum idoneum ministrum elegeris, cui commisit dominici corporis & sanguinis dispensationem. Videntur autem esse diaconi in ecclesia suscepti Leuitis synagoga: quo fit, vt & ipsi Leuitæ appellentur. Quod autem Leuiticis tribus à patriarcha Leui originem ducentis, officium fuerit, libri Leuiticus & Numerorum explicant. Præcepit siquidem domi-

Euarist.

*Hiero. ad
Rusticū,
Narbonē.
Episcopū.
Sixtus.
Laurent.*

*Diaconi.
Leuitæ.
Num. 3.
Syna-
goga.*

Nūc. 14. nus Moyſi, & poſt ordinationem Aaron & filiorū eius, tota tribus Leui ad diuini cultus miniſteria prorsus ordinaretur & conſecraretur domino, & feruiret pro Iſraēl corā Aarō & filiis eius in tabernaculo, vtq; geſtaret arcam & tabernaculū & omnia vaſa eius, & in circuitu tabernaculi excubaret, ac in transportando tabernaculo ipſi deponeret, rursūmq; cōponerent. Iubebantur autem à viginti quinque annis & ſupra feruire in tabernaculo. Vides ergo quomodo eccleſia in diaconis repræſentet, quod Moyſes de tribu leui ex diuino mādato ſtatuit. *Quum* itaque diaconi munus in eccleſia nō ſit vulgare, non erat temerē cuiquam cōmittendum, ſed cū magna ac diligenti exploratione, quod ab Apoſtolis diligenter obſeruatū eſt. Proindeq; Paulus requirit diaconos eſſe pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe luctum ſeſtantes, habentes myſterium fidei in conſcientia pura. Et hi, inquit, primū probentur, & ſic miniſtrent, nullum crimen habentes. Poſtea diaconibus bene miniſtrātibus pollicetur, quōd gradum bonū ſibi acquirant, & multā fiduciam quæ eſt in Chriſto Ieſu. Hæc ſuſus viſum eſt attingere, vt ſaltem intelligant noſtri diaconi, quod miniſterium in eccleſia ſuſceperint, cuius vix vmbra repræſentant. Nam quod poſitiſſimum ipſorū officij erat, propemodum penitus abolitū cernimus: quōd nunc diaconi nullā penē gerant pauperū curam, quāuis vicifiſim laicos reperias hodie quā paucos, qui vt in primitiua eccleſia largi ſunt in cōferendis elemoſynis, in eccleſia miniſtros ac pauperes diſtribuendis, quæ olim tam liberaliter in eccleſia in manus diaconorū deportabantur, vt theſauri nomen acciperent, quem certē maximū expendit Laurētius. Et Chryſoſtomus teſtis eſt, eccleſiam Conſtantinopolitanam ſuo tempore aliquot millia pauperū aſuiſſe. Gregorius item quotidie multa millia pauperum, Virginum & viduarū ſuſtentauit. Atque vtinam tam pius eccleſia mos in eccleſiam reuocetur: quod quomodo tentandum ſit in Canonibus Concilij noſtri prouincialis oſtendimus. Diaconus quum ordinatur, ſolus Epiſcopus qui eum benedicit, manus ſuper illius caput ponit, quia non ad ſacerdotium, ſed ad miniſterium cōſecratur. Olim in ſingulis ciuitatibus, tamenſi paruis, ſeptem erant diaconi, preſbyteri autē ſecundum loci rationem pluriſimi interdum erāt. Quo factum eſt temporum ſucceſſu, vt diacones paucitas honorabilis, preſ-

byteros turba contemptibiles fecerit, adeo, vt in quibuſdam eccleſiis diaconi ſe preſbyteris anteferre præſumerent, quorum ſupercilium diuus Hieronymus ad Euandrum grauitate reprehendit. Eligebant præterea diaconi ex ſe, quem induſtrium nouerant, quem Archidiaconū nuncupabant. Hodie pauciſſimos reperias qui hunc ordinem à ſacerdotio ſeparatim gerant, præterquam in cathedralibus & collegiatis eccleſiis, vbi ex Canonice quidam diaconi canonice appellantur, qui hoc ſolo diaconi ſunt, quōd interdum lectionē Euangelij in Miſſa pronunciant, & in capitulis, quæ diſciplinæ vocāt, quaſdam partes in delinquentes ſibi vendicant.

Preſbyteri, qui ſummū in eccleſia ordinem gerūt, latine ſeniores appellātur, quo nomine preſbyter Petrus compreſbyteros ſuos appellat. Seniores, inquit, qui in vobis ſunt, obſecro cōſenior & teſtis Chriſti paſſionū, &c. Seniores autē appellati ſunt, non tā ob aratem vel ſeneſcutē, ſed magis ob morum grauitatem & ſapientia doctrine, quæ in ipſis quam maximē debet elucere. Nam vt ſcriptum eſt, Senectus venerabilis eſt, nō diuturna, nec annorum numero cōputata. Cani enim ſunt ſenſus hominis, & ætas ſeneſcutis vita immatula. Quod & Paul⁹ in Timotheo epiſcopo ac preſbytero teſtatur: nemo, inquit, adoleſcentiam tuā contemnat, ſed exemplum eſto fidelium in verbo, in conuerſatione, in charitate, in fide & caſtitate. Et poſt pauca: Noli negligere gratiā, quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiā cū impositione manuum preſbyterij. Dicuntur etiā qui ex hoc ordine ſunt, Sacerdotes, à ſanctificando ſeu à dando vel conſciedo ſacra. Conſecrāt enim & ſanctificant corpus Chriſti. Hunc ordinē ſurrogatum eſſe conſtat in locum minorū ſacerdotum veteris legis. Quum enim Moyſes Aaronem in ſummū pontificē conſtituiſſet, filios eius vnxit in minores ſacerdotes. Ad eundem modum Chriſtus primū duodecim elegit diſcipulos quos & Apoſtolos vocauit, quorum locum in eccleſia obtinent Epiſcopi: deinde alios ſeptuaginta duos diſcipulos deſignauit, quorum locum in eccleſia tenent preſbyteri. Nō eſt tamē putandū epiſcopos alium in eccleſia ordinem à preſbyteris cōſtituiſſe. Nā in primitiua eccleſia iidem erant epiſcopi & preſbyteri: quod apoſtolorū Petri & Pauli epiſtolæ, diuus quoq; Hieronymus, ac ceteri ſerē omnes veteres eccleſiaſtici ſcriptores atteſtātur, & præſertim locus ille. i. Petr. 5.

*Et ſer. ad
Euandriū.
c. legim⁹.
63. diſt.*

*i. Petr. 5.
Preſbyteri
ſeniores*

Sapient. 4.

*i. Tim. 3.
Ibidem.*

*Sacerdotes
unde
diſt. i.
Exod. 29.*

*Mat. 10.
Apoſtoli*

*Luca 10.
LXXII.
diſcipuli.*

Philip. 1.

ad hoc commonstrādum euidens est, nam quum dixisset Petrus presbyteros qui in vobis sunt, precor ego compresbyter & testis passionum Christi & futuræ quæ reuelanda est gloriæ participes, subiecit: Pascite seu regite eum qui in vobis est gregem Christi, & inspicite non ex necessitate, sed voluntate iuxta Deum. Quandoquidem græcè significantius dicitur *ἰσχυροὶ ὄντες*, id est super atcedentes, unde & nomen episcopi tractū est. Quamobrem sacerdotiū summus ordo in ecclesia existimatur. Interim tamen nemo ignorat hunc ordinē rursum ordine quodam officiorum ac dignitatū distingui. Nam quidam sunt Episcopi, qui & pontifices, Antistites seu presules, quidam Archiepiscopi seu Metropolitanī, quidā primates, quidam Patriarchæ, quos omnes dignitate antecellit, Papa ecclesiastica dignitatis apicem tenens, cuius dignitas respōdet ad summum pōtificatum veteris legis: quæ graduum presbyterij distinctio ad sectas comprimēdas facta est. Nam vt Hieronymus ait, quōd postea vnus electus est ex sacerdotibus qui cæteris præponeretur, in schismatis remedium factū est, ne vnusquisque ad se trahens ecclesiam Christi rumperet.

Episcopum diuus Hieronymus in loco iam citato, super atcedentē, & Ambrosius de dignitate sacerdotali. cap. 6. superinspectore interpretatur, qui & speculator dici potest. Antistites & Præsules dicti sunt, quōd cæteris dignitate præminerent. Pontifices (si Scæuolæ credimus) dicebantur à posse & facere, quanuis Terentius Varro eos à ponte dicto arbitretur, quōd ab iis sublicius factus sit primum, nomen à gentilitate in Christianismum translatum. Et vt Romani veteres, olim minores & maiores pōtifices, & inter hos vnus summum, qui omnes sacris præerant, habebant: ita & nos in Christianismo easdem denominationes seruamus. Archiepiscopi dicti sunt, tãquam primores Episcopi, qui & Metropolitanī seu Metropolitanī appellati sunt, à Metropoli, id est à matre ciuitate, quasi eius ciuitatis quæ totius puincie veluti mater est, episcopi. Patriarchæ dicti sunt, veluti primores seu summi patres, horū ante Constantinū Imperatorē numerabantur tres tantū, nempe Romanus, Antiochenus & Alexandrinus, nam principio sub Antiocheno erat Hierosolimitanus, post Cōstantinū additus est quartus Cōstantinopolitanus, horum summus est Romanus, nō quōd ordine sacerdotij ceteros antecellat, sed magis plenitudine administrationis re-

giminis ac potestatis. Hanc enim apud vnum esse oportet in ecclesia, vt ecclesiæ vnitas monstretur ac conseruetur. Exerere dixit Anacletus, ceteros apostolos cum Petro pari cōsortio, honorem & potestatem accepisse, sed tamen sacerdotij principatū Petro (cuius successorem vetustissimi qui que scriptores pontificem Romanum esse cōstantissimè perhibent) tributum, vt ab vno post Christū sacerdotalis ordo pendere videretur. Quod beatus Cyprianus hisce verbis confirmat: Loquitur, inquit, Dominus ad Petrū: Ego tibi dico, quia tu es Petrus, & super istam petram edificabo ecclesiā meā, & portæ inferorū nō vincent eam. Tibi dabo clauēs regnī cœlorū: & quæ ligaueris super terrā, erūt ligatæ & in cœlis: & quæcūque solueris super terram, erunt solutæ & in cœlis. Et idē post resurrectionē dicit: Pasce oues meas. Et quāuis apostolis omnibus post resurrectionē suam parem potestatē tribuat & dicat: Sicut me misit vnus pater, & ego mitto vos: Accipite spiritum sanctum: Si cui remiseritis peccata, remittentur illi: si cui tenueritis, tenebuntur: tamen vt vnitate manifestaret, vnitatis eiusdē originē ab vno incipientē sua auctoritate disposuit. Hoc erāt vtrique & cæteri apostoli quod fuit Petrus, pari cōsortio, præditi & honoris & potestatis, sed exordium ab vnitate p̄ficatur, vt ecclesia vna mōstretur. Et post pauca: Quā vnitatē firmiter tenere & vindicare debemus, maxime Episcopi, qui in ecclesia præsidemus, vt episcopatum quocūque ipsum vnū atque indiuisum probemus. Episcopatus vnus est, cuius à singulis insolidū pars tenetur. Hæc ille. Et Hieronymus ad Euagriū testatur, Episcopū siue Romæ, siue Eugubij siue Cōstantinopoli, siue Regij, siue Alexandriæ, siue Thebis, breuiter vbiq̄ue existente, eiusdē esse meritū, eiusdē etiam sacerdotij. Sacerdotij ergo potestas, res spiritalis est & incorporalis, quæ diuidi nō potest. Hanc singuli episcopi in suum quisque gregē insolidū possident, sed p̄refex Romanus (veluti illius successor, in cuius persona Christus hanc potestatē ecclesiæ tradidit) hanc in vniuersam super totū gregē Christianū tenet, quam & exercere poterit ac debebit, vbi viderit rē postulare. In hoc enim cōstitutus est, vt fratrum suorū negligentia suppleat: quod planē Christus, indicare voluit, cum Petrum alloquitur: Simon, Simon, inquit, ecce satanas expectauit vos, vt cribraret sicut triticū: Ego autem rogavi p̄ te, vt nō deficiat fides tua, & tu aliquando cōuersus, cōfirma-

teris præstet.

Anacletus ca. in nouo testamento. 91. dist. Cyprian. Matt. 16.

Ioan. vlti. Ioan. 20. Vnitatis obseruanda causa vniuersis prælati est.

Vnus episcopatus.

Mat. 16. Ioan. vlt.

Lucæ 22.

Simile. fratres tuos. Quod si nō satis intelligis quī fiat vt par sit singularis Apostolis potestas, & tamē Petrus principatū gerat, accipe simile: Paterfamilias pluribus seruis negotiādi prouinciam ex aequo partitur ac demādat: ne tamen negotiationis unitas dissipetur, vni ex eis potestatem facit, vt is non tantum in suam partē, sed & in aliorum partes respiciat, & sicubi aliquis ex cōseruis in officio cessauerit cum vt ad functionem suam reuocet, ac prospiciat, ne cōmunis negotiatio iacturā patiatur. Quamobrem ceteri Episcopi rectē dicuntur vocati in partem sollicitudinis, summus verō Pontifex in plenitudinem potestatis: habent enim illi sibi assignatos greges, singuli singulos: huic vniuersi crediti sunt. Cū enim Christus teritiō interrogasset Petrum, num se plus aliis diligeret, atq; ille respondisset, Tu scis Domine quia amo te, subiunxit, Pasce oves meas. Quod tam exētm a Christo ad nullum alium ex Apostolis singularim dictum reperimus.

Idē. vlt. Episcopi vocati in partem potestatis ordinis sed nō iurisdictionis. *Ioan. 20.* *Mat. 16.* *2. Cor. 10.* *Ephes. 4.* *Clauoribus* *facerdotibus* *eadem.* *Vid. ec. si quis suadē* *te diabolo.* *17. q. 4.* *ca. nō dubiū cap. de his c. quanuis de senten. excō.* *Hier. damaso p. Ambro.* *Siricio.* **D**icimus autem ceteros Episcopos vocatos in partē potestatis ordinis, sed nō iurisdictionis. Idq; non sine ratione. Potestas enim ordinis collata est pariter omnibus apostolis. Potestas verō iurisdictionis propriē collata est toti ecclesiae, idq; in personā Petri. Romanus ergo pontifex, quod ad clauē iurisdictionis attinet, maiorē habet ligandi ac soluendi potestatem quā ceteri. Ipsi enim p̄ temporū & rerū necessitate in aedificationē ecclesiae potestas est condendi leges seu canones, quibus cōrumaces ab externo ecclesiae cōsortio repellat, & vicissim resipiscētes solus recipiat & recōciliat. Hęc tamen clausi iurisdictionis, clauē Ordinis quibuslibet sacerdotibus cōmissam (quæ conscientiā ipsam astringit vel soluit) nō remoratur, modō qui clauē iurisdictionis legitus est auctoritatē Apostolicā sedis non contemnat, sed potius se resipiscētem contestans, re ipsa probet se in eā angustiam deuenisse, vt omnino ei potestas non sit Apostolicā sedē, priusquam absoluat, absque corporis periculo securē ac tuto adeundi ac interpellandi. Quamobrē potestatem absoluedi quantūlibet criminosos in extremis cōstitutos (quōd ad forum conscientiae attinet) apud quoslibet sacerdotes esse constat. Porrō Papæ nomen, nō est tam recens aut infrequēs in ecclesia, vt quidā contendunt. Quin potius frequentissimū fuit sanctis patribus. Hieronymus siquidē Damaso papę scribit. Et Ambrosius Siricio Papę lib. 10. Epist. 81. licet non infi-

ciemur hoc nominis olim non soli Romano pontifici tributum, cum & Augustino ascriptum reperitur.

Presbyterorum officium, in primis in prædicatione verbi, dein in conficiēdo corpore & sanguine dominico & ceteris sacramētis administrandis (cōfirmationis tamē & Ordinis, quæ solus Episcopus ob Ecclesiae unitatē retinendā administrat, exceptis) deniq; in orando Deū pro totius ecclesiae & populi Christiani prosperitate, sitū est: Hęc munera sacerdotis toto conatu amplecti cōuenit. In his promodū solis exerceri, minoribus officiis interim in alios reiectis. Nam verbum apostolici senatus est: Non est æquum nos de relinquere verbū Dei, & ministrare mētis. Et post pauca: Nos verō orationi & ministerio verbi instantes erimus. Diximus autē de hac re latius in canonibus Concilij nostri, titulo de officio ac vita clericorū generatim: item titulo De Parochis ac eorū vicariis. Quod autē sit officium Episcopi, Canon primus atque adeo totus titulus de munere Episcopali declarat. Quales etiā in episcopos ac sacerdotes eligi ac cōstituti oporteat, Paulus ad Timotheū scribens, ostēdit. (Illic enim episcopi appellatione etiā presbyter continetur.) Archiepiscopi & Primates olim cōfirmabāt episcopos. Sic enim legim⁹ in Canonibus Concilij Nicēni, cap. 4. Potestas sanē vel confirmatio pertinebit ad singulas prouincias ad Metropolitanū episcopum. Et vt summus Pontifex ceteris omnib⁹ iurisdictione præeminet, sic Archiepiscopi, episcopis. Qua de re in reb⁹ ecclesiasticis rectē ab episcopo ad archiepiscopū appellatur. Patriarchæ præter Romanum, curam gerebant totius ecclesiae sub ipsorum patriarchatu (vt ita dicamus) constitutæ. At Romanus sollicitudinē gerit non Romanæ tantū, sed & vniuersæ ecclesiae: toto terrarū orbe in Christo cōgregatæ, vt dicere possit cum apostolo: Ministri Christi sunt & ego. Quin plus ego, in laboribus plurimis, & præter illa quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, sollicitudo omniū ecclesiarū. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? Itidē nec erubescit cum Apostolo gloriari de potestate sua, quam dedit ei Dominus in aedificationē, nō in destructionē, Episcopus cum ordinatur, duo episcopi, ponunt ac tenent euangelicū codicem, super caput & ceruicem eius, & vno super eū fundente benedictionem, reliqui omnes episcopi qui adsunt, manibus suis caput eius tangunt. Presbyter

Officium presbyterorum in quo situm sit.

Hierony. ad euang. cap. legimus. 83. distinct. Acto. 6. Ibidem.

Officium episcopi.

1. Timo. 3. Hierony. ad euang.

Archiepiscoporum officium cōfirmare episcopos.

Cōc. Ni. cap. 4.

Patriarcharum officium.

2. Cor. 11.

1. Cor. 10.

Ritus ordinandi episcopi.

et presbyterum.

Ministeriorū ecclesie verò cum ordinatur, episcopo cum benedicente, & manum super caput eius tenēte, etiā omnes presbyteri qui presentes sunt, manus suas iuxta manus episcopi super caput illius tenent. Hoc ministeriorum ordine, quem ecclesia (diuina profectō dispositione) recepit, nihil pulchrius, nihil speciosius, nihil vilius aut necessariū magis. Ecclesie multe sunt distinctione locorum & personarū, quādamodū Paulus ait: Sicut in omnibus ecclesiis doceo, sed vnica est professio fidei, & sacramentorū communione. Huius vanitatis veluti quidam nexus est ordo: quo soluto, necesse est vt amabilis illa ecclesie concordia disperat. Vt autem contendāt quidam ecclesiam inuisibilem esse, quod de ecclesia prædestinatorum nō negamus: nihil fecius, vt opinamur, nobis concedent Ecclesiam etiā visibilem, quæ bonis habet admixtos malos, visibilibus fidei professione, & sacramentorum cōmunionē sociatos. In hac certē Ordinem esse oportebat, qui exordiū ab vnus authoritate recipiēs, in numerosam ministeriorum Dei multitudinē pulcherrima serie diffunderetur, ac veluti in plurimos ramos per vniuersum orbē extēderetur, intrinsecus incrementum sumēs ab vno Christo, de qua re fusius diximus in articulum Symboli, qui de sancta ecclesia est, & qui volēt, legat Cyprianum de simplicitate prælatorum cōtra Iovinianum, vbi ostendit hæreticorum esse proprium, hāc vnitatem scindere, vt fidem subuertāt, ac corrumpāt veritatem. Vnum verò nobis perpetuis votis postulandū à Deo est, nēpe vt Deus ordinem diuinitus institutum conferuet, vt omnibus mentē suo cuique officio, ac munere dignā tribuat, vt vnusquisque sit quod esse debet, vt quisque non quod suū est quarat, sed quæ Iesu Christi, vt nemo alterius potestati ac iurisdictionē perturbet, vt pontifices Christi vicarij sint, gregis dominici curam synceriter ac amanter agētes, vt Episcopi oculati speculatores sint, & superintēdentes ac prospiciētes, ne quis officio suo desit, vt sacerdotes noctes ac dies meditētur in lege Domini, qui possint esse sal populi: vt ceteri clericorū ordines sua munia ritē obeant ac peragāt. Et vt ex ordine ecclesiastico in ciuilibus labamur, vt Principes sint principes diuinæ iustitiæ ministri, tanquam deo reddituri rationem: vt magistratus bona fide rēpublicam administrēt, vt qui laici sunt, sint quod dicuntur, nō pereant, sed reuerenter obtinent sacerdotes, fideliter pareant Principum legibus, vtque in

Cypri. de
fung. prælati
to. contra
Ioni.
1. Cor. 3.
Proprium
hæreticorū
vnitatem
scindere.
quid Deo
postulādū.
Philip. 2.
Psal. 1.
Mat. 5.
Rom. 14.

suo quisque officio atque opificio probet suam consciētiam summo illi cordiū scrutatori. Nam sic tandē reintegrabitur & coalescet ecclesie pax & tranquillitas. Atque idipsum est, quod ecclesia in sacramento Missæ canone in primis precatur, nēpe vt Deus sanctā ecclesiam catholicā pacificare, custodire, adiuuare & regere dignetur, vnā cum famulo suo Papa, & antistite eius loci vbi sacrum peragitur, & Rege, ac omnibus orthodoxis atque catholicis & Apostolicis fidei cultoribus. Sed iam ad ipsum sacramentum Ordinis reuertentur est.

Verbum huius sacramenti, quo episcopus in ordinandis presbyteris vtitur, admodū illustre est in scripturis, nā in primis Ioan. 20. Legimus Iesum in apostolos insufflasse, ac dixisse: Accipite spiritū sanctū: quorū remiseritis peccata, remittūtur eis: & quorū retinueritis, retenta sunt. Item Matth. 28. Euntes docete omnes gētes, baptizātes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritū sancti, docētes eos seruare omnia quæcunque mandaui vobis: & ecce, ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad cōsummatōnem seculi. Itidē Marci 16. Euntes in mundum vniuersum, predicāte Euangeliū omni creature: Qui crediderit & baptizatus fuerit, &c. Item Lucæ. 22. & 1. Corin. 11. Hoc facite in meam commemorationē. Quæ loca ostendunt, Apostolos & eorum successores, in ordinatione auctoritatem diuinitus accipere, vt eorum munus ac functio efficax sit. Accipit sacerdos potestatem prædicandi Euangelij, accipit potestatem baptizandi, remittendi peccata, corpus dominicum consecrandi conficiendique, ac cetera sacramenta administrandi, non suapte virtute, sed diuina. Manum tantū & linguā præbet sacerdos, sed pater & filius & spiritus sanctus omnia facit, de qua auctoritate vt nos Christus certos faceret, apud Ioannē. 20. sic ait: Sicut misit me pater, & ego mitto vos: quibus verbis Apostolorum & illorū successorum animas erigit, & suam proponit auctoritatem, quibus erat suum ministerium relicūrus.

Elementum huius sacramenti, quo ad ordines maiores accipitur, quos dubiū non est ecclesiam ex Christi institutio-
ne recepisse, impositio manuum est, quemadmodū plurima loca in Actis Apostolicis, & apud Paulum ostendunt, quos citauimus in canonibus Cōcilij provincialis, sub titulo De impositione manuum. Cuius mysterium diuus Ambrosius libro de dignitate sacerdotali, capite quinto, in hūc mo-

Quid in
canone o-
rat eccle-
sia.

Chrys. in
Io. ho. 85.

Elementū
sacramētū
ordinis im-
positio ma-
nuum.
Ambro.
de digni.
sac. cap. 5.

dum explicat: Homo (inquit) imponit manus, Deus largitur gratiā: sacerdos imponit supplicem dexteram, & Deus benedicit potenti dextera: Episcopus initiat ordinem, & Deus tribuit dignitatē. Et alibi: Manus impositionis verba sunt mystica, quibus cōfirmatur ad opus electus, accipiens potestatem, teste conscientia sua, ut audeat vice domini sacrificium Deo offerre. Est itaque manus impositio congruum signum, quo ordinati cōscientia certa efficitur de dono Dei, sibi ad edificationem ecclesie collato. Præterea, vñctio quæ adhibetur sacerdotio initiandis, elementum est ordinis, quæ ab vñctione legis originem habet, non recens cōmentū, sed in omni ecclesia, tam Græca, quàm Latina, à tēpore Apostolorum celebrata: quod ex antiquissimis ac receptissimis quibusque scriptoribus, facile comprobari poterit, quorum vnum aut alterum postea afferemus. Caterum in collatione minorum ordinum, quos ecclesia diuinitus inspirata, instituit (ut nullus de clero qui ordinatus nō esset, auderet præsumere officium, quod sciret non sibi creditum) certa quedam instrumēta traduntur, quibus quod cuiusque ordinis munus sit, exprimitur, quæ vice elementi sunt, atque inter tradendum episcopus ordinando suggerit, cur hæc instrumēta porrigat, cōmonēs ut suo quisque officio recte fungatur, simul deū orans, ut ordinatis cuique ad suā functionem exequendam, efficax adesse dignetur, quemadmodum superius ex Cōcilio Carthaginensi per singulos ordines ostendimus. An autem hosce minores ordines propriè sacramētum dixeris, nondiffiniemus. certè presbyterium & diaconatus sola habent apertum scripturæ testimonium, quamuis & cæteri ordines diuina, non humana, auctoritate sint instituti: ut quis officium bona conscientia in ecclesia gerere audeat sibi commissum, quod alioqui sibi haud creditum periculose gerendum præsumeret.

Ritus huius sacramenti.

Ritus qui in ordinum collatione adhibetur, prolixius adnotare aut exponere nō est necessarium. Nam quicumque ordinatur, satis intelligit quid sibi ritus illi velit, modo tamē in grāmaticæ rudimētis sit mediocriter versatus. Nā Episcopus (ut diximus) singulis sua munia præscribit, ac deinde orat sup ordinatos, quæ orationes expositionis vice sunt, plenæ pietatis. Quod autē clericis ex more ecclesiastico tendentur: id in primis fit ut clericis à laicis discernantur: deinde etiam tonsura suā significationem habet, qua clericus sui offi-

cij admonetur. Nam vertex rufus quid aliud significat, quàm clericus animum ab omnibus terrenis cupiditatibus longè semotum, & his quæ ad Deū sunt, perpetuo intentū esse oportere? Nec ineptiunt, qui rasuram signum esse dicunt regalis sacerdotij, quod noui testamenti ministri gerunt in ecclesia. Sed viderint ministri, ut signo non tantum doctrina eorum, sed & vita respondeat.

Virtus, efficacia seu effectus huius sacramenti, est donū seu gratia diuina ordinato collata, quæ efficacia & rata sunt quæcūq; ordinatus, secundū Christi & ecclesie institutionem in ecclesia gerit. De hac dicit Apostolus. 1. Ti. 4. Noli negligere gratiā quæ in te est, quæ data est tibi per prophetam cum impositione manuum presbyterij. Et iterum. 2. Timo. 1. Admoneo te ut recusares gratiam Dei, quæ in te est, per impositionem manuum mearum. Operatur autē hæc

gratia non tantū in bonis, sed & in malis sacerdotibus. Nam et si mali sacerdotes spiritu careant, quo ipsi sancti sint, spiritum sanctū tamen habent qui ministerijs quæ per eos aguntur, assitit: quod superius non semel ostendimus: atque hæc semper fuit & est catholica ecclesie tam Græcæ quàm Latinæ concors sententia. Ambrosius in Epistol. primam ad Corinth. cap. 12. Sicut, inquit, idolorū imago in ministris eorum est, ordinem suum habēs per singulos gradus, totū tamē hominis est: ita & in lege dominica gradus charismatū sunt in ecclesie officijs. Et subdit: In loco Ordinis ecclesiastici officij cōstitutus, gratiam habet qualisuis sit, nō utique propriā, sed ordinis per spiritum sancti efficaciam. Itidem Theophylactus in illud. Ioan. 11. Vnus autem ex ipsis Caiphas nomine, cum esset pontifex anni illius, &c. Hoc autē à semetipso non dixit, sed quum esset pōtifex anni illius, prophetauit quia Iesus moriturus erat pro gente, &c. sic ait: Cum aliis pōtificatus dignitas erat corrupta, simul ac venalitijs facti fuerūt principes, nec ultra per omne tēpus vnus, sed dūtata in annum vnum sacerdotio fungerentur, & quauis ita corrupta foret dignitas, adhuc tamē aderat gratia spiritus sancti, operans in his qui vñcti erant. Hæc ille. Verum in bonis sacerdotibus, hæc gratia nō tantum ratum facit ministerium, sed & ordinatum iuuat, ut ordine cōcredito ritè vtatur, estque apud deum causa multi meriti cumulandi, & parabola Christi de fidelis negotiatore satis declarat. Euge (inquit) serue bone & fidelis

Vn huius sacramenti.

Gratia ordinatio nō tantū in bonis sed & in malis.
Amb. in epist. 1. ad Cor. c. 12.

Ibidem. Theophyl. lact. in 10. 15.
Caiphas pontifex prophetauit.

In bonis sacerdotibus b^o gratia & ratum facit ministerium & ordinatum.

Cur clericis tonsuratur.

quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudiū domini tui. Et Petrus apostolus dixit: Pacite qui in vobis est gregē dei. Et post pauca: Et cū apparuerit princeps pastorū, percipietis immarcescibile gloriā coronā. Et Paulus apostolus dixit de diaconis: Qui enim bene ministrauerint, bonū gradum sibi acquirunt. Et huius gratiā causa idē apostolus pronunciat presbyteros qui bene præsunt, duplici honore dignos, maxime qui laborat in verbo & doctrina. Quā verò insignis sit sacerdotalis dignitas, paucis explicari non potest, quam qui volet cognoscere, præter alios Ambrosium & Chrysostomum legat: qui lecti, faciunt ut non facile quis extenuantibus eam dignitatem, aurem posthac præbeat.

1. Tim. 3.
Presbyteri qui bene præsunt duplici honore digni. Sacerdotalis dignitas. Ambrosio Chrysost.

Quo autē affectu, & quo pacto ad capiēdos ordines accedendū sit, in titulo de Impositione manuum satis superque ostendimus, breuiter, qui sacerdotio initiāsus est, nō alio affectu accedere debet, quā ad submittendos humeros non dignitati externā, sed magis publico muneri, vice Christi in ecclesia gerendo, in quam sententiā dixit Apostolus: Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Cogitare secum debet, ut imitator Christi sit, cuius legatione fugetur. Nec aliter arbitrari debet, cū ordinatur ab Episcopo, quā se ab ipso Christo ac ipsius & ecclesiæ munia exequenda mitti ac destinari, idque cū multa & insigni potestate ac virtute, nimirum diuinā, & ea qua Christus missus est, quēadmodū ipse dixit: Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Et alibi: Qui vos audit, me audit: qui vos spernit, me spernit. Qui alio affectu sacros ordines ambiunt, nempe ut vel ceteros honore præeant, vel ut de ecclesiæ thesauris lautē viuant, ac ventri indulgeant, hos scriptura nō mitti, sed suo nomine venire dicit, ac lupos, fures & latrones appellat, qui nō intrāt per ostium, sed aliunde ascēdunt, maximi criminis rei, quod ingens vltio tandem certo certius subsequetur.

Quo affectu et ordinem suscipiendi.

Ioan. 20.
Mat. 10.
Luc. 10.
Qui perniciose facris ordinibus admoventur.
Mat. 7.
Ioan. 10.

Minister huius sacramenti Episcopus Titus 1.

Minister huius sacramenti, Episcopus est, idque nō tantum vniuersalis ecclesiæ sententia, sed & ex sententia Pauli, is enim ad Titum Episcopum sic habet: Huius rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea quæ defunt corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi. Verū de hoc fusius diximus toto titulo de officio Episcopali.

DE MATRIMONII SACRAMENTO.



Matrimonium, cōiugium, cōnubium, & nuptiæ p eodē fermē vsurpātur. Matrimoniu, si diuo Augustino lib. 19. cōtra Manichæos, credimus, dictū est, quod fœmina ob id potissimū nubere debeat, ut mater fiat. Cōiugium (diuo Ambrosio teste) à cōiungēdo deriuatū est: nam cum legitimē mulier viro cōiungitur, coniugiu est. Eodem Ambrosio auctore, Nuptiæ dictæ sunt, quod pudoris gratia puellæ se obnubent, quod Rebecam Isaac iam desponsatam, fecisse legimus. quæ maritum designatū aperto capite non putabat, videndū: sed cū is forte fortuna feui potius Dei consilio in agro deambulās, ei obuius factus fuisset, sublato pallio sese operuit. Hoc tamē nuptiæ à matrimonio seu coniugio differunt, quod propriē nuptiæ sint matrimonij celebritas, quæ cōiugij testificationem declarat. Quæ de ratione vocabuli dicta suffecerunt. Deinde sciendum est, aliud esse matrimonium, aliud matrimonij sacramentum: quemadmodum aliud est pœnitētia, aliud est pœnitentię sacramentum: nam longe latius matrimoniu, quā matrimonij sacramētum, patet. Quæ res ut perspicua fiat, à prima institutione nobis repetenda est.

Matrimoniu itaque mundo iam recens condito, à Deo institutum & benedictum esse constat. Nam Gene. 1. legimus: Masculū & fœminā creauit eos, benedixitque illis Deus, & ait: Crescite & multiplicamini, & replete terrā: deinde scriptura refert, Deū posteaquā primum hominem creasset, protinus subintulisse: Non est bonum hominē esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi. Et post pauca narrat scriptura, Deum immisit se soporē in Adā: cūque is obdor misset, tulisse vnā de costis ei, & replese carnē pro ea, & edificasse costam quā tulerat de Adam, in mulierē, & adduxisse eam ad Adam. Adam verò cum intuitus esset mulierē, dixisse (nō dubiū prophetico spiritu): Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: hæc vocabitur virago, quoniam de viro sumpta est, quāobrem relinquet homo patrem & matrē, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Vnde constat matrimonij institutionē omnium antiquissimam esse, de

De ratione vocabuli matrimonij.

Aug. li. 19. contra Manichæos.

Coniugiu. Am. li. 1 de Abrah. patriar. cap. 9. Gen. 24.

Nuptiæ quō differant à matrimonio. Amb. in Lucā. li. 2. ca. 2.

Matrimonij initio omninib' à deo institutū & benedictum.

Gen. 1. Gene. 2. Adā propheta.

Vide Au. lib. de bo. cōiu.

Matrimoniū est institutū potissimum ob quatuor causas. Gene. 2. Gene. 1.

& Deum authorem referre.

Est autem matrimoniū ob diuersas causas à Deo institutum. Principio, vt esset prima humane societatis copula, quæ germanam atque amicabilem quandā coniunctiōnē, alterius quidem regentis, alterius autem obsequētis cōpleteretur. Secundō, vt esset arctissima quædā coniunctiō, quæ soboli & amanter suscipiendæ, & religiosæ educandæ deseruiret. Vtrūque finem scriptura nō tacuit, cum inquit: Faciamus ei adiutoriū simile sibi. Ac rursum: Crescite & multiplicamini, & replete terrā. Tertius institutiōnis finis: qui propriū statum hominis post lapsum respicit, est vt infirmitas incōtinentiæ nostræ honestate nuptiarum exciperetur. Nam cum constet, nisi cecidissent primi parentes homines futuros, atque etiam liberos sine carnis incētiu, ac absque feruore libidinis, atque adeo non tantum sine peccato, sed etiam cum merito procreaturos fuisse, post peccatum verò lethalis concupiscentiæ lex membris nostris inhæserit, sine qua carnis commixtio non fit: necesse erat vt institutum quoddam dei haberemus, quod carnis commixtionem, alioqui ob cōcupiscentiam reprehensibilem, excusaret. in quam sententiā dixit Apostolus: Propter fornicationem (vitā dā) vnusquisque propriam vxorem suam habeat. Augustinus duo propria officia matrimonio ante hominis lapsum, tertium iā lapsō tribuit. Quod, inquit, sanis est ad officium, egrotis est ad remedium. Præter hos fines nō postrema, sed potissima causa institutiōnis matrimonij (si Dei propositū respiciamus) est, vt esset congruum signum arctissimæ illius coniunctiōnis venturi Christi & ecclesiæ, quam quidem à principio & ab æterno antequam quicquam fieret, præordinauit Deus, attestante Paulo, Deum elegisse nos in Christo ante mundi cōstitutionē, nobisque promississe spem vitæ æternæ in Christo ante tēpora secularia. Præuidens, nāque Deus hominē diabolica fraude deceptum iri & lapsurū, simul & de homine perditō restitue do regenerādo que secū statuit ad disposuit: Proinde Christo (quæ huius regenerationis parētem esse voluit) nuptias præordinauit, quas in Adæ (qui erat forma vêturi) & Eue, ex Adæ indormiscentis latere formatæ, mirabili copulatione, pulcherrimè expressit, ac veluti desponsatione inchoauit ciuicidēmq; desponsationis fidem, promissionem venturi ex muliere seminis, quod caput serpentis cōtereret, cōfirmavit, quam

& in

& in omnibus piis qui ab exordio seculi vsque ad Christum fuerunt, renouauit, & per prophetas suos prædicari & euulgari fecit. Vt cæteros prætereamus, quid apertius eo quod apud Osce dominus ecclesiæ appellat, de ipsius desponsatione loquitur in hunc modum? Et sponsabo te mihi in sempiternum, & sponsabo te mihi in iustitia & iudicio & in misericordia & in miserationibus, & sponsabo te mihi in fide. Salomon vir omnium sapientissimus, epithalarum etiam harū nuptiarum in Christo, & Ecclesiæ futurarum cecinit in Canticis canticorum: & cum sua arate nondū appetisset tempus, quo hæc desponsatio nuptiarum celebritate cōsummaretur, sponsam (quæ tum adhuc venturo sponso Christo parabatur) canticū ipsūm à voce intimi desiderij ordientē introducit: Osculetur me (inquit) osculo oris sui. Denique Ioannes Baptista paranympus ille facerrimus tanti coniugij, cum appetisset tempus nuptiarum celebrandarum, & sponsum iam prodisset in orbem, propter sponsum (quem & digito ostēdit) gaudet, quia tempus impletum est: Qui habet, inquit, sponsum, sponsum est: amicus autem sponsi qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi: hoc ergo gaudium meum impletū est. Ab exordio itaque mundi Christo desponsata est vxor ecclesiæ. Mihi sunt serui prophetæ, qui vocarent inuitatos ad nuptias. Venit tandem speciosus ille præ filiis hominū sponsum Christum, cui crucis thalamū ascendenti & obdormiscenti, pater ex latere, lancea militis aperto, desponsatam illam exhibuit, atque adeo vxorē formauit, ornauit ac copulauit Ecclesiam ipsi Christo, indissolubili vinculo, veluti vnā cū eo carnem perpetuo adhæsurā, atque ita demū nuptiæ illæ cōsummatæ sunt, quod magnus ille Euangelista non tacuit, qui nō sine grandi mysterio sic ait: Postea sciens Iesus quia omnia cōsummata sunt, dixit: Sitio. Et paulo post quū accepisset lefus acetū, dicit: Consummatū est, & inclinato capite tradidit spiritum. Et post pauca: Ad Iesum autem cum venissent, vt viderūt eum iam mortuum, non frangerunt eum crura, sed vnus militū lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua. Quod ne fortuito aut naturaliter factum esse crederes, sed grāde atq; inenarrabile mysteriū, vt est, reputares, adiecit: Et qui vidit, testimonium perhibuit, & verū est testimonium eius: Et ille scit quia vera dicit, vt & vos credatis. Apud Matt. quoq; & Lucā Christus ipse hæc nuptias aptissima parabola

Osce 2.

Cantica canticorū Salomonis est canticum nuptiale.

Ioan. 1. Ioan. 3:

Ab exordio mundi ecclesiæ Christo desponsata est.

Mat. 22.

Luca 14.

Pfal. 44.

Ioan. 19.

Ibidem.

Mat. 22.

Luc. 14.

insinuat, & quod futurum prophetæ prædixerunt, iam exhibitū pronūtiat. Apocalypseos quoq; 19. non iā epithalamion futurarū, sed præsentium nuptiarum succinitur: Audiui (inquit Ioannes) vocem tubæ magnæ, & sicut vocem aquarum multarū, & sicut vocem tonitruorum magnorum dicentū, Halleluia, quoniā regnauit dominus Deus noster omnipotens: Gaudeamus & exulemus, & demus gloriam ei, quia venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se, & datū est illi vt cooperiat se bysino splendētū & candidū). Et paulo post: Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt. Hæc altius repetere visum est, vt doceremus tantā rem (qua nec est, nec cogitari potest vlla alia maior) simbolo quodā perpetuo representari debuisse, eoque omnium aptissimo, id quod Deus Adæ & Eux coniugium esse voluit. Poterat quidē Deus pari opera, qua Adam ex limo terræ plasmauit, Eux quoq; ex simili argilla cōdere, poterat eos separatim formatos (quem admodum cætera animantia) propagationis gratia iungere, poterat coniugij leges dare: sed sic res mysterio vacasset, nec Adam & Eua fuissent forma & figura futurarum nuptiarū Christi & ecclesiæ. Iam & ipsum Adam in hanc mysterij rationem potissimum respexisse non solum Apostolus docet, sed & res ipsa planē ostēdit. Quid enim putas est, quod Adā ad primum Eux cōspectum, verba (quæ superius retulimus) protulit, quibus patri & matri præferebat vxorem quem ipse neque patrem habuisset, neque matrem? Quid quod, quāuis graui ac profundo somno soporatur, seu (vt alia habet editio) est acsi correptus sit, tamē non clam illo fuit quod factū est: quod ea verba manifestē comprobent, cum ait. Hoc nūc os ex osibus meis, & caro de carne mea: quæ satis indicant, etsi oculos habuerit sensus corporis, mente tamen vigilauerit, in tempora olim post multa secula futura respiciens. Quid quod cum imposuisset cunctis animātibus nomina (nulli tamen nomē cognatum hominis vocabulo) soli tandem Eux, in qua similitudinem suam recognoscebat, vocabulum à suo nomine deductum dederit, dicens: Hæc vocabitur virago, quia de viro sumpta est: quod in Hebræa lingua manifestā habet nominis etymologiā: Vir enim hebraicè Is, & mulier Isſa vocatur. Quid ergo hoc verborum inuolucro aliud vaticinatus est Adam, nisi quādoque fore vt Christus in orbem terrarum prodeat: qui licet Deo esset æqualis, & modo patri

femetipsum tamen exinaniret, ac veluti relicto patre, nostri causa formam serui acciperet, in similitudine hominū constitutus, & figura repertus vt homo, fieret obediens vsq; ad soporem mortis: idque eam tantū ob causam, quo Deus pater de latere eius sanguinem & aquam educeret, ex quibus ipsi non reperiendi aliunde adiutoriū simile sibi, & de osibus & carne eius vxorem ecclesiam ædificaret, de ipsius etiā nomine nuncupandam, nimirum à Christo ecclesiā Christianam, atque adeo ipsi Christo vniendā, vt iam Christus & ecclesia non duo, sed vna caro rectē dicantur, vtque ea quæ prophetico spiritu de hominis gloria David cecinit, tandem in Christo & ecclesia, tanquā in vnū hominem coagmentatis, cōplerentur: quod fieri non posset, si aliunde quàm ex ipsius Christi latere ecclesia sumeretur: sit autem tum, quum Deus eandē vsque ad consummationē seculi ex Christi filij sui latere ædificare non desinit, donec occurramus omnes in vnitatē fidei & agnitionē filij Dei, in virum perfectum in mensuram plenitudinis Christi. In quod mysteriū diuinissimus Paulus intuens, cum passim alibi, tū in Epistola ad Ephesios (quæ propriē in explicationē tanti arcani in primis nostris parētibus olim representati scripta videtur) ecclesiā corpus & plenitudinem Christi appellat, in ipso conuiuificatam & conresuscitatam, simul etiam in ipso in cœlestibus confidentem. Ex his itaque omnibus (vt vnde digressi sumus reuertamur) colliqueſcit, matrimonij non vulgari, sed mystica omnino ratione, non quolibet, sed singulari quodāmodo (quæ scriptura refert) à Deo in paradiso institutum fuisse, nimirum vt sacramentum esset arctissimæ illius vnionis in Christo & ecclesia futuræ, quod diuus Paulus in iam citata Epistola ad Ephes. cap. 5. grauiſsimè commonſtrat.

Quāquā autem omnes istę causę institutionis matrimonij simul acceptæ, populo Dei tantū, etsi non pariter omnibus, cognitæ fuerint, negari tamē non potest etiam ipsas Gentes idololatræ lege quadam naturæ menti diuinitus insita percepisse, matrimonium rem quandā sanctam esse, ac maiorem quàm vt humanū inuentū æstimandum sit. Intelligit enim ratio, vagos concubitus contra naturam esse, intelligit stupra & adulteria, inhonesta ac puniendā esse. Præterea castitatem, moderationem ac verecundiam in voluptatibus corporis, hominis naturæ maxime con-

*Symbolū
Nicenū.
Philip. 2.*

*Act. 17.
Ephes. 5.
Psal. 8.*

Ephes. 4.

Ephes. 1.

Etiā gentes agnoverunt matrimonij rem sanctam esse.

Vide titulos iuris civilis de adulteriis et stupris. Matrimonij descriptio etiam apud gentes.
 Rom. 1. *Matrimonia quidem legitima apud gentes sed matrimonij sacramentum non fuisse.*
Aug. de fide et operibus. c. 7. Cato Romanus.
 Matrimonia ludæorum sanctiora quam Gentium.

uenire. Proinde et si gentes propriam matrimonij sanctitatem non viderent, quosdam tamen ex dictis matrimonij finibus ac bonis utcumque viderunt, ac cum populo Dei communia habuerunt, eis à lege illa natura indicata, quæ & legibus tuebatur; & abutentes, grauisimis poenis, de adulteriis, stupris, & id genus reliquis vitis editis, coercerent. Nec erat eis vulgaris matrimonij descriptio ignota, qua matrimonium describitur esse legitima maris & femine coniunctio, & confortium omnis vitæ diuini & humani iuris communicatio, indiuiduam vite consuetudinem retinens. Et quia non probauerunt Deum habere in notitia, quod non agnoscerent dona Dei, sed sibi omnia tribuerent, ex re sacra rem fecerunt prophanam, adeo ut matrimonium iam non ex Dei, sed à moribus ac legibus cuiusque populi torum pederent: eoque talia erant apud alios legitima coniugia, qualia haberentur alibi per absurda. Quamobrem ut inficiari non possumus apud gentes fuisse matrimonia, tamen nemo non videt matrimonium apud eos proprie sacramentum non fuisse, aut saltem non habuisse sacramenti sanctitatem. Nam quæ tadem illius matrimonij sanctitas, quod licebat marito etiam nulla vel omnino improbabili causa rescindere? quemadmodum de Catone Romano legimus, qui vxorē non sterilitatis causa (quæ ratione aliquam apud Dei ignaros habere poterat) sed alterius etiam domum liberis impleturam repudiavit, ac alius ducendam tradidit.

Matrimonia ludæorum sanctiora quam Gentium.
 Gen. 17. *Psal. 131. Aug. de bo. coniug. cap. 13. Gentes cur contraxerunt matrimonia. Iudæi cur.*
 Aug. de bo. coniug. cap. 19.

Apuđ Iudæos maior erat matrimonij sanctitas. Nam cum repromissionē venturi seminis ex Abraham & David (in quo omnes gentes benedicerentur) accepissent, qui religiosiores inter eos erant, propagandi potissimum causa, nuptias copulabant, non victi libidine, sed ducti pietate, non vt vxores in morbo desiderij, sicut gentes quæ ignorant Deū, sed magis in generandi opere socias haberent. Ergo gentes nuptias externæ tantum honestatis causa, qua & foedæ libidinis indecorum celarent, & liberis ordinato non vago concubitu procrearent, contrahebant: Iudæi verò non tantum honestatis, sed & pietatis causa. Nam cum scirent in semine Abraham benedicendas omnes gentes, non tantum officij, sed & pietatis erat, carnaliter filios propagare: religionis erat, sobole propter Christum querere: nimirum ad genus eius secundum carnem ab omnibus aliis gentibus (Deo ita volente) distinguendum, cum & id ad prophetatum Christum quammaximè va-

Mich. 5. Mat. 22. Aug. de bo. coniug. cap. 9. De monogamia Iudæorum. Obiectio. Abrahæ, Iacob, David, po lygami. Genes. 2. Obiectio de repudio Iudæis. Genes. 2. Dilutio. Verba Adæ non sunt ad libertatem exiti- gēda in partibus veteris legis. Aug. de bo. coniug. ca. 19. 1. Cor. 13. Galat. 5. Genes. 2. Aug. ibi de cap. 16. Quid significabat tium multitudinem olim longissimè dispersas, sibi cum ad eum polygamia nisset, copulatis, ac propheticum mysterium adimplens, in vna mīa patrii ecclesiam redegit? Quid est quod vicissim vna non nubit plu-

Ieret, quod pronunciabatur, ex quo etiam genere, & ex qua gente esset venturus; unde sanctitatis erat propter populum Dei propagandum nuptiis uti, quod per hunc populum & prophetaretur & nasceretur princeps & Saluator omnium populorum. Sed dices: Si patribus veteris legis ratio primæ institutionis matrimonij non fuit incognita, si pietate suadente ducebant vxores, qui factum est, vt & omnium pientissimi, veluti Abraham, Iacob & David, plures duceret coniuges, cum tamen Adæ diuino instinctu dixisset, Et erunt duo in carne vna? Item, qui factum est, vt permittente Mose, vxores repudiare atque alias dimissarum loco ducere possent Iudæi, cum tamen Adam eodem instinctu percitus, dixisset relinquendum esse patrem & matrem & adherendum vxori, quæ esset os de ossibus, & caro de carne viri, atque adeo cū viro vna caro? Hic ferè nihil habemus quod respondeamus, nisi quod quemadmodum ædificatio Euræ ex latere Adæ, sic & verba illa protoplasti, salua semper historicæ veritate, planè mystica & prophetica fuerint, non in populo Iudæico, sed demum in venturo Christo & ecclesia comprehendenda. Interea ergo dum Christus, ex eodem ad hoc peculiariter delecto populo expectaretur, dumque velaretur, adhuc prophetici sacramentis salutis nostræ mysterium, secreta Dei dispensatione patribus permixtum est, plures vxores ducere: quo facto etiam vnionem illam verbis prophetici designantem non exprimerent, ad eam tamen pulchre præludebant. Nam cum hoc ageretur, vt significaretur olim in Christo synagoga simul & Gætiarum multitudinem veluti in vnū corpus esse iungendas, & demum in ipso Christo verè completum, quod Adam prophetico spiritu prædixerat: idcirco factum est (Deo ita disponente) vt huius mysterij designandi gratia liceret vni viro plures vxores ducere, vicissim verò vnā feminam pluribus viris nubere non liceret: duobus enim seu pluribus maritis viuus nullam legimus seruasse sanctarum. Plures autem feminas vni viro legimus coniunctas, dum scilicet ratio temporis suaderet, & Gentis illius societas promitteret, cuius generatio nuntia futurorum erat, ac ad prophetica dispensatione pertinebat. Quid ergo est quod vnus plures ducit, nisi quod vnus est Christus, qui synagoga & Gætiarum multitudinem olim longissimè dispersas, sibi cum ad eum polygamia nisset, copulatis, ac propheticum mysterium adimplens, in vna mīa patrii ecclesiam redegit? Quid est quod vicissim vna non nubit plu-

- ribus, nisi quod ecclesia plusquam vni viro, hoc est Christo, nubere nō præsūmit: Hinc enim stomachatur Paulus, & delirigat cū Corinthiorū ecclesia, quod se in plures viros videre-tur diuidere, quod vnusquisque eorū diceret: Ego quidē sum Pauli, Ego autē Apollo, Ego verò Cepha, Ego autē Christi: Nunquid, inquit, diuisus est Christus? & Christus prēmouit venturos multos, sed nequaquā audiendos, qui dicerent: Ego sum Christus. Item: Ecce hic est Christus, ecce illic. Christus ergo vnus & singularis est, quē admodū apud Hebræos maritus: Gentes vero (quemadmodū vxores Hebræorum) mul-tar, sed tamen vni Christo copulanda, & in Christo vnum fu-turā, quemadmodū dixit Apostolus: Despondi enim vos vni viro virginem castā exhibere Christo. Et iterum: Sicut enim vnum corpus est & membra habet multa, omnia autem mē bra corporis cum sunt multa, vnum tamen corpus sunt: ita & Christus. Etenim in vno spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue Gentiles, siue serui, siue libe-ri, & omnes in vno spiritu potati sumus.

Patrum polygamia non repugnat verbis Adæ mysticis. Ex quibus facile intelligis, patrum polygamia verbis Adæ mysticis magis seruire quā repugnare. Non enim vt quarūdam gentium polygamia in solā pluralitatē vxorum (quā libidinis cumulāda ac multiplicāda tantū causa adhibebāt) sed magis in Christi & ecclesiæ (cui præludebat) monogamiā respiciebat, ac futurū designabat, vt quandoque diuersissimi populi vni Christo subditi, vnā ecclesiam cōstituerent, cuius arctissimā vnione prophetia protoplasti tandē adimpleta, cōsummaretur. Atque hæc se sic habere nemo nō intelligit, qui saltem animaduertere velit, in patrum polygamia plures vxores, nō indiscriminatim hanc coniūctionem, sed magis vnā ex eis synagogam, alteram verò quāmpiam ecclesiam ex gentibus significasse: id quod Abraham, Iacob & David connubia commonstrant, cum catholicis scriptoribus omnibus, tū & Apostolo testibus. Liqueat igitur patres poly-gamos in nuptiarū mysterium ad eō nihil peccasse, vt magis illius significationi olim adimplendæ suffragati videantur.

CAeterum nec naturæ contrariam fuisse patrum polygamiam, cōstat. Nam occulta lege naturæ ita comparatū est, vt quæ principantur, singularitatē amant: quæ autē subdita sunt non semp̄ singula singulis, sed si ratio naturalis vel socialis admittitur, etiā plura vni nō sine decore subdātur

quemadmodum plures serui vni domino rectē subdūtur, v-nus verò seruus duobus dominis cōmodē seruire non potest. Itaque cum in nuptiis vir principantis, mulier subditi vicem gerant, contra naturam nuptiarum non est, vnū virum plures ducere: sed vnā pluribus viris nubere, planē contra natura-lem rationē esse, quis nō videt? Plures enim scēminē ab vno viro cœtari possunt, vna verò à pluribus nō potest. Proinde-que haud absurdē dixerimus, per illius tēporis connubia non solum illam Christi & ecclesiæ coniūctionem, sed & anima-rum cum Deo copulationem esse significatam. Nō est enim verus Deus animarum nisi vnus, nec potest vna anima plus-quam vni Deo spiritualiter nubere, tamen enim vna anima per multos falsos deos fornicari possit, cœcundari tamen nō potest: plures verò animæ vni Deo rectē subduntur.

Quæ cum ita sunt, neque patrum polygamiam neq; cū natura pugnasse, neque mysterio sui tēporis defuisse, sed magis seruisse, mirandū non est, q̄ catholici scrip-tores autē sint aliquot ex patribus polygamis, nostris mono-gamis, imō & continētibz anteferre nimirū personas psonis, non virtutem virtuti comparantes, nemo enim dubitat cōtinētiā matrimonio excellentiorē, ac longē præstantiorem esse, sed personam Abraham polygami, multis apud nos etiam continentiam solenniter professis ac cœlibem vitam decen-tibus anteferendā esse quis ausit dubitare? Nā cum personas personis conferimus, nō externū opus, sed animi propositū, seu vt Augustinus vocat, animi habitū respicimus, in quo vir-tus ipsa potius quā in opere cōsistit. Habitus enim est, quo aliquid agitur cum opus est: cum autē non agitur, potest agi, sed nō est opus. In habitu animi virtus semper esse debet: in opere autē pro rerū & temporum opportunitate. Iam habi-tum virtutis continentia in Abraham licet polymago, contē pleris, planē fatebere cōtinētiæ virtutē in eo fuisse perma-nentiam, quā & nuptiis præuliserit, & cum gaudio suscepisset, si ei optio talis data fuisset, qualis reuelatio nouo testame-nto data est, dicente Domino: Qui potest capere capiat. Sa-tis enim apparet, quā potuerit Abraham, si ratio temporis permississet, propter regnum cœlorum à nuptiis continere, qui vnicum prolis pignus (propter quod nuptiæ charæ sunt) potuit intrepidus immolare propter regnum cœlorum. Ad eandem rationem patres, quos Moisi lex ætatem patriarcha-

Aug. de bo. coniug. cap. 16.

Matt. 6.

Aug. in loco iam citato.

Deut. 6.

2. Cor. 11.

Veteres

præuliserit

Abrahā

& iacob

polygam.

nostris mo

nogamis

atque adeo

cōtinenti.

Aug. de

bo. coniug.

ca. 20. &

sequenti.

Aliud est

habitus

virtutis a-

liud exter-

num opus.

Habitus

quid.

Abrahā

proposito

continen-

tissimi mo-

tere si ra-

tio tēporis

sui permi-

ssisset.

Mat. 16.

Gen. 22.

rum subsequēs, inuenit, (qua maledictus pronūtiatus est qui non excitaret semen in Israël) continentes fuerunt, nam qui diligēter intētus legit, quomodo coniugibus vtebātur, reperiet planē, eos castius habuissē plures quā nunc quilibet eorum vnam habet: quibus quid secundum veniam permittat Apostolus, videmus, nimirum vt quisque eorum propter fornicationem vxorem suam habeat, & vnaquæque suum virū: ac propterea vult ne inuicem fraudēt, nisi fortē ex consensu, sed statim pōst reuertantur in idipsum, ne tentet eos satanas, propter incontinentiā eorum. At illi vxores tamen plures, nō propter fornicationem vitandum, sed tantum caūā propagandæ prolis habebant, cū hanc propagationem tēporum dispēlatio omnino requireret ac postularēt. Atque hinc etiam fit vt beatus Augustinus, quod ad habitum virtutis atinet, audeat pronuciare, non impar esse meritum continentiæ in Abraham qui filios generauit, & in Ioanne, qui nullas expertus est nuptias, quemadmodum non est impar meritū patientiæ in Petro qui passus est, & in Ioanne qui passus non est, passurus tamē non minus libenter, quā Petrus, si Deus voluisset, & res ipsa poposcisset. Igitur ipiūs Augustini sentētia, & Ioannis cœlibatus, & Abrahæ connubium, pro temporum distributione Christo militarunt: sed continentiam Ioannes & in habitu & in opere, Abraham verō in solo habitu habebat: Proindēq; Hieronymus ait: Quis ignorat sub alia dispensatione Dei omnes retro sanctos eiusdem fuisse meriti, cuius nūc Christiani sunt? Quomodo Abraham antē placuit in coniugio, sic nūc virgines placent in castitate: serui uir ille legi & tempori suo, seruiamus nos legi & tempori nostro, in quos fines seculorum deuenērūt. Sed hæcenus de patrum polygamia quæ non solum erat sine culpa, sed & meritum habebat, saltē in Abraham ac reliquis patribus, qui Abrahæ exemplo ex fide (quæ sola opera nostra discernit) uie-

Aug. de bo. coniug. cap. 21.

Par meritū Abrahæ polygami & iōannis virginis.

Aliud habitus.

Aliud opus.

Hierony. 32. q. 3.

Roma. 3.

Aug. de bo. coniug. cap. 8.

Diuortii aliam habet quā

polygamia rationem.

Diuortii iudeorum nō vacauit culpa.

Verum diuortium Iudæis à Mōse permissum lōge aliā, quā polygamia habet rationē: Nam illud & cū mysterio & cū ratione seu natura matrimonij propē pugnare videtur. Vnde Christus diuortii ab omni culpa nō excusat, nec vt rē bonam probat, sed tātū indultū ac permissam fatetur ob duritiā populi, alioqui vxores suas animo suo nō satis commodas interfecituri, cum ab initio alia fuerit matri-

monij institutio. Vnde in tota scriptura nō facile reperias vllum ex sanctis patribus, vxorem quam semel duxisset, repudiassē. Habes nunc utcunq; Iudaici matrimonij rationem.

Iam de matrimonio Christiano videndum est, & in primis quid habeat cum Ethnico & Iudaico commune. Deinde, quibus rationibus differat & quibus præcellat. Itaque hoc habet matrimoniū apud omnes populos, & gentes, & Iudæos, & Christianos cōmune, quod legitima quædam maris & fœmīnæ coniunctio est, quod mutuo magis cōsensu cōtrahitur, quā concubitu, quod mutux societatis ac familiaritatis, quod prolis suscipiendæ, quod denique fœditatis vagi cōcubitus vitandæ gratia inicitur. Cæterum, Iudaicum matrimonium ante aduentum Christi cum Christiano matrimonio: hoc commune habebat, quod non tantū ob causas prædictas, sed & pietatis contemplatione cōtrahebatur. Verū hoc solo ab vtrisque, tam Ethnico quā Iudaico, matrimonii distat Christianum, quod est nouæ legis sacramentum, gratiam conferens iis qui id ritē auspicantur. Et catenus præter gratiam quam cōfert, pleraque habet singularia. Nam in primis non permittit polygamiam. Secūdo prohibet diuortium ex omni causa, præterquam ex causa fornicationis, ex qua tamē non aliam quā corporalem, non autem sacramentalem separationem concedit. In quo fanatici Anabaptistæ ac plerique hæretici qui sacramenti huius virtutem ignorant, misere hallucinantur.

Quæ res vt clarior fiat, eiusmodi quæstio nobis remouenda est: Fueritne matrimoniū apud Iudæos sacramentū? Et vt fuerit sacramentum, quā fiat vt Christianū matrimonii ratione sacramēti ab isto discernatur? Respōdemus, Matrimonium apud Iudæos sacramentum fuisse, quemadmodū alia quoque veteris legis cœremoniæ ac mysteria futurorum nuncia & significatiua, Iudæorū sacramēta fuerūt. Vnde nō dissimili, sed eadem planē ratione matrimonii Iudaicū à Christiano discerni constat, qua cætera illa Iudaica à Christianis sacramentis discernuntur: quæ in hoc sita est, quod Iudaica illa, id quod repræsentabāt, iam in Christo futurum figurabant: erant enim vmbra futurorū: Christiana verō idipsum quod repræsentant, iam in Christo adimpletū signant, nec tantum, vt illa, signant, sed & ritē accipiētes virtute spiritus assistentē sanctificant & mundāt. Interim tamē non ne-

Chryf. in Matth.

De matrimo

Christiano. egrii

num matrimonii

apud omnes gentes.

Cōtra Iudaici &

Christiani matrimonij.

Quæ differt Christi

stianū matrimonii

à nuptiis

aliorū populorum.

Matth. 19.

Error anabapti-

stiarum & hæretico.

Quæstio, an matrimo-

niū fuerit apud

iudæos sacramentū.

Dilutio.

Quo discernatur matrimo-

niū. Iudaicū à nostro.

Quo pacto sacramenta veteris legis patri- bus profue- rint. *Roma. 3. 1. Cor. 10. Ephes. 5. Aug. de bo. coniug. cap. 13.*

gamus sacramenta veteris legis, veluti circuncisionem & cætera similia, patribus profuisse, sed non virtute sacramentis indita, verum solam per fidem venturi Christi, in sacramentis illis significati. Ergo quæ admodum transitus maris rubri baptismum significabat, & manna Eucharistiâ: sic matrimonium Iudaicum, vnionem Christi & ecclesiæ designabat futuram, quam Christianum designat impletam, diuersa tamen (quod ad Iudaicam polygamiâ attinet) ratione. Nam sicut sacramentum pluralium nuptiarum significauit vnionem synagogæ & ecclesiæ ex gentibus in Christo, seu futurâ multitudinē Deo subiectâ in terrenis omnibus gentibus, sic sacramentum singularium nuptiarum, nostri temporis, significat vnionem illam esse in Christo & ecclesia adimpletam & quotidie adimpleri, seu etiam vnitate omnium, nostrorū subiectam Deo, futuram in vna cœlesti ciuitate. Vnde non sine magna ratione Paulus apostolus, etsi declarasset nuptias non esse peccatum, non peccat: quod vult, faciat: non peccat, si nubat: vetuit tamen ne ordinaretur quispiam in episcopum, qui non esset vnus vxoris vir. Quod acutius intellexerunt, qui nec eum qui catechumenus, vel paganus alteram habuerit, etsi post Christianismum auspiciatum, vnâ tantum atque virginē duxerit, ordinandum censuerunt. De sacramento enim agitur, non de peccato. Vnde quauis in baptismo omnia peccata dimittantur, & rectè visum sit, eum qui plures temporum successu habuisset vxores, peccatum nullum commisisse, tamen quia normâ quandam sacramenti amisit, non ad vitæ bonæ meritum, sed ad ordinationis ecclesiasticæ signaculū necessariū, antiites esse prohibebatur. Antistes enim ecclesiæ, quæ Paulus vult tantum vnus vxoris virum, significat, ex omnibus gentibus vnitatem vni viro Christo subditam.

Refelluntur qui matrimonium negant omnino sacramentum. Ephes. 5.

Quæ omnia nobis contēplantibus, non possumus non demirari quosdā eō demeritū venisse, vt ausi fuerint matrimonium ex sacramentorum numero impudēter scerere ac remouere, quod tamē constat propterea institutum esse, vt esset veteris testamenti patribus futuræ, nobis verò presentis Christi & ecclesiæ logē sanctissimæ vnionis expressissimum signum, habens etiam in lege noua vt cætera sacramenta gratiam certò afsistentem: idque in primis diuo Paulus in loco, quem supra attigimus, deinde omnibus orthodo-

Ambro. ibidem. Aug. in locis innumeris. Chrysost. Vanū cōmentum aduersarium. Refellit vniuersum glossema. Ephes. 5. Matt. 19. Ephes. 5. Intellectus verborum propter hoc relinquit homo patrem & matrem, & cœ. Sēsus grāmaticus.

xis patribus & Græcæ & Latinæ ecclesiæ vno ore contestantibus. Quæ omnia ex sequētibus manifesta ac perspicua sūt. Hic tantū prælibasse suffecerit, Paulum apertè pronuntiare, matrimonium sacramentum esse: Sacramentum, inquit, hoc magnum est. Ego autem dico in Christo & ecclesia. Nā tametsi quidam sint qui sensum Paulinum, quæ ecclesia in hisce verbis intelligit adducto quodā glossemate eludere moliantur, nihil tamē efficiunt. Nam quod contendunt Apostolum hisce verbis (Sacramentum hoc magnum est, Ego autē dico in Christo & ecclesia) voluisse sacramentum matrimonio viri & vxoris adimere, & in mysticam illam vnionem Christi & ecclesiæ omnino trāsferre, quasi hoc sensisset Paulus, & sic voluisset accipi, vt hoc sacramentū magnum esset duntaxat in Christo & ecclesia, neque pertineret quicquam ad viri & vxoris matrimonia: id quàm & verbis & sententiæ Paulinæ repugnet, quis non videt? Paulus enim ad verba illa protoplasti (propter hoc relinquet homo patrem & matrem suam, & adhærebit vxori suæ, & erūt duo in carne vna) statim subiungit: Sacramentum hoc magnum est, Ego autem dico in Christo & ecclesia. Iam quum & apostolis doceat, & omnes doctores sancti confirmet, verba illa protoplasti fuisse vaticinium de Christo & ecclesia: deinde cū Christus doceat, & is ipse Pauli locus quem tractamus, manifeste declarat, eadem verba non tantum ad hanc mysticam vnionem, sed & ad ipsū matrimonium pertinere, ac sic ab Adam prolata fuisse, vt eadē & in id quod agebatur, & in id quod pronuntiabatur, hoc est, & in hominum coniugium, & Christi cum ecclesia copulam competere, omnino perspicuum euadit, Paulum hisce verbis, Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & ecclesia (quæ immediatè verbis protoplasti subiunxit) nihil aliud significare voluisse, quàm quod matrimonium, hoc est illa coniunctio viri & mulieris, quæ fiebat Deo copulâte, sanctissimæ illius cōiunctionis, qua Christus coniungitur cum ecclesia, sacramentum (hoc est sacrum signum) esset: alioqui hæc Pauli verba ad verba protoplasti nequaquam responderent. Quin si quis vel grammaticum sensum diligenter expendat, videbit Pauli verba à glossemate aduersariorum longissimè distare. Nam Paulus quiddam videt in verbis protoplasti quod sit sacramentū. Hoc, inquit, sacramentum magnum est. Quod est autem hoc sacramen-

rum, in verbis superioribus celatū, quod magnū est in Christo & ecclesia: Certē Christus & ecclesia id esse nō potest. Nā absurdē sequeretur, Hoc (id est Christus) & ecclesia est magnum sacramentū in Christo & ecclesia: nemo enim sic loquitur. Nec idē propriē est sacramentū sui ipsius, necesse est igitur vt id sacramentū quod dicit esse magnū in Christo & ecclesia, sit illa coniunctio viri cum coniuge, quam verba protoplasti citra omnem controuersiam apertē commemorant, et si interim mystica sint. Quo cōcesso, necesse erit (cogentibus nimirum verbis Paulinis) coniugiū pro sacramento suscipere, præsertim si constabit, in ipso (cum in domino hoc est religiose & piē contrahitur) gratiam conferri: siquidem inter omnes cōuenit hoc sacramentum esse nouæ legis, quod est sacrum signum seu visibilis forma inuisibilis gratiæ Dei, verbo constans & elemento. Superest itaque, vt & verbum & elementum huius sacramenti indicemus, & gratiam in super in eo conferri demonstremus.

*Verbum
huius sa-
cramenti.*

Verbum itaque huius sacramenti, quo accedente ad elementū, fit sacramentū: id nimirum est, quo ambo mas & fœmina (quam pietatis respectu quæ in Deū est, sibi mutuo fidē coniugale dant accipiuntque) nō quouis modo, sed in Dei nomine coniunguntur ac copulantur. Interim nihil refert, qua lingua, an Latina, an vernacula, an qualibet alia, & quibus dictionibus hoc verbum exprimat, modō id clarē & exertē significetur, nempe præsentem marem & fœminam in se mutuo consentientes, seseque in cōiuges accipiētes, in Dei nomine, seu in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti copulari. Est autem tale verbum, Christi verbis vti, validissima ac firmissima basi subnixū, cum inquit: Quos Deus cōiunxit, homo non separet. Quibus sanē verbis sacramentum matrimonij nouæ legis firmissimē stabilitur, & Christianorum coniugia ab omniū aliarum gentiū cōnubiis separātur. Verbum profectō admirabile, & nemo potuisset effari, præter verbum quod caro factum est. Quo in primis ostenditur quod quicūque pietatis respectu legitimo cōiugio copulantur, eos non temerē, neque humanis tantum caremoniis, sed ipso Deo inuisibiliter assistēte & insensibiliter cooperante coniungi, atque etiam deum non solum interesse, sed & præesse suo (hoc est pietatis respectu contracto) coniugio. Deinde eodē Christi verbo principalis res seu vis Christiani ma-

*Mat. 19.
Christia-
norū ma-
trimonia
verbo chri-
sti stabili-
untur &
sanctificā-
tur.*

*Ioan. 1.
Deus non
solum in-
terest sed
& præst-
pius coni-
giū.*

trimonij declaratur, quæ est indissolubilis firmitas fœderis, seu vinculi cōiugalis, insigni Dei gratia redimita. Nā si Deus coniuges sic nectit ac copulat, vt nulli hominum potestas sit eos separandi, omnino consequens est, vt eisdem a se coniunctis cōiugibus etiam eam gratiam impertiatur, qua sibi hoc mutuo atque inuolabili fœdere per pium ac castum amorē perpetuō coherere, seseque mutuo ad eum modum, quo Christus ecclesiam pro suo modulo cōplecti ac diligere possint, ab omni immuaditia alieni. Quamobrē catholici (vt supra diximus) sciunt magnum esse sacramentum, duos esse in carne vna, hoc est duos, Deo iungente, in vnam carnem cōstringi, nectique, nō secus quàm Christus & ecclesia indissolubili affectus & naturæ cōmunionē, vna & caro & corpus efficiuntur. Hæc sacra coniunctio diuertim olim Iudæis ob cordis duritiam a Moyse permixtum prohibet, & pluralitatem vxorum patribus olim licitam, tollit. Nec alibi quàm in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius, talis est causa cū vxore: hoc est sola ecclesia sacramentum matrimonij nouit ac colit. Iudæi, ethnici & hæretici, qui matrimonium nouæ legis sacramentum vel ignorant, vel de numero sacramentorū temerē proscindunt, ij & repudia permittunt, & polygamiā licitam ducunt, quos Christus casti matrimonij author, stabilitor, tutor, ac defensor, sua voce pari censura dānat ac inuoluit. Qui interrogantibus, si liceat homini dimittere vxorē suam quacunque ex causa, respōdit: Non legitis, quia qui fecit hominem ab initio, masculum & fœminā fecit eos: & dixit: Propter hoc dimittet homo patrem & matrē, & adherēbit vxori suæ, & erūt duo in carne vna. Itaque iam nō sunt duo, sed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. Et rursus, interrogātibus, cur ergo Moyse mandaret dari libellum repudij & dimittere: Respondit, Quoniam Moyse ad duritiam cordis Iudæorum permisit eis dimittere vxores suas, ab initio autem non fuit sic: Quamobrē, inquit, quicunque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationē, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimissam duxerit, mœchatur. Quæ omnia vt exactius intelligātur, retinendum est quod supra diximus, aliud esse etiam apud Christianos matrimoniū, aliud matrimonij sacramentum: aliud esse verbum quo cōtrahitur matrimonium, aliud esse verbū quod efficit matrimonij sacramentum. Verba quibus matrimoniū apud omnes gentes nō tū-

*Gratia
quā Deus
conferit in
sacramen-
to.*

*Ephes. 5.
Ratio sa-
cramenti
non per-
mittit*

*Christia-
ni cōiugi-
bus diuor-
tium ne-
que poly-
gamiā.*

*Aug. de
bo. cōiug.
cōtra lo-
uim. ca. 7.*

Mat. 19.

Gen. 1.2.

Mat. 19.

*Mar. 10.
Luc. 16.*

*Aliud
est matri-
monium,
aliud ma-
trimonii
sacramen-
tum.*

*Verba
quibus ma-
trimoniū
contrahi-
tur.*

Amb. c. cū inuicia- tur. 27. que est. 2. Chryso c. sufficit. 29. q. 2. Aug. de bo. coniu. De mari- monio. clā- destinus cē- iura. Verbum quo mari- monium efficiatur sacramen- tū Aug. tract. 80. in Ioan. Sacramē- ti ratio in quo consistat. Fides ac- cedere de- bet sacra- mento. Patres ve- teris legis soli mari- monio reli- giose con- tracto san- ctitatem tribuebāt.

tantum apud Christianos cōtrahitur, ea sunt, quibus mutuus consensus coniugii (quem de presenti vocant) exprimitur. Consensus enim & voluntas, seu pactio coniugalis eorū, de quorum coniunctione agitur, vbi que matrimonii facit, qui solus si in nuptiis defuerit, cetera etiā cū ipso coitu celebrata frustrantur, q̄ non coitus aut defloratio virginittatis coniugium faciat, sed consensus. Quamobrē coniūx rectē vocatur ex prima desponsationis fide, etsi nullus cōcubitus, aut carnis cōmixtio interuenerit. Sed non omne matrimoniiu protinus est sacramentū, alioqui & matrimonii apud ethnicos, quod eiusmodi mutuo cōsensu (non sine magna honestate & so- lennitate contrahebatur) sacramentum esse fatendum foret, id quod non temerē concedemus. Quin nō facillē nobis per- suadebitur, matrimonia illa clandestina, quæ apud Christia- nos nedū ethnicos, mutuo quodā, sed impuro consensu libi- dinis tantū explendæ, seu cuiusuis alterius damnabilis causæ gratia, sine vllō Dei respectu, seu in Deū fide, id quē pessimo exemplo & præter ecclesiæ sententiā ac permissum contra- hūt, sacramentum esse. Aliud ergo verbū quam verbū meri consensus, requirendum erit, quo coniugium sacramentum efficiatur: Quod nos vt in cæteris, ita & in hoc sacramēto ta- le verbū esse putamus, cui fides in Deū accedit, nempe quod accedens ad elementum, faciat sacramentum, non quia pro- nunciatur, sed quia creditur. Vt planē dicamus quod senti- mus, Non sufficit, vt matrimonii quod contrahitur, sit sacra- mentum, virum tantum accipere mulierem, & vicissim mu- lierem accipere virum in coniugem: sed necesse est ad sacra- menti rationē, vt alter alteri religiosē ac in domino iunga- tur, non tanquam auspicatori rem humanam, sed magis diui- nam, quā non ipsi suis viribus, sed in ipsis sit operaturus ac effecturus Deus. Quod sit, si in verbū Dei (quo hoc sacramē- tum firmatur ac stabilitur) respiciamus, ac fide credamus ea bona in non indignē auspicatoribus matrimonij sacramentū effecturū Deum, quæ ipse verbis suis pollicetur, aut certē in coniugibus requirit. Quod tam verū est, vt nec patres vete- ris legis matrimonio (quod apud eos etiam sacramentū, sed illius legis erat) nullam sacramenti sanctitatem tribuendam putarent, nisi quod esset piē ac religiosē sub Dei testimonio in fide ac timore domini contractū. Id quod omnibus faci- lē patere potest, qui matrimonia quæ vetus testamentū ce-

lebrat, expenderit. De matrimonio quod Deus ipse inter Adam & Eua copulauit, plura dicere non est necesse. Cum ad tempora Noë ventum est, vides dānari nuptias, quas filij Dei cum filiis hominum sine vllō Dei respectu cōtrahebant. Nam sic habet scriptura: Videntes filij Dei filias hominum, quod essent pulchrę acceperūt sibi vxores ex omnibus quas elegerant. Dixitque Deus, Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est. Ad quam nuptiarum pro- phanationē Christus respexisse videtur, cum ait: Sicut enim erāt in diebus Noë ante diluuium comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes, vsque in eū diem quo intrauit Noë in arcam, & non cognouerunt donec venit diluuiū & tulit omnes: ita erit & aduentus filij hominis. Porrò hanc fuisse causam cur Iudæi ab alienigenis nuptiis ante legē abstin- ebant, post legem etiam abstinere iubebantur, facillē potest æstimari. Abraham accepturus filio suo vxorē, vide quod spe- ctarit. Non enim quærebat substantiam multā, nō diuitias, non seruos, non multa agri iugera, non externæ venustatis formam (quæ mutuū consensum, sed fide vacuū in contra- hendo matrimonio conciliare potuissent) sed in vnum illū authorem & conciliatorem casti matrimonij Deū, & in cau- sam institutionis respiciens, mandatū seruo dat, ne filio suo Isaac de filiabus Chanaā idololatriis ducat, sed profectus in Mesopotamiam, de cognatione ipsius Abraham Deum agno- scente & timēte accipiat, atque eam accipiat, non quam hu- manus affectus elegerit, sed quā Deus filio suo preparauit. Mandat præterea, ne filiū suum Isaac reducat in Mesopota- miam, ac seruo hæsitanti quidnam ageret, si mulier secū ve- nire nollet omnem dubitationis scrupulum eximit, idque facit fretus certa fiducia euenturæ repromissionis Dei. Ne redu- cas, inquit, filium meum illuc, neque hoc opus erit tibi: do- minus enim Deus cœli & terræ, qui tulit me de domo patris mei, & de terra natiuitatis meæ, qui loquutus est mihi & iu- rauerit, dicens: Semini tuo dabo terram hanc, ipse mittet ange- lum suum coram te, & accipies inde vxorem filio meo, perin- de atque si dicat: Certus sum illum qui mihi hoc annuntia- uit, qui semen meum multiplicandū promisit, qui tantā erga me declarauit benignitatem & curā, qui tantis beneficiis me profecutus est, prioribus etiam illud additurum, vt mittat an- gelum suum ante te, qui præcedat te, & viam tuā in omni-

*Gene. 2.**Gene. 6.**Mat. 24.**Genes. 7.**Abrahā.**Chryso. in**Gene. ho-**mil. 48.**Gen. 24.**Ibidem.**Concilia-**tor religio**si mari-**monij,**Deus.**Gene. 12.*

*Non leuis
res vxorē
discere.*

Gene. 24

*Aug. de
bon. nupt.*

cap. 19.

*Summū
nuptiarū
bonum*

Christus.

Gene. 28.

*Liber To-
bie matri-
monia sā-
ctorum à
prophanis
diserte se-
ceruit.*

Cap. 8.

Ibidem.

Ibid. c. 7.

*Coniunx
bona debi-
ta viro ti-
menti deū*

Raguel.

Sara.

Ibidem.

bus præparet, vxorēque filio meo asciscēdam notā faciat, qua accepta, huc properē reuertaris. Vt verò serius intelligeret quāto serio hæc mandarentur, & quā nō leuis res esset, quam agendam reciperet, patriarcha cum iuramento etiam astrinxit, deque rerum omnium conditore ac casti matrimonij præparatore, (in quo tota sit fiducia collocanda) diligentissimè instruxit ac docuit, summum insuper nuptiarum bonum quod in femore suo nouerat, signo declarauit. Nam cum seruum manum femori suo subdere iussit, vt de vxore, que filio suo esset ducēda, iuraret, idque per Deum cœli: quid aliud significabat, nisi in ea carne quæ ex illo femore originē duce- ret, adcoque ex coniugio illo filij sui, Deum cœli esse venturum? Eadē pietate Isaac quoque præditus, filio suo Iacob præcepit, ne acciperet coniugē de genere Chanaan, sed magis de cognatione sua, adiecta benedictione fiducia erga Deū plenis- sima. Deus, inquit, omnipotens, benedicat tibi, & crescere te faciat atque multiplicet, vt sis in turbas populorum, & det tibi benedictiones Abraham, & femini tuo post te. Ad hæc, liber Tobie (vt cætera sanctorū veteris legis religiosiorū matrimoniorū exēpla recitare omittamus) diserte fecerit matrimonia sanctorū à matrimoniis prophanis. Sic enim loquitur Tobias ille iunior: Filij quippe sanctorum sumus, & non possumus ita coniungi sicut gentes quæ ignorant Deum. Et rursus in verbum & finem sacramenti respiciēs: Deū appellans: Domine Deus, inquit, patrum nostrorū, tu scis quia non luxuriæ causa accipio sororem meam coniugem, sed sola prosteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuū in secula seculorum. Et capite proximo testatur Angelus, coniugē bonam deberi viro timentī Deum. Raguel quoque Sarę pater, non ignarus vnde matrimonij vis depēderet, plena erga Deū fiducia, dexteram filix suæ apprehēdens, dexteræ Tobie tradidit, dicēs: Deus Abraham & Deus Isaac & Deus Iacob vobiscum sit, & ipse coniugat vos, impleatque benedictionem suam in vobis. Sed quid hæc tam multis attinet cōmemorare? cū passim Biblia Deum casti matrimonij cōciliatorem pronuntiet: Apud Salomonem Prouerbiorum decimonono sic legimus: Domus & diuitiæ dantur à parētibus, à domino autem propriè vxor prudens. Et Ecclesiastici vicesimo sexto: Pars bona mulier bona, in parte bona timentium Deum dabitur viro pro factis bonis. Psaltes quoque viri timentis deū

præmia

præmia recensens, inter cætera ait: Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. *Psal. 127.*

Iam si hæc fuit apud patres veteris legis matrimonij ratio, vt non tantum requirerent verbū mutui consensus, sed & fiducia erga Deū significatiuū, quanto magis id obinet in nouo testamento, in quo Christus (restaurator omnium que sunt in cœlo & in terra) coniugium non solū ad primam institutionē reuocauit, pristinaque dignitati restituit, sed & amplioris gratiæ augmēto sacrauit, quū scilicet in cruce obdormiscēs, aqua & sanguine ex aperto latere profusus, sibi ecclesiam vxorē conderet, ac præordinatas illas ab æterno nuptias (quarū voluit nostras esse sacramētum) cōsummare. Itaque diuisus Apostolus Paulus, quod Christiani ducunt vel nubunt, nō simpliciter nubere, sed in domino nubere appellat: nimirum indicans, Christianos, domino mediāte iungi oportere, accedente fide quæ in verba Christi (quibus hoc sacramētum firmavit ac roborauit) respiciat. Quam fidem tanti etiā facit Apostolus, vt dicat propter virum fidelem vxorem infidelē, quam prius quā ad Christū conuerteretur, duxisset, modō ei cohabitare consenserit, sanctificari. Hanc diuini verbi, matrimonii sancientis, vim, is rectè intellexit, qui locum illum Gene. 2. (Immisit ergo dominus soporem in Adam) pertractans: Ecce, inquit, quia non vndeconuocatur, sed de costa viri fecit viro author coniugij Deus adiutoriū simile sibi: nunquid absque iniuria factoris sui vir costam suam abicere poterit? Si cæcus, si claudus, si vel paruo, vel grandi, vel torto naso, si fracto pede, vel manu, si gibbus, si lippus, vel quamlibet eiusmodi maculam habēs, non accedet ad ministerium domini secundum mandatum legis: quanto magis qui costam integram corpori violenter exemit vel abiecit, merito ab alteri, imō & à communionē totius ecclesiæ, debet arceri? Etenim mox vt pro adiutorio huiusmodi, quilibet vir quilibet mulierem assumpserit, mediante fide & testimonio eius qui hæc mulierem ad hunc virum adduxit, nēpe Euam ad Adam, costā eius est, os ex ossibus eius, & caro de carne eius est. Igitur si illam ultra reliquerit pro qualicunque causa, excepta causa fornicationis, iam apud Deum vir non erit, nec pro integro corpore reputabitur, quia videlicet vna est costā mutilatum. Costā (inquam) non qualicunque, sed bene ædificata, diminutum esse corpus. Itidem & mulier si virum reliquerit, iam

Coloss. 1.

Christus

matrimo-

nium sicut

prime di-

gnitati re-

stituit at-

que etiam

ampliori

gratia or-

nauit.

Ioan. 19.

Ephes. 5.

Bernar. in

sermo. de

domina

nostra.

1. Cor. 7.

Ibidem.

Rupertus

abbas in

Gene. lib. 2.

cap. 24.

Leuit. 21.

Verbum sā-

cramenti

& vis ei?

Gene. 2.

Mat. 19.

Mat. 10.

Gen. 3.

apud Deum in numero non erit, quia non corpus integrum vel tota caro, sed pars esse conuincitur ex lege conditionis, quia de viro sumpta est. Hæc ille.

Ambro. in cap. 7. primæ ad Corint.

Ambrosius quoque ad latentē huius sacramenti vim respiciens, in caput septimum prioris ad Corinthios sic habet: Non debetur reuerentiæ coniugij ei qui horret authorē coniugij. Non enim ratū est matrimonium, quod sine Deo deotione est: ac propterea non est peccatū ei qui dimittitur propter Deū, si alij se iunxerit. Contumelia enim creatoris soluit ius matrimonij circa eū qui relinquitur, ne accusetur, alij copulatus. Infidelis autem discedens, & in Deum & in matrimonium peccare dignoscitur, quia noluit sub Dei deotione habere coniugium. Itaque non est ei fides seruanda coniugij, qui ideo recessit, ne audiret authorem Christianorū Deū esse coniugij. Nā si Esdras dimitti fecit vxores aut viros infideles, vt propitijs fieret Deus, nec iratus, si alias ex genere suo acciperent, (non enim ita præceptum iis est, vt dimissis istis, alias minime ducerent) quanto magis si infidelis discesserit, liberum habebit arbitrium, si voluerit nubere legis suę viro? Illud enim nō debet imputari matrimonium, quod extra legē Dei est: sed cū post cognoscit, & dolet se deliquisse, se emēdat, vt veniam mereatur. Si autem ambo crediderint, per cogitationem Dei confirmant matrimonium. Hactenus ille. Loquitur autem de matrimonio in infidelitate contracto, altero coniugum iam factō Christiano.

*1. Esdr. 9.**Non est proprie matrimonij quod est extra legē Dei.**Aug. de bo. coniug. Item de adulterio ad Polentium. Item libro de verbis domini. Matt. 19. 1. Cor. 7.**Ibidem.*

HAnc itaque diuinam huius sacramenti rationē beatus Augustinus propius contrēplatur, non solū Christianorū matrimonia à cæterarū gentiū connubijs separat, sed etiā verba Christi & apostoli sic interpretatus est, vt matrimonij sacramentū, quod inter Christianos ad contrahendum idoneos, piē ac religiose contractum est, ex nulla causa postea accedente (quod ad fœderis coniugalij vinculū attinet) dissolui posse adseueret. Et vt Christus ex sola causa fornicationis dimitti vxorē permiserit, non tamen aliā ducendi potestatem fecerit, sed secundum Pauli doctrinam oporteat virum illum aut recōciliari vxori, aut cœlibem, donec repudiata vixerit, permanere. Nam cum hoc apostolus exerrē doceat de vxore, cū ait: His qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed dominus, vxorē à viro non discedere: quod si discesserit, manere inuuptā, aut viro suo reconciliari: con-

ftet autē Apostolum loqui de vxore discedente, non ex quacunque, sed ex iusta causa, hoc est fornicationis, quod alioqui non permetteret illi Apostolus contra præceptum domini, virum dimittere, & sic inuuptam manere, ne sine causa à viro recedens, faciat eum mœchari: cōsequens est, vt vicissim vir dimittens vxorem, etiam ex causa fornicationis, eodem iure teneatur. Nam quod ad diuortium attinet, Paulus virum & vxorem paribus conditionibus astringit. Subdit enim: Et vir non dimittat vxorem. Quod vero post hæc verba non repetat Apostolus expressim de viro, quod iamā dixit de muliere, non adiiciens videlicet, virum discedentem aut cœlibem manere, aut reconciliari vxori oportere, id ex Augustini sententia, non alia ratione factum est, quā quod similem formā in viro Apostolus intelligi voluerit nempe vt eodem modo, si vir vxorem dimiserit (quod ex causa fornicationis tantum permittitur) tum aut manēdum ei sit sine vxore, aut vt reconciliari se patiatur vxori.

ET vt quidam vehementer vigeant verbum reconciliari, quod id non propriē cōpetat in offensum, sed magis in offendentem, quasi Paulus de muliere non quæ ex iusta, sed ex nō iusta causa à viro discessit, intelligi debeat, necdum tamen videmus, an hoc ipso quod probandū recipiunt, satis cōproben: nam tali mulieri qualem illi fingunt, nō permetteret Paulus corporalem separationem. Præterea, quid absurdū, si dicamus offensum offendenti, modò tamen offendentem culpæ penituerit, aut etiam si offensus offendētis opera carere non voluerit, aut etiam non potuerit, reconciliari oportere: Caterum qui verba Christi apud Martham, vide licet: Quicū que dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari: & qui dimissam duxerit, adulterium committit, sic intelligunt, vt non solum liceat marito vxorem adulteram dimittere, sed post dimissam, aliam etiā ducere, hi de suo, quod Euangelium non habet, addunt, id quod ipsis non licet, quantumuis etiam in speciem æquis ac pulchris rationibus nitatur: siquidem non oportet ob priuatas querelas, aut etiam incommoditates peruerri Euāgelium Dei, quod apud Marcum & Lucam, dimittenti vxorem ius alteri se iungendi indiscriminatim admittit. Nam Marci 10. legimus: Quicunque dimiserit vxorem suam, & alteram duxerit, adulterium committit super eam: & si vxor dimiserit

*Quorūdam rationes p diuortio expēdiuntur**Verbū reconciliari.**Locus Mat. 19. expēditur. Vide Augusti. de adul. coniug. ad Polentium. li. 1. Diuersa sunt vxorem posse dimittere, & post illam missam aliam ducere posse.*

virum suum, & alij nupserit, mœchatur. Itidem apud Lucam cap. 16. Omnis qui dimittit vxorem suam, & alteram ducit, mœchatur: & qui dimissam à viro ducit, mœchatur. Cum ergo euāgelium dicat hominē mœchari, qui dimissavxore aliā ducit, qui ergo nos sumus, vt dicamus: Virum dimittentem vxorem, etiā ex causa fornicationis, & ducentem aliam, non mœchari: id quod Euangelium nō dicit. **Quin** imo locus ille apud Matthæum, si ad eum sensum, quem illi fingunt, intelligi deberet, mœchus non esset qui dimissam ex causa fornicationis duxisset, quod tamen proculdubio falsum est, neque enim quisquam ita est absurdus, vt mœchum neget esse qui duxerit eam, quam maritus ob causam fornicationis abiecit, cum & cum esse mœchum Christus dicat, qui duxerit eam quæ præter causam fornicationis abiecta est.

Marc. 10.
Luce 16.
Origenes homi. 7. in Matth.
Testul. contra Mar. ti. libr. 4.
Ambro. sententia in E pistol. 1.
Cor. c. 7.
Diuortio fenestram aperientibus pœcissimum opponitur.
Aug. de ser. domini in monte.
De bono coniug.
De adulterinis cōiugis.
De bo. cōiug. ca. 7.

Sciamus veteres in hac re aliquātis per variasse. Sciamus **O**rigenē, Tertullianū, atque adeo Ambrosium Augustino opponi, maximē quod Ambrosius vir pari sanctorum monia & doctrina præditus, aliud viro innocenti permittat, quod admittit mulieri, nēpe, vt viro innocenti, qui ex causa fornicationis seu adulterij vxorem repudiasset, licitū sit alteram ducere, mulieri quæ ex simili causa virū dimississet, alij viro nubere nō liceret. Alterutri vero coniugem, qui diuortio causam præbuisse, siue viro, siue mulieri, alteri matrimonio iungi ex eiusdem Ambro. sententia omnino interdicitū sit. Hæc (inquam) atque alia multa ad aperiendam fenestrā diuortii, à quibusdā adferuntur, cum quibus in præsentiarū dissertare non est instituti nostri, quod cuiuslibet pio ad tuendam vtriusque vinculi conjugalis perpetuam indissolubilitatē, ea merito suffecerint, quæ Augustinus libro de sermone domini in monte, item libro de bono coniugali contra Iouinianum, libris quoque duobus quos de adulterinis coniugiis ad Polentium, in hanc rem acutissimo quidem iudicio nostra sententia congescit. Et omnino is vir summa doctrina, nec minore pietate præditus, quiddam quod ipse testatur, in matrimonio vidit, quod maioris firmitatis sit, quàm vt vlla ratione quod ad ipsū vinculū attinet, dissolui possit, nempe verbū & rē sacramenti. Videmus, inquit, vinculum, seu fœdus illud conjugale (quæ est res sacramenti) tātū valere, vt tamen si causa procreandi colligeretur, non tamen ea causa cessante soluitur: alioqui quis vxorem sterilem dimittere possit, & ducere,

seu saltem superinducere eam, de qua filios haberet, quod Christianis non licet. Quem ergo non faciat intentum, quid sibi velit tanta firmitas vinculi conjugalis: quod nequaquam tantū valere putandū est, nisi alicuius rei maioris ex hac infirma mortalitate hominū quoddā sacramētū adhiberetur, quod licet deserentibus, atque adeo dissoluere cupientibus hominibus, nihilo fecius tamen inconscius illis remaneret ad pœnam. Qua de re interueniente diuortio, nō aboletur illa confœderatio nuptialis, adeo vt etiā corporaliter separati coniuges mancant: cum illis vero adulterium committant, quibus fuerint etiam post repudium copulati: nec tamē nisi in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius, talis est causa cū vxore. Hactenus ille. Et alibi: Manet, inquit, inter viuentes quoddam conjugale vinculum, quod nec separatio, nec cum altero copulatio possit offerre, sicut apostata anima de cōiugio Christi recedens, etiam fide præstita sacramentum fidei non amittit, quod lauacro regenerationis accepit.

Cuius interpretationi & sententiæ, cum Ecclesiæ Catholice calculus accesserit, idq; non ex Augustini, sed ex Evangelica & Apostolica autoritate, per Augustinum rectē (vt Ecclesia iudicauit) intellecta, frustra in discrepationē reuocatur quod decisum est semel. Nā sic in concilio Mileitano cui Augustinus ipse interfuit, & quod Ecclesia recepit constitutū legimus: Placuit vt secundum Evangelicā & Apostolicam disciplinā, neque dimissus ab vxore, neq; dimissa à marito, alteri coniugatur, sed ita maneat aut sibi met recōcilietur, quod si contempserint, ad pœnitentiā redigantur. Tātū verò serio id ab eo Concilio constitutū est, vt etiam patres operæ precium ducerent, petendā esse legem imperialem promulgari, quæ idem fieri à Cæsare prohiberetur, ne quis quod Conciliū ad regulā euangelicam exp̄sum statuisset, temerē violaret. Et reuera iniuriā facit iudicio religiosissimæ synodi, qui sebrachium mel iudicata ac rectē disposita reuoluere ac disputare contēdit. Quod si clarius testimonium requiris, inspice decreta Innocentij pontificis synchroni Augustini, qui ad Eugubinum cap. 6. sic habet: De his etiam requisitū dilectio tua, qui interueniente repudio alij se matrimonio copularunt, quos in vtraque parte adulteros esse manifestū est. Qui verò vel vxore viuente (quāuis dissociatū videatur esse coniugiū) ad aliā copulam festinauerint, neq; possunt adulteri nō videri: intā-

Quid desinet tanta firmitas vinculi cōiugalis. Diuortio ex causa fornicationis nō dissoluit vinculum coniugij. In sola ecclesia matrimonij indissolubilitas.

August. sententia ecclesie calculus approbanit.

Cori. Maleuitantū. Ibidem.

Vide quo modo cœptum sit inuocari brachium seculare.

Martianus Imp. in concil. Chalcedonen.

Imoc. ad Eugubin.

tum, vt etiam hæ personæ quibus tales coniuncti sunt, etiam ipse adulteriū cōmississe videantur secundū id quod legimus in Euangelio: Qui dimiserit vxorē suam, & duxerit aliā, mœchatur. Similiter & qui dimissam duxerit, mœchatur: & ideo tales omnes à cōmunionē fidelīū abstīnēdos. Hactenus ille.

*Mat. 10.**Lucæ 16.**Obiectio.*

Quod si dixeris, si hæc ita se habēt, nēpe, vt separato matrimonio, etiam ab causam fornicationis, neutri coniugū altero viuo, olij matrimonio iungi liceat? Certe dura est causa hominis cū vxore, & non expedit nubere. Nā aut recipienda & tenenda est adultera, quod scriptura abominari videtur, cū ait: Qui tenet adulterā, stultus & insipiens est, aut perpetuo abstīnendū est, etiā continere nō valenti quod prohibet Apostolus, dicens: Si se non continent, nubant: melius est enim nubere quām vri: Respondemus, nos libenter concedere, quod Christus ipse, & Paulus etiā affirmant, non esse rē leuis momenti matrimonio iungi, & propterea bonū esse homini si omnino extra matrimoniuū viuere & continere possit. Sed quoniam non omnes capiunt verbum hoc, qui continere nō potest, ducat: at videat, vt in fide & timore Domini talem ducat, ac taliter cū ducta viuat, ne sit necesse adulterij crimē in ea timere vel expectare. Verūm vt res secus accidat, durum quidem esse fatemur vel adulterā recipere, vel perpetuo cōtinere: sed tamen hanc conditionē leuiorem facit ius optionis, quod Apostolus concessit, nimirū vt vir vel cōtineat sese si possit, vel si cōtinere nō possit, se mulierem per pœnitentiā correctē recōciliari patiatur. Quid enim (vt Augustinus ait) tibi durum videtur, vt post adulteriū recōcilietur vxor? Certē si fides adsit, durū non erit. Cur enim adhuc deputamus adulteros, quos credimus pœnitentiā esse sanatos? Et iterū: Non erit turpis, nec difficilis etiam post patrata & purgata adulteria reconciliatio coniugij, vbi per clauus regni cœlorū nō dubitatur fieri remissio peccatorum, nō vt post viri diuortiū adultera reuocetur, sed vt post Christi confortium adultera non vocetur. Quod autem scriptura stultum vocat eum, qui adulteram tenet, de ea intelligendū est, quæ cum deliquerit, ne cogitat quidem de resipiscendo, sed magis eligit in fornicatione sua permanere: quā si vir retinere non dubitauerit, patronus turpitudinis & lenocinij reus videbitur. Ad eam peccatricem quæ pœnitentiā egerit, recipere non tantū non turpe, sed planē pium est, & Chri-

*Deut. 24.**1. Cor. 7.**Dilutio.**Mat. 19.**1. Cor. 17.**Dilutio.**Mat. 19.**1. Cor. 7.**Non est**res leuis**momenti**matrimonium**contrahere.**Mat. 19.**1. Cor. 7.**August.**de adulterio**cōiug. ad**Polletū.**Idem.**Responde**tur ad lo-**cū Deu-**ter. 24.**Chrysost.**Gregori.*

stiano homine dignum. Atq; hic debet parochorum cura sollicita esse, nempe, vt correctos coniuges reconcilient, non vt separatis ius faciant aliis se copulandi, quod ecclesia ex Euangelica & Apostolica traditione vetuit. Tantam de verbo huius sacramenti & efficacia dictum suffecerit.

Elementū huius sacramenti, est illa exterior gestus & actus, quo cōiuges in nomine domini copulatur, ac inter copulandum profitentur, se posthac duos in vna carne futuros, sibiq; mutuo coniugalem fidē perpetuō seruaturus, cui cū sexuū coniugale accesserit, tum deam perfectum huius sacramenti elementū efficitur, quo expressim eius finis, virtus, & efficacia designantur. Quod vt clarē intelligas, constat in sacramento coniugij duo signari. Primum signatū, est arctissima illa coniunctio Christi & Ecclesiæ. Secundum, quod priori signato coheret, est indissolubile illud & inuolabile fidei seu fœderis coniugalis vinculum, quod Deus per gratiam suam quam sacramento adhibet, in cōiugibus necit, & per mutuū amorem & affectum, quē animis ipsorū immittit, continet ac conseruat. Quæ duo externa illa coniugij, carnali copula consummati facies, expressim representat. In primis enim vniōnē illam Christi & ecclesiæ designat, qua Christus ecclesiæ non tantū spiritu & charitate, sed etiam natura per carnis susceptionem, veluti caput mēbris suis coheret. Secūdo, hoc elementum designat indissolubile illud coniugale fœdus, simul & gratiam, quam Deus fœderis huius author & cōciliator sacramento adhibet: qua accepta, per fidem coniuges perpetua dilectione animorum & corporum coherere, hoc est, & animos suos, & corpora à prohibita cōcupiscentia & illicita fornicatione cōtinere, ac sancta & immaculata cōseruare possint. Quod Paulus apertissimē in Ephef. capite quinto ostendit, vbi fideles cōiuges grauissimē commonet, vt & in finem & rem sacramenti respicientes, gratiam mutuæ dilectionis (donum illud Dei) in seipsis resuscitant ac colant. Locus sic habet: Mulieres viris suis subditæ sint, sicut Domino: quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus caput est ecclesiæ, ipse saluator corporis eius. Sed sicut ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres viris suis in omnibus. Viri, diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit ecclesiā, & semet ipsum tradidit pro ea, vt illā sanctificare, mundans eā lau-

*Elementū sacramenti.**Copula si mixtio accesserit, tum deam perfectum huius sacramenti elementū efficitur.**Dua res sacramenti matrimonij.**Signi cōiugis.**Visibilis forma inuisibilis gratia.**Locus Ephef. 5. explicatur.*

cro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiã non habentẽ maculã aut rugã, aut aliquid huiusmodi: sed vt sit sancta & immaculata. Ita & viri debent diligere vxores suas vt corpora sua. Qui suam vxorem diligit, seipsum diligit. Nemo enim vnquam carnem suam odio habuit, sed nutrit & fouet eam, sicut & Christus ecclesiã, quia mēbra sumus corporis eius, & de carne eius, & de ossibus eius: propter hoc relinquet homo patrem suum & matrem suam, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & ecclesiã. Hactenus Paulus.

Apostolus docet matrimonium esse sacramentum. Primo, quia signum vnionis christi & ecclesiæ.
Hic vides, vt beatus Apostolus matrimonium docet vndeque sacramentum esse. Docet enim à deo consecratum esse matrimonium, vt esset Christi cū Ecclesiã & spiritu & carne coniuncti sacramentum: atq; ideo virū cōparat christo, vxorẽ Ecclesiã: virū caput esse dicit eius corporis, quod vnum facit cum foemina Christum caput facit eius corporis, quod vnū dicit cū ecclesiã. Membra capiti (veluti à quo vitales spiritus mutuantur) & mulieres viris suis subiectas esse oportere, deinde neminem carnem suam vnquã odio habuisse, sed magis nutrire ac fouere pronunciat, atque id iustum esse diffinit, ob id potissimum, quod ad eūdem modū Christus ecclesiã suam intus viuificet, sanctificet, ac mūdet lauro aquæ in verbo vitæ, ac insuper foueat ac nutriat. Rursum præcipuam causam facit, cur vir vxorem suam diligat, nõ aliam, ne matrimonium dissimile signum sit vnionis Christi & ecclesiæ, quam representat, nõ gratiam (quæ Deus, matrimonium eo quẽ diximus sine recõciliã ac neccens, diuinitus subministrat) contemptim negligat, & hanc potiore causam facit, quàm communem masculi & foemelle naturã, quæ & ipsa potuisset incitare ad diligendum. Vicissim ipsam mulierẽ, vt virū timeat ac reueretur, eodem exemplo prouocat, nempe quòd illa referat ecclesiã obedientẽ Christo. Quæ cū iterū atque iterū multis verbis inculcasset, ne quis hanc viri cum Christo, & vxoris cum ecclesiã collationẽ, putaret similitudinẽ esse quampiã, duntaxat exhortandi causa desumptam, ostendit matrimonium illius vnionis (quẽ in Christo & ecclesiã consummatur) significadã gratia institutum, & à prothoplasto prophetarū omnium primo, indicatū esse. Nam cum dixisset: Qui suam vxorem diligit, seipsum di-

ligit, subiūgit Paulus: Nemo enim carnẽ suam odio habuit, sed nutrit ac fouet eam, sicut & Christus ecclesiã, quia mēbra sumus, inquit, corporis ei, & de carne eius, & de ossibus eius. Quæ verba vtrique dixit Apostolus, vt nos in memoriã duceret eorū verborum quæ verbis istis similia dixit Adam, cum in conspectum eius primū adducta est Eua. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Et vt euidentius ostēderet, ad Christi copulam cum ecclesiã pertinere sacramentū coniunctionis Adæ & Eux, Adã verba subintulit, Propterea relinquet homo patrem & matrem suã, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna: hoc sacramentū (inquit Apostolus) magnū est in Christo & ecclesiã. Quod quid euidentius dicere potuit pro matrimonij sacramento? maximẽ cū ibidẽ mutua dilectionis gratiã inter coniuges magis ad cōiunctionẽ illam Dei, quàm ad comunem maris & foeminae naturam referat. Quæ diuus Augustinus considerans. Quod in Christo, inquit, & ecclesiã est magnum, hoc in singulis quibusque viris & vxoribus est minimum, sed tamen coniunctionis inseparabile sacramentum.

Obiectio.
Sed dices: Si externum illud coniugium tum demum haberi debet perfectū signū coniunctionis Christi & ecclesiæ, cum sexuū commixtio accesserit, nunquid ergo coniugia illa perfecta non sunt, quæ sexuum cōmixtionem non experiuntur? quod de coniugio Mariæ & Ioseph sentire nefas esse videtur. Respondemus, Aliud esse cū queritur, an cōiugium perfectum esse, deinde an coniugium sanctitatẽ sacramenti haberi possit absque sexuū cōmixtione, deniq; an externum coniugium perfectum & absolutum signū sit illius vnionis Christi & ecclesiæ sine sexuum commixtione. Nam quòd ad duo priora attinet, certū est coniugium esse legitimū, quod mutuo consensu (qui de præsentis est) contrahitur, et si nulla cōmixtio, multominus proles, sequatur aut speretur, quẽadmodū in hominibus decrepitis matrimonia contrahentibus, videmus. Deinde constat, eidẽ cōiugio, si in domino contrahatur, etiam sacramenti sanctitatẽ non deesse, et si copula non sequatur, modò tamẽ carnalis copula diuinæ dispensationi relinquatur, nec naturalis cōmixtionis impotentia (cuius sibi alter coniugū conscius est) alteri dum matrimonium contrahitur, non celetur. Non enim ideo coniuges esse desinunt, quia pariter tẽperant à cōmixtione car-

signū vniõnis christi & ecclesiæ. Ephes. 5. Gene. 3.

In sacramento matrimonij magis inspicitur signi sanctitatis quam nature similitudo.

Dilatio. Matrimonium potest esse legitimum etsi nõ speretur proles. Itẽ matrimonij potest esse sanctum sine prole & copula carnali.

Aug. ad Editham.

nali: imò tanto sanctius coniuges manent, quanto sanctiora placita concorditer seruare in animū induxerunt. Quamobrem matrimonium inter Mariam & Ioseph, & firmitate vinculi coniugalitatis & sanctitate coniugij perfectū fuit, imò tãto sanctius quanto à carnali opere alienius. Siquidem Augustino teste, Maria virgo nupsit, diuinę dispensationi seu inspirationi se submitrens ac subiiciens, gerens quidem castitatis propositū mente, quod tamen non expressit orat: cū postea spiritu Dei obumbrata, filium Dei concepisset, virginitatem intactam cū coniuge perpetuam seruare statuit ac decreuit, quo voto aded nihil detractū est eius coniugij sanctitati, vt nullum vnquam sanctius fuerit, aut futurum sit. Apud Apostolum quoque 1. Corinth. 7. continentia in coniugio modis omnibus collaudatur, quū eos qui habēt vxores, vellent esse tã quã non habentes: vt plane consequens sit continentiam in cōiugio sanctitati sacramenti nihil adimere. Sed si quærat, sit ne externū coniugium perfectū signum conjunctionis Christi & ecclesię si carnalis copula nō accedat: tibi certē patribus visum est, vt signū vndiq; perfectū sit, commixtionem sexuum accedere oportere. Hęc enim coniugiū, non quod ad veritatem seu sanctitatem eius: sed tantū quod ad significationem attinet, confirmat, perficit ac consummat. Vnde recentiores, Coniugium aliud legitimum, quod legitimo consensu intercedēte coit: aliud ratū, quod more Christiano contrahitur: aliud consummatum, quod culpa carnali firmatum est, appellant. In quã etiã sententiã intelligendus est Ambrosius libro de Patriarchis, & Augustinus in Soliloquiis. Leo quoque pontifex, cuius verba gratianus in hunc modum recenset: Cū societas nuptiarum ita à principio sit instituta, vt præter commixtionem sexuum non habeat in se Christi & ecclesię sacramentū, non dubiū est illam mulierē non pertinere ad matrimoniū, in qua docetur nō fuisse nuptialeysterium. Non pertinere, in quã, ad coniugiū, sic scilicet, vt vndiq; repræsentet cōiunctionē, cuius mysteriū est matrimonium. Veruntamē de signi perfectione non est admodū curandum, nec ob id etiam coniugibus dolendum, quod soboles non donatur, cū in nuptiis plus valeat sanctitas sacramenti, quã signi perfectio seu fœcūditas ventris. Sanctitas enim sacramētū magis ex repræsentatione spiritualis vnionis Christi & ecclesię, deinde ex repræsentatione spiritalis cōiunctio-

nis & dilectionis animorū qua coniuges copulantur, quàm vnionis corporalis, pendet. Quod diuus Ambrosius in cap. 5. ad Ephesios sentit, qui tamen caute legēdus est, ne cæteris partibus, neve etiam ipsi Paulo qui Christum & spiritualiter & corporaliter ecclesię iunctum esse asseuerant, repugnare videatur, ac tãtis per de huius sacramenti elemento dixisse suffecerit. Vides verò (vt speramus) nunc, quanti momenti sit, docere matrimoniū in ecclesia sacramentū esse, ac suo verbo & elemento vt cætera constare: quo bis damnantur fanatici Anabaptistæ, ac cæteri demerati hæretici, qui Christianis coniugibus & polygamiã & diuortia etiam quod ad fœdus vel iugale attinet, idque non tantum ex causa fornicationis contra Christi & ecclesię institutum permittere non verentur, non videntes ambo hæc, ex diametro, vt dici solet, cū huius sacramenti ratione (vt interim Christi interdictū fileamus) pugnare. Nam vis verbi vtrūque tollit. Elementi verò ratio polygamiã omnino non admittit. Restat vt de sacramentiviu paucis dicamus.

DE ritibus huic sacramēto in ecclesia Dei ab ipsis Apostolorū rēporibus semper adhibitis, extat pulcherrimus canon Euaristi, qui post Petrū tertius, vel vt alij volunt quintus ecclesię Romanę post annos circiter cētenos à Christo passō præfuit, ad vniuersos Africę regionis Episcopos, in hæc verba: Similiter custoditū & traditū habem⁹, vt vxor legitime viro iungatur. Aliter enim legitimum (vt à patribus accepimus, & à sanctis Apostolis eorūque successori- bus traditum inuenimus) non fit coniugium, nisi ab his qui super ipsam fœminam dominationem vidētur habere, & à quibus custoditur, vxor petatur, & à parētibus propiniori- bus sponsetur, & legibus detur, & suo tempore sacerdotali- ter (vt mos est) cū precib⁹ & oblationibus à sacerdote benedicatur, & à paronymis (vt consuetudo docet) custodita & consociata à proximis, tempore congruo petita, legibus detur, & solenniter accipiat, & biduo vel triduo orationibus vacent, & castitatem custodiant, vt bonæ soboles generentur, & domino in Actibus suis placeat. Taliter enim & domi- no placebunt, & filios non spurios, sed legitimos, atque hæreditabiles generabunt. Quapropter filij charissimi, & merito illustres, fide catholica suffragante, ita peracta, legitima sci nostri tem- poris esse coniugia. Aliter verò præsumpta, non coniugia, sed poris

Au. lib. de vitis & concupiscentiis.

Continentia in cōiugio laudabilis.

Matrimoniu aliud legitimum. aliud ratū aliud consummatū.

Amb. li. de patriar.

Aug. in Sello. 9.

Leo 27. q. 2. c. cum societ. as.

Non est hinc dolēdum cōiugib⁹ quod sobole non donantur.

Aug. de bono coniug. ca. 23.

Amb. in epistol. Ephe. c. 5.

Polygamiã & diuortio ratio sacramētū omnino repugnat.

De ritibus huius sacramenti. Canon Euaristi quinti post Petrum.

Vide quid virille sanctus de nostri temporis

clandestina matrimonii sentiat.

aut adulteria, aut contubernia, aut stupra, vel fornicationes potius quam legitima coniugia esse non dubitate, nisi vel voluntas propria suffragata fuerit, & vota succurrerint legitima. Nam fructus diuinus est, præcepta diuina custodire: ea quoque deferere, præsumptionem fieri nulli dubium est: Cur ergo indignum est vnitatem ecclesiæ custodiri? Idemque omnes pariter & sentiamus & pronūciemus. Si enim aliter præsumpta fuerint, perdunt profectò ipsi transgressores seipios, qui semetipsos decipiunt. Hæc cuncta recitanda per omnes ecclesias Africas scripta dirigite, & istis cōnectite quas adiunximus literas præfectorum, vt de his quæ iniquè laudantur (si quid tale probare poterit) iudiciū fiat, & inhibita coercantur, & præterita mala, & illicita cōiugia, si doceantur admissa, digna seueritate corripiantur. De cætero verò caueantur talia per omnes ecclesias, ne ecclesiæ sanctitas per nostram fatigata negligentiam, perdat priuilegia, quæ est per viros venerabiles consecuta. Hactenus Euaristus.

Pium votum.

Hunc Canonè planè sanctissimū, cuperem⁹ in ecclesia Consilio generali renouari, ob clandestina illa matrimonia tollenda, quæ nunc passim non palam, sed furtim inter pueros & puellas, citra parentū consensum, per lenones & lenas copulantur, vel inter stultos & temulentos sola causa libidinis, non Dei respectu, sed diaboli instinctu, coniunguntur: idque sæpenumero præter destinatum consensum.

Clandestina matrimonii plurimorum malorum causa.

Clandestinum matrimonium contractum, non est proprie sacramentum.

Cur ecclesia hætenus permittit atque adeo non

Quis enim cōsensum rectè vocarit (præsertim in re tãta quæ rescindi nunquam possit) cuius non concilium, sed vel pueritia, vel temulèria, vel insidiæ, vel libido causa sint? Quis verò nescit, quot stupris, quot periuriis, & id genus aliis criminibus, ac innumeris malis clandestina ista matrimonia ansam præbeant, vt non immerito sanctus ille pontifex Euaristus ea non coniugia, sed aut adulteria aut contubernia, aut stupra, vel fornicationes, non sit veritus appellare, nisi tamen postea voluntas propria suffragata fuerit, & vota succurrerint legitima: Certe vt sint matrimonia, sacramenti tamen vel nomē vel sanctitatē sibi vendicare non possunt, nisi pio accedente consensu, in ecclesia Dei firmètur. Nam quis id matrimonium sacramentum rectè dixerit, cuius non sit author vel coniunctor Deus? Scimus ecclesiã hæc matrimonia (modò testibus probari possent) multos ex tempore sustinuisse, nec facile rescidisse, ne vitiatis puellis sua simplicitas fraudi, nève adole-

scitibus impune foret, quòd puellis stuprum intulissent, in hoc veteris legis æquam censuram intuita ac imitans. Nam Deuteronomij vicesimo secundo scriptum legitimus: Si quis puellam nulli desponsatam virginè vitiarit, dabit eius puellam patri centum quinquaginta siclos argenti, & habebit eam vxorem, quia humiliavit eam. Non poterit dimittere eã cunctis diebus vitæ suæ. Verum cum experientia doceat, hæc ecclesiæ indulgētiam, qua stultæ puellæ nimirum confisæ, libidinosos adolecētes (postea fortiter negaturos, quicquid præter illatam libidinem inter ipsos actum sit) passim admittūt, innumeris malis abutentium vitio ansam præbere, quis non videt longe satius esse, vt clandestina illa matrimonia, quæ omnino sacramenti rationem non habent, ab ecclesia tollantur, seu decernatur saltem, ipsa matrimonij firmitatem apud ecclesiam non prius habitura, nisi noui consensus robur accesserit? tū enim puellæ & cautius agere discerent, & tot stupris, adulteriis, periuriis, aliisque plurimis incommodis, iisque longe maximis, quæ ex inuitis & male contractis nuptiis oriuntur, via præcluderetur, suisque honos matrimonio, rei tam sanctæ, seruaretur. Denique iis qui de iurto non tantum ex causa fornicationis, sed etiã quod ad vinculum attinet cōcedendo, hoc tēpore largius quam cōuenit disputant, ansa de ecclesiæ rigore quærendi ac causandi adimeretur, quòd vide licet vbi locus tantum esset matrimonij legitime contractis, bona spes foret, vt ea quæ bono essent inchoata, principio bono quoque terminarentur exitu. Iam etiã interdum res aliter caderet, non fuerit tamen propter vnum aut alterum infustum connubium, Apostolica illa doctrina (quæ post diremptum matrimonium coniuges separatos inuuptos manere, aut sibi inuicem reconciliari requirit) temerè laxanda. Sed ad ecclesiæ ritum huic sacramento adhiberi solitum reuertamur, de quo & Tertullianus lib. 2. ad vxorē sic habet: Vnde sufficientiam ad enarradãm felicitatem eius coniugij, quod ecclesia conciliat, confirmat oblatio, & obsignatum angeli renūciat, Pater ratum habet? Nec leue est horum rituum mysterium. Nam cōiunctio quam sacerdos facit, significat matrimonium necente Deo (cuius legatione sacerdos fungitur) copulari, quam obrem etiam sacerdos Christi verbis inter copuladum vicitur, nempe iis: Quos Deus coniunxit homo non sepat. Benedictio vero significat, vitam cōiugatam, à Deo benedi-

facile considerit clandestina coniugia. Lex in istis præiè puellam.

Clandestina matrimonia ab rogari conuenit per ecclesiã. Inuita nuptia raro latos sortiuntur exitu.

C. cū locū desponsa & matrimonio,

Leo 1. c. præcipat 1. qu. 5. 1.

Propter vnum vel alterum infustum

matrimonij exitum non est laxanda regula apo-

stolica.

1. Cor 7. Tertul. lib. 2. ad vxorē.

rem. Mysteriū

vitam cōm
Etia sacer-
dotalis.
 2. Cor. 9.
Mat. 19.
Benedi-
ctio sacer-
dotalis.
Oblatio.
Tob. 6.
Concilio
Aphri.
cap. 13.
Tobia 8.
Ambro.
in Luc. 11.
cap. 2.
Nuptiarū
celebratō
est quasi
elamētum
sacerdotū
coniugij.
Alij rit^o
Litere dī-
missoria.
Trina de-
clamatio
Nuptias
conuocatis
amicis cele-
brari solit-
as.
Lucæ 14.
Apo. 19.
Gen. 24.
Saltandū
leuit. 25
per paro-

Etiam esse. Denique oblatio signat, huiusmodi vitam hostiū boni odoris esse coram domino. Testatur quoq; Tertullianus, in primitiua ecclesia nuptias cum laudis sacrificio & sacramenti venerabilis cōmunicatione celebrari solitas, q̄ ea vita, sanctorum cōmunionē nō sit indigna, quod Raphael quoque angelus ad Tobiam cōtestatur, quem morē per diocēsim nostrā ubiq; renouari nobis curā erit. Testatur quoq; Carthaginensē Cōcilium, in ecclesia olim constitutum fuisse, vt sponsus & sponsa cum benedicendi sunt à sacerdote, à parētib; suis, vel à paranympis offerātur: vtq̄e quum benedictionem acceperint, pro reuerētia ipsius benedictionis sese eadem nocte contineant, ac in virginitate permaneant. Quod ne ridiculū putes, exemplum Tobias tibi intuentū ac omnino rememorādū est. Quod si quis hos quos retulimus ritus, à veteribus pro huius sacramenti elemento reputatos fuisse dixerit, huic non valde repugnauerimus. Certē diuus Ambrosius in Euāgelium Lucæ lib. 2. c. 2. Coniugij testificationem, nuptiarum celebratē dicit declarare. Alios quoque ritus adhibet ecclesia. Nā nullum peregrinum aut ignotum & alterius parochiæ hominem ad sacramētum cōiugij admittit sine literis, quas dimissorias vocamus. Præterea trina declamatio sponsi & sponsæ publicē præmittitur, vt ecclesia si quod ad impedimentum coniugij nouerit, sacerdoti in dicit. Quos ritus exactē seruari velimus, q̄ sic multis fraudibus & iniuriis occurratur, multisq; puellis cōsuletur, quas alioqui sæpē videmus profugis, imō adulteris maritis nuptas, ac desertas, infœlices hymenēos detestari. Ad hæc, nedū apud Christianos, sed & Hebræos nuptias celebratas legimus, cōuocatis amicis non sine conuiuio ac cōmuni lætitia, qui ritus ad matrimonij sacramentum (quod Christi & Ecclesiæ nuptias repræsentat) non parum facit. Ad has enim vocatæ sunt omnes gentes, ad has venit cum inenarrabili lætitia. Quamobrem vt signum rei signatæ respondeat, sanctā quoque non ineptam nuptiarum lætitiā esse cōuenit. Nam & Ambrosius author est. Iuuentutem olim in nuptiis saluberrimis sermonibus vti solitam: ac patrum coniugia declarant quanta cum reuerentia ac honestate nuptiæ olim celebrarētur. Hodie saltandi leuitas, ebrietas, & pleræque ineptissimæ gestulationes, in locum sanctæ congratulationis successerunt. Quæ abusum parochi piis admonitionibus, quoad fieri

potest, extirpare nitentur. Copiosam monendi materiam preterea, & præsertim Chrysostrōmus, suppeditabunt. Et in primis exempla patrum, præsertim vero Christi, qui non dubiū propterea nuptiis in Chana Galilææ interesset, eandēmq; suo illo miraculo omnium primo commendare ac veluti consecrare voluit, aqua in vinum conuersa, vt se matrimonij præsidem & stabilitorem demonstraret, sēque piis fidelium nuptiis spiritualiter interesset testatur. Atqui præsentē Iesu religiosissimē quæque agi, & ab omni specie mala non tantū re turpi, abstinere par est.

Virtus, efficacia seu effect^o huius sacramēti, satis superq; ex prædictis colligitur. Beatus Augustin^o matrimonii tria bona cōplecti docet: Sacramētum, fidem & prolē.

In sacramento hoc dicit attendi, vt coniugium non separetur, nève dimissus ac dimissa etiam prolis causa alij coniungatur. Ergo sacramenti vis propriē in fœderis coniugalis indissolubilitate sita est, quæ & principalis finis matrimonij rectē dicitur, hanc in sacramento Deus operatur, necit, roborat, ac confirmat, eamq̄e gratiam suppeditat, qua coniuges non abusi, hoc fœdus inuiolabile inuicē seruent, seseque mutuo amore cōplectantur, ac sic diligant, sicut Christus dilexit ecclesiam: qua itē gratia suffulti, quicquid est iuris diuini & humani, sibi libētē & ex animo cōmunicēt, omnes denique casus cū tristes tum iucūdos, vsque in extremā mortē æquale inter se partiantur. Gignit quoque hoc bonum sacramenti fiduciam bonæ cōscientiæ, qua coniuges certi efficiuntur, vitā illam coniugale honestē auspiciatē, sanctē quoque & religiosē obseruatā, Dei gratia nō vacare, Deo curę atque ad eō meritōriā esse. In quam sententiā Apostolus ad Timotheum ait: Mulier salua fiet per liberorum generationē, si manserit in fide. Item Hebræorū vltimo: Honorabile conubiū in omnibus, & thorus immaculatus. Et diuus Ambrosi^o lib. 2. de Patriarcha Abrahamo, cap. 9. ait, accedere aliud insigne castimonie, si credas, à domino Deo tuo hoc quod fortit^{er} es coniugium, tibi datum. Hoc ergo sacramenti bonum qui rectē secūm reputauerit, & conscientiā suam erga seipsum quam maximē edificabit, & casti amoris ignem erga coniugē contabit. Secundum bonum matrimonij, Augustinus fidē appellat. Non fidem, hoc est fiduciam erga Deum, sed fidē coniugalem, in qua hoc attenditur, ne cum altera vel altero con-

hos verbo
dei extir-
panda.

Chryso-
Gene.
Ioan. 2.

Virtus hu-
ius sacra-
menti.

Aug. su-
per Gene.
lib. 4.

Matrimo-
nium com-
pletur
tria bona

Principa-
lis finis
seu vis
Christia-
ni matri-
monij
Fiducia bo-
nae cōsci-
entiæ in
coniu-
gio.

1. Tim. 2.

Am. 1. 2.
de patriar-
ch. Abra-
ham. c. 9.

Bonū ma-
trimonij.
Fides con-
iugalis.

Mæchia cordis.
Mat. 5.
Bonū m̄s trimonij proles.
Tobie 8.
 1. *Timo. 2.*
 1. *Cor. 7.*
Carnalis cōmixtio trifariā in cōiugio adhibetur
Decus cōiugale.
Aug. de bono cōiugali.
 1. *Cor. 4.*
 7. *Cōiugales habēs culpā veniale in exigētē.*
 1. *Cor. 7.*
Aug. in Psal. 146.
Alter cōiugū sine alteri? vōlūtate cōtinere non potest.
Redditio debiti.
Cōcubitus præter necessitatem nō impu-

cūbatur, cuius boni faciēdi vim, nisi Deus cōiugibus in hoc sacramēto impartiret, quoruſquisq; cōiunx, inter tot carnis, mundi & satanæ insidias positus, eam fidē saltem corde syn- ceram ac incontaminatam retineret: nam Christus mæchiā cordis, mæchiæ quæ carne committitur, æquat. Tertium bonum est Proles, cuius potissimum gratia matrimonium cōtrahi debet, hoc scilicet animo vt liberi amāter suscipiantur, ac religioſe educantur: quod cum sit, matrimonium non solum omni culpa vacat, sed & suum meritū habet. Cæterum quòd tantum vitandæ fornicationis gratia contrahitur, magis secundum indulgentiam conceditur.

Hæc tria bona in cōiugio faciūt, vt coitus qui in carne peccati fieri non potest sine pudēda concupiscētia carnis, omni culpa vacare possit: quā insignē esse huius sacramēti gratiā quis nō videt? Quod vt magis perspicuū fiat. Coitus in coniugio trifariam adhibetur. Primum causa prolis qui culpā non habet, & solus ipse propriē nuptialis est. De- cus enim coniugale est castitas procreandi, & reddēdi carna- lis debiti fides, & hoc est opus illud nuptiarū, quod ab omni peccato defendit Apostolus, dicens: Non peccat virgo si nubat. Secundō concubitus fit, cum vir cognoscit uxorem vltra necessitatem procreandi liberos, non propaginis voluntate, sed libidinis voluptate, quo concupiscētiæ seruitur, nō hoc agit, vt fœtus quē postulant nuptiæ impleatur. Hunc coitu- tum qui vltra necessitatem progreditur, non rationi, sed libi- dini obsequens, exactū coniunx inculpabiliter reddit, quod ad eum ex præcepto pertinet prospicere, ne fornicetur cō- iunx, sed non omnino inculpabiliter exigit. Quamobrē Au- gustinus in Psal. 146. Dicit inquit, vir: continere iam volo, v- xor autem, nolo: non potest scilicet continere: quod enim tu vis, illa non vult: nunquid per continentiam tuam illa debet fieri fornicaria? Si alteri nupserit te viuo, erit adultera. non vult Deus tale lucrum tali damno compensari, redde debi- tum, etū non exigis, pro sanctitate tibi perfecta computa- bit, si non quod tibi debetur, exigis, sed reddis quod debes vxori. Iam etſi exiges vltra necessitatem, culpa omnino non vacet quod agis. Hanc tamen culpam bonum coniugij venia- lem facit. Non enim quia incontinentia malum est, ideo cō- iugium, vbi est concubitus præter intentionē generationis non est bonum: & quia bonum est cōiugium in genere suo,

eriam

etiam eſt concubitus quem fieri non cogunt, ignosci impe- rat nuptiæ, si tamen non tam nimius sit, vt impediatur tempo- ra quæ orationi debētur, nec immuret in eū vsus qui est contra naturam. Quamobrē si ambo coniuges tali concupi- scētiæ subiugantur, rem faciunt quæ propriē nuptiarū non est, cuius nō sunt nuptiæ hortatrices, sed deprecatrices, quòd etſi voluntas nō careat culpa, propter nuptias tamē accipiat veniam. In quam sententiam dixit Apostolus: Hoc autē dico secundū indulgentiam, non secundū imperium: quid est enim quod secundum veniam concedit Apostolus? nisi quòd coniuges debitum carnis exposcunt, nō propaginis volunta- te, sed libidinis voluptate. Idem Augustinus alibi dixit: Hoc quod coniugati victi concupiscētiæ vtuntur inuicem vltra necessitatem liberos procreādi, ponā in his pro quibus quo- tidie dicimus: Dimitte nobis debita nostra. Atq; hoc ipsum est quod supra ex Apostolo retulimus, quòd propter fornicationem vnusquisque propriam suam vxorem habere debeat ad remedium lubricitatis carnis: nam cōiugium quod sanis est ad officiū id ægrois est ad remedium. Tertius coitus est frenis, quo ardentes coniugū amatores, suis vxoribus ab- urūtur, quemadmodum Fabiola abutebatur maritus, quod Hieronymus referat eam ea coactā pati à marito, quæ nul- la ancilla pateretur à domino, quem coitum ad eò non excu- sant nuptiæ, vt etiam aggrauent, quòd quanto sanctior res: connubium est, tanto religiosius coli debeat. Nō contemnē- dum est, quod in Xisti Pythagorici sentētiis legitur: Omnis ardentior amator proprię vxoris, adulter est, & quod Hiero- nymus ait: Sapiens iudicio amat cōiugem, non affectu: non regnat in eo imperus voluptatis, nec præceps fertur ad coitū, nihil est fœdus quāam amare vxorem tanquā adulterā. Qui dicūt se causa humani generis vxoribus iungi, imitentur sal- tem pecudes, & postquam venter vxoris intumuerit, nō per- dant filios, nec amatores se vxoribus exhibeant, sed maritos. Idem alibi: Liberos, inquit, in coniugio concessa est propa- gatio & opus: Voluptates autem quę de meretricum am- plexibus capiuntur, damnandæ. Et Raphael ad Tobiam dixit: Audi me, & ostendam tibi qui sunt, quibus præualere po- test dæmonium: Hi nanque qui coniugium ita suscipiunt, vt Deum à se & à sua mēte excludant, & suæ libidini ita vacēt, sicut equus & mulus, quibus non est intellectus, habet po-

rat matris monij sacramenti.
 1. *Cor. 7.*

Ibidem.

De bono coniugali.

1. *Cor. 7.*
Aug. super Gene.
& libr. de nup. & concupisc.

Hierony.
in epistola Fa-

biole.
Effrenis coitus in coniugio damnabili.

Xista Pythagor-

icus.
Hierony.
contra lo-

numia. ca.
 22. *q. 4.*
Tobia 6.

*Abusus
matrimo-
nij summo-
pere cauē-
dus.*

*Inter ve-
tulos rectē
contrahi-
tur matri-
monium
ob germa-
nam &
amicabile
facietur.*

*Aug. de
bo. conio.*

*Omne nu-
ptiarū bo-
nū imple-
tū in pa-
rentibus
Christi.*

*Aug. de
bono con-
iug. cap. 2.*

*De affe-
ctu contra-
hentium.*

*Sara filia
Raguelis
exemplar
coniugalis
castritatis.*

Tobie 8.

*Quę re-
memorā-
da.*

Ephes. 5.

testatem dæmonium super eos. Modis ergo omnibus curan-
dū est, ne per matrimonij abusum, matrimonij bona perda-
mus: quæ etsi non pariter omnia ad matrimonij substantiam
seu etiam sanctitatem requirantur, quod & sine spe prolis in-
ter vetulos rectē contrahatur matrimoniu, sacramenti tamē
ratio & fides q̄ potissimū in matrimonio spectantur, omni-
no sunt obseruanda. Beatus Augustinus omne nuptiarū bo-
num impletū etiam esse in parentibus Christi dicit, nempe
fidem, prolem, & sacramentū. Prolem agnoscimus ipsum do-
minum, fidem, quia nullum adulterium: sacramentum, quia
nullum diuortium. Solus ibi nuptialis concubitus non fuit,
quia in carne peccati (vt supra diximus) sine pudenda concu-
piscencia carnis, quæ ex peccato accidit, fieri nō poterat, sine
qua cōcipi voluit q̄ sine peccato futur⁹ erat. Nec ob id min⁹
dominus, eius matrimonij bonū diceret. Nam vt idem Au-
gustinus ait, Si primi parētes non peccassent, forsā habituri
erant filios ex munere omnipotentissimi creatoris, quod po-
tuerit etiam ipsos liberos sine parētibus condere, qui potuit
carnem Christi in vtero virginis formare, quum tamen hi li-
beri ad eum modum, nimirum ex munere creatoris capien-
di ac habendi, bonum nuptiarum censendi fuissent.

IAm quo effectu matrimonium contrahendū sit, dicemus,
quanquā id ex superioribus liqueat satis. Matrimonij ita-
que sacramentum auspiciandū est in timore Dei, amore ca-
sti coniugij, & dilectione procreandæ sobolis ad augmentum
religionis, scortationis quoque & immunditiei vitandę gra-
tia. Breuiter, eo affectu amplectendum est, quo Sara filia Ra-
guelis matrimoniu susceperit, quæ sic orans, ait: Tu scis domi-
ne, quia nunquam concupiui virum, & mundam seruauī ani-
mam meam ab omni concubitu. Nunquam cū ludentibus
miscui me, neque cū his qui in leuitate ambulāt, participem
me præbui: virum autem cum timore tuo, non cum libidine
mea consensu suscipere, &c. In primis autē animo concipien-
dum est, quantum sacramētum coniugium sit, nempe quod
Deo auctore copuletur, vt proinde matrimonio iungendus,
non aliter affectus esse debeat, quam si præsentem Deum vi-
deat sibi vxorem copulantem. Deinde quanta sit signi maie-
stas, quod, similitudinem Christi & Ecclesiæ refert. Hæc qui
secum rectē reputauerit, & coniugij bonū propius æstimare
rit, is cum multa Dei gratia coniugiu inibit, qua subinde cō-

fuscitata seipsum saluum faciet, & ecclesiæ Dei decori erit.
Qui alio affectu nimirū prophano, vxores ducunt, hi iniuria
afficiunt sacramentū: quod tum demum rectē coit, cum præ-
cipuē causā contrahendi sunt, nempe honestissima ac sancta
societas, amor religiosæ posteritatis, & odiū fornicationis:
quæ quum vt principales fines in coniugio intenduntur, nō
moramur, si tum insuper quædam aliæ leuiores (quas causas
impulsivas dicim⁹) accesserint. Neq; enim statim peccat, quē
& sponsa decor mouet, & honesta dos allicit, si tamē hæc si-
bi primas partes non præripiāt. Nam & de Iacob patriarcha
legimus, quod Rachel, quæ erat decora facie & venusto aspe-
ctu impensius dilexerit, Deuteronomio quoque 21. legimus
in hunc modum: Si videris in medio captiuorum mulierem
pulchram, & adamaueris eam, volueritque vxorē habere, in-
troduces eam in domum tuam, &c. Interim admonēdi sunt
viri, ne vxores cōtemptui, tanquam seruas, sed magis tanquā
omnis vitæ consortes, habeant. Nam coniugium nō redigit
mulierem viro in seruitutem sed adiecti in adiutoriū, sic tamē,
vt viro se reuerētē subditam cognoscat: Eua siquidem
non de Adæ capite, neque de pedibus eius facta, & neque do-
mina, neque serua illi est condita, sed & focia & consors. Re-
ctē ergo de medio, nimirum de latere, est creata.

De ministro huius sacramenti, postremo videndū est. Vt
forsā quidā non improbāda ratione dicant, matrimo-
nium certum ministrum non exigere, quod cōiuges in
sele casto amore ac religiosē cōsentientes, Deus ipse cōiugat,
tamen videmus & in veteri lege quosdam fuisse, qui Dei vice
coniuges coniungerent: quanto ergo magis putandū est,
in noua lege sacerdotes, qui legatione pro Deo funguntur,
legitimos huius sacramenti ministros esse: In lege siquidem
veteri pater, aut defuncto patre, proximus puellæ agnatus,
seu tutor, Dei loco coniuges iungebat. Sic Tobia 7. legis: Et
apprehensens Raguel dexterā filia suæ, dexterā Tobia tra-
didit, dicens: Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob vo-
biscum sit, & ipse cōiugat vos, impleatque benedictionem
suam in vobis. Ad eundem modum ab Apostolorum tēpo-
ribus, matrimonij sacramētum in facie ecclesiæ celebratum
est, ministris sacerdotibus Christi, Raguelis atque alia scri-
pturæ verba, & pias admodum benedictiones super cōiuges
pronunciantibus. Debent autem presbyteri, dum copulant

1. Tim. 2.

*Viri non
contendant
vxores.*

Gene. 2.

Eph. 5.

Cur Eua

sit creata

de latere.

*De minist-
stro huius*

sacramenti.

Sacerdos

*rectē copu-
lat cōiuges*

in ecclesiæ

conspectu.

Enarist⁹.

Quorum

admoneri

debeant

*quum co-
pulantur*

coninges.

Genes. 2. cōiuges, eos de matrimonij institutione ex *Genesi*, de sacramenti sanctitate & efficacia ex *Euāgelio*, deq; sacramēti mysterio & officio cōiugali ex *Paulo Ephe. 5.* denique de matrimonij molestiis, tanquam originalis peccati reliquiis, æquo animo tollerādis, ex *Genesi* cōmonestare, vt sciant quid apprehenderint, & qua ratione in ea vocatione viuere debeant.

Cuius ad moneri de beant, qui affectant matrimonio iungi.

Soli Episcopi olim de matrimonio iudicabant. Primum votum.

Solēt alia multa in hac materia matrimonij disputari, q̄ ad ius positiuū pertinent veluti de gradibus, de impedimētis, de relictionibus. Sed hæc omnia in p̄sentia excutere nō est instituti nostri. Suffecerit parochi, quē institutum hoc libro recepimus, docere populū de matrimonij institutione, sacramenti ratione ac sanctitate, denique de recto Christiani cōiugij vsu. In primis autē admoneri omnes cōuenit, vt quicūque matrimonio iungi velit, talē consortē deligat, cui nec iura diuina vel humana prohibeant copulari, & cū quo speret se sanctā & indiuiduā vitæ consuetudinē perpetuo habiturū: vtq; omnis error personæ & cōditionis atq; etiam qualitatis in cōtrahendo, quoad fieri potest, caueatur. Quod si nihilo secius aliquis incidat, de gradib⁹ seu aliis quæ vel contrahendū vel contractum matrimoniuū impedire possint: habet parochus Episcopum suū. Ad huius iudiciū hanc referat quæstionē, nec de re sibi parum cognita iudicandi prouinciam sumat, quam non sine magno ratione verus ecclesiæ Romanæ mos in causis matrimonialib⁹ solis episcopis reseruauit: quanquam interim optaremus, vt Concilium generale, quæ in matrimonio iuris diuini sunt, ab his quæ sunt iuris humani ac positiui, disertē fecerneret, quod leui opera fieri poterit. Scimus enim in hoc sacramēto magis, quam in vllō alio ius humanum iuri diuino sic permixtū esse, vt alterū ab altero, nisi ab oculatissimis haud facile discerni possit, quod multam peperit in hac re difficultatem.

DE VNCTIONIS INFIRMORVM

sacramento, quæ extrema appellatur.

De ratione nominis. Iacobi 5.



De nomine sacramēti anxie disputare nō est necesse. Cōstat siquidē veteres hoc sacramētū appellasse sacramētū vnctionis infirmorū, idq; ppriē, siue ad verba Iacobi Apostoli, quibus hoc sacramētū pmulgatur, siue ad vsū ei⁹ respicias. Postea dici cœpit sacramētū extremæ

vnctionis: nō quod hoc agat ecclesiā, vt hæc vnctio omnino extrema sit: nā & reiteratur, sicubi morbus depulsus subinde redierit, & per ecclesiā hac potissimum ratione ministratur, nō vt ægrotus eo percepto statim vita defungatur, & indormiscat, sed potius vt nedum mente, sed & corpore (si ita Deo visum erit) conualescat, quod precesiones illę, ipsam vetustatem spirantes, ac plenæ omnis pietatis, quas in administratione eiusdē sacramēti ecclesiā adhibet, apertissimē demonstrant. Nec dubium, quin in primitiua ecclesiā plerique infirmi, quum vngerentur, pristinam incolumitatē recipere, ni mirum fide flagrantiori, tam salutare mysterium accipiētes. Quod hoc tēpore rariores sunt, qui huius sacramēti virtutē, saltem quod ad corporis conualescentiā attinet, experiantur, in causa est fidei modicitas, quam oportebat in accipiētib⁹ ardentem ac flagrantem esse, nam per hanc solam Dei virtutem in nobis efficaciter operari constat. Vnde *Marci 5.* legimus: Et non poterat nimirum Christus, ibi virtutē vllam facere, nisi quod paucos infirmos impositis manib⁹ curauit, & mirabatur propter incredulitatem eorū. Sed vt ad rationem nominis reuertamur. Vnctio hæc infirmorum, vel ob id extrema dicta videri potest, quod extrema sit ē quatuor illis, quæ in ecclesiā celebrātur. Nam (vt suprā diximus) primum vnghimur cathecumeni, dein vnghimur baptizati statim post bap̄tismū, vnghimur quoque quum confirmamur: demū excessuri ē vita, extremā accipimus vnctionē. Quod si & quintam vnctionem addere placeat qua sacerdotes & reges inau thorantur, erit nihilo secius & hæc, quæ infirmorum est (et si interdum non tempore) ratione tamen postrema. Qua veroratione Christiana religio cæteris cæremonijs veteris legis euanescentibus, vnctionis mysterium retinuerit, repetere hic non est necesse. Nam id superius nos docuisse meminimus.

Verum de institutione huius sacramenti videndum est. *Mar. 6.* legimus quemadmodum Christus duodecim illos ad se vocauit, eosdēmq; binos miserit, certa quadam legationis forma præscripta, & potestate qua vteretur, data & cōcessa. & statim sequitur: Exeūtes, prædicabāt vt potententiā agerent, & dæmonia multa eiciēbant, & vngebant oleo multos ægrotos, & sanabantur. Vngebant, inquit, oleo multos ægrotos, nō dubium, quin ex Christi institutione ac mandato, non sua præsumptione: Absit enim vt vel in men-

Cur dicatur extrema vnctio. Finit extrema vnctionis.

Cur huius sacramēti virtus hodie non sit tā euidentis quā fuit olim in ecclesiā. 4. vnctiones in ecclesiā.

Cathecumenorum. Post bap̄tismum.

In confirmatione.

Ægrotorum.

Sacerdotū & regum.

De institutione huius sacramenti.

Marc. 6.

Apostoli ægrotos ex Christi institutione vngebāt.

Mat. 10. tem nostrā veniat, sanctos Apostolos in tanta legatione præter Christi præscriptū quippiam fecisse, qui non sua, sed tantum data potestate utebantur, scientes quia nō est discipulus supra magistrum. Nam quāam vani sint, qui ex hac vnctione officium ciuile faciunt, quis non videt? neque enim Christus suos discipulos chirurgo fecit, sed Apostolos, qui vngent ægrotos oleo, nō quidem medicinali, sed sacramentali & mystico. Addit autem Euangelista, ægrotos ab Apostolis inunctos, sanatos fuisse, virtutēque præsentem exteriori signo nō defuisse. Veteres ergo pio ac recto iudicio ex eo loco asserunt, ecclesiam hoc sacramentum ex ipsius Christi institutione accepisse, quanuis postea diuus Iacobus Apostolus, modum ac formam administrationis eiusdem clarius expresserit, ac quod ipse à Christo acceperat, populo tradiderit, in hæc verba: Infirmatur quis in vobis? Inducat presbyteros ecclesie & orent super eum, vngētes eum oleo in nomine domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eū dominus, & si in peccatis sit, remittentur ei. *Quæ* verba manifestè declarant, hanc vnctionem sacramentum esse, quæ neque signo careat visibili, nec promissione gratiæ. Porro Apostolum eiusdem vnctionis meminisse, quam Euangelium docet Apostolos, potestate à Christo accepta, ægrotis adhibuisse, plurimi ex patribus & Græcæ & latinæ ecclesie fati idonei testes sunt, è quorum numero primus occurrit diuus Hieronymus, seu quisquis tandem est is scriptor, certè pius ac vetustus, in Marcum cap. 6. dicens: *Quum* vngūt oleo ægrotos, infirmitatem fidei virtute corroborant. Corroborant autem intercessionē & oratione fidei, quam Dei clementia exaudiet, & se exorabilem præstabit, cuius sacramentum est oleum consecratum. Iridem author libri de visitatione infirmorum, diuo Augustino hætenus inscripti, sic ait: Nec prætermittendum est illud Apostoli Iacobi præceptum: Infirmatur quis in vobis? Inducat presbyteros Ecclesie, & c. Et statim post: Ergo sic roges de te & pro te fieri, sicut dixit Apostolus Iacobus, imò per Apostolum suum dominus: Ipsa videlicet olei sacri delibutio, spiritus sancti typica vnctio intelligitur. Hæc ille. Innocentius quoque eius nominis primus, quem Concilium Aphricanum (cui & beatus Augustinus interfuit) vti Papam præcipuo diuinæ gratiæ munere in sede Apostolica præsentem, cum summi honoris delatione

Vani qui ex hoc sacramento officium ciuile faciunt. Veteres asserunt hoc sacramentū ex Euangelio Iacobi 5.

Eadē est vnctio, de qua narrat Euāgelium, & quā docet Iacobus. Hierony. in Marc. cap. 6.

Aug. de visita. infirmorū.

venerari non dubitauit. Is, inquam, in decretis suis ad Eugubinum cap. 8. apertè pronunciat, hanc vnctionem genus esse sacramēti. Proindēque quibus reliqua sacramenta negātur, iis ne hoc quidē concedi posse diuos Ambrosium & Gregorium testes euocare non est necesse, à quibus etiam inungentū formulæ & preces accepimus ac retinemus. Deniq; Beda (vt Lyranum & ceteros recentiores prætereamus) prædictū locum Marci Euangelistæ exponens, pronūciat hoc sacramentum vnctionis infirmorum, vt cætera omnia, à Christo institutum, per Apostolos ecclesie traditum. Ex Græcis (vt omitamus interim vetustissimū illum Dionysium Areopagitā) suffecerit attulisse diuum Ioannem Chrysostrōm, ac Theophylactum. Ille lib. 3. de sacerdotio, huius sacramenti & eius ministri meminit, de sacerdotibus loquens in hæc verba: Neque enim solum quum nos regenerant, sed postmodum etiā condonandorū nobis peccatorū facultatem obtinent. Infirmatur, inquit, inter vos aliquis? accersat presbyteros ecclesie, & orent super eum, vngētes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluum reddet laborantem, & eriget eū Dominus, & si in peccatis erit, remittētur ei. Hætenus ille. Hic verò nempe Theophylactus, Euangeliū Marci edisserens cap. 6. sic ait: Quod vnixerant Apostoli, solus Marcus narrat, quod & frater domini Iacobus in catholica epistola dicit: Infirmatur, inquit, quis inter vos? aduocet seniores ecclesie, & orent super illū, vngentes eum oleo, & c. Est igitur oleum (vt subiicit Theophylactus, signi mysterium declarans) & ad labores vtile, & lucis fomentū, & hilaritatis effectiuum, significatque misericordiam Dei & gratiam spiritus, per quā à labore liberamur, & lucem & gaudium, hilaritatēque spiritualē accipimus. Hæc ille. Est itaque hoc sacramentum, non ex humana, sed ex Christi institutione & Apostolica traditione descendens, id quod vniuersalis ecclesie, tam veteris quā nostræ; Græcæ pariter & Latinæ; consensus, simul & ipse sacramenti vsus, quammaximè comprobant.

Qui huius sacramēti vim hinc eleuare contendūt, quod epistola diui Iacobi Apostoli non sit certi authoris, nostra sententia planè desipiunt, quod ecclesia, quæ hoc cōtēptori (veluti Dei viui columnæ & firmamentum veritatis) peculiare habet, vt possit discernere verba Dei à verbis hominū cauillanum, olim hanc epistolam diuo Iacobo tribuerit, & Apo-

Innocē. 1. ad Eugub. cap. 8. Ambro. Gregor. Beda. Lyranus.

Dionys. Chrysostr. li. 3. de sacerdotio.

Theophyl. in Mar. cap. 6.

Oleū quid significet in hoc sacramento.

Respondeatur huius sacramēti cōtēptori. bu & ca. 1. Timo. 3.

Hierony. censura de epistola Iacobi. stolico spiritu plenam iudicari, atque adeo diuus ille Hieronymus, quo nullus vnquam in scripturis doctior, neque exactiori censura fuit in distinguendis certa à dubiis, hanc epistolam ipsi Iacobo aperte, idque non sine magna epistolae laude ascribit: Iacobus, inquit, Petrus, Iudas & Ioannes septem epistolas ediderunt, tam mysticas quam succinctas, & breues pariter & longas: breues in verbis, longas in sententiis, ut rarus sit qui non in earundem caecutiatur lectione. Vides ut beatus Hieronymus idem iudicium de Iacobi profert epistola, quod de Petri, nec putat indignam apostolico spiritu. Iam quum planè conser, apostolū hanc vnctionem pro sacramento tradere, nequaquam dubitandum est, verè sacramentū esse, & Apostolū non fuisse tam impie arrogante, ut pro sacramento traderet populo, quod sacramentum non esset. Quare etiam Apostolus condendi sacramento potestatem non habuit, constat tamen eum verbis illis tradidisse populo, quod ipse à Christo acceperat: qui ut alia mundo volebat innotescere per Matthaeum, alia per ceteros Euangelistas, quid prohibet, quo minus quaedam etiam doceri voluerit per Apostolum Iacobum?

Iacobus quod à Christo acceperat promulgat. Verbum quo hoc sacramentū traditur, eandem in omni ecclesia sententiam habet, etsi vbi que eiusdem dictionibus seu praescriptis verbis haud pronuntietur. Vngitur enim ægrotus oleo sanctificato in nomine Patris & filij & Spiritus sancti, adiectis verbis peccatorum, nepe, ut quicquid illicito visū, auditu, ac ceteris sensibus seu membrīs ægrotus deliquit per huius oleivnctionem expietur, cum imprecatione pacis. Innititur autem hoc verbum, quo sacramentū traditur, promissioni, quam Apostolus acceptā, idque non dubiū, à Christo promulgat, dicens: Et oratio fidei saluabit infirmū, & si in peccatis sit, remittetur ei. Quae etiā verba satis indicāt huius sacramenti vim, quam maximè ab oratione fidei dependere. Quamobrem ecclesia ministratiōni huius sacramenti plures precationes quam vlli ferè alij sacramento adhibet, eaque admodū piās, quemadmodum paulò ante meminimus.

Iacobi 5. Promissio gratia. Elementū huius sacramenti, est oleum sanctificatū, cuius mysteriū superius ex Theophylacto retulimus. Oleum enim & sanitatis & hilaritatis effectiuum, & lucis fomentum est: praeterea ad labores vtile & lenitiuum. Quae omnia in huius sacramenti dispensatione diuina virtute per fidei efficaciam in homine ægrotato agi significantur.

Huius sacramenti vim. Propterea enim hoc sacramentū potissimū adhibetur, & ea est huius sacramenti ritè suscepti vis, ut aduersus terribilissimā & trepidationes instantis mortis (quae solent mēti hominis morbo grauius decubentis occurrere) piè solatiū sit, ac fiducia titubantis fulcimentū. Quod tū certè fit, dū qui inungitur, recogitat sese per fidelē illam & piā ecclesiae (cuius consortio ipse uti viuū membrū in situs est) precationē, quae in hoc sacramento adhibetur, vel cōualiturū sese, si tamen Deo ita visum erit, & quod ad animae salutē attinet, salutare ei fuerit, vel saltē cum certa fide, bonaque ipse hinc emigraturum, atque in Domino obdormisciturū, idque maximè, quū scit ac intelligit orationē fidei, praesertim eā (quae & signū externū & promissionē, Apostolica traditione confirmata sibi annexa habet) apud Deū vanam esse, non posse, sed ad alleuiationem, quum corporis, tum animi, atque adeo ad remissionem peccatorum, plurimum valituram.

Fiducia turbantis sustentaculum. Affectus quo ægrotus se presbytero vngēdum offerre debet, is erit, quo olim ægroti se Apostolis vngēdos praebant, nimirum ut intus ac foris, si ita Deo visum erit, sanetur. Cogitare itaque debet presbyter, se non suā, sed Apostoli Christi, atque adeo ecclesiae personā gerere, atque hoc agere, ut ægrotus perinde atque athleta amictus, ac velut in extrema lucta constitutus, omnibus satanicis tērationibus (quas tū potissimū diabolus cateruatim solet ingerere) fortiter resistat, ac ad omnē tērationis impetū constanti animo dicat: Christi membrū sum, Christi athleta sum. In cuius signū oleo etiam externo, secundū Apostoli traditionē inunctus sum. Quamobrem tu princeps mundi huius, tu immūde spiritus, discede. Ille enim te foris eiecit, quāobrem in me non habes quicquā, nihil mihi & tibi cōmune. Nā quae conuentio Christi (cui in situs sum) & Belial? Quis consensus templo Dei cū satana? Adhuc, etsi multis stipatus satellitibus in animae meae excidiū coniuratis appareas, non te timeo tamē, non te metuo: plures enim mecū sunt, quam tecū, tota enim ecclesia sanctorum pro me curam agit, orat, meque in suā tutelam recipit, aduersus quā nō preualebis. Habeo interim à Deo certissima fiduciae meae signa ac testimonia, nepe sacramenta poenitentiae, eucharistiae, & hoc extremæ vnctionis, quibus Deus me nequaquam fallat, sed promissioni suae assisēs faciet ac perficet etiam omnia, quae in eorūdem exhibitione mihi pollicitus est. Hæc atque

Huius sacramenti vim.

Fiducia turbantis sustentaculum.

Iacobi 5. Quis affectu esse oportet hoc sacramento munidū.

Quomodo tentationibus diabolici in extremo agone obfistendum sit.

Ioan. 14.

Luc. 11.

Ioan. 12.

2. Cor. 5.

4. Reg. 6.

Mat. 16.

Sacramenta fiduciae nostrae certissima signa.

*Nō rectē
faciūt qui
hoc sacra-
mentū ex
ecclesia tol-
lere anni-
suntur.*

*Reitera-
tur hoc sa-
cramentū,
Ritus qui
adhibetur
huius sacra-
mento.*

*Huius sa-
cramenti
minister.
Iaco. vlt.
Mat. 3.
Marc. 1.
Luca 3.
Luca 10.*

Psal. 146

alia eiusmodi piē cogitanti, quis dubitet hoc sacramētum magnoam alleuiationem mentis aduersus horrore mortis (in quam instantem tum tota defigit oculos) adferre, itidem aduersus satanę imperum, tum solito grauiore, plurimū valere?

Quōd si tū omnīū maximē ac modis omnibus adlaborandum est atque etiā vndique omnia pietatis fulcimenta congerenda sunt, ne ægrotis fiducia excidat, sed vt quā maximē aduersus spiritales insidias roborētur, non rectē faciūt qui hoc sacramētū in eūvum peculiariter institutum, ac tanto cum serio per Apostolum Iacobum ecclesię traditum, ex ecclesia auferre moliantur. Neque tamen dicimus hoc sacramētum absolute ac omnino ad salutē necessariū, modō ne cōtemnatur, sed magis esse ad fulcimentū pietatis, proindēque piis votis ab ægroto, priusquam hinc excedat expetēdum. Præterea reiterationi eius, quemadmodum pœnitentię in ecclesia locus est, recurrente scilicet subinde morbo aliquo grauiore.

Totus ritus, quē ecclesia in ministracione huius sacramēti adhibet, in plurimis illis orationibus longē pientissimis (q̄ ad singulas vnctōnes adhibentur) cōsistit, quas referre longū fuerit, nec est necesse, quōd omnibus passim, maximē parochis, expositę ac obuię sint & intellectu faciles.

Postremo, huius sacramēti minister sacerdos est, ita docēte Apostolo Iacobo: Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesię, & orēt super eū, &c. Sacerdos verō in eiusdem sacramenti ministracione, nō suam, sed Apostoli Christi ac ecclesię personā, quē admodū & in ceteris sacramētis, gerit ac repręsentat. Nā vt Christus est qui baptizat, qui corpus suū impertit, qui absoluit: sic Christus est qui intrinsecus inungit, sacerdote externū tantū ministeriū adhibēte. Breuiter, Christus est Samaritanus ille euāgelicus, qui hominī à latronib⁹ dispoliato ac grauissimis plagis affecto appropians, cæteris prætereūtibus, solus misericordia mouetur: & totus intentus curacioni hominis tā miserē affecti, sacramētorum suorum alligamenta adhibet, quē & alligatum, iumē tōque suo impositū, in stabulum ecclesię ducit. Sacerdos autem stabularij vicem gerit, cui præcipitur, vt curam ægroti agat, sed Pharmacia à Christo vero illo Samaritano, hoc est hominum custode præscriptis, qui solus sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum.

Ipsi gloria in secula Amen.



Ecclēsia catholica, mater nostra, in qua p baptismum renascimur Christo, eū ordinem tenet, vt symbolū apostolicū (quæ est fidei nostrę regula) ante omnia proponat ac tradat: subinde vero posteaquā p̄fessi sumus quod credim⁹ orationē dominicā subiūgat ac red-di etiā iubeat, idq; ordine nō modo decēti, sed & necessario. Siquidē vt precemur Deū, necesse est vt fidē prius teneamus, quæ vtiq; nisi data esset, orare nō possemus. Quomodo enim (vri Paulus Apostolus ait) inuocabuunt, in quem non crediderunt? Eundem ergo ordinem nos insequentes, post Apostolici symboli, diuinorumquē sacramentorum (quæ veluti pars quadām symboli esse videntur) expositionem, ad breuē dominicę orationis dilucidationem rectē properabimus.

Sed priusquam ad contextū eiusmodi precationis accedamus, paucis de modo Deum orādī præfandū erit. Principio ex his, quæ passim, p̄sertim in expositionē symboli ac sacramentorum, maximē pœnitentię, attulimus, manifestū euadit, fidem, quæ nos Christianos efficit, nō esse vanam aliquam aut euandam persuasione, sed Dei donum cordibus nostris infusum, viuum & efficax per charitatē, quā Apostolus definiēs, ait: Neque circuncisio est aliquid neque præputium, sed fides quæ per dilectionē operatur, qua efficitur filij Dei, qua Deo nos totos cōmittimus, qua omnia ad Deū referimus, qua Deo per sp̄ & charitatē copulamur, nobis penitus diffusi, quæ nisi delūper gratuito munere nobis daretur, non ille dixisset: Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eū. Quis enim fidem se habere gloriatur, nisi qui acceperit spiritum fidei, de quo Apostolus ait, Habentes eundem sp̄ritum fidei, secundū quod scriptum est: Credidi, propter quōd locutus sum, & nos credimus, propter quōd loquimur? Hic ergo spiritus qui talem fidem largitur, suggerit nobis per fidem quid loquamur, & vt Apostolus ait: Ipse spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilib⁹. Nō quōd ipse spiritus sanctus, vti indigens alicuius interpellat, sed quōd nos interpellare faciat, nobisque interpellandi & gemendi inspirat affectum. Quod idē Apostolus explicatius

*Ordo ca-
thechizā
di ecclesię.*

*Sine fide
nemo orat
Deum.
Rom. 10.*

*Fides
Christia-
norum.
Galat. 5.
Fides gra-
tuitū do-
num.
Ioan. 6.
2. Cor. 4.
Psal. 115.*

*Spirit⁹ fi-
dei sugge-
rit nobis
quid lo-
quamur
& orem⁹.
Roma. 8.
August.*

Roma. 8. facit quum subdit: Spiritus adiuuat infirmitatem nostram ut ipse facere dicatur, quod ut faciamus, facit ac *inuat*: de quo spiritu alibi apertius ait: Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba pater. Et iterum: Quoniam filij Dei estis, misit Deus spiritum filij sui in corda vestra, clamantem, Abba pater. Vnde consequens est, ut quemadmodum sine spiritu fidei non est recte quisquam crediturus, ita nec sine spiritu orationis salubriter oraturus, atque adeo nihil boni acturus, nisi eodem spiritu adiuuante. Nemo enim recte sapit, recte intelligit, recte consilio ac fortitudine praeuallet, nemo scienter pius est vel pie sciens, nemo amore casto Deum timet, nisi acceperit spiritum sapientiae & intellectus, consilij & fortitudinis, scientiae & pietatis, & timoris Dei. Nec habet quisquam virtutem veram, charitatem sinceram, continentiam religiosam, nisi per spiritum virtutis & charitatis & continentiae: non quia tot sunt spiritus, sed omnia haec operatur vnus atque idem spiritus, diuidens propria vniciuique sicut vult, quamquam aliter adiuuat nondum inhabitans, aliter inhabitans. Nam nondum inhabitans, adiuuat ut simus fideles: inhabitans vero adiuuat iam fideles, ut simus in omne opus bonum propensi. Siquidem ut Apostolus ait, Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis, qua praediti, non solum iam in Deum credimus, aut spe erigimur, sed in domino delectamur, in mandatis eius voluntarie inambulantes, quemadmodum Psalmes ait: Viam mandatorum tuorum cucurri, quum dilatasti cor meum, nempe, per charitatis diffusionem.

Sed quorsum haec, nisi vt ostendamus etiam ipsam orationem inter gratiae munera deputari, verumque ac rectum orandi modum esse, si in fide, spe & charitate ad orandum accedamus? Quomodo enim aliter orabimus, nisi accepimus spiritum fidei, spei & charitatis, in quo clamemus, Abba pater? Alioqui, si neque per fidem attendamus, neque per spem erigimur, neque per charitatem accendamus, loqui quidem possumus, orare vero nequaquam. Quid enim aliud est oratio, nisi pius mentis assensus in Deum, seu priorum votorum oblatio intenta & ardens? Quomodo autem eleuabitur in Deum mens? quomodo domino vota pia offerret, nisi in primis fide fundata fuerit, qua credat omnia bona à Domino petenda esse, &

Deum ipsum, natura bonum, omnibus optime velle, ac magna & inestimabilia bona suis fidelibus parasse? Dein spe erecta sit, qua ea bona vti sibi parata se capere posse indubitato speret, quod homo fidelis, id quod credit, sibi per spem quodammodo vendicet. Denique etiam charitate inardescat, qua incitata, dicat, Curram igitur, peram, & accipiam, quae praeparauit Deus diligentibus se. Nam (quemadmodum saepe diximus) ut fides, qua Christiani & filij Dei sumus, aliud à spe & charitate donum sit, spem tamen & charitatem comites ita coniunctas habet, vt ab eis nequaquam separaretur, separata vero, iam non fides viua, sed mortua sit & nuncupetur, ad deprecandum Deum omnino inepta, quod à mortuo pereat confessio ac oratio. Rursus haec duo posteriora dona, fidem semper vti substerniculum spiritualis aedificij necessariò praesupponunt, atque etiam vt cõcomiteretur, postulant. Neque enim quis in eum sperat, cui non credit, cui se & sua non committit. Itẽ nemo sincere eum dilexerit, cui fidem non adhibeat, & de quo optime non speret. Denique frustra quis omnia bona se à Deo sperare, atque etiam Deum diligere sibi videbitur, nisi viuida quoque fides accedat, qua idem ipse bona illa (quæcunquẽ tandem ea sint vel animi vel corporis) quæ à Deo petuntur, ac nobis in hac vita donantur, à Deo etiam accipiat, atque à Deo ea sese iam tandem accepisse, quandoque statuatur, ac certo credat: Frustrà siquidẽ Deum assidue de pane quotidiano interpellaueris nisi tandem etiam fide accipias quod petis, nimirum vt mente sentias, hunc panem quo victitas, te non aliunde, quàm à Deo ipso, quem oras, accepisse, ac in dies accipere. Itidem frustra de peccatorum remissione Deum sollicitaueris, nisi simul quoque credas remissionem peccatorum, quam fideliter postulasti, te ab ipso Deo tandem etiam assequutum esse. Quid enim proderit, si perpetuò inclames: Remitte domine iniquitatem serui tui, modo nunquam desinas de Dei erga te misericordia dubitare, aut confidere se statuere nunquã possis, Deum tibi reconciliatum esse? Atque haec est fides illa singularis & specialis, quæ non tantum spiritualis aedificij initium est, sed magis spei absolutio, indiuiduam post se trahens charitatem, qua nobis Dei beneficia applicamus, & quod actioni nostrae deest, ex apprehensione misericordiae per Christum supplemus. De qua superius in tractatu Penitentiae & Iustificationis fusius diximus. Vt ergo necesse est haec tria in omni

*Fide, spe
& charitatem in
omni opere bono cõ
iuncta esse
oportet.*

*Bern. ser.
1. de annũ
tiatione.*

Iacobi 1.

1. Tim. 1. opere bono concurrere, q̄ finis præcepti sit charitas de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta ita maxime orationem (veluti opus, quo proxime cum Deo agimus) antequam de ea oportet, non tempore quidem (quod animus fide, spe & charitate imbutus, saltem per cœlestium desiderium, in quo tota orationis vis consistit, non possit non orare) sed causa magis & ratione.

Psal. 9. *Roma. 4.* **I**am cum fides in hominis pectore per verbū formetur, & promissioni Dei planè innitatur, quod Paulus ex ep̄lo Abrahamæ grauissimè astruit: In re, p̄missione (iquit) Dei (qua scilicet pollicitus erat Deus illi vetulo ex Sara vxore decrepita futurum filium, in cuius semine benedicerentur omnes tribus terræ) non hæsitauit Abrahamā diffidentia, nec considerauit corpus suum emortuū, quum iam ferè centū esset annorum, & emortuam vultuam Saræ; sed confortatus est fide, dans gloria Deo, plenissimè sciens, quia quæcūque promissit Deus, potens est & facere: consequitur certè, oraturū in primis oportere respicere ad institutionem & mandatum Dei, quo nos orare se & precari docuit, præcantes quoque exauditurum se promissit. Quod faciens, ac mandato p̄missioneque

Prima a-
liis oratio-
nis fides,
quæ preca-
turus in
primis a-
cuere de-
bet.
i. Petr. 5. Dei assentiens, fideliter accedit, sciens Deū pro nobis sollicitum esse, & ad dandum paratum, qui ad petendum suo verbo nos cohortatur & impellit. Huc respicit ecclesia dei, quū ante orationē dominicam in sacrosancto Myllè mysterio in hunc modū præfatur: Oremus, præceptis salutariibus moniti, ac diuina institutione formati, audemus dicere, Pater noster. Sic alibi hymnū canens, Deum promissionis suæ per fidem commonefacit. Si renuis (inquit) quis tribuet? Indulge, quia potens es, si corde rogamus mundo, certè debes ex promisso. Vt ergo Christus nos fideles faceret precatores, non tantū orandi mandatum dedit, & promissionem addidit, dicens: Petite, & accipietis: sed & modum orandi docuit, & formulam præscripsit, vt citra vllam hæsitacionē verbo suo confirmati fideliter peteremus, quod ille precari nos iussit.

Mat. 6. **C**hristus orare iussit ac orandi formulam præscripsit & cur. *Secundo,* vt agnoscat suam infirmitatē & indigentiam. *Mat. 9.* indigentibus subuenire. Non enim opus est bene habētibus medico, sed male habētibus. Fide ergo op^o est, quæ (vt supra diximus) intellectum illuminat & cor purificat, vt & nostrā

miseriam, imbecillitatē, infirmitatē, ac immunditiā, & rursum *nostra infirmitate & inopia. Gene. 1. Exod. 3. Psal. 103. Act. 13. 1. Tim. 5. Psal. 103. Esai. 40. Psal. 59. Psal. 143. Psal. 50. Roma. 7. Gene. 6. 1. Petr. 3. Ioan. 3. Rom. 5. Luca 1. Iob 7.* Dei maiestatem bonitatemque videre possimus. Fide enim apprehendimus & cernimus Deum esse, qui propter bonitatem suā cūcta creauit, à quo omnia bona procedūt, sine quo nihil quicquam est, quique omnia in omnibus operatur, sustentans, conferuans, gubernans, viuificās, & vegetās omnia: qui præstat nobis vt viuamus, moueamur, & simus: qui abūdè omnia ad fruendum tribuit: quo dante, omnia que bonorū appellatione continentur, accipimus: quo subtrahente manum omnia rursus amittimus, iustus & misericors: iustus in impios & peccatores non agnoscentes eum: misericors in timentes ipsum. Fide percipimus infirmitatē & indigentiam nostram, q̄ puluis simus & cinis, quod omnis homo scœnum & omnis gloria eius quasi flos scœni: quod vana salus hominis, quæ vanitati similis factus est, cuius dies sicut vmbra pretereunt: quod in iniquitatibus cōcepti, quod in peccatis nati simus, quod concupiscentiam (reliquias peccati) hostem illū domesticum circumferamus, qui nunquā spiritui nostro molestus esse desinit: quo sollicitate, ab adolescentia proni in malum sumus, & in omne riuimus peccatū: quod mundus à dextera, læuāque à fronte pariter atque à tergo nos interdū falsis præstigijs occupatos detineat, interdū rebus aduersis velut aperto Marte sauiens oppugnet, vt à Deo alienet: quod aduersarius noster diabolus tanquam leo rugiens circumire nos nunquā cesset, quærens quem deuoret. Fide denique percipimus, quod deus, miseræ nostræ misertus, cum adhuc peccatores & mortui essemus, filio suo vnigenito nō pepercerit, sed pro omnibus nobis tradiderit illum, vt iustificati in sanguine ipsius, credentes in eum qui iustificat impiū, per fidem de cōcupiscentia, mundo & diabolo triūphemus, vt sine timore de manu inimicorum nostrorū liberati, seruiamus illi in sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus vitæ nostræ: quo tandem consummata militia nostra, quæ est super terram, ipso summo bono, qui est deus, in æternum fruamur. Ad quem vnum finem omnia referri oportere fides docet. Qui ergo tali fide instructus est, hic solus rectè ad orandum accedit: Nam eum qui petere vult aliquid, necesse est, vt ante omnia fe discutiat, num egeat. Secundo vt apud se statuat, quid petere velit: & quānam re opus habeat. Tertio quærendus est, qui inopia leuare & velit, & possit: quæ omnia fides

oratur ostendit, quam qui non habet, is suæ fiducia (quæ fidei ex diametro opponitur) temerè innititur, nondum intelligens se Dei donis, beneficiis, & auxiliis egere. **Quamobrem** et si ore preces permurmuret, nihil tamen minus faciet quam ut oret, imò oratio eius sibi in peccatū reputabitur, quia non orat ex fide, nec suam infirmitatē & inopiam, nec Dei bonitatem & misericordiam agnoscens: hoc enim fide fit, quæ pauperes spiritu, humiles corde & contritos animo facit, ad quos solos respicit Deus, sicut scriptum est: **Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabit.** Et iterū: **Super quem respiciam, nisi super humilem & contritum, & trementem sermones meos? Respexit** (inquit David) **in orationem humilium, & non spernit preces eorum.** Superbos autem qui infirmitatem suam præsertim interiorē non sentiunt, qui latentem mentis impuritatem non percipiunt, qui in fortitudine, viribus, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur, qui dicunt, quia diuites sumus, & locupletati, & nullius egenus, & nesciunt quia in oculis Dei miseri sunt, & miserabiles, & pauperes, & cæci, & nudi: hos despicit Deus sicut illos respicit, quem admodum gloriosissima virgo virginum cecinit: **Deposuit potētes de sede, & exaltauit humiles: Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes.** Deus enim (ut Apostolus Petrus ait) **superbis resistit, & humilibus dat gratiam.** Et ideo sequitur: **Humiliamini igitur sub potēti manu Dei, ut vos exaltet in tempore visitationis, omnem sollicitudinem vestram proicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis.**

Quò respiciat para-
bole de fi-
lio prodigo,
et de phariseo asper-
blicano.
Luc. 15.
Luc. 18.
Phariseus?

HAcc ut Christus animis nostris perpetuo retinenda infigeret ac inculcaret, duas insignes parabolas adhibuit. Alterā de filio prodigo, alterā de phariseo & publicano. Filius prodigus portione paternæ substantiæ, quæ illi obuenierat, abutens, non antè venit oratum patrem, quam in se reuerfus, & suam miseriam deploraret, & diuitias bonitatis benignissimi patris agnosceret. Itidē publicanus, proculdubio quod ad mundum attinebat, rebus affluens, sed quod ad animum pertinet, consciētia peccatorum percussus, suæque indigentia per fidei lumen certior redditur, ascendit in templū, orans non eodem quo phariseus affectu: Hic enim sibi fidēs, & bonorum operum in speciem diues, in seipsum non descēdit, quo minus mētis suæ, fœdissimis concupiscentiæ & ambitionis

ditionis affectibus corrupta, turpitudinem videret: sed stans apud se orabat elatus, seipsum commendans, non accusans, quasi à se esset, si quid egisset boni, cum diceret: **Non sum sicut ceteri hominum, &c. velut etiam hic publicanus.** At ille in se reuerfus, & miseriam animi sui per fidem contēplatus, à longè stetit, animo deiecto & humili, nolens vel oculos ad cœlum leuare, sed percutiēs pectus suam, & ad Deū (qui contritū & humiliatum non despicit) conuersus dixit: **Deus, propitius esto mihi peccatori.** Quam verò diuersus fuerit vtriusque orationis fructus sequitur: **Amē** (inquit dominus) **dico vobis, descendit hic, nempe publicanus, in domum suā iustificatus ab illo: Qui enim se exultat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur.** Hūc affectū beatissimus Apostolus in vidua Christiana requirens, ait: **Quæ autem verè vidua est & desolata, sperauit in domino, & persistit in oratione die ac nocte.** Desolatam vult esse Apostolus viduam, non quod viduas secundum hoc seculum diuites ab orando repellat, sed vult viduam animo pauperē & prudenter intelligētē, quod in hoc mūdo & in hac vita nulla anima possit esse secura. In hoc ergo orandi genere in viduis quid electū est, nisi destitutio & desolatio? Quapropter si se omnis anima intelligat in hoc seculo destitutam atque desolatā, quamdiu peregrinatur à domino, profecto quandam viduitatem suam Deo defensori, assidua & impensissima precatione commendat. Ne que enī hæc desolatio seu paupertas à censu, sed à mēte metienda est. Christus enim, quū adhuc esset in carne, Zachæum diuitem in regnum cœlorum misit, & resurrectione atque ascensione glorificatus, multos postea diuites, in partito Spiritu sancto, fecit huius seculi contemptores, & finita diuitiarū cupiditate ditiores. Diuitibus itaque perinde ac pauperibus huius seculi hæc animi desolatio ac paupertas cōmunis est, modo non superbè sapiant, neque sperent in incerto diuitiarum: Sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia abundantè ad fruendū, ut diuites sint in operibus bonis, facillè tribuantur, ac thesauris sibi fundamentum bonum communicent, ut apprehendant vitam æternam, gratias agētes in futurum, ut apprehendant vitam æternam, gratias agētes in omnibus. **Quamobrem** (ut diximus) in his presentis vitæ tenebris, in quibus peregrinamur à domino, quamdiu per fidem ambulamus, non per speciem, desolatam se debet Christiana anima putare, ne desinat orare, & scripturarum diui-

Publicanus.

Psal. 50.

1. Tim. 5.
Aug. ad
Probam.
Mat. 5.
Oportet
animo esse
desolatū.Paupertas
spiritus non à
censu, sed à
mente metienda.Lucæ 19.
Diuites
censu posse
esse
pauperes
spiritu.1. Tim. 5.
2. Cor. 5.
2. Petr. 1.

*Aug. ad
Probam,
cap. 45.
1. Cor. 15.*

narum sanctorumque sermone discat, tanquam lucernæ in obscuro loco posita, fidei oculum intendere donec dies luceat, & lucifer oriatur in cordibus nostris: Imò donec hoc mortale immortalitatem, & corruptibile hoc induat incorruptionem, quando nulla erit reliqua carnis, mundi seu satanæ tentatio, quâdo absorpta erit mors in victoria, & vita felicissima nunquam desitura, nullius amodo indigens, sed Dei fruitione saturata. Huc enim tanquam in scopum quandam omnem orationem nostram respicere oportet. Quemadmodum diuinus Psaltes precatur: Vnam, inquit, petij a domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ. Quisquis autem hanc vnam petit a domino & requirit, is securus petit, & si quæ alia petuntur, quæ est vna illa vera & sola beata vita, vt contemplemus domini dilectionem in æternum, immortales atque incorruptibiles corpore & spiritu.

*Secunda
ala ora-
tionis spes.
Bernard.
Fiducia
miserico-
diæ qua
Dei dona
accipim⁹,
quæ &
fides insti-
ficans ap-
pellatur si-
dem gene-
ralem, &
spem com-
plicitur.*

Postquã animus ad orandũ accessuri, fide roboratus, & (quemadmodũ iam diximus) affectus est, spem etiã vt adhibeat, necesse erit, qua quod petitur cũ fiducia expectetur. Ad spẽ enim in primis requiritur animi firmitas, qua homo sibi promissam Dei gratiam quodãmodo vendicet, ac tandẽ per fidem, hac spe confirmatã, etiam applicet, assignet, arripiatq;. Vt ergo verè & rectè oremus, non oportet nos de promissione veracis & fidelis Dei vllatenus addubitare. Propterea enim se nos exauditurũ promissit, ac vt se precaremur iussit vt certi essemus ac fortiter & cõstãter speraremus, fore vt nos exaudiret. Sicut Matthæi 21. & Marci 11. dixit: Dico autem vobis, omnia quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis. Et Lucæ vndecimo: Ego (inquit veritas) dico vobis, aperite & dabitur vobis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis: Omnis enim qui petit, accipit, & qui quærit inuenit, & pulsanti aperietur. Et vt spem nostram corroboraret, similitudine vitur quæ vel desperatiffimis spem sit præbitura: Quis, inquit, ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? aut piscem, nunquid pro pisce serpentem dabit illi? aut si petierit ouem, nunquid porriget illi scorpionem? Si ergo vos quum sitis mali, notis bona dare filiis vestris, quanto magis pater vester cœlestis (nimirum natura bonus & solus bonus) de cœlo dabit spiritum bonum petentibus se? Sed hic interim videndũ, vt spei

Mat. 19.

nostræ scopus sit vita beata per Christum, quemadmodum Apostolus ait: Expectatẽ beatã spẽ, de qua Psaltes dixit: Tu es spes mea à iuuetute mea. Dominus enim ipse spes nostra est, & Christus spes Euangelij & gloriæ, quod per ipsum nos speremus lætium Euangelij nuntium consequuturos, id est, remissionem peccatorum & gloriã sempiternam. Consequemur autẽ quod speramus dubio procul, si tamen permaneamus in fide fundati, stabiles & immobiles ab hac spe Euangelij Dei. Quod si anchoram spei nostrẽ in Christo firmemus, non est periculũ, si quæ alia ad hunc finem nanciscendũ accommoda, vt media quædam à Deo speremus, modò absit carnalis concupiscentia, & hoc solũ attendatur, vt his secundũ Deum vti, & iisdem proximis prodesse possimus.

Precaturus ergo Deũ, omni diffidentia vacare debet, nihil dubitare aut hæsitare de promissis dei, alioqui temerè petiturus. Proinde diuus Iacobus ait: Si quis autẽ vestrũ indiget sapientia, postulet à deo, qui dat omnibus affluẽter, & non impropere, & dabitur ei. Postulet autẽ in fide nihil hæsitans. Qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui à vento mouetur & circumfertur: non ergo existimet homo ille, quod aliquid accipiat à domino. Quæ verba sic ex sequentibus intelligenda sunt: ideo enim qui hæsitat, nihil accipit, quoniã vir est animo duplex, corde minimè certo & inquieto, in quod se gratia domini insinuare non potest, quemadmodum maris fluctus non facile formam vllam recipit, quum vento mouetur & circumfertur. Deinde male de deo sentit, cuius auxilium implorat, quasi aut non velit aut non possit suis promissis satisfacere, quod parum à blasphemia abest. Simplicem ergo & nusquam vacillantem fiduciam nostram esse oportet, quæ deum semper respiciat, qui neminem sibi fidentem destituit, siue contingat viuere, siue mori, vt dicere possimus cum Dauid: Oculi mei semper ad dominum, quoniam ipse euellit de laqueo pedes meos.

Secundo, quemadmodum necesse est, vt spes orantis certa & indubitata sit, ita eandem oportet esse patientem, & timori dei innitentẽ, alioqui non dicenda spes seu fiducia, sed arrogans psumptio, quali afficiebatur superbus ille Pharisæus. Propterea neque tempus, neque modus deo statuentus est, qui nouit, quando & quomodo nostris precibus satisfacere velit, etsi non eo tempore, vel eo modo, quo nos peti-

*Spei no-
stræ scopus
quis esse
debeat.
Psal. 7.*

*Quomodo
cetera præ-
ter vitam
beatam pe-
tenda.*

*Orantem
non oportet
hæsita-
re.*

Iacobi 1.

*Spẽ oran-
tis patientem
esse
oportet.*

Lucæ 18.

mus satisfaciat. Hoc ergo deuotionis debem⁹ domino Deo nostro, vt non ideo nos ab eo negligi existimemus, si nō statim ea dederit quę petimus, aut abstulerit, quę deprecamur, sed potius pia patientia malorum, bona speremus ampliora.

Aug. ad Probam. Imō si aliquid, contra quod oramus, acciderit, patienter ferēdo, & in omnibus gratias agendo, hoc potius oportuisse fieri quod Dei, nō quod nostra voluntas habuit, minimē dubitare debemus. Tale exemplum præbuit nobis ille mediator Christus, qui licet Deus & homo, tamen vt homo, suam semper voluntatem, Dei patris voluntati submisit.

Mat. 62. Mar. 14. Luca 22. Philip. 2. Qui quū humanā in se voluntatē ex hominis susceptione transformans, dixisset: Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste: cōtinuō subiecit: Veruntamen non quod ego volo, sed quod tu vis pater. Hunc affectum videre licet in sanctis patribus, id quod ipsorum ardentissimā preces vbique testantur. Expecta (inquit Dauid) dominum, viriliter age, confortetur cor tuum, & sustine dominum. Et iterū: Expectans expectaui dominum, & intēdit mihi, & exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miserię & de luto fecis. Memorabile exēplū præstat nobis insignis illa veteris testamenti mulier Iudith, quę quū intellexeret Oziam promississe, quod transacto quinto die traderet ciuitatem Bethuliam Assyriis, si interea non venisset adiutorium à domino, grauius reprehendit Oziam & populum inter alia, dicens: Qui estis vos, qui tentatis dominum? nō est iste sermo qui misericordiam prouocet: sed potius qui iram excitet, & furorem accēdat. Posuistis vos tēpus miserationis Domini, & in arbitrium vestrum diem cōstituisis eis: Et statim post: Humiliemus illi animas nostras, & in spiritu constiti humiliato seruientes illi dicamus, vt secundum voluntatem suam sic faciat nobiscum misericordiam suam, expectemusque humiles consolationes eius. Qui enim tentationes non susceperunt cum timore Domini, & imparietiam suam & improperiū murmurationis suę cōtra Deum protulerūt, exterminati sunt ab exterminatore. Et nos ergo non vlciscamur nos pro his quę patimur, sed reputātes peccatis nostris hæc ipsa supplicia minora, esse flagella Domini, ea quasi serui qui corripimur, ad emendationem & non ad perditionē nostram euēnisse credamus. Nec minori exēplo est Apostolus Paulus, cui, ne reuelationū magnitudine extolleretur, datus est stimulus carnis, angelus satanę, qui eū colaphizaret: pro-

Sancti se Dei volū tati peni- tus submi serunt.
Psal. 26. August. Psal. 39. Iudith ex emplar. Iudith 8. Ibidem.
Paul⁹ pā tētia ex- emplar. 2. Cor. 12.

pter quod ter Dominum rogauit, vt eum auferret ab eo. Sed vir tantus responsum Dei, quur id nō fieret, & quare fieri nō expediret, audiuit in hac sententiā: Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Quamobrem idē Apostolus alibi dixit: Quid enim orem⁹, sicut oportet, nescimus, nimirum intelligens, non in tribulationibus, ceterisque rebus corporalibus (quę possunt & prodesse & nocere) interdum non tamen cum peccato (si tamen Deivoluntati nostrā subiecerimus) petere, quę statim fieri nō expediat, sed potius proficit, nos petitis ad tempus frustrari, vel ad sanandū tumorem superbię, vel ad probandam, exercendāque patientiā, vel ad puniēda & abluēda peccata. In hoc ergo rerum genere spes nostra Dei voluntati attempēda est, sic vt indubitati simus, nos aut id quod speramus, aut aliquid meli⁹, saltem magis scilicet profuturum ad nanciscendū finem spei nostrę, consequuturos. Hunc affectū vt inderet nobis Christus, plerisque parabolis supra modū accommodis vsus est. Nam vt doceat, quōd oporteret semper orare, & non deficere, sed per patientiam expectare misericordiam Dei, parabolā de iudice iniquo, qui nec Deū timebat, nec hominē reue- rebatur, proposuit: quem quum vidua sedulo interpellaret, vt vindicaret eam de aduersario suo, atque ille nolet per multū tempus, tandem tamen mulieris importunitate victus, vindicauit illam. Quo magis (inquit Christus) Deus (cuius viæ sūt misericordia & veritas) faciet vindictam electorum suorum, clamantium ad se die ac nocte: Aliam, nec minus incitantem parabolam, Lucę vndecimo legimus, de eo qui media nocte amicum accedens, tres panes accommodato petiit: qui etsi non impetret ea ratione quōd amicus sit, tandē tamen per importunitatem, si perseuerauerit pulsans, impetrabit tot panes quot habet necessarios. Quāto magis pater celestis (qui dat, & non impropert) sedulo perentium vota respiciet: Huc spectant illę sententię, quę sedulo & instanter orare iubent. Semper (inquit Paulus) gaudete, sine intermissione orate, obsecrationi instate, vigilantes in ea. Multum enim (vt diuus Iacob⁹ ait) valet deprecatio iusti assidua, quod exemplo confirmat, dicens: Elias homo similis erat vobis passibilis, & oratione orauit, vt non plueret super terram, & non pluit annos tres & menses sex: & rursus orauit, & cælū dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum.

*Ibidem.**Roma. 8.**Cur De⁹ interdum ad tempus nos non exaudiat.**Parabola de iudice iniquo explicatur.**Luc. 18.**Luc. 2. 4.**Parabola de amico veniente nocte & petente tres panes.**Luc. 11.**Iacobi 1.**1. Thes. 3.**Iacobi 5.**3. Reg. 17.*

Spes debet
esse synce-
ra, vt san-
cti ac iu-
sta petat.
Petere in
nomine
Christi
quid sit.
Ioan. 15.
Ioan. 1.
Iacobi 4.

Mat. 5.

Nũc. 11.
Psal. 77.

2. Cor. 12.
Psal. 77.

Tertio, hæc spes sinceritatem requirit, vt sancta, iusta, ac deo placita petamus ac speremus, non vana, fucata, & falsa, ne dicamus mala ac exosa deo. Quare qui gloriã seculi & diuitias petit ac sperat, eo affectu vt in illis conquireat, is non rectè petit, quia non sequitur mandatum Christi, qui iubet, vt in nomine suo petamus patrẽ. In nomine verò saluatoris qui petit, salutaria tantum postulat. Qui verò vana rogat, nomen Iesu ludibrio habet, & deum contemnit, quia spem non in deo, qui non videtur, sed in diuitiis & cæteris huius mundi transitorijs rebus ac vana gloria collocat, quod verã Christianã spei repugnat. Quamobrem diuus Iacobus ait: Petitis, & non accipitis, eo quòd malè petatis, vt in concupiscentiis vestris insumatis: Et Prouerbiorum decimo legimus: Spes impiorum peribit: Itidem Iob septimo: Spes hypocritarum peribit, & sicut tela araneorum fiducia eius. Proindeque Christus orationem hypocriticã damnat, quòd hypocritæ spem suam in vana gloria reclinent, amantes in synagogis & in angulis platearum stantes orare, vt videantur ab hominibus, quos dominus hic recipere mercedem suam asseuerat. Quo pacto verò victui necessaria petere & possimus & debeamus, post dicemus.

EX predictis liquet, orationes nostras, etsi cū fiducia porrectas, tamen duabus potissimū de causis non exaudiri, vel quòd magis nostra referat, vt non exaudiamur, deo vota nostra in melius cõmutaturo. Vel quòd malè petamus, sequuti concupiscentiam nostram carnalem, quam petendo insistentes, vel non accipimus, vel si interdum accipimus, cū periculo & detrimento accipimus. Legimus enim dominū quibusdam impatientibus, quòd concupiscentiam sequuti poscebant, iratum concessisse, qui diuo Paulo, quod petebat, negauit propitius. Nam Israëlitis concupiscentia carnii inardescensibus, deus dedit eis petitionẽ eorū, & misit futuritẽ in animas ipsorum: sed explera concupiscentia, impatientia est grauius castigata, quoniã adhuc escæ erant in ore eorum, & ira dei ascendit super eos. Quæ scripta sunt, ne forte quis magni pendat, si fuerit exauditus, quū aliquid malè aut impatienter petit quod non impetrare plus profuerit, aut se abiciat, & de diuina erga se miseratione desperet, si nõ exaudiat, quū forte aliquid petit quo accipiendo affligatur atrocius, vel à prosperitatis lenocinio corruptus penitus euertatur.

Postremo, oratio vt cœlos penetret: charitatis ardore inflàmmandã est. Nam vt omnia opera bona citra charitatis donū tepent, atque ad eò in speciem tantū fiunt: ita maxime friget oratio nisi alis geminã charitatis & Dei proximi subuehat. Charitatem Dei in nobis excitat sua ineffabilis bonitas, ad quam precaturi in primis respicere debent, vndique certè expositam, ne quis causari possit se in eius conspectum prodire non audere, cuius adhuc suspectam habeat bonitatẽ. Hanc enim in primis, in hoc admirabili mundi opificio, quocunq; tandẽ oculos vertamus, cernimus. Quicquid enim ibi bonū, pulchrum, iucundum, delectabile, & amabile cernimus, hoc omne ex Deo esse intelligimus. Quãto magis ergo omnis boni creator amabilis esse debet, præsertim homini, quem ad imaginem & similitudinem suã fecit, & super omnia opera manuum suarum constituit, quem propria voluntatis arbitrio lapsus non deseruit, sed per proprium filiū de cœlo missus, & ipsius hominis causa in mortem traditū, redemit viuificauit, iustificauit, & ex inimico in filiū gratuita bonitate adoptauit, ipsique cū Christo omnia bona donauit, impartiens etiam ei per Christū de spiritu suo, quo ductore, tandem in consortium cœlestis regni (quod pijs paratum est à cõstitutione mundi) perueniat. Qui hæc animo volutat, & per spiritus sancti gratiam percipit, is Deū non potest non diligere ex toto corde suo, ex tota mente sua, ex tota anima sua, & ex totis viribus suis. Quomodo enim nõ delectabitur in summo bono, qui delectatur in creatura? Quomodo non suspirabit semper ad optimū illū parentẽ, à quo quicquid est & tenet, habet? Quomodo non semper ardebit illius desiderio, qui ipsi gratis promittit regnum cœlorum, imò seipsū? Hæc est enim vita æterna, vt cognoscamus Deū, & cū eo perpetua felicitate fruamur. Hūc affectum qui induit is ad Deū fide firmus, ac spe corroboratus, amanter vadit, ac recte Deum precatur. Huic Psaltes dixit: Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Et iterum: Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus, beatus vir qui spe rat in eo. Charitatem proximi in nobis concitabit eiusdem naturæ participatio, quòd sit item omnii & similis ortus ex vno parente Adam, par (quod ad naturam attinet) conditio. Item quòd hic mundus pariter omnibus vna domus sit. Et nascatur. quod omnii maximū est, vnus Deus, quẽ omnes vno ore pa-

Tertia a-
la oratio-
nis chari-
tas.

Charitas
Dei mde
in nobis
excitetur.

Gene. 1.

Psal. 8.

Eccle. 17.

Ioan. 3.

Phillip. 2.

Roma. 8.

Mat. 25.

Rom. 5. 8.

Ioan. 14.

Ioan. 17.

Psal. 36.

Psal. 34.

Charit. as

proximi

quomodo

in nobis

1. Cor. 12.

Ephes. 4. trē appellamus, vnus Christus, in quo omnes renascimur, & Deo in filios adoptionis asciscimur, vt & duplici vinculo tā naturæ quàm adoptionis nos fratres esse fateamur. Vnus spiritus quem habemus è cœlo, vna & omnium communis cœlestis patria, vna fides, vnum baptisma, vnus panis, & vnus calix omnium, qui de vno pane & de vno calice participamus. Breuiter, vnum corpus sub vno capite, Christo. Quæ potest, quæso, arctior agnatio excogitari? A deo, vt præceptum dilectionis proximi, quo iubemur, vt proximū sicut nos ipsos diligamus, quam maximè naturæ ac rationi consentaneum sit. Qui hoc affectu imbutus est (id quod nemo non facile agnosceret, si tantum quisque se ad suum ipsius cor conuertat, & se ipsum interroget, nū reuera erga proximum, perinde atque erga se afficiatur) is demum rectè ad orandum accedit. Quā obrem Christus vbique ferè, vbi de orando præcepit, ex pacto nobiscū agit, vt nos nō aliter se exaudituros dicat, quàm si proximum ex corde dilexerimus, & si quid in nos peccauerit, remisimus.

Matt. 6.
Marc. 11.
Questio.
Aug. in
En. c. 17.
Dilutio.
In donis
spiritus &
virtutibus sunt
gradus.
Rom. 7.
Rom. 8.
Galat. 3.
Rom. 1.

Sed dicis, Si sic oportet ad orationē accedere, vt mens neque fide, neque spe, neque charitate vacet, nullus videbitur peccatoribus locus orandi relictus, quos tamē vel maximè orare conuenit. Dein, si hæc præcedere orationem oportet, quid est quòd scripturæ clamant, hæc tria nos præcipuè à Deo postulare debere? Sed facilis est responsio: In donis spiritus & virtutibus Christianis, gradus sunt quidam: Peccator quum in altissimis ignorantie tenebris versatur, secundū carnem viuens, sequens carnales concupiscentias, peccat, sed propemodum ignorans. Deinde quum respicit in legē Dei condemnantem peccatum, si nondum adiuuet spiritus, vult quidem secundum legem viuere, sed victus concupiscentia delinquit, idque sciens, & proinde grauius. Postquam autem accesserit spiritus, quo donante credimus, nobis ex toto corde conuersis ab operibus mortuis ad Deum, per Christū remissum iri peccata, ac donari gratiam adiutricem adimplendi mandatum Dei, tum demū incipit homo agi spiritu Dei, qui spiritum nostrum (iactis in eum seminibus fidei, spei, & charitatis) concupiscere facit aduersus carnem: atque tū incipit nobis reuelari Dei iustitia ex fide in fidem, vt quo magis homo sibi ipsi diffidere ac Deo credere, in Deū sperare, ac Deo per charitatem adhærere pergit, eo magis hæc spiri-

tus dona in nobis augetur, & quanto cupiditas minuitur, tanto magis charitas crescat, donec tandē caro penitus subiiciatur spiritui, quod tamen perfectè & consummatè demū in resurrectione mortuorū implebitur. Vt ergo vnde digressi sumus reuertamur, adeo nō prohibem⁹ peccatores ab orādo, vt illos quā maximè ad orādum incitemus, quòd infirmis quā maximè opus sit medico: sed tamen eos frustra orare dicemus, nisi iacta fidei, spei, & charitatis semēte, id est, nisi saltem odio peccati ad misericordiam Dei fidenter ac amanter confugere incipiant. Vt autem fides principio modica sit, vt spes vacillans, vt tepida charitas, non tamen ideo minus, sed tanto magis orandum est, & cum Apostolis inclamandus est Christus: Domine, adauge nobis fidem. Et cum tota ecclesia precandus, vt spem corroboret, & sui ignis amorem in nobis accendat. Eos verò peccatores tantum ab orando repellimus, qui se peccatores esse non sentiunt, qui quærunt excusationē in peccatis, qui obstinati, venditi, & traditi sunt in peccatum, qui gloriantur quū malefecerint, & exultant in rebus pessimis, quos peccatores scimus quia Deus non exaudit, sed potius eorum oratio fit in peccatū, quemadmodū apud Elaiam cap. 1. legimus: Quum multiplicaueritis orationē non exaudiam. Manus enim vestræ sanguine plene sunt. Et Hieremias Thren. 3. Nos iniquè egimus, & ad iracundiam te prouocauimus. Idcirco tu inexorabilis es. At peccator qui in tempore accepto ad se redit, pauper spiritu, humilis, contritus, suspirans, credens, sperans, & desiderans, Deum inuocat, is proculdubio voti sui compos fiet, quoniam non faller veritas, penitissimè ad se omnes laborantes inuitans. Venite, inquit, ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & inuenietis requiem animabus vestris.

Vnde consequens est, vt tamen oratio nostra soli misericordię ac gratiæ Dei (quæ etiam nos ad orandum incitat, & gratis quæ petimus donat) inniti debeat, oportere tamen, vt hanc fiduciā nostrā affectus bene viuendī ornet, & bona opera subsequatur. Hoc enim vult Apostol⁹ quū iubet, vt orantes manus puras extollant. Et Psalter ait: Innocens manibus & mundo corde, hic accipiet benedictionē à domino. Innocentium ascendit oratio, si Aegyptium lutum oderint, & operari terrena declinēt. Phariseos dominus cul-

1. Cor. 13.

Mat. 9.
Peccatoribus orandum, & quo affectu.

Psal. 110.

Psal. 51.

Ioan. 9.

Psal. 108.

2. Cor. 6.

Mat. 5.

Mat. 11.

Affect⁹ bene viuendī orantis necessari⁹.
Psa. 14.

Lucæ 20. pat, quòd deorarent domos viduarum, simulantes longam orationem. Hi, inquit, accipiēt dānationem maiorem. Quid ergo orationis affectui magis obstabit, quàm si volūtas aut vita voci non cōcordet? Ea vero demū (vt est in cantico quodam ecclesiastico) dulcis est symphonia, si vox vitam non remordet. Et diuus Ioannes ait: Charissimi, si cor vōstrum non reprehendit nos, fiduciam habemus ad Deum, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quando mandata eius custodimus, & ea quæ sunt placita coram eo, facimus.

Ieiunium & eleemoſyna orationē faciunt alacriorem.
Tob. 4.
Mat. 6.
Eſai. 58.

In primis autem scriptura duo opera commendat, quæ nos ad orandum expeditiores & alacriores faciunt, si tamē in fide & charitate fiant, nempe ieiuniū & eleemoſyna: Bona est (inquit Tobias) oratio cum ieiunio & eleemoſyna, magis quàm thesauros auri recōdere. Nec Christus temerè hæc tria nepe ieiunium, eleemoſynam, & orationem apud Matthæum cap. 6. coniungit. Et Eſaias cap. 58. sic copulat, perinde atque necessariò coherentia. Nec est quispiā tam stupidus, qui non videat hæc tria propemodū indissolubili vinculo coherere oportere, præsertim si oratio in deprecanda ira Dei efferuere debeat. Oratio enim ascensus mētis est in Deū: sed quū crapula, ebrietate, & curis huius mundi corda nostra aggrauantur, fit vt non possint in Deum respicere, seu in oratione quod necesse est vigilare. Vigilare, inquit Christus, & orate.

Lucæ 21.
Vigilare in oratione necesse est.
Mat. 26.
Ioan. 3.
Eſai. 58.

Dein, Si quis habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauferit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? & qua tandē fronte, is viscera misericordiæ dei nostri implorabit, qui viscera clauferit fratri? Quamobrem Eſaias veram rationem ieiunandi (quæ est abstinere à peccato) ac dandi eleemoſynā & orandi docens, sic ait: Nōne, hoc est, magis ieiunium quod elegi? Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes, dimitte eos (qui contracti sunt) liberos, & omne onus dirumpe, frange esurienti panem tuū, & egenos vagōsque induc in domū tuam. Quum videris nudum operi eum, & carnem tuam (hoc est proximum tuū) ne despexeris. Tūc inuocabis, & dominus exaudiet: clamabis, & dicet, Ecce adsum, quia misericors sum Dominus deus tuus.

In affectibus piis tota orationis viā cōstitit.

Am, vt putamus, satis superque ostēdimus, quomodo affectos esse oporteat ad orationē accessuros. Id autem, doceri omnino & ante omnia oportebat, atque adeò semper in-

culcari, quòd in affectu spiritus seu cordis tota orationis vis consistat. Nā ab hoc oratio & incipere, & in eodem progredi, & desinere debet, quanuis affectu orandi, hoc est desiderium vitæ cælestis, quod ad se attinet, in Christiano nunquā definat, etsi verba finiantur. Qui hoc intelligit, facillè videri, quo pacto Christus nō diuersum, sed vnum atque idem vbique præceperit, quum alibi iubet vt orantes non multū loquamur: alibi vero dicat, oportere semper orare, & nunquam deficere. Quo tamen vterque locus adhuc dilucidior fiat (quod hic tota rei vis consistat) in primis diligenter intuentū est, quod Christus apud Ioannem mulieri Samaritanæ, opinanti orationis vim, loco seu rebus exterioribus alligatam esse, respondit: Mulier, crede mihi, quia veniet hora, quando neque in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitur patrē. Venit hora & nunc est, quando veri adoratores adorabunt patrē in spiritu & veritate, nā & pater tales querit qui adorent eum. Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, oportet in spiritu & veritate adorare. Quibus verbis hoc admonere voluit Christus, Deum (qui spiritus est) in homine non carnem, sed eam partem potissimū respicere, quam ad similitudinem & imaginem suam creauit, nempe spiritum & mentem: quòdque oratio nō sit alligata certo loco, tempori, verbis præscriptis, aut aliis externis ceremoniis (quanuis tamen interim externa ista omnino contemnenda non sint, si rectè adhibeantur) sed in sinceritate animi, qua colli vult Deus, no bis per coæternam sibi sapientiam in clamans: Fili, præbe mihi cor tuum, habe fiduciā in domino ex toto corde tuo, in omnibus viis tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos. Hic certe est verus Dei cultus: quòd etiam non latuit eū, qui Catonis nomine, pueris prælegitur, is enim sic orditur: Si Deus est animus nobis, vt carmina dicunt, Hic tibi præcipue sit pura mente colendus. Homo quidem videt ea quæ parent, Deus autē intuetur cor. & rursus, Deus ab homine tantū qui mundo corde est, videtur. Proinde David orat, vt Deus cor mundum in ipso creet, & spiritum rectum innouet in visceribus eius.

Christus ergo quū doceret nos orare, sic ait: Et quū oratis, non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis & in angulis platearū stantes orare, vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedē suā. Tu autē rare.

Conciliatur loci de orando.

Mat. 5.

Verus deus cultus in spiritu.

Ioan. 4.

1. Reg. 16.

Pro. 3.

Cato.

1. Reg. 16.

Mat. 5.

Psal. 50.

In veritate, hoc est

si posito omni iugo oportet omnino

rare.

Mat. 6.

quū oraueris intra in cubiculū tuum: & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito, & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. Orantes autem, nolite multū loqui sicut ethnici faciunt: putant enim quōd in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis. Scit enim pater vester quid opus sit vobis, antequam petatis eū. Hactenus dominus apud Matthæū. Quod verò est istud cubiculum in quod nos intra re iubet Christus, nisi cubiculū cordis? quod tamē adhuc nō sufficit intrare, nisi claudatur. Nam si inter orandum ostium cordis nostri pateat, & ea quæ foris sunt, per carnalē sensum in cogitationes nostras improbè se immergāt, sinceritas orationis maculatur, quo minus spiritalis oratio dirigatur ad patrem: at quū clausum est ostiū, tum pater qui videt in abscondito, id est, qui inspicit abdita cordis, reddet orāti. Et vt Christus in hac re nos attentiores faciat, duos admodū prauos affectus pari censura damnat. Alterum, qui est Iudæorū: alterū ethnicorum. Iudæi hypocritæ quarunt apud homines spectari & videri sancti, quemadmodum Christus eos increpās, ait: Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus, qui hunc fructū orationis potissimū quarunt, vt hominibus placeant. Ethnici exercendæ linguæ potius, quàm mundando animo dant operam, toti superstitioni dediti, putantes ita agi cum Deo, perinde atque cū homine agitur, qui sæpe multum tandē verbis in sententiam, licet iniquā, adducitur. Sed vnus ille & verus magister dicit: Nolite assimilari illis, nimirum quia deus nouit corda, & quod hominibus altū est, abhominatio est ante Deum, apud quem sola verborū replicatione nō est opus, cum sciat quid opus sit nobis priusquā petamus eū. Si enim verba multa ad id proferūt, vt instituat & doceatur ignarus, quid opus verborum replicatione apud eum cui omnia patent? Sola, inquam, replicatione verborum absque affectu nihil opus est, quā Christus per multiloquium vult intelligi: hoc est, multum sermonem absque deuotione profusum, non autē prolisax ac diuturnas preces, piè ac ex intimo affectu deprōptas. Nam & de ipso domino scriptū est, quōd pernoctauerit in orando, & quōd prolixius orauerit, quo nobis ad se imitandū exemplum præbere volebat. Cōstant ergo sibi, & vt non debeamus orando multū loqui, & tamen sine intermissione orare. Is multū loquitur, qui in sola multorum verborum prolatione, non adhibita mente, confidit,

Mat. 6.

*Quid
Christi
intelligi
voluerit
per
multilo-
quium.
Orationes
Christia-
norum
breues
&
perpetuæ
esse
debet.
Luce 6.
El mente
&
voce
orandum.*

*Aug. de
ser. domini
in monte
Affectus
Iudæicus
in orando.
Luce 16.
Affectus
ethnicorū.*

*In cubiculum
cordis
Christus
iubet
intrare
orantem,
idque
clausum.*

tāquam eo fiat vt exaudiamur, quo locatiores sumus. Is sine intermissione & multum orat, nec tamē multum loquitur, qui continuo desiderio ac diuturna & pia cordis excitatione, in fide, spe & charitate Deum pulsatur, intentus in vnum illum quod Christus dicit, necessarium. Neque enim Christus hoc volebat, vt nullis verbis orantes vteremur, alioqui non docuisset nos, quibus verbis patrem compellarem, sed vānum sine mente sonum, multiloquio significauit.

Sed mouere potest alicuius mētem, quare Deus, qui nouit bona data dare filiis suis, petere tamen nos, quare, & pulsare compellat: sed faciliè hæc dubitatio submouebitur, modo intelligamus deū non hoc cupere vt voluntas nostra sibi per verba innotescat, quam non potest ignorare, sed vult in orationibus exerceri desiderium nostrum, quo possimus accipere quod ille præparat dare. Ille quidem dare paratus est, sed nos ad accipiendum angusti & inidonei sumus, nisi animum oratione excitemus ac dilatemus.

Proinde non tantū verbis, sed & per certa interualla horarum & temporū rogamus, nō quōd vis orationis, verbis & tēpori sit alligata, sed vt illis rerū signis nos ipsos admonemus, quātūmq; in hoc desiderio donorū celestium profecerimus, nobis ipsis innotescamus, & ad hoc agēdū nos ipsos acrius excitemus. Vnde quōd Apostolus ait, Sine intermissione orate: nihil aliud est, quā beatā vitā, & quæ huc spectant & conducunt, ab illo qui eam solus dare potest sine intermissione desiderare. Semper ergo oramus, quum hæc à domino deo desideramus. Sed ideo ab aliis curis atque negotiis, quibus ipsum desiderium quodāmodo tepescit, certis horis ad negotium orandi mētem reuocamus, vt verbis orationis nos ipsos admonemus, in id quod desideramus, intēdere: ne quod tepescere cōperat, omnino frigescat & penitus extingatur, nisi crebrius inflammetur. Vnde & illud quod idē Apostolus ait: Postulationes vestræ innotescant apud Deum, non sic accipiendum est, tāquam Deo innotescant, qui & antequam essent, vtique nouerat, sed nobis innotescant apud Deum per tolerantiam, non apud homines per iactantiam.

Quæ cū ita sint, tū cū diu orare vacat, id est cū alia bona & necessarium actionū non impediunt officia (quanuis & in eis, vt diximus, desiderio illo semper

Luca 10.

*Questio.
Cur deus
velit nos
petere qui
scit quibus
egem⁹ an-
tequā ora-
tur.
Dilutio.
Aug. ad
Probā. et
li. de ma-
gistro.
Cur eccle-
sia oret
per inter-
ualla tem-
porum.
Sine inter-
missione o-
rare quid.
Rom. 12.
Ephes. 6.
Colos. 4.
Postula-
tiones no-
stras Deo
innotescere
quid
Aug. ad
Probam.*

orandum sit) id vt fiat, omnino vile est sic, tamē ne per productiores moras euascat atque hebetetur intentio. Quam obrem pium ac sanctum institutū est, quo sacerdotes legendis horariis precibus alligantur. Nam sacerdotes vt à secularibus negotiis omnino vacēt, & vt p̄ populo Dei in his que ad Deum sunt, curā agant, ordinantur, perinde atque viduæ primitiuæ ecclesiæ, quarum erat persistere in oratione nocte & die, quemadmodum de Anna filia Phanuel legimus, quod non discedebat de tēplo, ieiuniis, & obsecrationibus seruis nocte & die. Sacerdotes itaque (quod ipse p̄ aliis negotiis vacet) horarias preces recēdere decet, atque ignaui illi sacerdotes reprehēdendi sunt, qui quod dicūt vel non intelligūt, vel quod legunt, non attendunt, de quibus dixit Esaias: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est à me, qui nondū eō scientiæ sunt prouecti, vt intelligant orationem ex intimis cordis penetralibus proficisci oportere, quē admodum Psaltes ait: Confitebor tibi domine in toto corde meo. Item: Domine, ante te omne desiderium meum. Item: Cogitatio hominis confitebitur tibi. Et iterū: Adhæsit anima mea post te. Et, iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde, & his mille similia in Psalmis obuia. Quos ignaui ac stupidos clericos acriter corripere oportet & docere, quid velit diuus Apostolus, quū iubet nos psallere spiritu, psallere pariter & mente, orare spiritu, orare pariter & mente. Alioqui si scientiam repellunt, repellent eos dominus ne sacerdotio fungātur ei. Quod & iusto Dei iudicio, quotidie fieri videmus puniente Deo stupiditatem cleri sui etiamnum surdi & obaudientis. Absit ergo (vt reuertamur tandē vnde paululum digressi sumus) ab oratione multa precatio, & verba superflua, sed non desit multa precatio, & intelligant omnes plus quidem gemitibus quā sermonibus hoc negotiū agi, plus fletu quā affatu. Ponit enim Deus lachrymas nostras in cōspectu suo, & gemitus noster nō est absconditus ab eo, quanquā interim vt ei verbis nostris non sit opus, nobis tamē necessaria sint, quibus cōmouēamur, & inspicimus quid petamus, non quorū replicatione, non adhibita feruenti intentione, dominum docendum seu flectendū esse credamus. Fideliter ergo hoc retinendū est, vt quemadmodum hæc intentio obtundenda non est prolixitate sermonis, ita si perducauerit, non citō esse rumpendam, & tamē interim in omni

actione nostra pio illo desiderio sola etiamnum mente orandum & colendum, Deum per Christū quod monuit Paulus: Omnia (inquiens) quæcūque facitis, in nomine domini nostri Iesu Christi facite, gratias agentes patri per ipsum: certi quod tanto ad gratiā Dei capiendam capaciores erimus, quā to Dei misericordiam fidelius credimus, speramus firmitus, desideramus ardentius.

Nec hoc omittendū esse putamus: Non esse aspernanda tēpla ac alia loca sacra, quæ ad hoc facta ac consecrata sunt, vt cōueniatur illud ad orandū, audiendū verbū & communicandū corpori dominico, propterea Oratoria dicta, quod sint domus orationis, vt proinde in illis nihil aliud agi oporteat, quā id, ad quod sunt facta. Nam & in templū cubacula illa nostra nobis portanda sunt, quæ inter orandum claudamus, hoc est corda nostra, quæ sunt viuua templa Dei. Nec scriptura frustra recitat, quod Apostoli simul cū omnibus qui credebant, quotidie perdurauerint vnanimiter in tēplo. Et alibi sæpe, quod vno in loco vnanimiter in oratione & obsecratione perseuerauerint, non quod à loco oratio vim recipiat, aut quod ibi solum orandū sit, quum Paulus dicat: Volo autē viros in omni loco manus puras leuare. Sed quod Deus vnanimem ecclesiæ suæ orationem exposcat, ad quam nos templa inuitant. Quum enim vnum corpus simus, decet nos conuentus & vnanimis oratio. Nam (vt Christus ait) vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sū in medio eorum. Et iterum: Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcunque petierint, fiet eis. Idē de piis ecclesiæ inter orandū cæremoniis sentiendum est, vt nequam contēnantur, quæ rectē & magno cū fructu adhibentur, si vel ad incitandum nos, vel vt omnia secundū ordinem fiant, vel vt hæc exterius repræsentent quod intus agitur, adhibeantur, atque hæc non mentis intentionē præcedant, sed piis subsequantur. Nā quum mens & oratio in hoc nobiscū corpore conclusa sit, sic vt animus totam hominis molem regere debeat, nequaquā à pietate abhorrens est, si corpus dominæ suam rationem, seu spiritum tendentem ad Deum, & ad illum propius se applicare cupientem, suis quoque motionibus, suis cōpositionibus & figuris, suo habitu ac gestu subséquatur. Quod si in omnibus planē agēdis, tractādīs, cōsiderandīsque rebus, corporis consensu & ministerio animus

1. Cor. 10.
Colo. 3.

Non sunt
aspernanda
templa o-
rationis de
dicata.

Aug. de
ser. domini
in monte.

2. Cor. 6.
Acto. 1.

1. Tim. 2.
Tēpla in-
uitant nos
ad vnani-
mē oratio-
nem.

Ephes. 4.
Mat. 28.
Quid sen-
tiendū de
piis eccle-
siæ cære-
moniis.

1. Cor. 14.
Aug. ad
Probam.

Nobis ver-
borū pro-
fusio ne-
cessaria.
Psal. 37.
Aug. ad
Probam.

vtitur, num in adorando ac venerādo Deo, illius tantum re-
iicit societate? Iure itaque ac pie fit, vt siue animus peccati
& culpæ conscius se prosternat atque abiiciat corā Deo, cor-
pus quoque eundem gestum, eūdēque actum subeat, siue
agendis pro accepto beneficio gratiis, mētem ad Deum, cogi-
tationēque tollamus, eandē mentis ad Deum sublatio-
nem, vultus, oculi, manūque sequantur. Iam illa pectorum
percuSSIONES, capitū inclinationes, genuū inflectiones (quæ
palsim in communi ecclesia adhibentur) imitationes sunt &
simulachra animi, varios in se affectus erga Deum suscipien-
tis. Quæ si falso & per simulationem vsurparentur, essentque
ementita atque ficta, maximum nimirum hoc crimen & ne-
faria improbitas sceleratæ mentis esset. Sed si ita res se intus
habet, si est voluntas ritē conuersa ad Deū, si animus, si mens
fi ratio in ipso Deo vere collocata est, cur repellamus corp⁹
à pietatis huius & venerationis erga Deum confortio? quod
Paulus non addubitauit vocare templum Spiritus sancti, &
quod in partē immortalitatis & gloriæ apud Deū aliquan-
do futurum est. Nam quod & detecto capite viros, velata co-
ma mulieres in ecclesia orare vult Paulus, num non ad exter-
nas id pertinet cęremonias? Pręterea percussio pectoris, nec-
non deiectus oculorum in terrā, quæ sunt in publicano illo
sibi veniam à Deo precante per dominum Iesum Christum
exposita, nõne in corpore sunt testimonia animi cum deo
humiliter colloquentis? Atque aded, quid est quod dominus
ipse ad orationē accinctus, vix vnquam aliter quàm subleua-
tis in cælū oculis, ac genibus flexis in terris, totōque gestu
corporis affectū mentis indicante orasse legitur. Sanctę ergo
hæ, ac in vniuersū cęteræ piæ illæ ac antiquissimæ eccle-
siæ cęremonia, in ecclesia adhibentur, modo tamē sic (vt di-
ximus) adhibeantur. Absitque, vt assentiamur iis, qui dicunt,
Christū has cęremonias quæ pietati suffragantur damnasse.
Traditiones & mandata hominum auersantiū veritatē, qui-
bus irritum sit præceptū Dei, & mandata Dei reliquūt vt
illa statuantur, dānauit Christus. Non autem damnauit pios
ritus ad cultū & obseruationem præceptorū Dei conduci-
biles, quos ipse quoque obseruaui. Rectissimè ergo Augu-
stinus vnam hanc saluberrimam regulā in hisce ritibus reti-
nendam esse docet, nepe vt quę non sunt contra fidē, neque
contra bonos mores, & habent aliquid ad mouendū piē ani-
mum,

mum, aut ad exhortationē vitæ melioris non inutile, ea vbi-
cunque instituta cognoscimus, nõ solum non improbemus,
sed etiā laudando & imitando sectemur, sic tamen vt ea quæ
præcipua sunt, etiam præcipuas partes teneāt, & cęremoniis
non aliter quàm cęremonis vramur.

HVcusq; docuimus, quid sit oratio, quid de Deo qui ora-
tur præsumendum, quomodo & quo affectu ad oratio-
nem accedendum, qualem orationem esse oporteat, &
vnde pfici. Breuiter, quod orationē quæ Deo sit placitura,
cælūque penetratura, non ambitiosam, aut temerariā, sed
fidelem, humilem, & verecundā, non desperantem, aut vacil-
lantem, sed certa fiducia de Dei misericordia sperantem, non
denique frigidam aut tepidam, sed charitate effervescentem
esse, & ex intimis ipsis affectibus prodire necesse sit.

ORATIONIS DOMINICAE

EXPOSITIO.



Estat nunc, vt ex diuinis scripturis doceam⁹ quæ nā à Deo petenda sint, hunc siquidē ordi-
nē seruat Christus, vt primū orandi mo-
dū doceat, deinde quid petendū sit, præscri-
bat. Suprà de orationis scopo ac fine, ad quē
omnis oratio referenda est, diximus. Sed
quoniā interim dū adhuc in hoc corpore à
domino peregrinamur, innumeris tētationibus impetitur,
quibus hoc vnū perpetuo agunt ac moliuntur, mundus, caro
& diabolus, vt nos ab verē vnico illo fine (qui est vita beata)
modis omnibus auertant, merito oratio in species quatuor pe-
titionū diducitur, quibus tot tētationū generibus resista-
tur. Omnis ergo petitio, aut in appetitione bonorum aut re-
misione male cōmissorū, aut deprecatione malorū futuro-
rū consistit. Quæ de re Christus vna, author, dux & rector no-
ster, qui venit in hunc mundū, vt omnem hominē illumina-
ret ac viam salutis æternę mōstraret, ipse via, veritas, & vita,
etiam orādī formam dedit, vt certi essemus nos rectē petere,
quā bona quæ ille iussit, peteremus, & mala deprecaremur.

NOn inutile autem videtur, vt hic rememoremus, Chri-
stū tradendo orationē dominicā, non tā nos quædā p-
scripta verba docuisse, quàm res quas peteremus: ver-
ba autem orationis dominicæ in hoc tantum esse tradita, vt

D D

Mat. 23.
Luca 11.

Epilogus.

Quæ à
Deo peten-
da sint.
Mat. 6.

Psal. 26.

Scopus o-
mnis peti-
tionis tri-
plex.

Ioan. 14.

Ioan. 1.

2. Cor. 6.

1. Cor. 11.

Luca 18.

Ioā. 11. 16.

Mat. 26.

Mar. 14.

Luca 22.

Mar. 7.

Tit. 1.

August.

Regulam

cæremoniis

tenendas;

*Aug. de
ser. domini
in monte.*

ipsis memoria mandatis, rerum à deo petendarum recorda-
remur. Apud deum enim (quemadmodum supra diximus)
non agimus verbis, vt impetremus quod volumus, sed rebus
quas animo gerimus & intèntione cogitationis, idque per fi-
dem & spem, cum dilectione pura & simplici affectu. Proin-
de mens oràtis non debet in verba orationis dominicæ tan-
tùm respicere, sed magis dilatari, & quod in se est oràdo quã
plurimum complecti, quæ sub his verbis longe omnium sæ-
cundissimis continentur.

*Oratio
dominica
aliis qui-
buslibet
anteponen-
da.*

Est enim oratio dominica, multis nominibus aliis qui-
buslibet orationibus anteponenda. Primùm quòd nõ ab
hominibus, sed à filio dei (qui est verbũ & sapiètia pa-
tris, deº de deo, doctor vitæ, & summº ac cœlestis magister)
nobis tradita fuerit. Ex quo hunc fructum referimus, quòd
certi sumus & nequaquã dubitare debemº, nõ posse hãc pre-
cationẽ ad aures dei non ascendere quã dei filius deus do-
cuit. Quomodo enim pater filij sui, imò sua verba quæ per
filiũ suũ nos docuit, non agnosceret, qui voluit & præcepit, vt
hunc vnicũ filium suũ audiremus? imo quomodo nõ audierit
Christum in nobis sua verba resonantẽ, nõ posse hãc pre-
cationẽ non dubium enim Christum in nobis loqui per spiritũ suũ,
si tamen ipse intus habitet in pectore, qui est in voce. Et quĩ
ipse docuerit, patrem in spiritu & veritate adorandũ, quæ po-
test esse magis spiritualis oratio, quàm quæ à Christo nobis
data est, à quo nobis & spiritus sanctº missus est? Et quæ effi-
caciore apud patrẽ oratio esse queat, quàm eius quẽ habemus
aduocatũ pro peccatis nostris: qui & pollicitº est, dicẽs: Quia
quodcunq; petieritis à patre in nomine meo, dabit vobis:
quanto efficacior ergo impetramus, si quod petimus in Chri-
sti nomine, ex eius etiam instituto & præscripto petamus?

*Chryso.
August.
Cyprian.
in oratio-
nem domi-
nicam.*

*Mat. 17.
2. Petr. 1.
Ioan. 11.
Roma. 8.
Ioan. 4.
Ioan. 15.
Luce 24.
1. Ioan. 2.
Ioan. 14.*

Secundò, oratio dominica cæteris iure antefertur, quòd to-
tum cõplectatur, quòd rectè à deo peti possit, atq; adeò
nihil inuenies, tametsi omnes pias ac sanctas preces
quæ tota scriptura, maximè vero in psalmis continètur, pec-
ras, quòd non ista dominica compendio cõtineat & concludat
oratio. Vnde liberum quidem est aliis atque aliis verbis
orare, modo tamen eadẽ, quæ hac oratione continentur, pe-
tamus. Sed alia orare liberũ non est. Quãlibet enim alia ver-
ba dicamº, nihil aliud dicimus, quàm quod in ista dominica
oratione positum est, si rectè & congruenter oramus. Qui se

*Oratio do-
minica to-
tum com-
plectitur,
quicquid
à Deo pe-
ti potest
Aug. ad
Probã. c.
11. & 12.*

cus orat, is certe carnaliter orat, & nescio cur nõ illicitè orer, quòd spiritu renatos, non nisi spiritualiter orare sit necesse. Porro tantam esse orationis dominicæ amplitudinem, facile potest intelligi, quum singulæ eius partes ad alias sanctorũ orationes conferuntur. Qui dicit: illumine Deus vultũ suũ super nos & misereatur nostri, vt cognoscamus in terram tuam, in omnibus gentibus salutare tuum. Et, Clarificare in omnibus gentibus, sicut clarificatus es in nobis, quid aliud dicit, quàm, Sanctificetur nomen tuum? Qui dicit, Deus virtutum conuerte nos, & ostende faciem tuã, & salui erimus: quid aliud dicit, quam, Adueniat regnũ tuum? Qui ait: Vias meas dirige secundum eloquium tuum, quid aliud precatur, quàm, Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra? Qui precatur, Paupertatem & diuitias ne dederis mihi, sed tantum virtuti meo tribue necessaria, nihil ferè aliud dicit: quàm, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, nisi quòd hic articulus orationis dominicæ se latius porrigit, quòd infra ostendemus. Quum David orat, vt dominus meminerit mansuetudinis eius (quæ tanta in eo erat, vt coram deo diceret, Si reddidi retribuẽtibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis) quid aliud precatur, quàm, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris? Rursus, qui dicit, Et non dominetur mei omnis iniustitia. Item, Aufer à me concupiscentias ventris, & desiderium concubitus ne apprehèdat me: haud aliud dicere videtur, quàm: Ne nos inducas in tentationem. Denique qui dicit: Libera Deus Israël ex omnibus tribulationibus suis. Item: Erue me de inimicis meis deus meus, & ab insurgentibus in me libera me: is vtique non aliud orat, quàm libera nos à malo. Quanquam interim animaduertendum est, singulas orationis dominicæ sententias, perfectionem quandã virtutis concludere, quod in aliorum sanctorũ orationibus, quantumlibet piis, vt in hac ipsa dominica prece, reperire nõ est, adeò vt beatus ille Cyprianº huius dominicæ orationis sublimitatem satis demirari non potuerit. Qualia (inquiens) sunt fratres dilectissimi orationi dominicæ sacramenta, quàm multa, quàm magna breuiter in sermone collecta, sed in virtute spiritualiter copiosa: vt nihil omnino prætermisissimum sit quod non in precibus atque orationibus nostris, cœlestis doctrinæ compendio comprehendatur.

*Ioan. 14.
1. Cor. 14.
Psal. 65.
Eccle. 36.
Psal. 79.
Psal. 118.
Prov. 30.
Psal. 7.
Psal. 118.
Eccle. 32.
Psal. 58.*

*Orationis
dominica
perfectio.
Chryso. in
Mat. ho-
mil. 20.
Cyprianº
in oratio-
nem domi-
nicam.*

Tertio, Oratio dominica cæteris præstat: vel ea ratione quòd nulla alia oratio ita affectu in Deum excitet, aut ad pietatem vitæ & omnem virtutem nos cohortetur, perinde atque hæc oratio: quod dilucidius fiet, quâ particulatim exponetur, id quod nunc facere aggredimur.

Pater noster qui es in cælis.

Cypri in orationem dominicâ.
Chryso. in Matt. ho. mil. 20.
Aug. de sermo. domini in monte.
Deut. 5.
Roma. 3.
Gene. 18.
Hebr. 1.
Cur Deû appellem patrem.
Deut. 32.
Rom. 8.
Ioan. 1.
Rom. 6.
Ephes. 2.
Roma. 5.
Dei erga nos beniguitas.
Roma. 8.
Spiritus est qui clamat in cordibus nostris, pater.



Pater Quis facile animo cõplectatur, quanta sit domini circa nos dignationis & bonitatis vbertas, qui nos sic voluerit oratione incipere, vt Deû patrẽ vocaremus, quod nõ ita obuiũ est in veteri Testamento, quũ nusquã sit præceptũ filijs Israël, vt Deû patris nomine orando cõpellarent, sed domini nomen eis insinuatum est, tanquã sub lege seruientibus? Et quũ Abraham vir rãtus (qui amicus Dei appellatus est) non absq; multo tremore ad dominũ loquitur sit. Ne indigneris (iniquis) domine, si loquar ad dominũ meum, quum sim puluis & cinis: quis nostrũ Deũ illũ conditorem, seruatorem, ac moderatorem omnium, quæ in cælis sunt, & quæ in terris, patris nomine compellare, & sibi honorificentissimum nomen filij Dei, quo nec angelos suos dignatos est, vendicare ausit, nisi ille iussisset? Dicimus ergo Pater, non tã quòd pater noster sit ratione creationis, secundum id quod dictum est: Nũquid non ipse est pater tuus qui possedit, fecit, & creauit te: sed magis ratione adoptionis, qua gratuita pietate nos in filio suo renatos, in huius nominis honorem adoptauit, ac potestatem fecit, quotquot eum receperunt vt filij Dei fierent, qui credũt in nomine eius. Serui peccati eramus, infœliciter geniti ex Adã Satanæ filij eramus, cuius instinctu, ad omne malũ sollicitabamur. Sed ille quum adhuc inimici essemus, nostri misertus, per vnigenitũ filium suum Iesum, nos à seruitute peccati exemit, à patre diabolo emãcipauit, à morte perpetua & æterni ignis hereditate vindicauit, ac per fidem & baptismum in filij sui corpus inistos, tum in nominis, tum in hæreditatis consortium adoptare dignatus est, hæredes quidem Dei, fratres autem & cohæredes Christi. Et ne quid diffideremus eius erga nos pietati, pi-gnus quoddam suæ erga nos charitatis cœlitus immisit in animos nostros, spiritum filij sui, qui propulsato timore serui li, non veretur in cordibus nostris clamare, Abba pater.

Dicẽdo ergo, Pater, in primis gratias agimus Deo, quòd nõ ex meritis nostris, sed gratuita adoptione facti simus filij Dei, profitemurq; hoc nomine nos in baptismo renũciasse patri diabolo, & omnib' operibus ei', iãq; solũ nosse & habere cœpisse nos patrem, qui sit in cœlis, cuius potentia conditi sumus, quũ nihil essemus: cuius bonitate restituti sumus, quũ perissemus: cuius sapientia gubernamur & cõseruamur, ne reuoluamur in exitium. In quã sententiam Dominus dixit: Nolite vocare vobis patrem super terram, vobis est enim pater vester qui in cœlis est. Secundo, quũ homines dicũt Deo, Pater, excitatur in ipsis supplex affectus, maximẽ vbi Deũ in ppheta sic loquentẽ rememorant: Si pater ego sum, vbi est honor meus? Itidem erga Deũ charitas accenditur & inardescit. Quid enim charius filiis debet esse, quàm pater? Quædã insuper impetrandi præsumptio ac fiducia cordi in nascitur. Quid enim Deus non der iam filiis petentibus, quũ hoc ipsum antè dederit vt filij essent? Postremo, quum dicimus, Pater, non vulgaris cura animũ nostrum tangere debet, ne tali patre simus indigni, vt quomodo nos nobis placem' de Deo patre, sic sibi placeat & ille de nobis, vt conuersemur quasi Dei tẽpla, vt Deũ in nobis cõstet habitare. Nec degeneret act' noster à spiritu, vt qui cœlestes & spirituales esse cœpimus, non nisi spiritualia & cœlestia cogitemus & agamus. Nã vt inquit Paulus, Non estis vestri: Empti estis precio magno, exultate & portate Deũ in corde & corpore vestro. Cauendum ergo nobis est à peccatorũ sordibus, quòd quandiu peccamus, desideria carnis insequentes ac perficientes, in filiorum Dei catalogum ascribi non possimus, ipso domino dicente: Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Cauendum quoque, ne indigna filiis petamus, mobilia cũ Ismaele filio ancillæ, sed immobilia cũ Isaac filio liberæ. Si filii Dei te credis, pete quæ te deceant accipere, & illũ dare. Si carnalia petis, vt in illis conquiescas, quomodo illa præstabit, quæ quum habeas, præcipit vt contemas? Quasi filij ergo agere debemus, vt quod esse dicimur, actu & re ipsa probemus.

NOSTER Parum est nosse, Deum esse patrem, nisi & cum patre nostrũ esse credamus, in quem omnẽ curam & sollicitudinẽ nostrã proiciamus, quòd ipsi sit cura de nobis, quoniam natiuitate gratiæ spiritualis reparauit ac sanctificauit, & sibi in filios asseruit, tales etiã nos perpetuò habiturus, nisi tamẽ

Ioan. 1.
Tit. 1.
Rom. 6.
1. Petr. 3.
Gene. 1.
Ioan. 3.
Mat. 23.
Mal. 1.
Ioan. 1.
Luca 11.
August.
2. Cor. 6.
1. Cor. 6.
Ioan. 8.
Gene. 16.
Galat. 4.
Gregori.
1. Petr. 5.

*Ioan. 8.**Esaï. 1.**Ioan. 1.**Hebr. 1.**Ioan. 20.**Christus
vult com-
munē pre-
cationem.**1. Cor. 12.**Chrysof.**in Matt.**Apud**deū quod**ad huma-**na atti-**net sumus**equales.**1. Cor. 13.**Chrysof.**1. Cor. 13.**1. Cor. 13.**1. Cor. 13.*

nostra culpa ac malitia ab eo recedēdo & mandata eius sper-
nendo filij esse cessemus, quales erāt Iudæi, ad quos dominus
dixit: Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vul-
tis facere. Et in Esaia: Filios genui & exaltaui, ipsi autem me
spreuerunt. Secundō dicimus, Pater noster, nō meus, quoniā
hoc soli Christo conuenit, qui est solus filius per naturā, nos
autē filij sumus per gratiam & cōmunem adoptionē. Quod
discrimen, vt ostēderet Christus: Vado, inquit, ad patrē meū
& patrē vestrū. Non dicit, vado ad patrem nostrū, sed meū &
vestrū, quoniam ipse per naturā, nos per gratiā filij. Tertio,
noster, dicimus, vt fraternæ charitatis, in quam nos Christus
vocaui, meminerimus, & vota concordix emittamus. Ante
omnia enim pacis doctor atque vnitatis magister, noluit, sin-
gularim & priuatim precem fieri, vt quis cū precatur, pro se
tantū precetur: Non enim dicimus, Pater meus qui es in cœ-
lis: nec, Panē meum da mihi hodie: nec, Dimitte mihi debita
mea: nec, Et ne inducas me in tērationē, aut Libera me à ma-
lo: sed publica nobis & cōmunis est oratio. Nō ergo sibi quif-
que peculiariter rogat aliquid, sed omnes velut vnus corpo-
ris membra, eodē animata spiritu, quod in commune expē-
diat, postulamus, & vbique non tam propria commoda, quā
proximorum petimus. Quo quid precandi modo Christus
discordias & inimicitias interimit, & superbiam reprimit, &
humanarum rerum inæqualitatem (quod ad Deum attinet)
prorsus expellit. Non enim conuenit, vt fratres ambitione,
odio, liuore, contentione inter se disideant. Vnde quum di-
cimus, noster, fraternæ pietatis, charitatis & humilitatis ad-
monemur, iuxta illud Malach. 2. Nunquid nō pater (est) vnus
omnium nostrū? nūquid non Deus vnus creauit nos? Quare
ergo vnusquisque nostrū despicit fratrem suum, violans pa-
ctum patrū nostrorum? Superbi pharisæi orationem auersa-
tus est dominus, quia non tantum non cōmuni nomine, sed
cum contemptu etiam proximi orauit, dicēs: Non sum sicut
ceteri homines, aut etiam hic publicanus. Inuitantur ergo
hic diuites, & genere nobiles, & quicumque ceteris in seculo
præstant, non superbire aduersus pauperes & ignobiles, quia
simul dicunt deo, Pater noster: quod non possunt verē ac piē
dicere, nisi se fratres esse cognoscant. Nemo ergo aliū sper-
nat, sed magis pro alio precetur, quum communem patrem
se in cœlis cum aliis habere fateatur.

QVI ES IN COELIS. Cœlum in scripturis, vocabulo
generaliter accepto, omnē creaturā Dei supra nos existentē,
siue corporeā, siue incorporeā significat, quē admodū Gene.
1. legimus, Deū in principio creasse cœlū & terram, vbi Mo-
ses cœli nomine cōplectitur omnia, quæ sursum sunt, aērē,
ignem, corpora cœlestia omnia, cum spiritualibus creaturis,
quæ sunt in cœlis, & sensibus nostris capi nō possunt: Terrā
verō nomine, quicquid deorsum iuxta terram conspicitur,
cum aquis ipsius terræ cohærentibus, quasi diceret, quicquid
in toto mundo vides vel non vides, sursum ac deorsum, ini-
tium habuit, aliquando non fuit, à deo vno solo de nihilo
conditum est, Dei creatura est, atque, hoc est summum Dei
omnipotentis encomiū seu epitheton, quo dicitur ac appel-
latur subinde in scripturis deus, qui fecit cœlum & terram.
Christus itaque quum nos ad orationē accinctos hoc precem-
nio. (Pater noster qui es in cœlis) Deum compellere iubet,
in primis reuocat nos ad veram cognitionem creationis, vt
intelligamus, quisnam is sit, quantæ quoque potentix, sapi-
entix ac bonitatis, quem petimus, nempe Deus qui est in
cœlis, hoc est qui vt est creator cœli & terræ, ita implet, re-
git, & gubernat cœlos ac omnia quæ totius cœli ambitu con-
tinentur. Non enim ideo in cœlis esse dicitur, quasi ipse cœli
ambitu concludatur. Nam de eo Salomon dixit: Quem cœ-
li celorum non capiunt, sed magis quia sua virtute cœlos
continet, suāque potestatem ad omnia extendit, quem ad-
modum Romanorū. 11. legimus: Per ipsum, & cum ipso, & in
ipso sunt omnia. Et Ephes. 1. Quia omnia in omnibus adim-
plet. Itidem Coloss. 1. omnia in ipso constāt. Nec ideo in cœ-
lis esse commemoratur, quasi non etiam sit in terris, quum
vbique sit Deus, & maiestatis suæ plenitudine omnia quan-
tumlibet etiam abdita & occulta penetret, sicut scriptū est:
Nōne cœlum & terram ego impleo? Et in Psal. 138. Si ac-
cendero in cœlum, tu illic es: si descendero in infernum, ades.
Si sumptero pēnas meas diluculo, & habitauero in extremis
maris. Etenim illuc manus tua deducet me, &c. Et ecclesia ex
Esaia canit: Pleni sunt cœli & terra maiestatis gloriæ tuę. Sed
potissimum in cœlis esse dicitur, quod sua ineffabilis diuini-
tatis maiestas, potestas, & gloria magis reuocet in cœlestib⁹,
quemadmodum dauid ait: Cœli enarrant gloriam dei, & o-
pera manuum eius annuntiat firmamentū. Et idcirco etiam

*Cœli ap-
pellatione
quid conti-
neatur.**Gene. 1.**Terra no-
mine quid
Exordii
Genesise ex-
plicatur.**Vs proæ
mij oratio
nis domi-
nica.**In cœlis**3. Reg. 8.**Deus sit
in cœlo, i-
ta & in
terra.**Esa. 66.
Prou. 15.**Esaï. 5.
Cur deus
potissimū
in cœlis
se dicatur.**Psal. 18.*

Cyp. in orationem dominicā. precaturi, ad Orientem vertimur, vnde cœlum surgit, non quòd ibi solum fit Deus, aliis mundi partibus relicto, sed vt animus noster ad Deum tanquam ad omnium excellentissimam maximamque naturam, cœli opificē, erigatur. Nec sine ratione pluraliter dicimus, in cœlis, vt omnes intelligant, quia ipse in omnibus & super omnia est, omnia gubernans ac moderans. Hæc autem contemplatio (quam nobis hinc verbis Christus inculcat) cor dilatat, animum eleuat, ac summam ingenerat fiduciam. Nam si talem habemus patrem, cuius omnia plena sunt, qui cœlos moderatur ac regit, quare nõ rogemus omnia ab illo, qui omnia potest, & cui⁹ sunt omnia? vt Apostolico certè spiritu dixerit Iacobus: Omne datum optimum & omne donum perfectum desursum est. Et rursus: Si quis indiget, postulet à deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat. Confirmamur quoq; hinc verbis, ne ab vlla creatura, propitio Deo, timeamus. Nam quem patrem nostrum, qui filiis suis non potest non bene velle, in cœlis esse profiteamur, frustra metuim⁹ à stellis & signis cœli, quæ à benignissimo patre nostro cœlesti ad bonũ proculdubio filiorũ reguntur, atque hoc ipso secernim⁹ à gentibus idololatri, quas, ne imitemur, Dominus apud Hieremiam, 10. præcipit, dicens: Iuxta vias gentium nolite discere, & à cœli signis nolite metuere, quæ timent gentes, quia leges populorum vanæ sunt. Itaque qui fideli mente patrẽ qui in cœlis est, compellat, in se totum Dei protectiõni committit, certus sibi nullam posse nocere creaturam, quæ tuetur, omnis creaturæ opifex ac moderator, Deus. Secundo, his verbis docemur discernere patrem cœlestem à terreno, quem hic in mundo habemus. Terrenus enim (à quo hoc fragile corpus, non tamẽ sine formatore Deo accepimus) multis rationibus egens est, infirmus, ac imbecillus, qui si quid aduersi accidat, mutare id non potest: nec certum habemus quandiu maneat is pater, nimirum mortis imperio subditus, sic, vt in talem fiduciam nostrã collocare neque possimus neque debemus. In quam sententiã dixit Christus: Nolite vocare vobis patrem super terram. At quum patrem cœlestem appellamus, patrem agnoscimus longè meliorem & præstantiorem, omnipotentem, fortissimum, beneficentissimum & immortalem. Atque hoc ipso profitemur iustum ac æquũ esse, vt præ eo patrem, matrẽ, cognatos, necessarios, carnem quo-

que & sanguinẽ contemnamus. Tertio his verbis incitatur ad recolendum vnde sumus delapsi, nempe è cœlo, & quòd rursus tanquam ad destinatum locũ felicitatis nostræ, patre nostro authore, reddituri sumus. Deinde, vt sedulo cogitem⁹ ac optemus, vt cœlestis patris, cœlestes quoque filij esse possimus, ab omni re mundana alieni, hoc est ne quid præter animæ salutem & cœlestem illam hereditatem spectemus, ne huius mundi concupiscentiis decepti, ac irretiti in carnales filios degeneremus, vt planè erubescere debeat, qui his verbis patrem cœlestem compellans nondum desinit, sese terrenis immiscere rebus.

Proinde & ille intellectus allegoricus quẽ diui Ambrosius & Augustinus recēsent, nobis plurimũ probatur, nõ pe, Pater noster qui es in cœlis, id est, in angelis ac sancto rũ iustorũque cordibus. Nã quẽadmodũ peccator appellatus est terra, quòd ei dictũ est, Terra es, & in terrã ibis: iusti apertissima metaphora, & cœli dicuntur, & cœlis cõparantur, quẽadmodũ Paulus apostolus Psalmũ illũ 18. (qui incipit, Cœli enarrat gloriã Dei) de Apostolis intelligit. In iustis enim Deus esse dicitur, quia eorum conuersatio in cœlis est. Et vt alibi ait Apostolus: Templum enim Dei sanctũ est, quod estis vos. Et accõmodatissima ista similitudo est, vt hinc omnes intelligant tantũ interesse inter iustos & peccatores, quãtum corporaliter inter cœlũ & terram. Et rectè orat, qui hoc intellectu orat, nimirum qui toto affectu cupiat in se quoq; ipso Deum habitare, quem inuocat. Quem affectũ qui adorationem affert, hunc non dubium est, eo ipso inuitare Deũ, vt animum eius inhabitet.

Hacten⁹ dominicę orationis proœmiũ recēsumus, quo mens fiducia, deuotione, ac ardenti affectu erga Deũ (qui oratur) imbuitur. Nũc ad ipsas preces, quæ septẽ numero sunt, descēdimus. Multæ autẽ à piis rationes afferuntur, cur septenario numero Christus orationẽ, quã tradidit, absoluerit ac inluserit. Hoc certè constat, vt est septenarius numerus perfectus, & multi in scripturis mysterij, ita hæc orationẽ dominicam septẽ petitionibus cõprehensã, longe perfectissimã (quod & superius ostendimus) & maximè mysticã ac spirituale esse. Nihil enim est (vt diximus) q̃ à Deo rectè peti possit, quin hac orationis serie abudè exprimat, ac contineatur. Dein, sic videtur distributa, vt satis appareat,

Cœlestis pater, cœlestes filios requirit.
Chryl. in Matth. Mat. 6.

Amb. in Lucam.
Aug. de ser. domini in monte. Gen. 3. Rom. 10. 1. Cor. 3. 6. 2. Cor. 6.

Septẽ petitiones orationis dominicę cur.

*Omnia bona
na prece-
mur, om-
nia mala
depreca-
mur in o-
ratione do-
minica.*

septē dona spiritus sancti (quibus, inno uamur, sanctificamur ac consummatur) ordine quodam decentissimo, à Deo postulari, quæ admodū superius nos indicasse meminim⁹. Quin tanta est huius orationis amplitudo, vt ea mediāte, quicquid est seu cogitari potest, bonorum spiritualium & corporalium, præsentium & futurorum, à deo precemur? (quod scilicet quatuor prioribus petitionibus fit:) rursus, quicquid est malorum tam spiritualium quam corporalium, præsentium & futurorum deprececur: id quod tribus posterioribus postulationibus peragitur, idque non sine decentissimo ordine, sed ad rem ipsam. Vt autem intelligas, quid prima ista petitio sibi velit, de ratione vocabulorum paucis præfundum erit.

Sanctificetur nomen tuum.

*Nomen
Dei quid
significet.
Exod. 15.
Psal. 8.*

Nomen Dei seu Domini, in scripturis Deum ipsum, seu Dei potentiam, virtutem, maiestatem, gloriam, sapientiam, prouidentiam & bonitatem, & quicquid de Deo rectè dicitur, designat. Vnde quū scriptura Dei nomen, omnipotentem, admirabile, bonum, suauem, ac saluificum facit, Deū à potentia, sapientia, & bonitate celebrat. Rursus, quū iubet, vt nomen domini sit spes ac fiducia nostra, vtq; in nomine domini omnia faciamus, ac geramus, vult vt totū Dei potentiam, sapientiam, ac bonitati tribuamus, & vt omnia quæ facimus, in gloriam Dei faciamus, Deoque accepta referamus. Nec ineptus est scripturæ tropus, quo nomen Domini dicitur inuocatum esse super fideles. Hoc enim significatur, Deum non in suam tutelam & protectionem recepisse, & in filios adoptasse, quo summa erga nos Dei bonitas ac charitas demonstratur ac prædicatur, quemadmodum. i. Ioannis 3. legimus: Videte qualem charitatem dedit nobis Deus, vt filij dei nominemur & simus. In filios enim dei asciscimur, quū in nomen eius credimus, & fide viuam ad deum accedimus, sicut scriptum est: Dedit eis potestatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Quā diu in infidelitate cæci persistimus, Adæ veteris nomen retinemus. Sed vbi per fidem deo inserimur, nouū nomen (quo filij dei appellamur) adipiscimur, vt cū propheta dicere possumus: Nomen sanctum tuum inuocatum est super nos, hoc est secundum nomen tuum vocati sumus.

*Sanctifica-
re quid.*

Sanctificare in scripturis sæpe significat, ad sacros vsus separare, segregare, seu nuncupare. Quod enim segregatur

Domino, non amplius prophanū manet, sed sanctum fit. Hic propriè tantū valet, quantum laudare, glorificare, illustrare, præconis euehere, honore prosequi, tam verbis quam factis. Sed dices: Quid est igitur quod oramus, Sanctificetur nomen tuum? Nūquid hoc optamus, vt aliquid sanctificationis deo à nobis accedat, vel vt nomen Dei sanctificetur orationibus nostris, quod in se perpetuo sanctū, gloriosum, admirabile, & maiestate plenum est, quod nostra laude nō indiget, quod potius omnia sanctificat, quā sanctificatur, cui angeli semper acclamāt, Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth? Nequaquam, sed hoc perimus, vt nomen Dei, quod in se sanctissimum est, sanctificetur quoque & glorificetur, ac sanctū & celebre in nobis & omnib⁹ gētib⁹ fiat ac habeatur. Quod vt magis perspicuū fiat, à contrario ratio ducenda est. Nā & scriptura phrasī non & dissimili asserit nomē Dei pollui, nō quod nomen tā sanctū, quod ad se attinet, à nobis vllō modo contaminari, aut tantæ gloriæ splendor vllō pro inquinari possit, sed quod quantum in nobis est, illud contumelia ac ignominia in nostram perniciem sæpenumero afficiamus. Quod qua ratione fiat, quom ostenderitimus, mox manifestum euadet, quid prima ista particula (quæ meritō in omni oratione nostra ac voto prima esse debet) petam⁹. Nomē ita que Dei secundū hanc rationē multifariam afficitur contumelia. In primis à gentibus ethnicis, quæ vel ignorato vel cōtempto rerum omnium conditore, venerantur & adorāt contemptissimas etiam creaturas, muta, idola ac statuas, de quibus dixit Apostolus, Quia quom cognouissent Deū, non sicut Deum glorificauerunt aut gratias egerunt, quin potius mutarunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinē imaginis corruptibilis hominis, & volucrum & quadrupedū & serpentium, colueruntque & seruierunt potius creaturæ quàm creatori, qui est benedictus in secula. A men. Secundo, Iudæi, etsi externa abhominentur idola, nomen tamen Dei probis afficere non desinunt, quom Christū, qui est vnicum dei verbum, atque adeo propriè dei nomē, per quem solum Deus nobis cognoscibilis sit, in synagogis suis aspernātur, ac reiciunt. Tertio, Christiani quoque duplici ratione dei nomē ignominiosius tractant. Primum cum fiduciam suam à Deo viuio in creaturas transferunt, diffidentia ac superstitione laborant, magicis artib⁹ aut incantationibus dant operam, hæreses seu

*Gene. 1.
Exec. 3.
Vn primæ
petitionis.
Cypr. in
orationem
dominici*

Esa. 6.

*Esa. 52.
Exec. 36.
Nomen
Dei pol-
lui, quid
sit.*

*Nomen
dei multi-
fariā affi-
citur con-
tumelia
Apud
gentes.
Rom. 1.*

*Apud
Iudæos.
Ioan. 1.*

*Apud
Christia-
nos.*

impias doctrinas sectantur, vel etiã quum ex titulis (qui soli Deo debentur) veluti sunt potentia, sapiencia, ac bonitas, sibi quicquam tanquam propriũ, decerpunt, suo non Dei nominis gloriã tribuentes. Quod faciunt, quicunq; in diuitiis suis terrenis honoribus, seu etiã benefactis, veluti à se profectis, gloriantur, laudẽ quẽ ab hominibus captant, sibi fident: Deũ vero, à quo, quicquid est virtutis ac boni proficiscitur, veluti vnicum authorẽ non agnoscentes, aut etiam qui vel in prosperis vel aduersis, ab alio, quã à Deo pendent, aut aliunde quã à domino salutis præsidia quærunt. Deinde Christiani iniuriam inferunt Dei nomini, cũ nomine filiorũ, quod adoptione gratuita sunt adepti, in dedecus diuinæ gloriæ abutuntur. Nimirum, quum non imitantur patris sui coelestis mores ac voluntatem, sed veluti degeneres filij omnia contraria faciunt, vti quum peierant, per adorandum nomen dei, quũ & blasphemis idem nomen incessunt, quũ mammonẽ seruiunt, aut ventrem pro Deo habent, quum vlciscuntur, furantur, mœchantur, fraudant, & id genus similia scelera effrontes committunt. Nam quum hominum vulgus Deum ex ipsius cultoribus æstimer, fieri nõ potest, quin Dei nostri nomen apud infideles male audiat, quum vident eius nominis professorem impiẽ agentem. Quos Apostolus grauius increpans, ait: Qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis Deum in honores: nomẽ enim dei per vos blasphematur inter gentes, sicut scriptum est, nimirum *Esaia 52.* & *Malachia capite primo.*

Abuti nomine filiorũ Dei quid sit. Roma. 8.
Mat. 6.
Psal. 14.
Rom. 2.
Prima pectiõ tria postulantur.
Roma. 11.

Cognito igitur, quibusdã rationibus nomen Dei inhonoretur, facile à contrario videre est, quibus modis honoretur ac sanctificetur. Postulãtur itaq; hac prima particula potissimum tria. Primum, vt nomẽ Dei excelsissimũ, quod per se sanctissimũ est & benedictum in omnia secula, toti etiam mundo inclarescat, vt gentes relicto idolorum cultu solum verum Deum venerent ac adorent, vt Iudæi, impia superstitione relicta, diuino spiritu edocti, non solum patrem Deum, ex quo omnia, sed & Dei filiũ, per quem omnia, & spiritũ sanctum, in quo omnia agnoscant, & in tribus personis eandem maiestatem, & in simplici essentia triplicem personarum proprietatem adorent. Atque in hunc modũ omnes sancti, quotquot ab origine mundi fuerunt, non sine ardentissimo affectu orasse leguntur: & frequentissimus

est talis orandi modus in Psalmis. Et in hanc sententiã orat Iesus filius Syrach, Ecclesiastici. 26. Alleua, inquit, manum tuam ò pater, super gentes, quæ non exquiserunt te, vt cognoscant, quia non est Deus, nisi tu, vt enarrent magnalia tua: alleua manum tuam super gentes, vt vident potetiam tuam. Sicut enim, vt subdit, in conspectu illorũ es sanctificatus in nobis, sic in cõspectu nostro magnificaberis in eis, vt cognoscant te, sicut & nos cognouimus te. Sic autẽ orantes nos ad doctrinam & exemplum Christi (qui in terris agens, nihil ardetioribus votis exoptauit, quã vt nomẽ patris sui per vniuersum orbẽ inclaresceret) veluti morigeri filij cõparamus, ac pro nostro modo similibus desideriis optamus, vt adorãdi diuini nominis gloria cœlũ ac terrã impleat, vt omnis creatura eius inuitabilem potetiam metuat, æternam sapentiã veneretur, amet ineffabilem bonitatẽ: Non quod id fiat, Dei referat, sed quod humani generis omnino inter sit, vt Dei gloria ex se semper immetascat, ac in sese semper florens cunctis etiã innotescat. Hæc enim est vita æterna, vt veritas ait, nosse te verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Adigna profus hæc oratio est eo, qui quum patrẽ appellauit, nihil omnino prius habet, quã pro illius gloria supplicare. Omnia vero reliqua secundo loco ducere, quod & Christus, vt faceremus, iussit, quum suos instituens, ait: Primum quærite regnum Dei, &c. Secundo, in hac particula petimus, vt nõ tantũ crassa illa idololatria, sed & omnis spiritualis infidelitas, qua gloria & honor diuini nominis imminuitur, à nobis tollatur, vt omnes magicæ artes aboleantur, vt dæmonũ aliarum ve creaturarum incantationes omnino cessent, vt omnis diffidentia ac superstitio è mentibus nostris eliminetur, vt omnes hæreses & impiæ doctrinæ redigantur in nihilũ & perdantur, vt verbum dei sincere currat ac prædicetur. Rursus precamur, ne nobis aut vlli creaturæ, sed soli deo fidamus, vt omnem salutis spẽ in Deum inclinemus, vt quẽ ab eo solo toti pendeamus. Denique, vt quicquid est virtutis à nobis profectum, id ne nobis (qui ne cogitare quidẽ ex nobis aliquid, tanquam ex nobis sufficientes sumus) sed dei benignitati acceptum feramus, vt quẽ omnia quæcunq; facimus aut gerimus, nõ nostro, sed in dei nomine, nec nostrã, sed dei virtutis fiducia, nec in nostrã, sed in dei gloriam faciamus, dicentes cum Dauid: Non nobis domine, non nobis

Modis omnibus annitendũ vt nomen dei illustretur.

Luca. 2.
Ioan. 17.
Nomen Dei illustrari non sua sed nostra refert.
Ioan. 15.
Chrysost. in Matt. Mat. 6.
Spiritualis idololatria.

2. Cor. 1.
2. Cor. 3.
1. Cor. 10.

Psal. 113.

Cyprian. Ambro. Aug. in Chrysof. Nomen dei sancti ficabitur in nobis per bona opera.

sed nomini tuo da gloriam. Tertio oramus, ut quemadmodum nomen filiorum Dei gerimus, ita & castis & inculpatis moribus gloriae tanti nominis sanctificemur ac illustremur, quod facimus, cum pro viribus ac sedulo conamur vestigia Christi insequi, Deum super omnia, proximum, perinde ut nos ipsos diligentes, atque adeo bene volentes iis qui nobis volunt male, & benefacientes qui nobis male faciunt. Sic enim nos docuit Christus, prouocans ad imitationem patris caelestis, qui solem suum iubet oriri super bonos & malos. Tum enim pro modulo imbecillitatis nostrae Deus sanctificatur & glorificatur in nobis, sicut perfectissimè glorificatus est in filio suo, si mundus nos conspiciat, iuxta eiusdem filij sui doctrinam viuentes, quemadmodum & is alibi inculcauit, dicens: *Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona & glorificent patrem vestrum qui in caelis est.* Petimus denique, ne in ea crimina (a quibus abluti, iustificati & sanctificati sumus in nomine domini Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri) rursum incidamus, sed ut haec sanctificatio & viuificatio, quae de dei gratia sumitur, in nobis perpetuo maneat, hoc diebus ac noctibus postulamus, nec vnaquam deprecari cessamus, quod nobis continua sanctificatione sit opus, ut qui quotidie delinquimus, delicta nostra assidua sanctificatione purgemus, quod quum a Deo orando consequimur, sit ut per nostram bonam conuersionem cogantur etiam impij & infideles procidere in faciem suam & renuntiare quod Deus reuera iustus & bonus in nobis sit.

Adueniat regnum tuum.

Questio. Aug. de sermo. domini in monte. Exo. 15. Psal. 144 Dilutio. Ioan. 1. Aug. in Ioan.

Quid inquit, est, quod petimus aduenire regnum Dei? Nihil quid non Deus ab aeterno regnavit, aut quando non regnat? aut nunquid regnum apud Deum incipit, quod & semper fuit & esse non desinit? Sicut Psaltes ait: *Regnum tuum, regnum omnium seculorum.* Et dominatio tua in omni generatione & generatione: Imò non hoc petimus, ut adueniat regnum Dei in terram, quasi vero etiam ipse nunc non regnet in terra, semperque in ea regnauerit, a constitutione mundi, sed hoc petimus, ut adueniat nobis, id est, ut in primis mundo id ignoranti manifestum fiat: Sicuti & nomen eius ut in nobis sanctificetur postulamus. Nam veluti lux, licet praesens sit, caecis tamen est absens, quod nihil luminis eis adferat.

Duo regna, Dei Dyaboli. Terrenum. Regnum dei duplex. Regnum gratiae. Psal. 50. Roma. 5. Coloss. 1. Regnum gratiae priuati obtinet Christus in omnes regneratos. Roma. 5. Psal. 5. Mat. 13. Regnum gloriae. Regnum dyaboli.

Ita & regnum Dei, tametsi ubique praesens, mundo tamen id ignoranti deest, cui, ut adueniat, petimus. Sed ut penitus intelligas quanta bona hac petitione postulemus, scies in vniuersum duo esse regna, dei scilicet, & dyaboli. Nam regnum terrenum quod gerunt principes, quicquid est, habet, aut gerit totum id vel a deo accipit, vel a dyabolo mutuatur. Regnum dei duplex est, gratiae & gloriae. Gratiae rursus duplex, publicum & priuatum. De regno gratiae seu misericordiae scriptum est *Luce 12.* Regnum dei intra vos est. Item *Apoc. 10.* Fecisti nos regnum deo nostro. Hoc itaque regnum gratiae nihil aliud est, quam spiritalis liberatio cordium a peccato, ac gubernatio animarum ac conscientiarum nostrarum. Nam quum omnes nati sumus serui peccati, & filij tenebrarum, non prius aesciscimus in regnum gratiae dei, quam deus per filium suum nos a peccati vinculis liberauerit, ac (ut Paulus ait) de potestate tenebrarum eripuere ac transferre in regnum filij dilectionis suae, in quo habemus redemptionem & remissionem peccatorum. Regnum ergo gratiae priuatum, nihil aliud est, quam iustitia conscientiae, quod Christus obtinet in quoslibet, quos per fidem regenerauit & iustificauit, de quo dictum est *Roma. 14.* Regnum dei est gaudium, iustitia, & pax in spiritu sancto. Constat enim iustificatum ex fide pacem habere erga deum, quae dulcissimam animi tranquillitatem, & ineffabile gaudium conscientiae parit, ac securitatem aduersus carnem, & mundi ac diaboli tyrannidem praebet. De quo gaudio dictum est in psalms: *Larentur in te omnes qui sperant in te, in aeternum exultabunt, & habitabis in eis.* Regnum vero gratiae publicum, militans ecclesiae sanctorum est, de quo scriptum legimus: *Mittet angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala. Quod & Christus simile facit sagenae missae in mari decem virginibus ac aliis terrenis rebus ad humanum captum expositis.* De regno gloriae habes *Matthaei 15.* Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Item *Matthaei 7.* Qui facit voluntatem patris mei, qui in caelis est, hic intrabit in regnum caelorum. Itidem *1. Corinth. 6.* An nescitis, quia iniqui regnum dei non possidebunt? Et *Ephes. 5.* Hoc, inquit, scitote, intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus (quod est idolorum seruitus) non habet hereditatem in regno Christi & dei. De regno & dyabolo habes *Ephes. cap. 2.* Vos, inquit,

conuiuificauit, cū essetis mortui delictis & peccatis vestris, in quibus aliquando ambulastis secundū seculū mundi huius, secundum principem potestatis aeris huius spiritus qui nunc operatur in filiis diffidentia, in quibus & nos aliquando conuersati sumus in desiderijs carnis nostræ, facientes uoluntatem carnis, & cogitationū, &c. In hoc ergo regno tenet imperium omnis peccati caput & fons malus spiritus, qui regnum dei dissipare, ac nos in suam tyrannidē triplici reticulo, nimirum per concupiscentiā carnis & oculorum ac superbiā uitæ, nunquam non pertrahere nititur. Denique, regnum terrenū quod terreni principes gerunt, etsi cum regno Christi, quod merē spirituale est, nihil propemodum cōmune habeat, in quo fanatici Anabaptistæ impudentissimē hallucinati sunt, tamen si secundum essentiam suam, quæ nihil aliud est, quā legitima quædā potestas externæ pacis conseruandæ, ac retinendæ politia, consideretur, optima certe dei ordinatio est, quemadmodum Paulus ait: Non est potestas nisi à deo. Quæ autem sunt, à deo ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati, dei ordinationi resistit. Sicut ergo etiā hoc regnum, etsi terrenum, deo, tāquam sua creatura: ipse est enim qui constituit & transfert regna, sed non aliter, nisi sic geratur, tanquam à deo acceptum ac iustitia firmetur, quæ admodum Prouerb. 25. legimus: Aufer impietatem de uultu regis, & firmabitur iustitia thronus eius. Et Psal. 2. Dauid ait: Et nūc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram, seruite domino in timore. Nā & tales reges diuinitus dari & iuari constat, quemadmodum scriptum est: Per me reges regnant. Et iterum: Qui dat salutē regibus: At si principes hac potestate à deo accepta, abuti incipiunt, exercentes non dei iudicium sed suam tyrannidem, ac regnum quod acceptum deo referre oportuit, fastu, uolentiāque gerentes, aut etiam in sua uirtute, potentia, opibus, famulatio, copiis, & armis cōfidentes, certe tales regnū alioqui sua natura rem bonā abusu malam faciunt, ut iā magis regnū mundi, quā dei ordinatio dicatur. Nihilo secius tamen, quod obiter dictum uelimus dei uoluntas est, ut propter potestatem, quæ à deo est, etiam regibus ac dominis dyscoli obediamus.

Quibus sic expositis, faciliē uidere est, quāta hæc petitio cōplectatur, quā pulchrē etiā ac decenti ordine primā particulā subsequatur. Priore enim petitione pre-

catj

cati sumus, ut nomen patris nostri cœlestis, toto terrarū orbe inclarescat, ut ubiq; gētium laudetur & glorificetur, quod fit per agnitionem & apprehensionem redemptionis quæ est in Christo, in quo sanctificamur ac regeneramur in nouam creaturam. Sed quoniam tāta est satanæ malitia, ut ne uictus quidem & expulsus semel, cesseret, quin potius è sua tyrannide liberatos, ac etiamnum filios Dei effectos, oppugnare nunquam desinat, quandiu hoc mortali corpore sunt onusti. Solicitat enim ueteris peccati reliquias ac humanas ingerit cupiditates, quibus carnis rebellionem aduersus spiritum molitur. Idcirco post postulatam illustrationē & agnitionem nominis Dei, iusto ordine dicimus, Adueniat regnū tuū. Quo hoc in primis petimus, ut Deus quos semel à satanæ tyrannide liberatos esse uoluit, regere etiam ac gubernare dignetur, ne in eandem tyrannidem reuoluatur, ne deinceps regnet peccatum in nostro mortali corpore, ut obediamus cōcupiscentiis eius, aut exhibeamus membra nostra, mēbra peccati, sed magis liberati à peccato, serui autē facti Deo, & in regnum eius asciti, exhibeamus mēbra nostra seruire iustitiæ, ut eiecti semel, idque in Christo rege nostro, satana huius mundi principe, amodo obréperemus Deo, ut obrutis ac oppressis peccatis, in sanctitate ac iustitia seruiamus ei omnib⁹ diebus uitæ nostræ, ut quemadmodum Christus spiritu cœlesti impium huius mundi spiritum ac principē uicit, ac innocentia peccatū superauit, ita nos quoque per eundem feliciter vincamus, & in deo regnemus, ac uicissim deus in sui nominis gloriā regnet in nobis. Sic enim deus mirabiliter uicit, triumphauit, ac regnauit per filium suū Iesum in sanctis suis martyribus, incorruptis suis confessoribus ac castissimis uirginibus, quæ semel in Christo sanctificati & regenerati, carnis lasciuia, mundi malitiam ac se uirtutem, & satanæ insultus ac molitiones fortiter scœcilitérque uicerunt. Quibus etiam fidei constantia impares sumus, rogare tamen nunquam cessamus, ut eadem fide donemur, nimirum ut spreto huius mundi regno, breuiter, cōtemptis omnibus (quæ speciosa, pulchra ac dulcia nobis uidentur,) sequamur promissa regni cœlestis, ut reiecto iniquo mammona, unicū illud margaritū euangelicū amplectamur, ut comprimētes omnes carnales affectus & affectus, regnum satanæ debellemus, utq; hac graui perpetuæque colluctatione, è pralio semper firmiores discedamus,

EE

Rom. 3.
Gala. 2.
Ephes. 2.
Luca 11.

1. Ioan. 2.
Galat. 5.

Vis peti-
tionis.

Roma. 6.

Luca 1.

Ioā. 12. 14
2. Cor. 6.

Sancti in
Christo
uicerunt
carnem,
mundum
& diabolum.

Hebr. 11.
Matt. 6.
Mat. 13.

Rom. 14.
Aug. de
sermo. do-
mini in
monte.
Orādum
p̄ impiis
gentibus.
Orādum
pro hære-
tici.
Mat. 13.

Oramus
pro magi-
stratibus.
Roma. 13.
1. Tim. 2.

Aug. de
ser. domini
in monte.
Regnum
gloriæ po-
stulandū.
Chryso. in
Matt. ho-
mil. 20.
Roma. 7.
Philip. 1.

quo deus in dies magis ac magis regnet in nobis, regno quidem spiritali, quod (vt iam diximus) est pax, iustitia & gaudium in spiritu sancto. Secundo, quum nondum totus mundus deo ceruicem submisserit, sed plurimas etiam nationes, gentes, ac populos tyrannus ille satanas adhuc occupet, quales sunt impiæ gentes, Iudæi & Turcæ: rogamus vt eis regnū dei (cuius libertatē, dignitatē & fœlicitatē penitus ignorāt) innotescat, vt ex mancipiis diaboli fiant serui dei, coheredes Christi, consortes regni cœlestis, vt que tandem fiat vnum ouile & vnus pastor. Tertio quum plerique etiam sint, qui etsi regni Christiani insigne præ se ferant, ac Christi milites dici velint, nihilo secius tamen cum satana conspiret, iactantque hæresum ac schismatum seminibus, regni diuini gloriam, quod in ipsis est, dedecorant: optamus vt pater ille cœlestis aream ecclesię suę purget, de regno suo omnia scandala tollat, vt sublati hæresibus ac schismatibus vniuersis, ecclesia tranquilla gaudeat libertate. Quarto, quum terrena imperia ac magistratus, quod ad concreditam potestatem attinet, à deo sint ac constituantur, quibus tamen plurimi in regni cœlestis ignominiam & ecclesię dei suppressionem miserè abutuntur, optamus vt tales principes ac magistratus suū munus, & in primis regnum illud spiritus dei agnoscant ac sanctæ ecclesię dei molesti esse desinant, qui etiam in viuâ ecclesię membra cum vocatiis sanctis coalescant. Certè non temerè Paulus iussit, vt omniū primum fierent obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarū actiones pro omnibus hominibus & regibus: & omnibus qui in sublimitate cōstituti sunt, vt quietā ac tranquillam vitā agamus, in omni pietate ac castitate. Quod precandi genus putandū non est dominicæ orationi (qua quicquid pie postulari potest, comprehenditur) inclusum non esse. Quinto, præcipuus finis huius petitionis est, vt recepti in regnum gratiæ & misericordiæ dei, tandem quoque regnum gloriæ & perpetuę pacis post huius temporalis vitæ curriculum adipiscamur, ingrediamurque. Hoc est enim summum illud desiderium, quod de optima conscientia & mente rebus fluxis & terrenis exuta oritur, quo omnes sancti mirū in modum æstuarunt, quod videre est in Apostolo Paulo, qui illius summa expectatione tenebatur, quum ait: In fœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratiæ dei per Iesum Christū dominū nostrū.

Et iterum: Cupio dissolui, & esse cum Christo. Rursus alibi: Sed & ipsi, inquit, qui primitias spiritus habemus, & nos ipsi in nobis ipsis gemimus adoptionē filiorum Dei, expectantes redemptionē corporis nostri. Certè, modò sapiamus hoc domini regnū (quod gloriæ appellamus) atque adeo secundum ille domini aduentus, qui proximè tale regnum præcedet, quod Deus suis fidelibus perfectissimè tã in corpore quàm animo beandis largietur, assiduè optanda ac expectanda sunt, idque ad exemplum sanctorū patrum, qui diem supremi aduentus die noctūque summo studio, ieiuniis, vigiliis lachrymis, & precationibus vacantes videre cupiebāt, ac securè coronam iustitiæ expectabant, in quā sententiā summa fiducia dixit Apostolus: Non solum mihi reddet coronā iustitiæ, sed & his qui diligunt aduentum eius: Aduentū, inquam, magni dei & beatam spem. Et Christus monet, vt similes simus hominibus expectantibus dominū suum, quando reuertatur à nuptiis, vt que ad hanc diē redemptionis nostræ leuemus capita nostra, quando scilicet Christus regnum suum plenū & integrum, subiectis sibi omnibus quos æterna dei voluntas suo regno destinauit, patri tradet ac resignabit, & electis suis ea bona, quæ neque oculus vidit, nec auris audiuit, nuquam auferenda donabit, tali que regno asciscet, vbi non erit amplius vllus luctus aut dolor, vbi nō esuriēt, neque sitiēt amodo, neque cadet super illos sol, neque vllus æstus, vbi erit vita æterna quies perpetua, sempiterna lux & claritas, pax & tranquillitas nunquam finienda, inenarrabile gaudium & lætitia, certissima sempiternę fœlicitatis securitas, copiosissimāque exantlatorū laborū merces. Quod si quisquā eò pietatis nondū pmouit, vt eius diē accelerationē ex animo petere necdū possit, saltem is ardentissimis votis exoptet, vt in se gratiæ & misericordiæ diē regnum adueniat, vt fide, spe & charitate (quæ sunt huius regni præcipuæ partes) de diabolo, mundo & carne fœliciter triūphet, vt hoc spirituale dei regnū in eo subinde crescat & augeatur, vt constanter perduret, nec vnquam obdormiat in morte, néve in satanæ potestati veniat, vt post exitum exteriorem hominem, cœptum in se regnum dei, in illa cœlesti vita perficiatur. Denique is saltē expectet sibi eū affectum à deo donari quo hanc vitam peccatis & periculis plenam contemnat, ac odisse incipiat, illam verò alteram vitam, atque adeo supremum aduentum dei & saluatoris nostri

Roma. 8.
Secundus
aduentus
domini
ardenter
desiderād.
Patris die
noctūq;
supremū
aduentū
domini
videre cup-
iebant.
1. Tim. 4.
Lucæ 12.
1. Cor. 15.
1. Thes. 4.
Esa. 64.
1. Cor. 2.
Apo. 27
Apo. 21.
Lucæ 20.
Apo. 14.
Mat. 13.
Psal. 3.
Esa. 15.
Et 33.
Mat. 5.
Psal. 12.
1. The. 5.

Iesu Christi, vel expetere incipiat, etsi nōdū ex animo, impediēte infirmitate exoptet, vt non tantū spiritus & animus eius integer in illū diē conferuetur, sed & corpus humilitatis suæ, corpori claritatis Christi conformetur, vtq; demum ipse sanctorum cœtui coniunctus, simul cum illis obuiā Christo in aëra rapiatur, posthac in aeternum cum domino victurus

Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra.

Questio.
Cypri. in
orationem
dominicā.

August.
de sermo.
domini in
monte.

Psal. 122.

Psal. 133.

Est. 13.

Dilatio.

Duplex
voluntas.

Diuina.

Humana.

Genes. 6.

August.

Gene. 6.

Quomodo
affertur
& priores
petitionis.

ROges forsā principio, quidnam id sit quod petimus, Dei fieri voluntatē, num vt Deus faciat quod vult? Nō quidem. Voluntas enim Dei semper fit, etsi nos, vt fiat, nunquā poscāmus quemadmodū scriptum est: Omnia quæcūque voluit dominus, fecit in cœlo & in terra, in mari & in omnibus abyssis. Et rursus: Deus autem noster in cœlo, omnia quæcūque voluit fecit. In eius siquidem ditione cuncta sunt posita, nec est qui possit resistere voluntati suæ. Et ipse est qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ. Quid ergo est quod petimus, nisi vt deus non quod vult faciat, sed vt nos facere possimus quod vult deus? Sed vt penitius intelligas, quid & quanta petantur, ad duplicem voluntatem respicere oportet, nempe diuinam & humanam. Diuina nunquā non potest esse optima, nostra verò nunquā est bona: sed aut mala, aut saltem ad malum prona: nihilo fecius tamen etsi mala & deprauata sit, tamen voluntas est, quam deus inuitam ac renitentē non immutat, sed naturali ac innatæ volendi libertati relinquit verum, quum ipsa sibi relicta ad peccandum tantum valeat ac perpetuò in malum prona sit, sicut scriptum est: Sensus & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua, rectè postulamus, vt post cōcupiscentias nostras non eamus, vt à voluntate nostra auertamur, vt non nostra, nimirum mala, sed dei voluntas (quæ semper optima est) in nobis fiat ac peragatur. Subnectitur autem ordine quodam elegantissimo hæc particula superioribus. Nam primum postulamus, vt nomē dei nobis ac toti orbi innotescat ac inclarescat: deinde, quia nō sufficit nouisse deum, aut in nos etiam nomen dei in baptismo inuocatum esse, nisi statim etiam deus à baptismo post destructam satanæ tyrannidem, incipiat regnare in nobis: idcirco petendo subiungimus, vt adueniat ac in dies proferatur regnum eius in nobis. At quoniam in renatis ac regeneratis

non statim etiam extinguitur fomes ille peccati, quæ est lex membrorū, carnalis vtique cōcupiscentia aduersus spiritum perpetuò pugnans, ac faciens, vt non quæcūque voluerimus, eadem etiam faciamus, quod tamen si Christiano iam in Dei regnum translato, voluntas bene agendi adiaceat, repugnāte tamen natura vitata, eam perficere non possit, nisi spiritu adiuuante. Proinde necesse est nos sedulò postulare, vt Deus quod in nobis cœpit, etiam perficiat, hoc est carnalis concupiscentiæ vim in nobis cōpelcat, coërceat, ac mortificet, naturam corruptam sanet, carnem reluctantem spiritui subiiciat, vtq; post vocationem suam, in nobis etiam voluntatē suam impleat, & opus fidei in virtute perficiat, vt quemadmodum spiritus iam non resistit Deo, sequens & faciens voluntatem eius, ita & corpus non resistat spiritui, qui nunc corporis infirmitate vexatur, sed simul cum spiritu ad perficiendam Dei voluntatem feratur, vt tandem & carne & spiritu Deo seruire, & cum Dauid dicere possimus: Quod meū & caro mea exultabunt in Deum viuum. Sic orat Paulus. 2. Thessalo. 1. Hebræorum 13. Idem orat Epaphras pro Colossensibus, Colossens. 4. Rursus, quum non sufficiat nos à satanæ tyrannide ceptos, ac in regnū Dei translatos esse, nisi etiam ad eiusmodi regni leges, vitam, omnēsque actiones nostras componere modis omnibus studeāmus, ac Deum nos regentem ac ducentē voluntariē sequamur, quemadmodū scriptum est: Qui dicit se nosse Deū, & mandata eius non custodit, mendax est. Præterea, quū non sit satis declinare à malo, nisi etiā quod bonū est faciamus, nos verò nec velle nec facere efficaciter possimus quod vult deus, nisi voluntas diuina nos attraxerit, ac libertatē nostri arbitrij suæ voluntati sociauerit, atque adeò ea bona quæ preparauit, vt in illis ambulemus, in nobis operatus fuerit: idcirco iusto ordine petimus, vt deus post gratiam iustificantem seu operantē, etiam gratiā subsequentē, cooperantē, ac coadiuantē donet, cuius ope voluntatem eius & mandata facere possimus. Denique, qui iam iā poposceramus aduenire nobis regnum illud gloriæ ecclesiæ triumphantis, scientes interim hoc regno tantū nos posituros, si voluntatem Dei fecerimus, dicēte Domino: Non omnis qui dicit mihi, domine, domine, intrabit in regnū cœlorū, sed qui facit voluntatē patris mei. Et iterum: Si vis vitam ingredi, serua mandata: congruo nimirū ordine postulamus,

Vis tertia
petitionis.
Rom. 7.
Galat. 5.

Cypri. in
orationem
dominicā.

August.
de sermo.
domini in
monte.

Psal. 83.

1. Ioan. 4.

Psal. 33.

2. Cor. 3.

August.

Ephes. 2.

Matt. 7.

Mat. 19.

Voluntas Dei alia atque alia Veritas præsciētiæ Dei nō est inquirēda sed adoranda.
 vt voluntatem Dei facere possimus, quam non facientes in regnum cœlorum ingredi nequeamus.

Roma. 9. Ephes. 1. Nō debet quis ambigere an ex numero prædestinatorum sit. Ioan. 6. Ibidem.
 Porro, vt explicatio fiat huius particulæ vis à scripturis docemur aliam voluntatem Dei adorandā, aliam agnoscendā, aliā faciendā & sequendā. Voluntas providentiæ, præsciētiæ, seu prædestinationis Dei, potius à nobis adoranda quàm curiosius inquirenda est, quæadmodū Paulus Roma. 9. docet. Ad hanc voluntatē hæc orationis dominicæ particula eatenus pertinet, vt ardētibus votis perere debeamus, quo Deus nos quos secundum voluntatis suæ propositū prædestinauit, sibi adoptare in filios per Christū, vocans scilicet ac iustificans, tandem etiā iustificatos ac conseruatos glorificet. Nec debet Christianus hic vterius progredi ad inquirendū scrupulosius de hac Dei voluntate, multo minus num ipse ex prædestinatis sit, temerē dubitare ac ambigere. Nam credentes de hac voluntate Christus certos fecit. Hæc est inquit, volūtas patris mei, vt omnisqui videt (hoc est agnoscit) filium, & credit in eum (hoc est dicitis illius fidit, ipsiq; synce ra fiducia, quam comitatur charitas, adheret) habeat vitam æternam. Item: Hæc est voluntas eius qui misit me patris, vt omne quod dedit mihi pater (nimirū per fidem) non perdat ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die. Hæc secum meditantī ac piis desiderijs ruminanti dulcissima sunt: Non glorificantur, nisi iustificati: non iustificantur, nisi vocati: nō vocantur, nisi prædestinati. Rursus, prædestinati ad vitam, certis simē viuunt, nec possunt perire contra voluntatē ac decretum Dei. Ergo qui fidem (gratuitum dei donum) in se agnoscit huic prædestinationis dei voluntas non ignauiam parit, sed mirabilem potius amorē dei intus accendit, & ad omne bonum excitat, faciens vt pia mens orare ac dicere nunquā desinat: Fiat voluntas tua, &c.

Roma. 8.

Voluntas Dei seruanda & agnoscenda quæ.
 Secundo, est voluntas dei, quam scrutari & agnosci oportet, ea scilicet, qua erga nos affectus est deus, quam, vt notā nobis faceret, misit filiū suū, qui redimeret nos, & sanguinem suum funderet in remissionem peccatorum nostrorum, Ephes. 1. Qua ei ab æterno placuit, vt per Christum sanctificaremur & purgaremur à peccatis, Hebræorum 10. quo sancti essemus & mundi, ac ad omne opus bonum instructi. 1. Thessalo. 4. & 5. cap. Quam voluntatē vt faceret Christus, descendit de cœlis. Ioannis 6. quam etiam adimplere miro

desiderio optauit, Ioannis. 4. Iā & omnes sancti de hac voluntate docti sunt, non cessant tamen orare & postulare, vt impleantur agnitione voluntatis dei, gratias agentes deo patri, qui dignos eos fecit in partem fortis sanctorū in lumine, qui eripuit eos de potestate tenebrarum & transtulit in regnum filij dilectionis suæ: In quo habemus redemptionē & remissionem peccatorum, qui est caput corporis ecclesie, primogenitus ex mortuis, in quo placuit omnem plenitudinē inhabitare & per eū reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cœlis sunt, Colossen. 1. Eatenus ergo hæc petitio ad eam voluntatem referri potest, vt petamus fieri voluntatem Dei, vt magis ac magis agnoscamus tantum mysteriū, quod absconditum fuit à seculis & generationibus vt innotescāt nobis diuitiæ gloriæ sacramenti huius, quod est Christus: vt denique huius sacramenti vis & Christi beneficiū seu voluntas patris in Christo in nobis adimpleatur. Quo desiderio quid potest esse suauius? Quo David, de longinquo in Christū respiciens imbutus, clamat: Memor esto verbi tui seruo tuo, in quo mihi spem dedisti: hæc me cōsolata est in humilitate mea, quia eloquium tuum viuificauit me.

Colof. 1. Psā. 118. Voluntas dei cognoscenda & faciendā q̄ Philip. 3. Cypri. in orationem dominicā. doctrina & via Christi est volūta dei Mat. 17. Ioā. 1. 14. Mat. 22. Mar. 12. Lu. 10. 11. Matt. 10. Ioan. 2. Mat. 22. Mat. 3.
 Tertio, est voluntas Dei bona, quæ & cognoscenda & faciendā est, Roman. 12. Ephes. 5. Hæc est illa voluntas in lege Dei cōprehensa, ac sita in mandatorū diuinorū custodia. In quam respiciens Dauid Psal. 118. hoc vnum orat, vt cum Deus iustificationes suas doceat, vt eū in semita mandatorum suorū deducat: Tu, inquit, mandasti mandata tua custodiri nimis. Vtinā, ergo, dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas. Hanc voluntatem dei nos Christiani non iam in mortua litera quærimus: sed in Christo, veluti in viuo exemplari expressum cernimus. Voluntas enim dei est, quam Christus & docuit & fecit. Siquidem ipse est, de quo pater cœlestis de cœlo intonans, dixit: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite. Docuit autem Christus soli Deo constantissime fidere, Deum toto corde diligere, amare in eo quod pater est, timere quod Deus est, Deo omnino nihil præponere (quod nec ille nobis quicquā præposuerit, etiam filium suum vniueritum pro nobis in mortem ignominiosissimam tradens) charitati eius inseparabiliter adherere, proximos sicut nos ipsos atque adeo super

Rom. 12. nos diligere, iniuriam facere nō nosse, factam tolerare posse,
Ephes. 5. cum fratribus pacem seruare, cordis mūditiā amplecti, ve-
Mat. 5. recūdiā in verbis, iustitiā in factis, humilitatē in cō-
Ephes. 4. uersatione, in moribus disciplinā, & in operibus misericor-
 diam tenere ac exhibere. Hoc siquidem est p̄ceptum Dei,
 hoc est voluntatē patris facere, quam tamē solus Christus
Colos. 3. omnium perfectissimē adimpleuit, & vt nos eam pro nostro
Mat. 6. modulo adimplere possimus, facit. Hec est illa voluntas Dei.
Luce 18. de qua dictum est: Qui autem fecerit volūtatem Dei, manet
Mat. 9. in aeternum, quomodo & Deus manet in aeternum. de qua &
1. Ioan. 2. Apostolus dixit: Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra.
1. Thes. 4. Ergo quum dicimus, Fiat voluntas tua, hæc omnia in nobis
Ioan. 15. Deo authore agi petimus, sine quo nihil boni facere possu-
1. Ioan. 2. mus. Rursus, volūtas nostra ad ea quæ in mundo sunt prona
 est, ea diligit, ea sectatur, quæ nihil aliud sunt quàm concupi-
 scentia carnis, concupiscentia oculorū, & superbia vitæ, quæ
 non sunt ex patre, sed ex cōcupiscentia mundi, qui transibit
 & cōcupiscentia eius. Habet etiā in piis caro volūtatem suā,
 quæ quandiu corpus hoc terrenū circumferunt, subinde ne-
 gotium facessit volūtati spiritus. Oramus ergo, vt Deus vo-
 luntatē nostrā cum fructibus suis (qui Gallat. 5. recensentur)
 mortificet, suamque voluntatē cum fructibus spiritus (qui
 sunt charitas, gaudiū, pax, longanimitas, fides, māsfuetudo, cō-
 tinētia, castitas) in nobis operetur. Atque hæc est oratio, quā
 in psalmis nusquā nō obuiā reperias. Dirige (inquit Dauid)
 gressus meos secundū eloquiū tuum, vt non dominetur mei
 omnis iniustitia. Item, Dirige gressus meos in semitis tuis, vt
Psal. 118. non moueātur vestigia mea. Item, Deduc me domine in via
 tua, vt ingrediar in veritate tua: Letetur cor meum, vt timeat
Psal. 15. nomen tuum. Et reuera, mirāds est in hac meditatione Psal-
 tes toto illo celeberrimo psalmo 118. Quin hæc demū est bea-
 titudo nostra in hac vita corporali: vt volūtas nostra sit in le-
 ge dei, vt meditemur in ea die ac nocte, quod demū faciem⁹,
Psal. 1. docēte & cooperante deo: alioqui nequaquā, vt beatus Au-
 gustinus, in huius petitionis vim respiciens, Deum pulchrē
 appeller, dicens: Fac quod iubes, & iube quod vis.
Denique, est volūtas dei, quæ sequēda est. Hec est ea vo-
 luntas Dei, qua omnia in omnibus operatur secundū
 beneplacitū suū. De qua quū sepe, tū in primum sym-
 boli articulū multa dixim⁹. Certē qui fidei mysteriis initiari

velint, in primis sic imbutos esse oportet, vt credant & agno-
 scant vnum verū deum, rerum omnium conditorem, modera-
 torem ac seruatorem omnipotentē, summē sapiētē ac bo-
 num. Cæterū, qui deū omnipotentē agnoscit, is statim col-
 ligit nihil fortuitū, sed omnia dei nutu, ac potētia fieri. Qui
 summe sapientem, is iudicat omnes vias dei esse iudicia, hoc
 est deū omnia certo consilio ac rectissimē facere. Qui sum-
 mē bonum, is intelligit omnia opera dei optima esse oportere,
 tametsi homo animalis hæc non percipiat, quin potius se-
 pissimē cōtrariū iudicet, quo fit vt interdū Deū blasphemo
 ore accusare & insectari non formidet. Nō capit enim ratio
 quomodo deus curet humana, præsertim cū videt bonos af-
 fligi iniuriis, affici ac opprimi: impios verò ac improbos om-
 nium rerum affluentia florere: horum impia consilia, concu-
 pitos sequi successus, illorum pios conatus sæpe impediri. At
 homo spiritualis, qui de omnib⁹ rectē iudicat, is intelligit vo-
 luntatē dei in omnibus quæ sūt ac contingunt, lōge opti-
 mam ac iustissimam esse, veluti pios semper à deo conserua-
 ri ac defendi, piis suam esse, à deo constitutam mercedē, etsi
 nunc ipsorum opera, ab impiis veluti vana contēnantur: piis
 suas tentationes ac tribulationes non in iacturā, sed in mai-
 orem salutis profectum ac gloriā cedere, etsi nunc secus ap-
 pareat. Rursus nouit, Deū ipsos impios sæpe multis benefi-
 ciis temporalibus afficere, vel vt eos beneficētia sua ad se al-
 liciat, ne habeant vllam contra deum causandā materiā, vel
 vt inuictā ac gloriosam iustitiā suā, in obstinatos contem-
 ptores diuiciarū bonitatis suæ postea declaret. Quin hoc etiā
 sentit spiritualis, ab impiis nihil mali patrari posse, nisi per-
 mittente deo, atque adeo quicquid improbi mali perpetrāt,
 hoc deum mirabili consilio contra malorū consiliū ac pro-
 positum in cumulū gloriæ suæ piorumque utilitatē & pro-
 fectum vertere: quod videre est in Pharaone & Iuda, & reli-
 quis Christi persecutoribus, quorum impij conatus dei glo-
 riam quammaximē illustrarunt, atque interim tamen cernit
 spiritualis deum, deprauatum illum impiorum affectum (in
 quo solo peccati vis cōsistit, & cuius author est diabolus) om-
 ni non probare, etsi naturæ opus in improbis non prohibeat,
 quod nisi mala volūtas accederet, ex se malū non esset.
 In summa, hoc habet spiritualis persuasum, dei voluntatē
 semper, & vbique fieri, ac deū nihil velle, nisi quod est opti-
 mum.

*Primum
elementū.*

*Roma. 9.
Deut. 32.
Gene. 1.
1. Cor. 2.*

Psal. 72.

*1. Cor. 2.
Psal. 33.*

36.

Sapient. 5.

Rom. 8.

Rom. 1.

*cur impij
dei benefi-
ciis affici-
untur.*

*Spūales
ab impiis
nihil mali
pati pos-
sunt.*

Sapient. 5.

*Deus ma-
lorū cona-
tuū in suā*

*vertit glo-
riam.*

Instrū est,

vt nos ton-

tos dei vo-

luntati

submitta-

mus.

Iacobi 4.

mū, proindeque iustū ac sanctum esse, vt nos totos Dei voluntati submittamus, vt Deo nunquā obmurmuremus, sed potius tā in aduersis quā in prosperis gratias ipsi agamus. Atque hoc ipsum est quod petimus, dicētes: Fiat volūstas tua. Quo quid aliud postulamus? nisi vt Deus eum affectū nobis inspīret, ne pro nostro iudicio & ratione, sed ex dei voluntate, viuēdi agendique rationem ineamus, ne nostris consiliis dei voluntatem anteuertamus, vtque quicquid agendū suscipimus, Dei volūtati cōmittamus, vt nihil faciamus, nisi quod deo probari confidimus, & vt in iudicando fallamur, hoc tamē semper potius ducamus, vt vel deus conatus nostros impediāt, quā vt suā voluntati quicquam contrarium operemur: breuiter, vt potius dei voluntas de nobis fiat quā in nostra.

Voluntas dei non est anteuerienda, sed vocanti deo obsequēdi

Act. 16.

Act. 21.

Act. 20.

4. Re. 23.

1. Cor. 7.

Vnūquisque in qua vocatione vocatus est in ea permaneat,

Horati.

Satyra. 1.

1. Cor. 7.

Macedones: nisi vocatus: rursus in spiritu iussus reuerti Hierosolymam, non audit Agabum prophetam prædicentē ipsi vincula & carceres. Non audit discipulos profectiōem deprecantes, sed dei voluntati se cōmittit. Iosif (alioqui pio regi) male successit, quōd bellum suscipiens dei voluntatē præterit. Secundo, quum Dei voluntas sit, vt vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat apud deum, hoc est vt sortem suam æquo animo ferat, non contendant statum suū temerē mutare (nisi aliqua cōmoda à domino detur occasio melioris conditionis, citra vllam rerum perturbationē amplectendā) sed magis vt cuique sua fors contingit à deo, in ea Christo quieto ac tranquillo animo seruiat. Alligatus es (inquit Apostolus) vxori, noli quærere solutionem. Solutus es ab vxore, noli quærere vxorem. Si autem acceperis vxorem, non peccasti. Seruus vocatus es, non sit tibi curā, sed & si potes fieri liber, magis vttere. Vnūquenque ergo sicut vocauit Deus, ita ambulare oportet. Sed quum vix reperias vllū hominem, nisi renouatum, qui eiusmodi Dei voluntati libens obsequatur, quod gentilis poeta non tacuit, quū inquit: Qui sit Mæcenas, vt nemo quā sibi sortē, Seu ratio dederit, seu fors obiecerit vltro. Contentus viuāt, laudet diuersa sequentes. Idcirco nobis à deo postulandum est, vt vocationem no-

stram æquo animo feramus, vt in ea tranquilla mēte perseueremus, vt sanctē piēque (quo in omni statu fieri potest) viuamus. Vt quicquid affert status tēporariæ sollicitudinis, negligamus: vt qui habent vxores, tanquā nō habentes sint: & qui sient, tanquā nō sientes: & qui gaudent, tanquam non gaudentes: & qui vtuntur hoc mundo, tanquā non vtantur: præterit enim figura huius mūdi. Breuiter, vt tantū solliciti simus, quæ domini sunt, & quomodo Domino placeamus. Tertio, hac particula à Deo petimus, vt æqua mente tā in prosperis quā in aduersis simus, vt Dei voluntas fiat, siue nos viuere siue mori velit, siue affligi vt corrigamur: siue subleuari, vt suæ benignitati gratias agamus. Petimus, inquit, vt iniuriam nobis illatam patienter feramus, vt vindictæ cupiditate careamus, vt per contumeliam, vim, vel calamitatē nobis immisissam, diuinam fieri voluntatē agnoscamus, quōd hæc omnia sic administret Deus, vt nostra voluntas impediatur, quo magis sua voluntas in nobis dominari possit.

Rursus, hoc petimus, vt si quis aliter quā nos volumus faciat quid, aut omittat, loquatur aut fileat, nec ea re ad irā & impatientiā cōmoueamur, ne queramur, vociferemur, iudicemus, condēnemus, aut alios calūnicemur. Vt iis qui nostræ volūtati aduersantur, placidē cedamus, atque etiā pro rei qualitate gratias agamus, veluti qui optimā Dei voluntatē contra nostram (quæ mala est) promouerit. Petimus quoque eum affectū nobis donari, vt sentiamus nobis neminē incommodare posse, nisi idem multo magis sibi ipsi corā Deo noceat, vt proinde magis ad misericordiā, quā ad vindictā cōtra proximū de nobis male merentē incitemur, nec ob id gaudeamus, si illi qui nobis minimē parētes fuerint, in calamitatem inciderint, vel etiam ipsi, bonum rerū successum inuideamus, sed potius vt bona pro malis rependere studeamus, & similes patri nostro esse pergamus, qui solū suum oriri facit super bonos & malos. Præterea petimus, vt omnis fortunæ, dolorum, cruciatuum, ægritudinum, morborū, breuiter, omnium aduersitatuū victores simus, vt hæc simul & inopiā ignominiam, tyrannides, vim potentiorum, crucē, & omnia incōmoda, quin & ipsam mortē patiēter feram⁹, sentientes in hoc Dei fieri voluntatem, vt caro nostra mortifice tur. Denique petimus, vt patienter & lato animo hinc emigremus ac obdormiamus, ne impatientia aut desperatione vi

Cyp. in orationē dominicam.

Petimus vt in aduersis perinde atque in prosperis æqua mēte sim⁹ semper deo gratias agentes.

Mat. 5.

Mat. 7.

Roma. 8.

Matth. 5.

Luca 6.

Roma. 8.

cti, Dei volūtati repugnasse videamur. Hęc omnia vides christum Iesum exactissimè, perfectissimèq; & oprasse & fecisse & docuisse. Ille carnis, mundi, ac satanæ voluntatem & tentationes fortissimè superauit. Ille non tantum turbæ volenti eum, vt regem faceret, rapere, sed & electis discipulis, atque adeo amantissimę virginì matri (alio, quàm quò patris volūtas) vocātibus, restitit, vbique restatus se venisse de cœlo, non vt faceret voluntatem suam, sed eius qui misit eum patris.

Ille denique agnus omnium innocentissimus, qui peccatū non fecit, & in cuius ore dolus inuētus nō est, factus est obediens patri vsque ad mortem, mortem autē crucis, & vt infirmitatem hominis, quem portabat, ostenderet, dixit: Pater, si possibile est, transeat à me calix iste. Vt autem exemplum nobis tribueret, quo Dei volūtatē, nostræ omnino anteponerem⁹, subiecit: Veruntamen, non quod ego volo, sed quod tu vis, vt pudere debeat hominem seruū, suā Dei volūtati præferre, vbi vnigenitus Dei filius, in mortē vsque Deo patri obediens esse voluit, atque adeo omnes iniurias, contumelias, cōuitia, cruciatus, & cętera quę crucifixores eius ipsi intulerūt, patienter tulit, vt etiam pro illis patrē exorauerit, dicens: Dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt. Hinc Christi spiritum omnes pii, quotquot ab origine mundi fuerunt, assequuti, similes egerunt de sua voluntate triumphos, Dei volūtati in omnibus obtemperantes, quęadmodum videre est in Abel, Enoch, Noë, Abraham, Isaac, Iacob, Iob, David, ac cęteris patriarchis & prophetis, in sanctis Apostolis, gloriosis martyribus, piis confessoribus, ac sacratīs Deo virginibus. Eundem ergo affectū, vt nobis Deus ingeneret, oramus, dicentes: Fiat voluntas tua.

Chryso. SICVT IN CŒLO ET IN TERRA. Germanus ac principalis intellectus particulę est: Quęadmodum (ō pater cęlestis) volūtas tua perfectē fit in angelis & cęlestibus ciuibus qui tibi vnanimis seruiunt, tuęque diuinę volūtati summo studio adhærēt, rēq; fruūtur, nullo errore obnubilātē sapientiam eorum, nulla item miseria eorum beatitudinē impediēte. Et quemadmodū in cœlo omnia libere fiunt, & nō alia quidem audiunt angeli, alia verò contemnuunt, sed volūtati cedunt diuinę, & in omnibus obsequuntur, quęadmodū *Psal.* ait: Benedicite domino omnes angeli eius, potentes virtute, qui facitis verbum eius ad audiendam vocem sermo-

num eius. Item: Benedicite domino omnes virtutes eius, ministri eius, qui facitis voluntatem eius. Ita, ō pater, præsta, vt tua quoque volūtas in hominibus, qui in terra sunt, & de terra (quod ad corp⁹ attinet) facti sunt, sine ulla remora inculpa tē & ex integro fiat, vt quęadmodū in cęlis summa pax & cōcordia est (vnde eiectus est dyabolus) ita & in terris per filium tuum, per cuius sanguinem pacificata sunt omnia, vel in cœlo vel in terra, pax bonę voluntatis redūdet, vt quemadmodum angeli, ita homines tuis diuinis iussionibus, deuictis carne, mundo ac satana, vnanimis ac tranquillē pareant ac obediant. Ad hoc certē respicit angelica illa prædicatio, Gloria in excelsis deo, & in terris pax hominibus bonę voluntatis, quam alibi explicauimus. Secūdo, sic potest intelligi particula, vt quemadmodum in cœlo, hoc est in iustis, qui cęlis cōparātur, ita quoque in peccatoribus & iniustis (qui in scripturis terra appellantur) dei voluntas fiat, vt scilicet peccatis explosis & immūdis spiritibus eiectis, deum agnoscere incipiant, & ad animi tranquillitatem per pœnitētiā redeantes, vnā cum iustis dei voluntatē faciant & exequantur. Tertio, non est absurdus intellectus (quē & superius attigimus) vt pro cœlo & terra accipiamus spiritum & carnem, vt sit sensus: Quemadmodum spiritus in renouatis non resistit deo, sequēs & faciens voluntatē eius, ita & corpus nō resistat spiritui. Et quemadmodum spiritum seruimus legi dei, ita etiam carne seruimus, quod tādē perfectē fiat in vita illa æterna, vbi erit summa pax, vbi non solum velle bonum adiacebit nobis, sed etiam perficere. Interim tamen orandū est, vt quemadmodum corde secundum interiorē hominem delectamur legi dei, ita etiam corpus sensum mortificetur, mortificatūque huic delectationi accedat, vt tandem integer spiritus noster, & anima, & corpus sine querela in aduentu domini nostri Iesu conseruetur. Certē si fideliter hoc oramus, fidelis est qui vocauit nos, qui etiam faciet.

Panem nostrum quotidianum, da nobis hodie.

Superiores petitiones summam salutis nostrę continent, quibus ea postulamus, quę ad perfectā & absolutam beatitudinē, quam olim cū angelis cōmunē habebimus, postulamus. Sed quoniam interim carnales ac mortales sumus, multa & spiritus & animi sustentatione egentes, donec ad vl-

Genes. 1.

Aspo. 12.

Luce 1.

Cypr. in orationem dominicā. Aug. de ser. domini in monte.

August. Ibidem.

1. Ioan. 5. Ro. 7. 8.

1. Thess. 5.

Ibidem.

1. Cor. 1.

Chryso. in Matt. h. mi. 20.

est in deum diues. Nimirum omnes qui eodē sunt affectu, eadem damnationis censura percillens.

Vñ verbo rñ, da nobis.

NEc grandi mysterio carent hæc verba, **DA NOBIS.** Quo in primis significamus nostram indigentiam & inopiam, deinde conuincimur etiam, quod ex nobis ipfis hunc panē habere non possumus, sed solū Deū esse, qui eū & dare possit & velit. Quo etiā hoc simul oramus, vt Deus nobis eam cognitionem donet, qua certō sentiamus eū panē quo alimur, ac cætera omnia quibus sustentamur, diuinitus nobis donari, vtq; pro tanto beneficio ipsi grati simus, iuxta illud Psaltes: Omnia à te expectant, vt des illis escam in tempore. Dante te illis, colligent: aperiente te manū tuam: omnia implebuntur bonitate. Itē, Oculi omnium in te sperant domine, & tu das illis escam in tempore opportuno: Aperis tu manum tuam, & imple omne animal benedictione. Quam obrem parochi summo studio plebē admonere debent, ne morem illum omnium pietissimum benedicēdi domino ante cibum sumptum, & gratias agendi Deo post sumptum, (quem à Christo profectū & ab omnibus piis in hæc vsque tempora vsitatum constat) intermittant, aut negligent quod vel hoc ipso more quæcunque in hanc particulam diximus, in memoriam nobis reuocentur, fiducia erga Deum alatur, & debitæ gratiæ ipsi pro collatis beneficiis reddantur.

Mos bene dicendi domino & ante & post cibum retinendus.

1. Cor. 5.

Porrò quod dicit, **NOBIS** pluraliter, non mihi, hoc ipso Christus in dicat, Deum, quæcunque dat, non nobis solis dare, sed & aliis per nos, & proinde partē illorum cedere debere sibi parare non valentibus: atque eo ipso tenacitatem tollit rerum communionem (quā necessitas proximi postulat) largitatēque & liberalitatē cōmendat. Ergo frustra in hunc modum orabunt impij, qui non tantū pauperibus, quæ acceperunt à Deo communicare renuunt, sed & insuper pauperes diripiunt, spoliant, ac fraude dolisque, seu etiam iuris versutia circumueniunt, vt solos locupletent, quos summo pere odit, & quāmaximè in prophetis detestatur Deus. Certe Christianus iudicare debet se nihil tanquam proprium tenere, sed omnia in vsus proximi, quū res postulat lubenti animo communicanda esse. Rectè dictum est in tenaces & sordidos: Pasce fame morientē: si nō paueris, occidisti: Et alibi: Esurientium panis est, quem tu detines: nudorum vestimentum est, quod tu recludis: miserorū redemptio est pecunia,

Impietas huius seculi diuinitum.

Cyrillus.

47. dist. ca. sicca.

quam tu in terram recondis.

Secundo, hac particula petimus, vt pater ille cœlestis non solum corporalem, sed & cœlestem & spiritualem alimoniam, qua animus & spiritus noster vegetatur, nobis imperiat. Et in primis, vt intellectū diuini verbi, & diuinorū mandatorum suorū dare dignetur. Verbum enim Dei, verè spiritus panis est, qui animum pascit & reficit, quemadmodum locus ille Matt. cap. 4. suprā citatus, atque adeo res ipsa testatur. Rursus, meditatio & operatio diuinorum præceptorum panis est, quæ Psaltes dulciore esse pronunciat, supra mel & fauē. Petimus, itaque, vt Deus hunc panē nobis dilargiatur, vt ipse eum nobis frangat ac impertiat, vtq; eodē pane & intellectu & voluntatē nostrā reficiat ac corroboret. Præterea vt quotidie nos eum panem operari (hoc est vt nos sedulo in lege Dei meditari ac ambulare) faciat, quod scilicet eiusmodi spirituali alimonia aliti & confortati, tandē ad illā perfectionē, absolutamq; vitæ beatæ saturitatē peruenire mereamur. Vocatur quoq; & iste cibus Quotidianus, quod quādiu ista vita tēporalis per dies decedentes succedentēq; peragitur, animi nostri affectus nūc in spiritualia, nūc in carnalia alternet: quo fit, vt quotidie panis iste nobis necessari⁹ sit, quo animus subinde relabēs & esuriens erigatur, reficiaturq;. Petitur autem & hic panis, nobis à Deo dari, quod verbum Dei nō aliter salutare sit, nec in animæ viscera traiciatur, fructū se dignū pariens, nisi Deus ipse intus docuerit. Frustrā siquidem concionatoris vox aures foris pulsabit, nisi & vnctio (id est, gratia spiritus sancti) verbi vim in animi recessus inserat, ac faciat nos Theodidactos, id est, à Deo doctos. Certè qui quotidie in intellectu verbi Dei promouet, adoleseitq; & grā deiecit quotidianis virtutū auctibus, is solus verè sentit, quam dulcis animæ cibus sit, verbum Dei, vt iam libeat exclamare cum Dauid, Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo? Et iterum, Ideo dilexi mandata tua super aurū & topazion. Hoc cibo iuxta naturæ nostræ modulum donec hanc temporalem vitam gerimus (quod, hodie denotat) ali nos oportet, donec ad perfectum robur plenitudinis, quæ est in Christo Iesu, nunquam non proficientes perueniamus.

August. de sermo. domini in monte. Verbum Dei panis animæ.

Psal. 18:

August. Ibidem. Quotidianus. Verbum Dei non aliter salutare nisi Deus ipse doceat. 1. Ioan. 5. Theodidacti.

Tertio, & magis peculiariter panis quē petim⁹ ipse Christus est, vitæ largitor & author, quē nobis fame pereitū de cælo mittere deus dignatus est. Non enim ex-

Hodie. Philip. 3. Christus panis verus qui de cælo descendit.

plebat animum nostrum panis philosophorū, aut fermentū Pharīſarorum, sed panis ille cœlestis qui dat vitam mundo. Petimus ergo vt Deus hūc panem nobis quotidie det, id est, vt per spiritū suum nos doceat incarnationis Christi mysteria, idque per fidem, qua sciamus & cognoscamus Christum carnem suam dedisse pro mundi vita, hoc est, pro nostra redēptione, Deoque patri pro nostris peccatis satisfecisse. Deinde in hac carne resurrexisset, vt certi simus, eum regnare nūc immortalem, in hoc, vt nos in mēbra sua coagmētatos, planē iustificet, & reddat etiam post hāc exactam vitā immortales & beatos. Sic enim spiritaliter pascitur animus noster suauiter fide recolēs, quōd Iesus Christus traditus est pro delictis nostris, & resurrexit propter iustificationem nostram. Petimus autem hunc panem nobis quotidie dari, hoc est hāc fidem in nobis in dies augeri, quo tandem eō perducamur, vt & ipso Deo, id est diuinitate Christi, qua idem est cum patre, pascamur, læti que ac alacres vitam sanctam in Deo agamus, certi ac securi, quōd hunc panem manducantes, hoc est in Christum pro nobis crucifixum & mortuum credentes, non moriemur in aeternum, sed trāscamus à morte in vitam. Quoniam verò hāc perfruiuo deitatis, hic nondū plena est, tum verò plena erit, quando extincto in nobis per spiritum Christi omni peccato, Deus in nobis erit omnia in omnib⁹: idcirco postulamus hunc panē hodie, hoc est, quātisper nos hanc mortalem vitam viuimus, nobis dari. Petimus etiam, vt hūc panem ipse det qui dixit: Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Nā hāc fides non aliundē quā ex mero Dei beneficio animis nostris infunditur, neque aliter quā promouente spiritu Dei augetur, sicut scriptum est: Quia nō caro aut sanguis reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est. Hāc est illa fides, qua regeneramur, renascimur, ac in Christo adoleſcimus, quemadmodum scriptum est: Et dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius: qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.

Quarto: Quoniam necessariū erat, vt Christus hanc fidē in nobis sacramēto aliquo insigni ac visibili roboraret, ac certos etiam efficeret, vbi tale sacramentū nō indignē participaremus, Christi beneficium ad nos omnino pertuere: idcirco rectē etiam petimus, vt pater cœlestis det

nobis panē illum supersubstantialem in sacrosanctā Eucharistiā sacramento rectū & velatum, quem rectē nostrum dicimus, quia sicut Deus intelligentiū & credentium pater est, sic & Christus, quum corpus & sanguinē eius in Eucharistia per fidem contingimus & edimus, noster panis est. Petimus autem hunc panē nobis quotidie dari, quōd sic nobis viuendum sit, vt eum quotidie accipere mereamur. Atque vtinam omnes Christiani sic vitam suam instituerent, vt quēadmodum olim in primitiua ecclesia occidentali, non tantū spiritaliter, sed etiā sacramentaliter cōmunicabant corpori dominico, sic & hodie omnes ad Eucharistię perceptionē debita pietate accederent, quōd id infirmitas nostra plurimū requirere videatur. Nam si quotidie peccamus, ac peccatū peccato cumulamus, quotidie etiam hic panis mysticus necessarius videtur, qui animā laborātī & peccatis obrutā, certissima est medicina, & præsentiſsimū remediū. At si ea est temporum horū conditio, vt hic mos non facillē in vsum reuocetur, viderint fideles sacris astantes, vt saltem spiritu ac mēte cōmunicent cum desiderio, quum opportunum erit etiam sacramentaliter communicandi. Sed de hoc aliās latius diximus. Datur autem hic sacrosanctā Eucharistiā panis, nō ab alio, quā à Deo & Christo filio eius. Ipse est enim, non minister sacerdos, qui re vera baptizat, & qui carnem & sanguinem suū nobis præbet in remissionē peccatorū. Et quanuis hic panis sempiternus sit, quotidianus tamē dicitur, & ad hoc tempus pertinet, in quantum scilicet ministratur animā quibusdam signis ac dictis, & quatenus ad quotidianum peccatorum, in quā in dies incidimus, remissionem proficit.

Et dimitte nobis debita nostra.

Hic debitorū nomine peccata significari, manifestū est. **H**ex Luca, qui eādē petitionem in hęc verba renarrat: Et dimitte nobis peccata nostra, siquidē & ipsi dimitti mus omni debentī nobis. Porrò peccata, debita dicuntur ac debitis afsimilātur, Mat. 18. quōd non secus atq; debitor obligationis vinculis obstrictus, soluere quod debet, tenetur: ita peccator funibus peccatorum obligatus, pœnæ luendæ obnoxius est. Sic Christus de hominibus illis decē & octo, super quos cecidit turris in Siloē, respondens: Putatis, inquit, quia hi præter omnes homines habitātes in Hierusalem fue-

August. de sermo. domini in monte.

Aug. ad Ianuariū. Supra de administratione sacramentorum. Itē in sacramentis, Eucharistia. Christus dat nobis corpus & sanguinē suum.

Aug. de sermo. domini in monte. Luca 7.

Luca 13.

Aug. ser. domini in monte. runt debitores: id est peccatores ac poenae obnoxii, nā continuo adiecit: Nō dico vobis, sed si poenitentia nō habueritis, omnes similiter peribitis. Christus itaque hac orationis particula nō hoc iubet, vt pecuniam mutuo datam debitoribus remittamus, sed tantum, vt veniā demus in nos peccantibus. Christiana enim philosophia seu Euangelium docet nos de quadam spirituali & aeterna iustitia in corde, quae inter alia postulat, vt volētes nobis à deo dimitti peccata, fratribus similiter in nos peccantibus offensam ex corde remittamus, quod alioqui cor aut ira aut vindictae cupiditate aëstans, iustitiae spiritualis capax omnino non sit. Interim (vt iam diximus) non vetat Christus, quo minus repetamus pecuniā mutuo datam, aut quod nostrū est, qui ne vetat quidem, ob id legitimo iure experiri. Nā quod apud Mattheum legimus, dominū dixisse: Et qui vult tecū in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium, eo (quemadmodum id genus alia) dictum est, vt Christus animum formaret, non vt imperia seu iudicia terrena, quae sunt ordinationes dei, aboleret seu illicita iudicaret. Vult Christus in suis ante omnia vigere charitate: vult vt alieni sint ab omni ira amarōq; affectu maximē verō à vindicādi cupiditate. Vult vt studeat, quatenus in eis est, etiam cum rerum suarum temporariarū iactura pacem habere cū omnibus hominibus. Is itaque est sensus Christi verborum: Si incideris in hominē contentiosum, qui malit ad iudicium prouocare, quān tibi quod tuū est, vel dare vel relinquere, & periculū sit te eiuscemodi aduersarij tui malitia (vt ferē fit) detrimentum dilectionis proximi facturum, aut amaritudinem quandam, seu vindicandi affectum animo inde concepturum, potius est vt iacturam rei familiaris, quān animi facias. Quid enim prodest homini, si totum mundum lucretur, animae verō suae detrimentū patiatur? Quis & ethnicis litigandi studium tam inuisum fuit, vt quoad possent, omnem litiganti materiam abscinderent ac submouerent, iudicantes eum, qui pacem emeret, adeo non facere iacturam, vt etiam plurimum lucraretur. At si quis est, qui animum Christiano homine dignum gerit, à tranquillitate non facile dimobilem, nec temere amaris affectibus, ab his quae extrinsecus acciderint corrupendum, is salua conscientia, ac licite, quod suum est, iure repetierit, si tamen modestē ac leniter egerit, hoc est ad eam regulam,

vt in animo semper paratus sit, magis amittere quod sibi debetur, quān Christianā ledere charitatē, ac iure experiundo, non tam intendat fructum pecuniae, quān vt proximū malitiosum debitorem suū corrigat, is enim si habet, vnde tibi quod debetur reddat, & reddere per calumniā denegat, tum non solum non peccabis in eum, sed etiam proderis ei plurimum, si iure repetas quod tuum est, ne ille dum alienā pecuniam lucrum facere vult, damnū fidei patiatur: quod tanto est grauius, vt nulla sit comparatio. Paulus certē non damnat vsum iudiciorum, ad vitam corporalem traducendam apprime necessariū: sed damnat, quod Corinthij mallet apud iniquos, nimirū ethnicos iudices, quān apud sanctos iudicari, perinde atque non fuerit inter eos sapiens quisquē, qui posset iudicare inter fratrem suum, qui posset cōtrouersias inter fratres subortas, citra tumultū aut gētiliū scandalum componere, aut etiam diiudicare. Damnata itaque hoc litigandi indecorum, proliuitatē scilicet ac temeritatem, maximē verō vindicandi (qui rarō litigando deest) affectum, verum iudiciorū vsum integritate animorum (quae Christianos docet) salua permanente, adeo non damnat, vt alibi valde celebret. Idem, non vetat Christus, quum iubet dimitti debitoribus nostris, publicos latrones, homicidas, adulteros, & id genus reipublicae pestes iure publico accusari, ac etiam puniri. Multo minus iubet, vt temerē ipsis commissum ignoscamus, aut ad ipsorum scelera cōnieuamus. Nec prohibet etiā quo minus magistratus auxilium ad propellendam vim priuatā imploremus, tametsi dicat, Si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam praebere ei & alteram, quod alioqui frustra Euangelij plurimis aliis in locis doceret, imperia ac magistratus, esse ordinationes Dei bonas, praesentes item potestates obediētia ac honore colendas. Potestatem quoq; non frustra gladio portare, sed in hoc adeo constitutam esse, vt gladio vtatur in laudem bonorum & vindictam malefactorum. Neque Christus ipse Caesaris imperium suis verbis firmaret, quū ait: Reddite Caesari, quae sunt Caesaris: & Dei quae sunt Deo. Quo quidē responso, et si suum regnum quod spirituale est, à corporali regno diserte discreuerit, suum tamen cuique tribuendum esse indicauit: Deo perpetuam animi iustitiam ac innocentiam: Caesari verō, quod leges ciuiles ac publici mores ei praestari volunt, ac iubent. Hic ergo dominicē

Loc^o Pauli. 1. Co. 6. explicatur

Paul^o dānat litigādi pernicia cū ac indecorū nō iudicia.

Roma. 13. Christus non vetat maleficos puniri. Locus explicatur, Mat. 5.

Roma. 13. 1. Petr. 2.

Mat. 22.

Mat. 5. Rom. 12.

orationis locus, & similes in Euangelio, qui vindictā prohibent, intelligendi sunt de priuata vindictā non de publica, qua in exercet magistratus, quā & Paulus ministrum Dei appellat, ac variis encomiis illustrat. Itaque neq; accusator seu delator publici criminis peccat in Euangelio, modò tamen cesset priuata vindicandi libido, ac desit priuatus animi dolor, sese, si liceat, vlciſci paratus, & hoc tantū queratur, vt publica scelera iuxta leges, quæ Dei ordinationes sunt, puniantur, vtq; reipublicæ tranquillitas seruetur. Neq; peccat, qui videns sibi vim intentari, vel ad Cæsarem, vel præsentē provocat magistratū. Id quod & Paulus fecit, ille legitur apud Felsi præſidis tribunal. Sed de hoc obiter dictū vt satis, hic admonuisse suffecerit: verbo debiti hoc loco peccatum venire, non pecuniā, aut quod alioqui nobis in iure civili debetur.

Sed iam ad expositionē dominicæ orationis reuertamur. Superius itaque à deo precati sumus, omnia ea bona, quæ à Deo peti possunt. In primis æterna ac spiritalia. Deinde etiam corporalia ac tēporalia: hic docet nos Christus deprecari omnia mala tam corporis quàm animi, siue huius tēporis, siue æterna. Principio itaque iubet, nos à Deo petere remissionem peccatorum nostrorum, quibus tanquā funibus constringimur, quo principio hoc ostendit, locum etiam esse pœnitentiæ lapsis post baptismum. Fidelibus enim hæc aptatur oratio, quòd qui initiatus baptismatis sacramēto nō fuerit, Deum vocare patrē non possit. Itaque cogentur (velint, nolint) Nouatiani, simul & Anabaptistæ nobiscum cōfiteri, vel remissioni peccatorū post baptismum locum esse, vel salutem orationem dominicā ad se non pertinere: quorū si hoc concesserint, iam se planè hæreticos declarant, qui se à Christo & ecclesia (cui hanc orandi formulā ille præscripsit) separant. Secūddò reuocat nos Christus ad nostrā infirmitatis cōsiderationē, bonumq; humilitatis insinuat, vt scilicet agnoscamus nos omnes in cōspectu Dei esse peccatores & reos, ne scilicet quis sibi quasi innocens placeat, sed quisque cōscientiæ suę recordetur. Quod & Ioānes in epistola sua monet, dicens: Si dixerimus, quia peccatum non habemus nos ipsos seducimus, & veritas in nobis nō est. Et Salomō Prouerb. cap. 20. Quis potest, inquit, dicere: Mundum est cor meū & purus sum à peccato? Et rursus: Non est homo qui nō peccet. Alio quoque in loco: Septies in die cader iustus, & resurget.

Rom. 13. Accusare publici latronem non est peccatum. Num. 35. Paulus ap pellauit Cæsarem. Act. 25. Ratio ordinis dominicæ pre-cationis. Vis huius particule. Nouatiani. Anabaptiste. Omnes in conspectu dei peccatores sum. Psal. 113. 1. Ioan. 1. Ro. 7. 8.

Nam etsi à consensu (qui nos reos æternæ mortis fecit) tēpe remus, quis tamē nō sentit se circumferre carnē peccati? qua impellatē, fit, vt quisq; cogatur multa adhuc in seipso desiderare, & sentire se multa, perpetuāq; cōdonatione egere, ac sibi semper orandū esse: Ne intres domine in iudiciū cū seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens? Hęc certe humilis cōfessio, quæ ex limpido fidei fonte emanat, summum & præſidium ad impetrandam veniā, qua subnixus Publicanus repulso superbo Phariseo, descendit iustificatus in domum suam ab illo. Nā (vt ibi veritas subiungit) qui se humiliat, exaltabitur: & qui se exaltat, humiliabitur. Ac vt Petrus & Iacobus testantur: Deus superbis resistit, humilibus autē dat gratiā. Tertio, docet Christus hanc peccatorū remissionem non aliunde quàm à patre cœlesti peti oportere. Nemo enim potest peccata dimittere, nisi solus Deus, Marc. 2. Et vt ipse ait Esa. 43. Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates vestras. Nā quatenus homines peccata remittant, diximus superius in pœnitentiæ sacramento. Quarto docet Christus pronā ac facilem esse viā, remissionem peccatorum consequendi, quòd hanc iubet postulare à Deo tanquā patre nostro, cuius propriū est, filiorū ad se reuertentiū misereri ac parcere, quod & alibi Christus ipse insigni parabola de filio prodigo declarauit. Et Psaltes in laudis confessionem prorumpens, testatur, quū ait: Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat oēs infirmitates tuas, qui redimit de interitu vitam tuā, qui coronat te in misericordia & Psal. 102. miserationibus. Deinde, eo ipso ostendit, patrem suū cœlestem facilem esse ad condonandū nobis delicta nostra, quod nos id ipsum ab eo petere & orare docuerit, ac etiā iusserit. Hoc enim solo, paternā misericordiam & veniam preces nostras secuturam satis promittit. Qui enim nos sic iussit orare, neque semel confirmauit nos exoratos, quicquid abs Deo in ipsius nomine peteremus, ille certē præbuit petendi fiducia, quòd fidelis sit & mentiri non possit pater, qui p filiiū suū sic nos orare docuit ac iussit. Si (inquit Apostolus) cōfessi fuerimus peccata nostra, fidelis est dominus, qui nobis peccata dimittit. Fidelem certe dominum ad dimittēda peccata asserit Apostolus, significans Deū pollicitationis & fidei suæ seruātem, quod & Dauid Psal. 50. testatur, cum commissorū veniā deprecans ait: Tibi soli peccauī & malum corā te feci, vt iu-

Psal. 113. Humilis confessio, sumū præſidium ad obtinendū veniam. Luca 18. i. Petr. 5. Iacobi 4. A solo Deo petēda peccatorum remissio. Facilis via consequendi remissionem peccatorū. Luca 15. Psal. 102.

Roma. 3.

stificeris in sermonib⁹ tuis & vincas cū iudicaris, quasi dicat: Mundus sibi verè persuadere non potest, te Deum grauitè contra te delinquentibus verè & seriò ignoscere. Sed quādo tu Deus pollicitus es peccatoribus ad te reuertentibus ac cōfitem⁹ibus delictorum indulgentiam: idcirco planè confiteor me tibi soli Deo deliquisse, cert⁹ ac securus de venia veritati promissionis tuæ innixus, qua re ipsa vinces omnes secus de te iudicantes. Deniq; facilitatē remissionis cōfirmat adiecta conditio, qua tanquā signo nos certos de sua voluntate facit Deus nostrāq; imbecillitatem ac diffidentiam confirmat ac corrigit, hoc in quā signo, Remittenti remittetur. Nec enim vel irrationabilis quispiā, aut in magno aliquo, aut in exiguo delicto de iudicio Dei cōqueri possit, asserit in nostra esse potestatem iudiciū de nobis futurū, perinde atque si dicat quemadmodū tu tibi ipse iudicabis, ita etiā tibi iudicabo. Si enim (inquit Christus) dimiseritis hominibus errata sua, remittet & vobis pater cœlestis errata vestra. Ex pacto ergo dominū conuenire possumus, vt peccatorum remissionē concedat. Si tamen aliis à nobis errorum suorum prius facta sit venia. Certe pater agnoscat à filio præscriptā conditionem, modo, quod ad nos attingit vsus est Christus: vt significemus.

CAeterū verbo dimittendi vsus est Christus: vt significaret remissionē peccatorū, è sola gratia Dei pendere, id quod latius in materia iustificationis explicauimus. Quod autē rogam⁹ (Dimitte nobis) admonemur in hoc fra ternæ charitatis vt non minori mentis ardore ac deuotione petamus proximis nostris sua delicta ignosci, qua nobis nostra condonari postulamus. Quin Christianæ charitatis ardor latius etiam progreditur. Vt sancti videantur maiorē habuisse in orando proximorū curam, quā suæ propriæ salutis, quemadmodum Paulus testatur. Veritatem, inquit, dico in Christo Iesu, non mentior testimoniu mihi perhibente cōscientia mea in spiritu sancto, quoniam tristitia mihi magna est & cōtinuus dolor cordi meo. Optabā enim ego ipse anathema esse à Christo ꝑ fratribus meis, qui sunt cognati mei secundū carnē, qui sunt Israëlitas, &c. Et Moses eodē spiritu percitus orauit, dicens: Obsecro, inquit, domine, peccauit populus iste peccatum maximū, aut dimitte eis hanc noxā, aut si non facis, dele me de libro quem scripsisti. Amē. Dicimus autem: Debita nostra, non quemadmodū panem quotidiana

num nostrum appellamus, veluti nobis impartitum ac donatum à Deo, à quo omne, quod bonū est, proficiscitur & suo dono nostrum fit. Sed nostra sunt peccata, veluti quæ ex nobis ipsi, & non à Deo sint, quemadmodum apud Osee dominus contestatur: Perditio, inquit, tua ex te Israël, tantummodo ex me est auxilium tuū, nam neque in Deo, neque à Deo est malum, & nemo Deo auctore fit deior.

QVi hac petitione deprecari etiam peccati pœnā nos asserunt, veluti indiuiduam peccati comitem ac stipendium, quæ admodū Paulus ait: Stipendiū peccati mors, hi in ecclesiæ supplicationem respexisse videntur, quæ hanc petitionem, veluti paraphrasin quadam explicare voluisse videtur, cum orat: Ineffabilem nobis domine misericordiam tuam clemētè ostende, vt simul nos & à peccatis exuas & à pœnis, quas pro his meremur, eripias: atq; eò tendit psalmus septuagesimo octauus.

Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

SVnt pleriq; solo nomine Christiani, quibus videtur fieri vix posse, vt homo ex perfecto corde, capitali hosti & malefactori dimittat, sed hi incipiāt fieri Christiani, dicentes & hunc affectū remittendi proximo non ex nobis esse, sed à Deo peti etiam oportere. Deinde intelligant nullū planè laborem esse, petenti fratri cōdonare errata, siquidē inuidia liberari, liuoris, iracundiæque sollicitudine leuari, magnā reddere menti nostræ quietem. Odium vero assidue in corde gerere, inuidia torqueri, tormentū est, quo non facile reperias maius, vt testes nobis sunt inimicitiarum appetentes & odij amantes. Ad hæc & si præceptū de diligēdis inimicis magnū valde esse videatur, tamen si præmiū hoc enauantibus cogitaueris, nihil omnino videbitur. Præmiū quidē quod à te dimittētī proximo, nullius à te exigetur ratio peccati, atq; etiā merces ampla in futuro tribuetur. Rursus si cogitaueris quā non paria domino facias, in conditione proposita adimplendā te profectò pudebit, villam hic difficultatem causari deus cum nullus iniquā indigeat, à te grauitè offensus, tibi gratias ignoscit, ab omni peccato prorsus extraneus. Tu verò qui proximo dimittis, ipse quoque remissionē indiges, nimirum multorū etiam peccatorum erga Deum reus, & fortè maiorū quā proximus tuus, cui dimittere iuberis. Sed fac, te in-

Christus per adiectam conditionem veluti signo quodā nos certos facit de remissione peccatorū. Matt. 5. Chrysostr. in Matt. hom. 20. Mat. 5. Matt. 4. Cur Christus vsus sit verbo dimittēdi Nobis. Roma. 9.

Exod. 32. Nostra.

Pœnā indiuiduam comes peccati. Roma. 6. Oratio ecclesie.

Affectū hominum carnaliū. Facile est remittere proximo. Chrysostr. in Matt. homi. 20.

Ibidem.

iusta aliqua à proximo esse perpeſſum, ea tamen talia procul dubio ſunt, qualia etiã tibi à Deo remitti poſſeis, multòque interdũ tua commiſſa maiora. Denique ſi Deum vis habere patrem, neceſſe eſt, vt exẽplo eius non tantum amicos, ſed & hoſtes & inimicos diligas & complectaris. Quemadmodũ Chriſtus Marth. 5. ait: Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro perſequentibus & calũniã tibus vos, vt ſitis filij patris veſtri, qui in cœlis eſt, qui ſolem ſuũ oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos ac iniuſtos. Si enim (vt ſubdit) diligitis eos quivos diligunt, quã mercedẽ habetis? nõne & publicani hoc faciũt? Et ſi ſaluta- ueritis, fratres veſtros tãtũ, quid ampliũ faciſtis? nõne & Eth- nici hoc faciunt? Eſtote ergo & vos perfecti, ſicut & pater ve- ſter perfectus eſt. Atque hic, ne doctrinã euangelicã (vñ impoſſibilem auerſerim) Chriſti & ſanctorũ fratrum noſtro- rum exẽpla nobis intuentia ac imitanda ſunt, qui pro perſe- cutoribus & occiſoribus ſuis, inter ipſa etiã verbera ac mor- tes, ardentiffimẽ orãſe legũtur: quin & Dauidis, viri veteris teſtamenti, affectus intucẽdus eſt: Domine, inquit, Deus meus ſi feci iſtud, ſi reddidi retribuẽtibus mihi mala, decidã merito ab inimicis meis inanis. Iob quoque (memorable illud patiẽtiã exẽplũ) nobis rememorandus eſt: Si gauifus, inquit, ſum in delicto inimici mei, ſi dixi in corde meo, benefactum eſt, audiat auris mea maledictiõẽ. A quo multũ abhorret hi qui cum aduerſariũ ſuum malitioſum in ius vocauerint, nec ab eo confeſionẽ elicere poſſint, gaudent tamen, ſi ſaltẽ eũ ad periurij reatum adigant, vt vel ſic animam eius perdant.

Queſtio. **S**ed dices: Quid ſi quiſpiã eã adhuc imperfectionẽ in ani- mo ſuo ſentiat, vt proximo noxã ſtatim remittere poſſe ſibi non videatur, nunquid iſ penitus ab orando deſiſter, aut ſaltẽ orationis dominicã formulã euigabit? R eſpõdemꝰ, Multum differẽ, an quis affectum eum nondum habeat, cũ tamen à Deo ſibi dari affectet: auerò, quum eũ necdum ha- beat, ne opret etiã habere ac à Deo nanciſci, ſed magis odio ac liuore intabeſcat, eligens magis mori, quã vindictã libi dinem ponere. Si quidẽ prior ritẽ ad orationẽ accedit, atque adẽ magis oratione indiget, quo corruptiorẽ gerit affectũ. Iſ itaque piẽ & dominicã orationẽ totã recenſebit, ſi hanc particulam quã tractamus, animo permurmurans, à Deo ex- petat ſibi hunc affectũ dimittendi proximo, ac ſpiritũ dulcẽ

largiri. Quod faciens, adẽ non orabit cõtra ſe, vt etiã quod fideliter petit, ſit impetraturus, quemadmodũ Chriſtus Lucẽ 11. pollicitus eſt, dicens: Pater veſter dabit ſpiritũ bonum pe- tentibus ſe. At poſterior, qui obfirmãuit animũ contra proxi- mum ſuum, iſ certẽ fruſtra orat ſibi dimitti peccata, Chriſto exertẽ dicente: Si non dimiſeritis hominibus, nec pater ve- ſter dimittet vobis peccata veſtra, quod & memorabili para- bola declarauit de ſeruo, qui noluit miſereri cõſerui ſui, qui & propterea iuſſus eſt tradi tortoribꝰ, quoaduſque redderet vniuerſum debitũ, vbi in calce parabola vim explicã, ſubiũ- xit: Sic, inquit, & pater veſter cœleſtis faciet, vobis ſi non re- miſeritis vnũquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris. Quod & ſæpe alibi, veluti cuius ſumam geſſerit curam, requirit, di- cens: Dimittite, & dimittetur vobis. Itẽ, Quã mẽſura menſi fueritis, remerietur vobis. Item, Cum ſtabitis ad orandũ, di- mittite ſi quid habetis aduerſus aliquẽ, vt & pater veſter, qui in cœlis eſt, dimittat vobis peccata veſtra. Rurſus Marth. 5. Cum offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quòd frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi mu- nus tuũ ad altare, & vade prius reconciliare fratri tuo, & tũc veniens offer munus tuũ. Ecce quantã curam Chriſtus huius rei geſſerit, quam tam ſæpe, idque non generatim tantũ, ſed ſpecialiter & exertẽ inculcat, atque etiam maximum præmiũ facienti pollicetur: interim etiã mille tibi occaſiones man- ſuetudinũ ac pietatis miniſtrat, vt hoc quod in te eſt belui- num, depellat, & iram (qua flagras) extinguat, tẽque vndique tuis membrũ reungat. Quin & Ieſus filius Sirach veteris te- ſtamenti ſapiens, pulchrẽ monet: Qui vindicari, inquit, vult, à domino inueniet vindictã, & peccata illius ſeruã ſeruabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tũc deprecãti tibi peccata ſoluentur. Homo homini referuat irã, & à domino que- rit medelam? In hominem ſimilem ſibi nõ habet miſericor- diam: & de peccatis ſuis deprecatur? Ipſe cum caro ſit, refer- uat iram & propitiationẽ per à Deo: quis exorabit pro de- lictis illius? Quo quid aliud ſignificat, quã quòd talis homi- nis oratio (iuxta Pſalmiſtã verbum) ei fiat in peccatum? Nã quid aliud eſt dicere, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribꝰ noſtris, ſi nõ dimittamus: quã, Sicut nos nõ dimittimus debitoribus noſtris, ita nec tu deus dimittas nobis: quã horridã pfecto eſt imprecatio, piis au-

Odio ſa-
beſcens.
Mat. 5.
Mat. 18.

Mat. 6.
Marc. 11.

Chryſoſt.
Matib.

Ecclã 28.

Pſal. 108:

ribus ac mentibus inuisa.

Questio.

*Dilatatio.
Stulti qui
aliter orant
quam Christi
se docuit.*

AT inquires: Si talis est causa orantis, qui necdum ex corde remisit proximo, multi erunt, qui dum orationem dominicam recesserint, huiusmodi particulam inter orandum omittent. Sed quis hos stultos non videt? Primum, quia non orant, ut Christus voluit & docuit, nec sunt Christi discipuli. Secundò, quia nec pater libenter exaudit orationem, quam filius non dicitur. Cognoscit enim pater filij sui sensus & verba, non suscipit quæ usurpatio humana excogitauit, sed quæ sapientia Christi exposuit. Ergo orationem quidem dicere possunt, circumuenire Deum & fallere non possunt: nec accipiunt indulgentiam, nisi ipsi indulerint prius. In summa, ut huius particulæ finem faciamus, Nobis qui filij Dei & Christi discipuli, cum dici, tum esse volumus orandum est, ut pater noster cælestis nobis donec gratiam ex corde remittendi proximo debita in nos commissa, ut eandem remissionis gratiam vicissim ab eo consequamur.

Et ne nos inducas in tentationem.

*Tentare
quid signi-
ficet in scri-
pturis.*

Tentare in scripturis cum generatim accipitur, significat periculum facere seu experimentum de aliquo sumere. At tentare Deum, nihil aliud est quam Dei verbis seu promissis nolle simpliciter credere aut fidere, sed velle facere periculū, aut experiri, nū verū sit quod Deus verbo suo proposuit, aut futurū pollicitus est: vel e contrario velle aliquid experiri contra legem naturæ inditam, vbi nec Deus id ut fiat, præceperit, nec extrema necessitas huc coegerit, quæ est Deum irritare, exasperare ac contemnere, quemadmodum legitur Genes. 17. Quid (inquit Moyses ad populum) iurgamini contra me? Cur tentatis dominium? Item, Deute. 6. Non tentabis dominum Deum tuum, quem locū Christus contra diabolū tentatorem citat, Matth. 4. Et in Actis, Cur tentatis dominū, ut imponatis iugum super ceruices discipulorum? quasi diceret: Nondū creditis nos iustificari per fidem in Christum Iesum, quemadmodū ipse docuit, sed magis caremonijs Iudaicis. Dicitur autē & Deus tentare, & diabolus, sed diuersa ratione ac fine. Deus tentat ut probet seu exploret fidem nostram, non quasi descius mentium humanarū, sed ut nos nobis ipsi ostendat, ac mūdo reddat manifestos. Sunt enim plurimi, qui sibi probē in Christianismo profecisse videntur,

*Act. 15.
Deus tenta-
tar.*

*Diabolus
tentat.*

*August.
de sermo-
domini in
monte.*

sibi persuadentes quasi toto corde Deo fidant ac adhaerent, sedque priusquam sui periculum fecerint: at quum aduersitatis procellæ inciderint, tum demū re ipsa comperiunt quā longè absint à perfectione iustitiæ, qui ob id tentantur, ut sibi cogniti fiant, utque erudiantur, instruantur ac probentur. Qui vero iā re vera pij sunt, hi ut manifestentur glorificenturque, à domino tentari perhibentur, sicut scriptū est: Vasa figuli probat fornax, homines autē iustos tētatio tribulationis. Sic Deus Abraham multarum gentium patrem in filio tentauit & honorauit: sic sanctos apostolos, sic inuictissimos martyres, igni & ferro, infinitisque tormentorum generibus coronauit. Diabolus vero tentat, non ut instruat, sed ut subruat: non ut erudiat, sed ut evertat. Nam cum sciat carnem fragilem esse & ad malum procliuē, mundi amatē, mentemque nostram veluti captiuā in corpore mortis huius detineri, fugerit carni, corporeæ voluptatis cupidinē ac illecebras, obicit oculis mundi ornatū, factum & gloriā: aut si hoc non succedit, sollicitat mundū, ut intenet bonorum direptiones, exilia, & mortes: denique, prouocat mentem ad vitæ superbiam, vel tristitia & amarulentia obscurat, faciens vndique periculum nūm possit hominē subuertere. Dei ergo tētatio, probatio: diaboli vero tētatio, deceptio, seu praua suggestio est. Absit ergo, ut quis putet Deum ad hunc modū nempe subuertendi gratia, quempiam tentare. quamobrem diuus Iacobus ait: Nemo cū tentatur, dicat, se à Deo tentari. Deus enim intentator malorum est, hoc est Deus non est mali suggestor, qui est author omnis boni. Quod autē hic oramus, ne Deus nos in tentationem inducat, simili phrasi dictū est, qua dominus dicitur indurasse cor Pharaonis, aut conuertisse cor Aegyptiorum, ut odirent populum eius, seu conclusisse omnia sub peccato, id est permisisse, ut hæc fierent. Nā frequēs hæc phrasis est in scripturis, qua Deo dicitur ea agere siue facere, quæ fieri permittit, ut sit sensus: Et ne nos inducas in tētationem, id est, ne permittas nos induci. Tentatio enim hic pro mali suggestionē accipitur. Nec hoc omittendū est, tentationē aliam humanam dici, veluti quæ à carne seu à mundo proficiscitur, qualis est tētatio ad fornicationem, furtum, & id genus similia vitia, de qua dictū est: Tentatio vos non apprehēdat nisi humana. Alia vero est diabolica, qua satanas tristitia æternæ damnationis, timoris blasphemia & despera-

Eccle. 17.

Gen. 22.

*Diabolus
tentat.*

Rom. 6.

*Duplex
diabolus
machina.*

*Illecebra,
Sensitia.*

Amb. 1.

*1. de A-
braham.*

Iacobi 1.

Exod. 9.

Roma. 9.

*Aug. de
ser. domini
in monte.*

1. Cor. 10.

tione mentem hominis occupat, qua interdum etiam oculis corporalibus visibilium reru spectra offert, & aperto Marte hominem aggreditur, quae tentatio maxima quidem est & periculosissima, sed tamen eodem scuto (quo humana illa) pro pellitur, quemadmodum infra dicemus.

Aug. de ser. domi. in monte. Pharao.

Induci autem in tentationem, significat non tantum tentari, sed tentationi penitus immergi, assentiri, ac a tentatione superari, quemadmodum Pharaoni impiissimo tyranno contigit, ac passim omnibus contingit, qui a concupiscentia sua illecti & abstracti peccati vinculis collum submitunt, tentationique succubunt. Quod ne fiat, deprecandum est: non autem hoc orandum est, ne omnino tentemur. Tum, quod vita nostra sic comparata sit, ut assidue cum hostibus animae pugnare debeamus, quemadmodum Iob cap. 7. legitur: Militia est vita hominis super terram. Tum, quod saluti nostrae, ut tentemur, saepe non parum conducatur: nepe, ut infirmitatis nostrae nobis conscii facti, neque superbiamus, neque veluti securi in utraque parte obdormiamus, sed magis in humilitatis ac virtutum profectu ac cōseruemur, in timore Dei nostrae salutē vigiles operemur. Quod in beato Apostolo Paulo re-lucet, qui 2. Cor. 12. de seipso loquens: Ne, inquit, magnitudo reuelationum me extollat, datus est mihi stimulus carnis meae, angelus satanae, qui me colaphizet. Propter quod ter dominum rogavi, ut discederet a me, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea: non virtus in infirmitate perfitur. Atque in hanc sententiam alibi legis: Beatus homo qui semper est pauidus. Tum denique utilis est tentatio, quod preparat ad victoriam & coronam. Si enim nullus esset hostis, nulla esset pugna: si nulla pugna, nulla esset victoria: si nulla victoria, nulla esset corona. Quemadmodum Paulus ait: Nemo coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Nimirum, quod soli vincēti promissa sit a Deo corona vitae. Apoc. 2. Et ut Iacob testatur: Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae, quam repromisit Deus diligētibus se.

Cyp. in oratione dominicæ. 1. Pet. 1.

Prou. 28.

2. Tim. 2.

Iacobi 1.

Aug. de ser. domini in monte.

Quæ cum ita sint, nemo ob id deiecto aut pusillo animo esse debet, quod tentatione agitur, nec putare se propterea Deo exorsum, multo minus a Deo derelictum esse: quin potius hinc statuere ac iudicare debet, se deo curae esse, quem enim diligit filium patrem, castigat. Et manifestum sane est argumentum nondum esse in hostis potestate, quem is adhuc

acriter impugnat. At qui nullis tentationibus impetitur, magis habet cur formidet, quod quem hostis iam captiuum occupat ac vincum tenet, minus infestet, quam obrem diuus Iacobus nos dulciter consolans, ait: Omne gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis, scientes quod probatio fidei vestrae patientiam operatur. Patientia autem opus perfectum habeat, ut sitis perfecti & integri in nullo deficientes. Et quis tandem Christianus est, qui tentari omnino recuset, aut pugnam, cum ingeritur, detrectet, cum Christus ipse Deus & homo caput nostrum se a diabolo tentari passus sit: Idque eiusdem omnino tentationum generibus, quibus nos aggredi ille solet tentator, nempe suggestionem ac incitationem concupiscentiae carnis, concupiscentiae oculorum & superbiae vitae. Quam caput nostrum nobis imitandum est, ne scilicet in tentationis certamen audacius insiliamus, aut id ipsum nobis accersamus: sed demum quum ducimur cum Iesu in desertum, ut tentemur, ut tum eius exemplo certamina non recusemus, ac tentati, diabolo fortiter resistamus.

Iacobi 1.

Mat. 4.

1. Ioan. 2. Chrysost. in Matt.

Iam ad particularem expositionem veniamus. Non semel antedocuimus, quanta sit natura nostrae imbecillitas, rursus quae potentes hostes habeamus, qui nobis nunquam non immincant, nepe caro, mundus & diabolus. Primus hostis, domesticus est, infra tecta parietesque domus nostrae conclusus, qui nec totus, quando in hoc mortis tabernaculo sumus, excludi potest, tanto periculosior, quanto intimior, nimirum caro. Alter familiaris admodum est, ac vicinus, nos undique circumstant, interim ut fallat blandiens: interim ut evertat, minitans ac ferociens, mundus scilicet. Postremo, omnis malitiae author diabolus, nunquam non circumit tanquam leo rugiens, querens quem deuoret, tanto formidabilior, quanto occultior, versutia ac malitia insignis, tanta in segnes & oscitantes potentiae, ut non sit super terram potestas quae ei compareretur. De qua potestate opere precium duxit Apostolus nos admonere, cum ait: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiae in caelestibus. Ergo ne tanti ac tam propere semper inuenientes ac fortiter instantes hostes, nos plane imbecilles evertant, iubet Christus, ut caelestem patrem oremus, ne nos permittat induci in tentationem. Quo in primis orationem nos humilitatis rursus admonuit, & ut indomitem mentis tu-

Cypria in orationem dominicam.

Chrysost. in Matt. Rom. 7.

1. Ioan. 2.

1. Pet. 5.

Ephes. 6.

Vis petitionis.

Cypria in orationem dominicam.

Chrysof. in Matt. morem reprimeret, nostrā nobis infirmitatē ostendit, quod scilicet omnino sufficientes non sumus nostris viribus, tot & tam infestis hostibus resistere, sed cœlestis patris egeamus auxilio, qui nos etiam sua virtute in tam difficili pugna faciet tandem victores. Quod & David non tacuit, Psal. 17. Quoniam in te, inquit, eripiar à tentatione. Et iterum Psal. 59. In Deo faciemus virtutē, & ipse ad nihilum deducet omnes tribulantes nos. Quis, quæso, de se securus esse poterit? quis suę virtuti fidere, qui intelligat, quān̄m tota hæc vita vndique diaboli laqueis plena sit, quā non cesset tētator ille, qui nec veritus est & filiū dei Iesum, technis suis aggredi? Dein qui secū reputet, quod satanæ machinis impetitus sit feruus Dei Iob? qui recorderet Saulum prius electum, post eiectū à conspectu Dei, qui meminere David appellatum in scripturis virū secundum cor Dei, eò turpitudinis pertractum, vt adulteriū homicidio copularet, qui videat Salomonē, cui Deus in principio regni sapientiam dederat vltra omnes homines, eò dementiā perductū, vt pedereris simulachris immolaret? cui veniat in mentē, quid acciderit apostolorum principi Petro, qui fortem vsque ad mortis discrimen animū professus, ter dominum suum abiurauit. Hęc atque huiusmodi multa qui considerat, is certe non potest non inhorescere ac formidare tentationis periculum, & humiliare se sub potenti manu dei, quod hic, vt faciamus, iubet Christus. Secundò, eo ipso quod Christus iubet, vt patrem cœlestem oramus, ne tentatione su peremur, nobis certam fiduciam facit omnis tentationis dei auxilio filialiter vincendæ, quin eo ipso testatur, Deum semper paratum esse, vt nos à tentatione (vbi opem eius implorauerimus) eripiar. Quod & Apostolus Paulus. 1. ad Corinth. 10. non tacuit, cum ait: Fidelis est Deus qui non patietur nos tentari supra id quod possumus, sed faciet etiam cum tentatione prouentum. Tertio, ostendit hoc ipso Christus nullum esse remedium salutaris ac efficacius ad superandas tentationes, viuida ac vigilantia oratione quemadmodum & alibi monens, ait: Vigilare & orate, ne intretis in tentationē. Fide enim diabolus vincitur. Fidei verò primus fructus, fidelis ac vigilans oratio est. Quamobrē Apostolus Petrus nos comonet, vt sobrii simus & vigilemus, vtq; aduersario nostro diabolo resistamus, fortes in fide. Et quā valeat oratio ad superandos hostes satis ostendit Amalech, tantisper superatus,

Mat. 4.
1. Reg. 9.
& 10.
3. Reg. 15.
& 16.
2. Reg. 11.
3. Reg. 3.
3. Reg. 11.
Mat. 26.
Mar. 14.
Lucæ 22.
Ioan. 18.
i. Petr. 5.
Deus semper paratus nos eripere à tentatione.
Mat. 26.
1. Pet. 2.
1. Ioan. 5.

quandiu oret Moyses manibus in cœlū leuatis. Certè si hoc remedium adhibueris, non est cur diabolus quantūvis potentem, formides, quòd iam te in longe potentioris præsidii receperis. Accipit quidem diabolus tentandi licentiā, sed nō accipit copiam subruēdi, nisi sua sponte labatur infirmus affectus, qui sibi consiliū non nouit exercere. A deo diaboli inuidia, & omnes eius machinæ nihil sunt, nisi euanida ac phantastica apparitio, sibilus & susurrus, quem hoc solo vice- ris, quod resistere. Debilis, inquit quidam, est hostis, non potest vincere nisi volente: vinci autem vult, qui negligit resistere, quoniam supersedit se humiliare & orare. Ergo cum tētator vana & praua suggerit, timeamus, recolētes nostram infirmitatē: oremus deū, vt sensus nostros custodiat, ne suggestio pariat delectationem, delectatio consensum, cōsensu peccatum, peccatum autem mortem. Quòd si ita ad Deū hu- miles confugimus, iam hostis superatus est. Quo si etiā hostis ea suggerat, quæ nec anima vellet proferre, nec hominis lingua nominare, veluti planè execrabilia & nefaria, ne sic quidem conturbare, quòd non raro tentator, præsertim in oratione (qua maximè Deo appropinquamus) perlungit; nobis ea, quæ sunt plena opprobrij alicuius aut sceleris, offundat, vel sic nos à studio precatationis auertere cupiens. In hoc ergo congressu non referas pedē, tamen si tētatio fuerit diuturnior, sed in oratione perseuerato, & sedulo verbis domini tui Christi Iesu, diabolus tentatorē retunde, quod & Athanasius faciendum monet: Dic, inquit, blasphemia sit in caput tuum diabole. Ego ego enim dominū deum meū adorabo, & illi soli seruiam. Dic cum David: Exurgat Deus, & dissipetur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum, à facie eius. nam & Athanasius testatur, plures sanctos expertos esse hunc psal- mum, summo terrori diaboli esse, hoc ergo faciens, in tenta- tione non timebis, quod tum non ruinæ, sed magis meriti occasio tibi futura sit.

IN summa itaque hac petitione postulamus à patre cœlesti eam gratiam nobis donari, qua suffulti, carnalē libidinē, & quæcunque sunt à quibus accendi solet caro, donem⁹, ac totis viribus curemus, vt omnia incitamentā voluptatis, cruci Christi affigere & mortificare possim⁹. Adhæc ne nos vlla mūdi creatura, sua fucata venustate ac dulcedine sollicitet ad peccandum, sed magis prouocet ad Dei laudem & gloriam.

Ambro. de para. di. cap. 24.

Gregori⁹. Quis pacto tentationibus resistendum.

Iacobi 1. T. metse diabolus execranda suggerat, propterea tamen nō conturbabimur.

Athanas. in questio nib. 9. 15. Psal. 67.

Cayo. Mundus. Psal. 91. & 103.

- Rom. 1.* Rursus, ne nos mūdi malitia, persecutiones ac tribulationes, ad impatientiam, vindictam, iram, aliaque vitia incitent, sed vt constantes in mortem vsque, fidem in Deum firmā teneamus, itidē si flagellis castigemur, ac delicta nostra plagis iustissimē immittis puniantur, tum ad hanc petitionis formulā rectē postulauerimus, vt Deus huius tentationis scilicet exiū faciat, quo scilicet patiēter ferētes quod immittitur, hic leuē vindictā experti, posthac non cum hoc mundo damnemur.
- Diabol⁹.* Denique petimus, ne nos fatanā tētatio obruat, qua nos, quō vel in superbiam, vel in odium & inuidiam, vel in alia spiritalia crimina, arque adeō tandē in desperationē protrudat, subinde impetit. Rogamus autem non singuli pro nobis, sed pluraliter, hoc sensu, vt cœlestis pater omnium illorum agatur, qui cum grauib⁹ & magno tentationibus consistantur, vt nos omnes defendat, confirmet, & erigat in hac calamitosa vita, vt sicut decet Christianos milites, vera fide dimitemus, quo aeternā vitæ coronam, post legitimē gesta ac finita certamina in Domino simul consequamur.

Sed libera nos à malo.

Cypria. in orationem dominicā.
Chryso. in Matth.
Chryso. in Ibidem.
Iob 1.
Vs petitionis.

HAec est dominicæ orationis clausula, vniuersas petitiones ac preces nostras collecta breuitate cōcludens. Nā cum dicimus. Sed libera nos à malo, cōprehendimus aduersa cuncta, quæ cōtra nos in hoc mundo molitur hostis diabolus, quo petito, nihil remanet quod vltra adhuc debeat postulari. Impetrata enim protectione Dei aduersus quæcumque mala, securi stamus & tuti cōtra omnia, quæ diabolus & mundus in perniciem nostrā operātur, machinanturq;. Quis enim ei de seculo metus est, cui in seculo Deus tutor est? & quis à diabolo metuat si Deus liberet, cuius fida & firma tutela est? Rectē etiā veteres, nostra quidem sententia, hic per malum, diabolū intellexerē, quōd ille omnis mali (quatenus nobis dāno & exitio est) vnicus author sit. Deinde, quōd cum nihil sit læsus à nobis, irrecōciliabili tamē aduersus nos certamine, ac odio plusquam capitali prælietur: sic, vt si ipsi in fide nostra infirmāda aut in obruēdo nos, peccati sarcina non succedat, gaudeat tamen vel externis malis nos vexare, & excruciare, vt vel hinc periculū faciat euersionis, quemadmodū contra Iob & alios sanctos fecisse legitur. Quamobrē Christus hanc clausulā cæteris subiecit, dicens: Libera nos à

Chryso.
August.
Malum duplex. Culpæ. Pœnæ. 1. Cor. 11.

malo. Vbi in primis dicere nos maluit, à malo, quā à malis. nos videlicet erudiens, quōd aduersus proximos, ob mala ea quæ ab illis patimur, amarius cōmoueri nūquam debeamus, sed magis ab eis in fatanam omnis mali causam & inimicitias (veluti in cunctorum malorum caput) transferre: sic, vt si te lædat proximus, hoc affectu orare debeas cœlestem patrē, vt liberet non solum te, sed & proximum tuum tibi incōmodantē, à malo, hoc est à diaboli laqueis, quibus ille captius detētus, tibi incōmodat, alioqui nō incōmodaturus, quōd natura à Deo bonus creatus sit. Nō negamus interim hic mali etiā appellatione venire, quicquid est periculorū ac aduersitatis, quod corpori & animæ, fortunis & famæ vel iā imminet, vel futurū est ac instat, si tamen intelligas (vti diximus) quōd causa mali referenda sit, nempe ad diabolū: quod tamen vt cautē accipias, necesse est. Nam aliud est malū culpæ aliud pœnæ. Mali (quod culpæ est) solus diabolus est author, cuius inuidia mors intrauit in orbem terrarum. Malum pœnæ hoc ipsum est, quod homini accidit in peccati vindictā, id quod scriptura Deo tribuere non veretur, veluti quod & bonū & iustum est. De quo propheta Amos cap. 3. dixit: Non est malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit. Et rursus dominus per Esaiam, cap. 45. Ego Dominus & nō est alter, formās lucem & creans tenebras, faciens pacem & creans malū, quāuis interim hoc malum pœnæ, eatenus diabolo tribuatur, quatenus ipse, Deo iustissimē permittente, eo in incredulorum & obduratorum perpetuam perniciem abutitur.

Quæ differat hæc particula à priori.

HOC autē differt hæc particula à priori, quōd ibi postulauerimus, vt pater cœlestis, nos à malo (quod culpæ vocat) immaculatos seruet: hic verō vt à malo pœnæ præsentis & futurę liberet: ibi rogauimus, ne tētationibus succumbere sinat: hic petimus, ne nos tribulationibus, afflictionibus & calamitatibus, præsentibus aut futuris deprimi, aut euerti permittat: hoc est petimus, vt à vi aquarum & ignis, à fulgure & grandine, à fame & a nonnæ caritate, seditionibus, bellis, factionibus, tumultibus, schismatis, malis mortibus, pestilentibus, ægritudinibus, vinculis, carceribus, exilio, mundi terculamentis & blandimentis, & reliquis id genus malis, quibus miseri in hoc mundo premimur & irretimur: deinde etiā à malis futuris, veluti à subitanea & improuisa morte, & perpetua ira Dei, & pœnis, quæ impios post hanc mortē expecta-

Letania. re certum est nos liberet. Sic ecclesia hanc clausulam, & in Missæ sacro, & in letaniis (ubi & præterita & præsentia & futura mala deprecatur) explicat & exponit. Magna est autem cõsolatio fidelibus, quòd Christus iubet vt patrem petamus quo nos ab his malis liberet: nã eo ipso nobis fiduciam tribuit impetrandi, quod postulauerim. Neque enim quid petere iuberet, nisi nos certos esse vellet patrem petentibus id etiam daturũ, quod alibi pollicitus sit, dicens: *Peccate, & dabitur vobis, & quæcunque petieritis patrẽ in nomine meo, dabit vobis.* Et rursus: Amen dico vobis: Omnia quæcunq; orãtes, petitis, credite & accipietis & euenient vobis. Itẽ, Omnia quæcunque in deprecatione vestra credentes petieritis, accipietis. Quæ verba toties iterat Christus, idq; non aliter quã si iureiurando se nobis obstringat, quo vel sic nos precantes certa in fide constituat. Et hanc sententiam Iacobus testatur: Multũ valere deprecationem iusti assiduam, quod & insigni exemplo confirmat: Helias, inquit, homo erat similis nobis, passibilis, & oratione orauit, vt nõ plueret super terrã, & nõ pluit annos tres & menses sex. Et rursus orauit, & cœlũ dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum. Quod tamen Iacobi dictũ de oratione iusti, sic intelligi nõ debet, vt qui adhuc peccatorũ pondere premimur (modò tamen impiam segnitatem & mentis tumore deposuerimus & in conspectu dei humiliati simus) præsentia mala & aduersitates, deprecari nõ debeamus. Nam vt P saltes de Israëlitis præuaricantibus ait: Ipsi, inquit, exacerbauerunt eum in consiliis suis, & humiliati sunt in iniquitatibus suis. Et vidit eum tribularentur, & ex 1 *Petr.* 1. audiuit orationem eorum, & memor fuit testamenti sui, & *Psal.* 45. pœnituit eum secundum multitudinem misericordiẽ suę, & dedit eos in misericordias in conspectu omniũ, qui ceperant eos. Nec mirum, nam quomodo miseretur pater filiorum, miseretur dominus eorum qui timent eum. Ipse est enim pater misericordiarum, & Deus totius consolationis. Deus nosculi super metuentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius, vt eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame. Exemplum habes insigne in Niniuitis.

Aduersus huius mundi patienter ferenda. Denique Christus iubens vt precemur à malo liberari, insinuat nobis aduersa mundi huius, quæcunque tandẽ ca sint, nos patienter ferre oportere, nec ob id debere

aduersus Deum indignari, aut obmurmurare, sed magis (vt *Roma. 12.* Paulus docet) esse in tribulatione patientes, & à solo deo, humili & æquo animo remedium petere. Sic tamẽ ne deo certam legem præscribamus, sed vt semper committamus eius voluntati, quid de nobis fieri velit. Porro, si Apostolo credimus, Omnes, qui piẽ volunt viuere in Christo Iesu persecutionem patientur. Quòd per multas tribulationes nos oporteat intrare in regnum Dei. Quamobrẽ patientia nobis summo opere necessaria est, quam subministrat viuida fides, quam intelligimus quòd sicut oportuit Christum pati, & ita intrare gloriam suam, ita & nos multos magis compati oporteat, vt simul etiam cũ illo glorificemur. Atque, hoc est quod discipulis suis inculcans, ait Christus: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Hæc est enim quæ serenat ac pacat animos, quæ nullis aduersitatibus cedit, quæ (vt Apostolus Iacobus ait) bonum perfectum habet.

TAmetsi autem, quod hac petitione postulamus, quãdiu istam mortalitatem circumferimus non sit sperandum perfectẽ in nobis adimpletũ iri, tamẽ cũ aliquando futurum sit, rectẽ vt fiat, postulamus, nimirum vt mortalitatis huius onere deposito, ac morte etiam ipsa per bonam fiduciam futuræ capeffendæ ac obtinendæ vitæ superata ex omni nostri parte, opportuno tempore, beatitudo perficiatur. Quam in hac vita quidem inchoamus, sed demũ post hanc vitam à Deo Optimo Maximo (si tamen fideles permanserimus) perfectam accipiemus.

Amen.

Hæc dictio, vt suprã diximus, vox est sermonem confirmantis, & ratum fore precantis, perinde atque dicatur: ita certò fiat, hoc est ò pater cœlestis, si hæc vota filiorũ tuorum pia sunt, si iuxta formam à filio tuo Iesu præscriptã concepta, certa nos habet fiducia tuam bonitatem præstituram quod petimus.

Cuius est regnum & potestas & gloria in secula. Amen.

DE NATURA DISTINC-
tione, vi, ac vsu legis, cum subiecta ex-
plicatione Decalogi.

Corpo-
stemus lo-
cus dat et
sit explica-
tioni deca-
logi.

Hebr. 11.
Rom. 5.
Ro. 8. 10.

Decalog^o
vix regu-
la.

1. Cor. 2.
Ordo ca-
techesimi
Ecclesie
sub baptis-
mum.

Vestis ca-
nida.



On Temerè in hac institutione doctrinæ Christia-
næ, postremum locum explicationi decalogi dedi-
mus, non tantum ordinem, quem res ipsa require-
bat, sed & ecclesiæ mentè ac præscriptū secuti. Ex-
plicationi enim symboli Apostolici, quod fidem complecti-
tur, primus locus debebatur, quòd fides ianua sit, qua ad deū
acceditur: proximum ecclesiæ sacramenta, quæ veluti quardā
symboli pars esse videntur, atque ad eò fidei nostræ certissi-
ma symbola sunt, postulabant. Tertium vero locū dominicæ
orationis expositio meritò tenuit, quòd oratio primū ac præ-
cipuum fidei opus & exercitium sit. Fidem enim in deū sta-
tim sequitur inuocatio. Quartum itaque ac postremum lo-
cum iure sibi decalogus vendicat, qui regulam planè diuinā
præscribit, ad quam credentibus ac sperantibus in deum,
tota vita deinceps exigenda sit. Homini enim necdum fide-
m in deum assequuto seu nondum renato, frustrà præ-
scripseris decalogum obseruandum. Porrò eundem ordi-
nem ecclesia in catechizando ac baptizando obseruat. Pri-
mum enim deum precatur, vt à baptizando, què ad fidei ru-
diimenta vocare dignatus est, omnè cæcitatē cordis (quod
per fidem fit) expellat, vt omnes laqueos satanæ, quibus is
per incredulitatem fuerat colligatus, disrumpat, vt ianuam
pietatis aperiat: deniq; vt baptizatus sapientia dei imbutus,
iniquitatum factoribus careat, ac ad suauè odorem præcepto-
rum dei latus in ecclesia eius ipsi deferuiat. Deinde statim
sub baptismum, ecclesia symbolum & orationem dominicā,
reddi & recitari iubet. Quo facto baptismum in nomine tri-
nitatis peragit. At mox post baptismum baptizato (quem iā
ex aqua & spiritu sancto regeneratum, & remissionem om-
nium peccatorum suorum adeptum esse constanti fide pro-
nunciat) vestem candidam tradit, dicens: Accipe vestem can-
didam & immaculatam, quā perferas ante tribunal domini
nostri Iesu Christi: quo nihil aliud significat, quàm baptiza-
tum eam innocentiam, quam per spiritum sanctum in ba-

ptismo accepit, per custodiam mandatorū dei tota vita ser-
uare oportere, vt tandem ad gloriam regeneratis, & in noui-
tate vitæ ambulantis paratam perueniat. Decalogus ergo
baptizato traditur, non quod iustificato iam per spiritū san-
ctum in baptismo, deinceps opus sit lege, si tamen eundem
fidei spiritum (qui datur in baptismo) per vitæ innocentiam
retineat, illiusque ductibus perpetuo obsequatur. Sed ppter
ea vt habeat iam factus Christianus Decalogum veluti spe-
culum quoddam, quod semper ob oculos positum inspici-
ens videre possit, quantum in fide suscepta per vitæ nouita-
tem promouerit. Ad hæc, vt subinde possit dispicere, num à
ductibus spiritus alicubi & quantum deflexerit, num spiri-
tū domini ab innocentia innouata rursus labendo cōtrista-
rit, num vestem illā candidam vdiquaqu; immaculatam ser-
uarit. Porrò si in baptismo cōuentis, ac pactis minus steterit,
tum profectò cernet admodū exerte in hoc decalogi speculo
maculas illas suas, quibus rursus post baptismum, eius quam
acceperat tunicæ candorē incautè deturpauit, idque non sine
fructu. Fit enim, vt postquam viderit cœditatem ac morbum
suum in ipso speculo demonstratum, indoleat, pœnitentiæ-
que dolore intrinsecus ductus ad eum medicum (qui egrotū
quemlibet sæpe in eundem vel grauiorem etiā morbū col-
lapsum non aspernatur) certa salutis concepta fiducia recur-
rat, & dicat: Erraui sicut ovis quæ periiit, require seruum tu-
um, quia mandata tua non sum oblitus.

Ed priusquam ad Decalogum veniamus, dicendū nobis
erit de significatione & natura legis, quòd nullus locus
in scripturis frequētius occurrat, quo nō vtunque intelle-
cto in scripturarū sensu cęcutire omnino necesse sit. Iam (vt
hic plurima repetamus) quæ sparsim dicta sunt prius, id tamē
lectori molestum esse non debet, quòd satis tradi nō possit,
id quod omnino intelligendū ac noscendum est semel. Lex
itaque generale nomen est, dictum à delectu. Omnis ergo in-
stitutio, quam sequuti eligimus, quod faciamus, & contrariū
vitamus, communi appellatione lex dici potest. Sic accepto
vocabulo, lex diuiditur in diuinam, humanam, & diabolicā.
Diuina rursus diuiditur in legem naturæ & latam. Lata ite-
rum in veterem & nouam: Vetus in mortalem, iudicialē, &
ceremonialem, quæ breui declaratione indigere videntur.

Mat. 25.
Decalog^o
traditur
baptizato
veluti qu-
dam vitæ
speculum.
Ro. 7. 8.

Fructus
qui ex De-
calogi me-
ditatione
nascitur.
Mat. 9. 11
Psal. 118.

Lex vnde
dicta.

Legis di-
uisio.

Lex diuina qua fit & quid requirat. Propria vno legi diuina. Rom. 7. Deut. 6. Mat. 22. Marc. 12. Luca 19. Deut. 27. Galat. 3. Iacobi 2. Lege diuina nihil sanctius. Rom. 13. Lumē natura mētē inditum. Aug. li. 3. confessio c. 7. & li. 1. de libero arbitrio c. 56. & seq. Prior le- gu diuina pars oīum iustissima. Genes. 1. Hæc vero diuina lex hoc maximè ab humana lege differt, quòd humana externam, sed diuina magis internā iustitiam requirat, id est, mentē & voluntatem consentiētem legi dei, qua Deū verè & ex animo timeamus, & ex toto corde, omnī fiducia in eum coniecta, diligamus: proximū verò nostrum, perinde ac nos ipsos sincero dilectionis affectu complectā-

Lex diuina est, per quā accepta pro captu nostro Dei notitia de Dei voluntate docemur, requirens in nobis plenam ac perfectā obedientiā erga Deum, qua nos totos submittamus diuinæ voluntati, ac damnans eos qui non præstant hanc perfectam obedientiam. Hæc est enim propria vis legis diuinæ, siue scripta sit, siue non scripta. De non scripta legimus, Cum gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium illis reddente conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium. De scripta verò, Diliges dominū Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, &c. Rursus: Maledictus qui nō permanferit in omnibus his, quæ scripta sunt in libro legis. Et iterum: Quicumque totam legem seruauerit, offendat autē in vno, factus est omnium reus. Hæc diuina lege, vt est ab optimo maximo Deo data, nihil iustius, nihil sanctius, nihil salubrius est, quæ in dilectione Dei & proximi tota consistit.

Quum enim homo conditus sit potissimū ad deū agnosendum & colendū, idq; per lumē quoddā mētē humanę inditū, quo homo ante lapsū in peccatum certam de Deo notitiā habuit, nempe deum esse creatorem & gubernatorē omnis creaturæ, iustum & bonum, qui hominē ad effigiem & imaginē suā in ipsa hominis mente condidisset: consequens est, vt priore legis diuinæ parte, quæ dei amorem respicit ac complectitur, nihil iustius esse possit: siquidem perfectā obedientiam hominis ex gratuita dei bonitate conditi, erga creatorem suum (cuius imaginē ex gratuita beneficentia gerit) postular ac requirit. Ceterum, quum per idem lumen intelligam⁹, nos in vno & ex vno homine omnes esse creatos, idq; nō ob aliud, quàm ad deū ipsum in quadam vitæ societate collaudādum & glorificandū: quid, quælo sanctius ac salubrius altera parte legis diuinæ, vel dici, vel excogitari potest, quæ iubet proximum propter Deum, sine concupiscentia diligere? Hæc vero diuina lex hoc maximè ab humana lege differt, quòd humana externam, sed diuina magis internā iustitiam requirat, id est, mentē & voluntatem consentiētem legi dei, qua Deū verè & ex animo timeamus, & ex toto corde, omnī fiducia in eum coniecta, diligamus: proximū verò nostrum, perinde ac nos ipsos sincero dilectionis affectu complectā-

mur. Proindeque dānat hæc lex omnem concupiscentiā malā, omnēsque vitiosos affectus, qui ipsi seu obedientiæ perfectæ erga Deum repugnant. Hæc ergo diuina lex, quæ iustum decernit, vt omnia sint ordinatissima, semper eadem est & æterna, quemadmodum Dei voluntas est immutabilis, quantum variè exhibita sit pro ratione temporum & personarum: quo fit, vt in tot species diducatur, eadem tamen reipsa semper existens, quemadmodum inferius latius dicemus.

Lex humana, quæ & ius ciuile appellatur, veluti media est inter legem diuinam & diabolicam: quæ quanto ad diuinā magis accedit, tanto sanctior ac melior est: quanto rursus ad diaboli legem deflectitur, deterior ac deprauator. Est autem lex humana ordinatio publica, non præcipiens de interiori mentis iustitia, nec iudicandis de occultis, quod homo non intueatur cor, sed tantum de factis externis, honorè deferens operibus extrinsecus bonis, & pœnam irrogans externis malefactis: in hoc constituta, vt obedientia ac honor præsentibus magistratibus deferatur, & ciuilis quædā & æterna pax conferuetur. Hæc enim statuit de iure personarū, de rerū diuisione & possessione, de contractibus, de testamētis, de pœnis delictorū, & cæteris similibus, sine qua lege impossibile est retinere vitam corporalē, vt non iniuria anima ciuitatis appellata sit. Et quanquam de iustitia interiori, quā deus requirit, ferè nihil præcipiat, attamen quatenus ad suū finem refertur, ordinatio & donum Dei est, Deo placens. Et quis tā cæcus est mente, qui non videat, quanto terris ornamento sit, & quantum valeat ordo ille reipublicæ in cuiusdam pacis terrenæ vinculū, coercens etiam peccatores, vt tantum donum non possit non esse à deo. Quamobrè diuus Paulus ait, Oportere omnem animā potestatibus sublimioribus ob id subditā esse, quòd non sit potestas nisi à Deo: sed potestates quæ sunt à Deo sunt. Ideoq; subdit: Qui potestati resistit, dei ordinationi resistit. Itē: Dei minister est, ei qui bene facit in bonum: ei vero, qui male facit, videt in irā. Et aperte pronuntiat Paulus, necessarium esse, vt huic legi obediatur, non tantū propter irā, sed & propter conscientiā, vt qui seculo fecerit, non tantum pœnæ ciuili subiaceat, sed & peccatū incurrat. Leges ergo ciuiles, quatenus non pugnant cum lege diuina, per legem diuinā abrogatæ non sunt, sed potius lege diuina firmantur. Et vt non faciant, vt rebus externis homo

rit mentē consentiētem legi Dei.

Lex humana que.

Lex humana vis.

1. Petr. 2. Sūma iuris ciuili.

Lex animæ ciuitatis.

Lex ciuili dei ordinatio.

Roma. 13.

Legi ciuili obediendū sub pœna peccati.

*Quatenus
lex civilis
abrogata
sit per legē
diuinam.*

*Aug. ad
Macedo-
nium epi-
sto. 54. cir-
ca finem.
1. Tim. 2.*

Acto. 5.

*Lex diabo-
lica.*

*Aug. 1st.
Chryso-
st. Gene. 1.
Esai. 14.
Ioin. 8.
Lex dia-
boli legē
Dei con-
traria.
Ephes. 2.
1. Petri 5.*

*Gene. 2.
Eccle. 15.
& 17.
Aug. de
corrup. &
gra.*

Gene. 3.

bene & secundum Deum vratur (quod nemo nisi fidelis hoc faciat, dicente scriptura: Fidelis hominis totus mundus diuitiarū est, infidelis autem nec obolus) faciunt tamen, vt malē vrētes rebus corporalibus, minus molesti sint, donec fideles & pij inter eos uiuentes, perueniant ad illam ciuitatē, vbi hereditas æternitatis est, vbi non habet nisi iustus locū, nō nisi sapiens principatū, vbi possidebunt, quicunque ibi erunt, verē suā. Et propterea Paulus pro magistratibus etiam ethnicis orare iubet, vt tranquillam & quietam vitam agamus in omni pietate & castitate. Hic est enim finis legis humanę, à quo si aberrauerit, aberrat autem, quum quid contra Deum, aut Dei mandatum apertē iubet, tum demum audienda non est, sed fortiter illi obstitendum cum Apostolis, quōd oporteat plus obedire Deo, quā hominibus, maxime quōd tum potius diabolica quā humana lex censenda sit.

Lex deniq; diabolica ea est, cuius author est satanas princeps & author omnium malorū, non quōd sit vlla substantia per se mala, sed quod sicut ipse satanas bene conditus à Deo, sua peruersa voluntate degenerauit in malū, ita res alias à Deo bene conditas, quantū potest, vitiat & corrūpit, maxime vero homines quos lege sua, legi diuinę ex diametro contraria, ad peccandum sollicitat. Quemadmodum enim Deus lege sua fidem & obedientiā erga se requirit, ita diabolus sua lege per diffidentiā & rebellionem hominum mentem inquinat: & quemadmodum lex diuina omnia vult esse ordinatissima, ita lex diaboli tendit ad omnem ordinem turbandum. Hanc satanicam legem, scriptura vocat legē carnis, legem mēbrorum, legem peccati, quōd illius satellites peccatum sit, stipendiū mors, cuius origo & vis superius non semel ostensa est. Porrō primi parentes nostri, quamdiu libero arbitrio & lumine illo diuinitus indito (quo Deus legē suā initio tradidit & hominismētī in seuit) bene vsi sunt, sub lege diuina tantū fuerunt, quia duce, etiam potuissent per superadditam gratiam perfectē obedire Deo, quōd scilicet nullā in se dissensionis materiam aut pugnam sentirent, sed magis experirentur carnē menti omnino consentientem. At postquam diabolus in paradiso legem aliam diuinā illi legi (quę erat de non edendo ex ligno scientiæ boni & mali) omnino contrariā, ipsis proposuisset ac suggessisset, quī diceret: Comedite, si comederitis, non moriemini, sed eritis sicut dii,

ipsiq; malē creduli ac miserē seducti, magis elegissent assentiri diabolo mendaci quā deo vero, & magis obtēperare legi satanę corruptoris, quā legi Dei creatoris ac seruatoris, protinus in eis obsecuratum est lumen illud notitię dei diuinitus infusum, illo scilicet offundente infidelitatis tenebras, quem Christus potestatem tenebrarum appellat, proinde quę mox vbi præceptum Dei transgressi sunt, peccatū velut egritudo quādā lethalis eos inuasit, & mors ipsa protinus concepta, ac illa vis (qua ante peccatum mens corpori dominabatur) repente vitata est, succedente lege concupiscētię carnalis, deinceps per Adam in omnes homines ex mortis pagine deriuata, quę est omnium peccatorum, omnique rebellionis contra Deū amarissima radix. In hac peccati lege, quū concipiamur & nascamur, afferimus nobiscū dei ignorantiam, seu saltem obscurissimam notitiā, diffidentiā, & rebellionem contra deum. Vacamus enim dum nascimur, ac tantisper etiā donec renouemur, vero timore dei: nā si quis est in vobis Dei timor, is est cū odio coniunctus, non tangimur vera fide, dubitantes subinde de prouidentia, iustitia & misericordia Dei, non afficimur vera charitate, ad amorē rerū fluxarum magis procliuem, tamen adhuc sentiamus in nobis illam dei legem non esse penitus extinctam, sed oppressam, quo fit, vt nemo non cum Paulo lamētari ac dicere cogatur: Inuenio legem volenti mihi bonum, quoniā mihi mala lūni adiacet. Condelector enim legi dei secundum interiorē hominem. Video autem aliā legem in membris meis, repugnantem legi mentis meę, & captiuatē me in lege peccati quę est in mēbris meis. Per hanc legem factus est diabolus princeps mundi huius, quem Christus veniens eiecit, delēs chirographū decreti, quo nos huic diabolica legi obstrinximus, quod erat contrariū nobis, auferens illud de medio, & affigens cruci, & expolians principatus & potestates traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso. Ergo qui in Christo baptizantur, ab huius quidem legis vi ac dominatione, hoc est à peccati reatu & damnatione liberantur. Lex enim spiritus vitę in Christo Iesu liberat nos à lege peccati & mortis, sed tamen interim manet concupiscētia, materia ac fomes peccati, nō vt dominetur, sed vt per spiritū nobis in baptismo datū sensim eradicetur. Quo fit, vt Apostolus dicat, nihil damnationis esse his, qui sunt in Christo

*Diabolus
potestas te-
nebrarū.
Luce 22.*

*Bernar. in
ser. de cœ-
na domi.
Lex diabo-
li seu con-
cupiscētię,
in qua na-
scimur,
quę secum
adferat.*

Rom. 7.

*Diabolus
princeps
mūdi hu-
ius.
Coloss. 2.*

*Rom. 8. 7.
August.
Ber. in ser-
mo. in cœ-
na domini
de baptis-
mo.*

Legis diuina diuisio. Tria tempora quoad legem diuinam attinet spectanda.

Iesu, qui non secundum carnem ambulat: quo significat ac docet, diabolus in regeneratis, per concupiscentiam efficacem non esse, nisi tamē legem spiritus vitæ deserant, & facti desertores, relictis Christi vexillis, sua voluntate carnem iterum insequendo, se diaboli legi rursus alligent, & ex filiis dei, fiant filij diffidētiæ, in quibus solis, efficax est spiritus ille erroris, quemadmodum in expositione sacramenti baptismatis latius diximus.

Lex naturæ. Lex Moy si. Lex Euāgelica. Lex naturæ si generatim accipitur, in omnibus rebus creatis viget.

Ed ad legem diuinam redeamus. Hæc licet (vt diximus) semper eadem sit & immutabilis, aliter tamen atq; aliter secundū diuersitatē tēporum & personarum exhibitæ est. Quo fit, vt in legem naturæ & legem scriptam, scripta rursus in veterem ac nouam diuidatur. Tria siquidem tempora spectanda sunt, quod ad hominem pertinet, conditi, lapsi, & restituti. Condito data est lex naturæ: Lapsō vero, quā hæc naturæ lex nedum per originale peccatum obscurata, sed in crescente etiam hominum malitia propemodum oblitterata fuisse, data est lex vetus per Moſen, in tabulis lapideis, Dei digito cōscripta. Postquam vero & hoc Dei donum, hominū impietas sibi verterat in occasione grauioris damnationis, data est lex Euangelica per Christū, quæ digito Dei in cordibus fidelium exaratur.

Lex naturæ homini indita, quo differat à lege naturæ cōmuni.

Lex naturæ si generatim accipitur, non tantū indita est mēti hominis, quin viget quoq; in omnibus rebus creatis, etiā in his quæ sensu carēt ac ratione, veluti corpora cœlestia, maria, flumina, fontes, plantæ, & omne animatiū genus, suæ quodque naturæ legibus obtemperant, quod tamen sic accipi volumus, non quod natura, sed quod deus naturæ conditor, harum legum sit author, et si leges naturæ dicantur. Quicquid enim natura dat aut facit, deus facit ac generat, quæadmodum superius in symbolum diximus. Ceterum, quidnam sit naturæ lex, quatenus ad hominem tantum refertur, & quatenus ea à communi lege naturæ, qua ceteræ creaturæ reguntur, differat, ex superioribus satis intelligi potest. Ceteræ creaturæ suam legem à condito orbe perpetuo quodā tenore obseruant, quia libero carēt arbitrio. Soli angeli, ac deinde etiam homo (quod ipsis data fuerit libera voluntas) hanc legē præuaricati sunt. Lex ergo naturæ in hominibus est illa notitia de Deo, & Dei voluntate, quæ conditis nobis, menti nostræ per Deum est indita. Hæc (vt iam

Lex naturæ homini indita, quo differat à lege naturæ cōmuni.

diximus) ante præuaricationem diuini præcepti, vt lumen illud diuinitus insitū, tam certa erat ac dilucida, vt si voluisset homo, potuisset Deo per gratiam sibi in hoc suppeditatam obedire. Verum, post præuaricationem hoc lumen cum diaboli suggestionē, tum nostro vitio non aliter obrutum est & obscuratū, quā fieri videmus in oculo saucio. Purus enim & syncerus oculus, lumine quodam diuinitus insito illustratur, quo suo munere ritè perfungitur. Quod si in eum puluis irruat, aut vehemēs fumus, vel pituita inmigret, statim sortidus fit ac faucius, purgādus prius, antequam videre aut rectè intueri lumē rursus possit. Non secus lumen illud naturæ mēti primi hominis infusum, etsi peccato succedēte non penitus extinctum, mirum tamē in modum obtenebratum fuit. Remansit adhuc effigies quædā & imago diuinæ sapientiæ, quā ipse animis nostris impressit ac insculpsit, sed tenuis, quæ nullū est in rerū natura certius Deuestigium. Certe hoc constat, nullam esse rationalem animam quauis peruersam, quæ tamen vllum rationis vsum obtineat, in cuius conscientiam per hanc naturæ legem non loquatur deus, quicquid in cordibus hominum solus inscribit. Fertur quidē animus hominis necdum renati cæca quadam cupiditate, interrim tamen cū cogitat & ratiocinatur: tum quicquid in ea ratiocinatione verum est, non ei, sed huic ipsi lumini veritatis, à quo vel tenuiter pro sui capacitate illustratur, tribuendum est, ac agnoscendus Deus qui inuisibiliter, sed sensibiliter tamen in mentibus hominum operatur. Hæc itaq; naturæ lex in Ethnicis etiam testatur & clamitat, Deum conditorē totius naturæ, Deum bonum & iustum, Deo obediendum, deū inuocandum esse, sicut dicit Apostolus: Qui cum cognouissent Deum (nimirum per naturæ legē) non sicut deum glorificauerunt. Hæc item lex facit, vt homo naturaliter intelligat virtutem experendam esse propter Deum. Item secundam naturam esse, parentibus ac maioribus obtemperare. Hæc quoque facit iniurias, cædes, furta, stupra, adulteria, mendacia & his similia, naturali iudicio dispicere, idque attestante conscientia. Sed de hoc satis.

Aug. de correp. & grat. cap. 10. 11. Aug. in 104. Tractatu. Aug. de Spiritu & lite. c. 27. Nullum certius dei vestigiū in verū naturā, quam lex naturæ.

Aug. de sermo. domini i mōte libr. 2. Deus operatur sensibiliter in mentibus hominū. Lex naturæ docet nos de Deo. Rom. 1. Docet sensū cōmuni virtutem & scelera vitanda.

VT ad legē latam seu scriptam veniamus, principio quo intelligi possit, cur ea data & quæ eius virtus sit, repetendum est quod toties superius docuimus: nēpe, per lapsū primorum parentum, viribus liberi arbitrij miserè abuten-

Aug. de natura & gratia.

tium legem diuinitus insitā, atque adeò totam ipsam hominis naturam cū viribus suis tam grauiter vitiatam ac corruptā fuisse, vt per suas vires originali innocentia seu iustitia restitui nullo modo poterit. Adeo enim vires illæ naturales per peccatum vitiatæ sunt, vt liberum arbitriū amodo ex se inefficax esset ad bonum, ac planè impotens ad præstandā obedientiā legi Dei, initio mētibus humanis insculptæ, vel ob id, quòd vitiatò illo lumine menti hominis diuinitus indito, statim cœperit, idque necessaria quadā consequentia, in natura hominis herere ignorantia, dubitatio, diffidentia, odiū & contemptus Dei, quæ cum lege diuina pugnant, quæ natura ipsa dictante iubet, vt Deū ex toto corde, & ex tota anima, ex tota mente, & ex omnibus viribus diligamus, vtq; soli Deo subiecti simus ac adhareamus. Iam etsi Deus hominem lapsū, & peccatò planè obrutum, deque salute & reparatione sua penitus desperatē, ineffabili pietate rursus exerxit, cum promitteret futurum aliquādo semen ex muliere quod caput serpentis contereret, hoc est, quod regnū diaboli (peccati scilicet & mortis) aboleret, ac hominē à peccati vinculis eximeret: in qua etiam promissione non dubium est, omnes pios ab orbe condito suæ salutis anchorā posuisse, quinetiam omnes homines in huius promissionis fide saluari & per eā bene operari ac legē sectari potuisse: tamen cum diabolus sua tyrannide necdum per venturi Christi potentiam destructa, hominum maximā partē (alioqui ex inata corruptionis labe in malum pronā) in omne insuper scelerum genus rueret fecisset, ac mentibus eorū per accumulatas peccatorum sordes magis ac magis obscuratis, hanc promissionē sentim excussisset, factū est, vt paucis admodū sanctis ac piis hominibus exceptis qui memoriā eiuscemodi promissionis singulari dei beneficio conseruabant, & postea in Abraham ac Dauid renouatā agnoscebant, ceteri huius promissionis, & eiuscemodi spiritalis liberationis ignari, lege nature male sint abusi. Quidā enim eò dementiæ sunt prolapsi, vt deum esse negarent. Siquidem hi, quuum hominem in tantā miseriam per peccatum illud primorū parentum lapsū esse nō agnoscerent, nec modum viderent, quo se à peccati vinculis extricareūt, ac etiā cernerent temporariam scelerum impunitatem, cæco planè ac impio iudicio prouidentia dei sustulerunt, deideria sua pessima insequentes, ac dicentes in cordibus

diuis suis, Non est Deus: quos tamen non dabium est grauē mentis laniationem ex delictorum conscientia semper circūtulisse, qua tamen vel sola commonstrante, satis intelligere potuissent scelerum aliquem vltorem aliquando fore. Quidam verò etsi Deum esse naturali iudicio, vt cūque cognouissent, non tamen sicut Deum glorificauerunt, sed superstitionibus æditi vanos deos opera manuum suarum ac vanos ritus (in quibus omnem suam fiduciam constituebant) sibi finxerūt. Quidam denique licet verū Deū agnoscerēt, cui & obedientiam deberi conserent, & quæ lex natura, veluti bona suggereret, sequenda, quæ vicissim mala respuenda esse putarēt, tamen cum in proprias vires & opera, & non in Dei virtutem ac bonitatem respicerent, seipfos miserè deceperunt. Nā etsi manus à publicis criminibus abstinerent, animū tamen praua concupiscentia imbutum mundare non potuerunt. Hoc enim solius Dei & promissi mediatoris munus erat, quē illi vel ignorabant, vel agnoscere saltem non volebāt. Quid autem magni est, si manus retineantur à scelere, cum animus legi Dei, interiori concupiscentia repugnante, nondū consentit? Vbi adhuc vitiosi affectus ex concupiscentia pullulantes, ac perfectam erga Deum charitatem (quæ ex toto corde, & ex omnibus viribus proficisci debet) vitiantes reliqui sunt, qui (etsi externum opus peccati non patretur) conscientia tamen corā Deo in non renouatis accusare non desinunt. Nā vt Apostolus ait: Non solum digni sunt morte, qui ea faciūt, sed & qui facientibus consentiunt, consentiunt autem, qui in similia scelera cum facientibus omnino ruerent, nisi Deum vt vltorē timerent. Certè plane aliud est quēpiam voluntate benefaciendi benefacere: aliud vero, ad malefaciendū sic inclinari, vt & malū faceret quis, si hoc posset impunè permitti. Nam profectò is in ipsa intus volūate peccat, qui non volūate, sed timore non peccat, quales sumus omnes, in quibus nondū viuuit Christus, quòd omnes prorsus quotquot sumus, sic nos adfectos deprehēdimus, vt si nulla lex vrgeret, ac abesset tā pœnæ metusquā spēs premij, essētq; planè liberū nobis facere quiduis, omnino quæ pessima sunt, faceremus, præsertim vel impellente tentatione, vel prouocante occasione.

Quū ergo naturalis lex per lapsū Adæ in hominum mentibus intantū obtenebrata fuisset, vt citra fiduciā promissionis venturi seminis, in quo benedicerentur

Liberū arbitriū post lapsum est sic se ad bonū.

*Genes. 3.
August. ep. 9. de Helagio ad innocentiū.
Gene. 6.*

*Gene. 12.
2. Reg. 17.
1. Par. 17.
1. Job. 55.
Propter excessum promissionis de chris. Sto. et abno. suo legis natura. ne cessatio eius. ad legē scriptam.*

*Psal. 13.
Rom. 2.
Dent. 32.
Rom. 1.*

*August. Dent. 6.
Mat. 22.*

*Rom. c. 1.
Qui dicuntur consentire facienti bus.*

Aug. ad Bonifaciu lib. 1. cōtra 2. epistolā Pelagianorum.

*Gen. 22.
Galat. 3.*

Lex vetus per Moy- sen data eris potissi- mum ob causas.

Lex disci- plinae coer- cens homi- num cupi- ditates.

1. Tim. 1.

Lex hu- mana imi- tatrix le- gis diuinae.
Lex lata vt indica- ret pecca- tum.

Lex hu- mana non indicat de occultis.

Ante le- gē quomo- dō peccatū mortuum.

omnes gentes, ad iustificandum hominē ipsa non sufficeret, insuper etiam per incrementē hominum malitiam propemodum esset obliterata: factum est singulari Dei prouidentia vt lex per Moysen data (quæ & vetus ad differentiam nouæ legis per Christum lata appellatur) succederet, idq; tribus potissimum de causis. Primò, vt coereret homines quadā disciplina, pœnarū metu à flagitijs deterrens: quod vt ita fieret, erat necesse, modo societas humani generis aliquo saltem modo constare deberet. Nam cum lex naturæ ita esset obscurata, vt etiam manifesta scelera, perinde ac si scelera non essent, dissimularentur: fiebat vt stupra, incestus, adulteria, rapina, cædes, & his similia facinora, non tantum impune admittētur, sed & scelerati sese laudē inde referre putarent. Quare post naturæ legem, scripta lex ob id in primis diuina auctoritate ac beneficio lata est, vt hæc externa & manifesta scelera comprimerentur. Quod significans Apostolus ait: Lex iusto non est posita sed iniustus, & non subditis, impijs & peccatoribus, sceleratis & cõtaminatis, patricidis & matricidis, homicidis, fornicarijs, masculorum concubitoribus, plagarijs, mendacibus & periuris. Hunc vsum diuinę legis (qui civilis est) lex humana est imitata, & eatenus Dei donum est, ex lege diuina suam originem trahens, quemadmodum supra diximus. Secundò, lex diuina lata est, vt ostenderet peccatum, vt accusaret, terreret, conturbaret ac confunderet conscientiam: quem legis vsum lex humana (quæ tantum externa respicit) ignorat, lex vero diuina sibi vt proprium vindicat. Quem legis finem Paulus frequenter indicat, vt cum ait Rom. 3. Per legem agnitio peccati. Et iterum Roma. 7. Peccatum non cognoui, nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret. Non cõcupisces. Non quòd ante legem concupiscentia non esset peccatum, sed quòd lateret. Sine lege (inquit Apostolus) peccatū mortuum erat. Ego autē vivebam sine lege aliquando. Sed cū venisset mandatū, peccatum reuixit. Transfiguratur enim Apostolus in se hominem, qui est ante legē & sub lege positus. Sine lege peccatū mortuum est, id est, occultatū, quod velut mortuū putatur. Et ego vivebam sine lege, id est, nullo ex peccati metu terrebar, quia non apparebat peccatum, cum lex non esset. A dueniente autem mandato peccatum reuixit, id est, peccatum, quod latebat ante prohibitionem, notum factum est, seu apparuit, per

preuaricationem. Fuit enim ante legem peccatum, sed vt Apostolus ait, Nō imputabatur: intellige apud homines, quòd lex naturalis propemodum esset abolita. Lex ergo neque peccatum propriè operatur, aut inserit, quia iusta & sancta est, si quis ea legitimè vtatur: neque peccatum vel extirpat, vel viuificat, sed tantum ostendit peccatum, idque non eo fine, vt peccatum occidat, aut per incultos nobis terrores perimat, sed vt animam humanam, quasi de innocentia securam, ipsa peccati demonstratione ream faciat, quo tandem illa, intelligens peccatum sine gratia Dei vinci non posse, reatus sollicitudine ad percipiendam gratiam promissi mediatoris conuertatur: quod vix clariori exemplo, quàm speciali indicari potest. Speculum nobis turpitudinem seu maculam nullam vel adtingit, vel inserit, vel admittit: sed tantum ostendit, vt de fœditate nostra (quam ipsi nobis adimere non possumus) cõmoniti ac conturbati, ad eum, qui eiuscemodi deformitati mederi possit, cõfugiamus. Sic Deus per legē ostendit homini infirmitatē suam, eo scilicet fine, vt in suæ sibi infirmitatis conscius ad eius misericordiam per fidē cõfugiens, sanetur. In quam sententiam Paulus dixit: Conclussit Deus omnes sub peccato, vt omnium misereatur. Neque enim quispiã concupiscentiæ resistere poterit, nisi adiutus gratia. Nemo naturale vitium deponit, nisi ope conditoris naturæ. Nemo incredulitatem, diffidentiam, odium, & contemptū Dei exiit, nemo cum volūtatis delectatione bonū operatur, nisi per gratiam. Deus fidem, spem & charitatem per spiritū suum mēti prius immittat. Tertio, lex data est, vt iustificatis per fidem regula bene viuēdi, in qua cernāt opera quæ Deo placeant, ac imitētur, vt faciāt quæ requirit Deus: & eatenus præstat sapientiam paruulis, lætificat cor, illuminat oculos. In quam sententiam Dauid ille diuinus Psalter ait, Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Nam quanuis iustificati, ab onere legis liberi sint, quia iam per legem non terrentur, conturbantur, aut damnantur: tamen ab obedientia legis liberi non sunt, imò gratia iustificationis in ipsis iam facit & operatur, vt legem voluntariè impleant, non confututi amodo sub legis imperio, sed sponte sua facientes, quod lex præscribit. In summa, lex data est per Moysen, ad reuelandam legem naturalem penè obliteratam, ad disciplinam corrigendam, ad indicandam infirmitatē nostram, de-

Lex proprie nõ est causa peccati.
Roma. 7.
1. Tim. 1.
Aug. de spiritu & littera ad Atarcelinum.
Quo fine lex ostendat peccatum.
Speculum legis sym- bolum.
Galat. 3.
Rom. 11.
Nemo concupiscentiã vincit nisi per gratiam.
Lex regis bene viuēdi incitans ad optandum bonum.
Psal. 18.
Psal. 118.
Rom. 4. 7
Aug. li. 1. questionis veteris testamenti. quæst. 4.

nique fidem in Deum reformandam.

Diuisio legis Moſai- ce.
Divinitus autem hæc lex, in morale, cæremoniale & iudiciale. Iudicialis reſpõdet primo fini legis, qui eſt in coërcendo per diſciplinam ad retinendam ſocietate humani generis, ſed per Moſen potiſſimum tradita ac inſtituta ad gubernationem illius populi Chriſtũ expectantis, de ritibus coniugiorũ, ſucceſſionibus, pœnis delictorũ, & ſimilibus rebus forenſibus præcipiens. Moralis, ſecũdo fini reſpõdet, quòd ſit expoſitio legis naturæ ac doctrinæ virtutũ carnis fragilitatẽ oſtendens, & ad gratiã præparã. Cæremonialis verò inſtituta fuit ad præfigurãda venturi Chriſti myſteria & veros fidei cultus Deo acceptos, nimirũ vltimo fini legis reſpondens. Sunt autem iudiciales ac cæremoniales leges abolitæ non pertinentes amodo ad nos. Iudicialis enim data erat ad moderandũ populũ illum, vtentẽ cæremoniis Chriſtũ præfigurantibus. Statu ergo illius populi mutato, neceſſe erat, vt & hæc lex ceſſaret. Vnde nos nũc rectẽ eius loco iure civili Imperatorio vtimur, quemadmodum ſuprà diximus, & oſtẽdimus. Itidẽ cæremonialis obſoleta eſt, quoniã p̄ Chriſtum adimpleta, ſicut Chriſtus ipſe teſtarur: Lex, inquit, & prophetæ vſque ad Ioannẽ, id eſt, cæremoniarũ & typi veteris legis vſque ad Ioannem. Nam poſt Ioannẽ cõſummatis omnibus, quæ lex figurabat, & ſublatis typis, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. At ſola lex moralis (cum interpretatio ſit legis naturæ) abrogata non eſt, ſed manet, quã Chriſtus non venit ſoluere, ſed adimplere, eãque gratiam conferre, qua & nos adiuti eãdem adimplere poſſimus. Id quod ſapientiſſime in hac inſtitutione replicatum meminimus.

Iudicialis & cæremonialis leges abolitæ.
Hebr. 7.
Aug. in epistol. ad Hebr. 20s.
Mat. 11.
Luce 16.
Ioan. 1.
Mat. 5.
Quibus ſemel rectẽ præceptis quãplurima in ſcripturis ſubobſcura ſtatim manifeſtiora ſunt. Veluti ſunt, cur lex Moſi, lex literæ, lex operũ & timoris, cur itẽ miniſtratio mortis appelletur, cur occidere, peccatũ augere, irã operari, & impoſſibilis eſſe dicatur. Cur p̄dãgogo & ſpeculo cõparetur. Lex enim literæ dicitur (vt quod antea ſemel diximus maioris ſp̄cipuitatis gratia iterũ repetamus) quarens doctrina eſt literis deformata, docens, quid agendũ, quid vitandum, cui ſi ſpiritus viuificans ſeu gratia adiuuans (quam ipſa non præſtat) deſit, id eſt, ſi non viuat in corde per ſpiritũ, quid aliud eſt, quã mortua litera? quã certẽ non ſufficit ſcire, ſed opus eſt, vt id quod iubet etiam fiat in nobis, quod

non ſit virtute legis, ſed ope gratiæ, quomobrem grauitè errarunt Pelagiani etiam antea per nos notati, aſſerẽtes hominem ſuis viribus legẽ adimplere poſſe, eo ipſo euacuantes & irritam facientes crucem & redemptionem per Chriſtum. Si enim poſſibilitas naturalis per liberũ arbitrium & doctrinã legis (qua tantũ cognofcit, quomodo viuere debeat) ad bene viuendum ſufficit ſibi, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt, qui certẽ propterea mortuus eſt, vt peccati imperium in mẽbris noſtris deſtrueret, & gratiam promereretur apud patrẽ, qua adiuti legẽ alioqui nobis factũ impoſſibile facere poſſemus. Lex factorum ſeu operum dicitur, quia opera imperat quæ facere debeamus, licet non addat poſſibilitatem qua faciamus, neceſſitatem aliunde petendi remedij & auxiliij indicans, & ad medicum prouocãs. Lex verò timoris appellatur, quòd timore pœnæ à peccato coërcet, quòdque quãdiu non accedit ſpiritus coadiuuans, timore non amore fiat, imò omnino nõ fiat, quòd lex ſine dilectione adimpleri nequaquam poſſit. Quòd autẽ aculeus & virtus peccati miniſtratioque mortis appellatur, quòd occidere, quòd peccatũ augere, quòd iram operari, quòd omnes ſub peccatũ includere dicitur, ſic intelligendum eſt: Non quòd hæc operetur lex diuina ſua natura (nam eatenus differet à lege diabolica, quæ propriè lex peccati dicitur) ſed tãtum per occaſionem, idque in hominibus lege diuina abutentibus, & eandem ad verũ ac vltimũ finẽ, quẽ ipſa intendit, non accõmodantibus, quemadmodum apertè Apoſtolus ait: Concupiſcentiam nesciebam, niſi lex diceret: Non concupiſces. Et paulo poſt: Occaſione autem accepta, peccatum per mandatũ operatum eſt in me omnẽ concupiſcentiam. Et poſt pauca: Inuentũ eſt mihi mandatũ, quod erat ad vitam, hoc eſſe ad mortem: nam peccatum occaſione accepta, per mandatũ ſeduxit me, & per illud occidit. Itaque lex quidem ſancta & mandatũ ſanctum & iuſtũ & bonũ. Sed peccatum vt appareat peccatum, per bonum operatũ eſt mihi mortem, vt fiat ſuprà modũ peccans peccatũ per mandatũ. Elegit Apoſtolus generale quoddam legis, ab omni peccato prohibentis, vt vna voce cuncta complexus legis inſirmitatem indicaret, vtque quã non prodeſſet, ſed obelſet magis lex non rectẽ vtenti, doceret. Proinde ait: Non concupiſces. Neque enim vllum peccatum, niſi concupiſcendo contra legem Dei cõmittitur. Eſt ergo ea lex, quæ hoc præcipit

Aug. de natu. & gra. cap. 40.

Lex factõrum ſeu operũ qua re dicatur. Lex timoris.

Roma. 13. Quomodo lex operetur peccatũ & irã.

Roma. 7.

Aug. de ſpiritu & liter. c. 4.

Roma. 7. 1. Tim. 1.

admodum laudabilis, optima etiam ac saluberrima, quā si quis impleuerit, nullum habebit omnino peccatū. Sed tamē nisi adiuet spiritus sanctus inspirans pro concupiscentia mala, concupiscentiam (vt ita dicamus) bonam, hoc est, nisi spiritus charitatem diffundat in cordibus nostris, lex ipsa quam tumuis bona prohibendo auget desiderium malū, sicut aq̄ impetus, opposito obice, fit vehementior, si in eam partem, qua obex positus est impetu influere nō desinat, eueicta enim mole maiori cumulo præcipitatus violentus per prona proluuitur. Nescio enim quomodo hoc ipsum, quod concupiscitur, sit iucundius dum vetatur? Quod & poëta non tacuit, cum ait: Nitimur in vetitum semper, cupimusq; negata. Hoc ergo est, quod peccatum, vt (Apostolus ait) fallit per mandatum, quodq; per illud occidit, cum scilicet accedit peccato legis præuariatō, & fit peccatum (quod ante legem, vel latebat, vel non ita angebat) magis peccās peccatum, id est, grauius. Vnde alibi ait Apostolus: Lex subintrauit, vt abundaret delictum, vt scilicet eo modo conuictus atque cōfusus miser peccator, videret non tantū doctorem sibi esse necessarium, quo docente legem percipiat, verum etiam adiutorem Deū, à quo sua itinera, secundum legis præscriptum dirigantur, vt confugiendo ad opē diuinæ misericordiæ sanetur: atque ita fit, vt vbi abundauit delictū, superabundet & gratia, non qui dem peccantis merito, sed subuenientis auxilio. Ex quo manifestē sequitur (quod sæpe etiā docuimus prius) Bene viuere donum esse diuinum non tantū, quia homini Deus dedit liberum arbitrium, (sine quo nec male nec bene viuatur) nec ob id tantum, quia præceptum dedit, quo doceat quē admodum sit viuendum, sed quia ipse solus est, qui charitatem per spiritum sanctum diffundit in cordibus eorū quos iustificat. Ergo qui lege secus vtuntur, id est, qui literā tantum inhærent, & qui iuis propriis viribus putāt se legi satisfacere velle absque gratia & dono charitatis, iis lex quæ erat ad vitam, per occasionem fit mortis ministratio, peccatū augens, iram efficiens & occidēs, quæ admodum salubris ipsi fuisse, si in finē præcepti, id est, liberatorem (cuius gratia participatiōne mandatum demum impletur) respexissent, & illius opem impetrassent. Ex quibus quoque perspicuum euadit, quare nō lex impossibilis factū dicatur. Ex se enim (quod extra hominem sit) lex non iustificat, et si liberum accedat arbi-

trium: nam quandiu latet veritatis via, liberum arbitrium ex se non valet quicquā, nisi ad peccandum. Quin etiam veritate iam per legem patefacta, lex ad bene agendum non sufficit, nisi enim quod agendum est, deleat et etiā & ametur, non agitur, non suscipitur, non bene viuatur. Vt autē quod agendum est, diligatur, necesse est vt Charitas dei diffundatur in cordibus nostris, non per liberum arbitrium (quod surgit ex nobis) sed per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Impossibilis ergo lex est, si tantū liberi arbitrij vires respicias, possibilis autem factū est per gratiam. Quamobrem audiendi nō sunt, solo nomine Christiani, qui legem simpliciter factū impossibile esse dicunt, atque hinc & interdum etiam ex verbis Apostoli male detortis suā malitiam excusare nituntur. Nam cum per Christum redēpti, spiritum quoque sanctum in baptismo (ritē saltem præbito & accepto) sint adepti, ipsiisque quantumuis peccatorum mole obrutis per eundem Christū (si tamen verē pœniteant) redditus pateat ad patrem, & spiritus emissi participationem, consequens est vt cōtumeliam Christo inferant, si legem sibi simpliciter adimpleti impossibilem esse euellentur. Certe, quandoque carnales esse pergunt, lex ipsis impossibilis factū est, quia lex spiritalis est, id est, exigit spiritum, requirit affectū, non fit solo opere externo: sed qui spiritalis est (quales facit spiritus gratiæ) is iam dei similis factus, legem facile implet, nec erit sub illa, sed cum illa. Talis autem is est, qui nec capitur temporalibus bonis, nec terretur temporalibus malis.

EX prædictis etiam facile videre est, cur lex dicatur pēda gogus in Christum, nimirum quod quemadmodum pēdagogus per ferulā & disciplinā correctionis, pueros ad scientiæ perfectionem adducit, sic lex à malo coercēdo, & rōstram infirmitatē nobis demonstrando, nos ad Christū mittit. Item sub pēdagogo esse dicimur, quādiu sumus sub lege, id est, quādiu nos lex occulta censura damnat, quod scilicet ex toto corde legem non faciamus, tandiu legi viuere, id est, legi vine sub dominatione & imperio legis esse dicimur. At postquam legis vinculis amodo non cōstringimur, quia scilicet vltro & ex animo, idque dei amore, non quidē ex nobis, sed per gratiam legem implemus, quia tū non habet lex quod in nobis damnet, pulchra certe periphrafi, legi mori, & per legem spiritus vitæ à lege mortis liberari dicimur.

Aug. de Spiritu & litera.

Ouidius.

August. ibid. ca. 6. & 7.

Rom. 7. Peccatori vt respiciat non tantū doctorem, sed & adiutor deo necessarius.

Psal. 118. Bene viuere donū diuinum.

August. ibid. c. 5.

Ecdes. 5. Roma, 5.

Finis præcepti Christi ad salutē omnium credenti.

Aug. de Spiritu & litera. cap. 2.

Rom. 5.

Ioan. 6.

Hiero. contra Pelagium.

August. Lex spiritalis.

Roma. 7.

Spiritalis non est sub lege sed cū lege.

Lex patet gog.

Galat. 4. Legi vine requiritur.

Legi mori à lege mortis liberari quid sit.

*Lex noua
euangeliū
est.*

Lex noua quæ sit, satis ex iis quæ de lege veteri diximus colligi potest. Lex noua, Euangelium est quæ & nouū testamētū, & lex spiritus, seu lex spiritus vitæ, ministratio

*Nomina
legis nouæ*

spiritus vitæ & iustitiæ, lex pfectæ libertatis, lex gratiæ & circuncisio cordis appellatur. Euangelij vocabulū Apostoli vsurparunt pro lato nuncio, seu annunciatione aduētus ac beneficij Christi. Quid enim eo nuncio latius, quo annūciatur per fidem in Christum gratis peccata nobis condonari, solui inimicitiam inter deum & hominem, donari nobis spiritū sanctum nos innouantē, denique vitam æternam? Habet autem

*Euangelij
vocaliū.*

*Euangelij
summa.*

Euangelium, suam quoque literam, id est, historiā & doctrinam, quæ in quatuor Euangelijs & Apostolicis literis continentur, sed carenus (quod & superius nos dixisse meminimus) non sumitur differentia legis nouæ à lege veteri, nam multi sunt, qui & historiā & doctrinā Euangelicā legūt & audiunt, quibus tamen Euangeliū non est ministratio spiritus vitæ seu iustitiæ. Præterea, quod ad doctrinā attinet, noua lex, veteris legis tū explanatio, tum Epitome est. Legē enim moralem (quæ vna est omnium temporum ac ætatum) non sustulit Euangelium, sed clariorem reddidit, apertius docens quid illa requirat, nimirū non solum opus externum, sed animū & affectū. Vnde quod ad literam attinet, ita possit occidere

*Euangelij
litera.*

*Matt. 7.
Lucæ 6.*

litera Euangelij, sicut litera legis, si non progrediamur ultra ad Euangelij gratiam, quæ auditu percipitur, fide apprehenditur, & charitate, quæ per spiritum sanctum datur, in fidelium corda diffunditur. Hæc igitur gratia, corda fidelium per fidē & charitatem innouans, & viuens in nobis, proprie noua lex, nouum testamētum & Euangelium est.

*Doctrina
euangelica
veteris legis
explanatio.*

Matt. 5.

Ecce alia ratione Paulus legē ab Euangelio discernit, cū Corinthios suos appellans, ait: Quoniam estis epistola Christi ministrata per nos, scripta nō atramētō, sed spiritu Dei viui, nō in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Hoc ergo solo differunt quōd lex vetus extra hominē scripta est in tabulis lapideis, vt eū perterrefaciat: lex vero spiritus in ipso homine, vt eum interius iustificet. Quū in tabulis scribuntur opera charitatis, lex est operum, & litera occidens præuaricatorem: quū autem ipsa charitas diffunditur in corda credentiū, lex est fidei & spiritus viuificans dilectorem: quæ hoc intus scripta facit diligi, quod foris scripta lex faciebat timeri. Hæc discretio legis nouæ & veteris per Hie-

*Euangelij
gratia.*

*Ro. 10. 5.
noua lex
viuēs gra-
tia in cor-
dibus.*

*Quo differe-
ntia lex ve-
teris ab eu-
angelio.*

2. Cor. 3.

*Aug. de
spū & li-
ra. cap. 17.*

remiam prophetā pulcherrimo & præclarissimo testimonio (quod & superius, iustificationis materiam pertractantes, attulimus ac explicauimus) planè asseritur. Id quod hic repetere vanū non putamus, quod ad ea quæ in Decalogo adferemus plurimum lucis sit alluritur. Ecce, inquit, dies venient, dicit dominus, & consummabo super domum Israël testamētum nouum, non secundum testamētū, quod fecit patribus eorum in die qua apprehendi manum eorum, vt educerē eos de terra Aegypti, quia ipsi non perseuerauerunt in testamēto meo, & ego neglexi eos, dicit dominus: quia hoc testamētum est quod ordinabo domui Israël. Post illos dies, dicit dominus, dabo leges meas in cor illorum, & in mente eorū scribam eas, & ero eis in deum, & ipsi erunt mihi in populum, & non docebit vnusquisque ciuem suum, & vnusquisque fratrem suum, dicens: Cognosce dominum: quia omnes cognoscent me, à minore vsque ad maiorem eorū, quia propitius ero iniquitati eorum, & peccata eorum nō memorabor vltrā. Diligenter intuenta est prophetia, quæ veteris & noui testamētī differentiam explicatissimè tradit, in cuius verba respiciens Apostolus dixit: Non quia idonei sumus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis ipsius, sed sufficiētia nostra ex deo est, qui & idoneos nos fecit ministros noui testamētī, non literæ, sed spiritus: litera enim occidit, spiritus autē viuificat. Quid enim apertius ad discernendū vetus à nouo dicere potuit Propheta, quam, Consummabo super domū Israël, & Iuda, testamētum nouum? quasi sic dicat, Non sic condam nouā legem, vt sim legem quam antè tuli abrogaturus, cū lex mea semper fuerit, & perpetuo futura sit eadem, sed consummabo (id est implebo) testamētū nouum. Quod ideo nouum voco, quia consummarum & impletum. Lex enim, quam patribus dedi, meritò vetus nuncupatur, quòd ex die qua ducti sunt ex Aegypto, lata quidem, sed non impleta sit. Hoc enim est quod subditur, quia ipsi non perseuerauerunt in testamento meo, non quidem ipsius legis vitio, quæ bona est, sed vitio suo, qui per legem suæ infirmitatis admoniti gratiā futuri mediatoris nō apprehenderunt. Consummabo, ergo testamētū nouū, ideo scilicet nouum, quia dabo leges meas in cor illorum, id est spiritum innouantē mentes, quo demum idonei ac habilēs efficiamur ad perficiendā legem. Lex itaque Dei quæ diu scripta erat in tabulis lapideis, quæ diu terruit, nec tamē im-

Hier. 31.

2. Cor. 1.

*Aug. de
spū &
litera.*

*Lex Moysi
cur dicta
vetus*

*Lex in
corde.*

pleta fuit, ea tum, cum digito Dei (id est spiritu sancto) scribitur in corde nostro, verè noua lex efficitur, quia tunc primū fieri incipit: quod enim recens fit, nouum est. Subiicit autem propheta. Et non deobit vnusquisque ciuem suum, & vnusquisque fratrem suum, dicens: Cognosce dominum, non quòd non sit opus Euangelium predicare. Quomodo enim credet in eum què non audierunt? Quomodo credent sine predicāte, sed quòd in voce predicacionis exterioris Euangelii nullus sit efficacia, nisi spiritus què dominus per Euangelij fidei impartitur, intus doceat: nam vt Apostolus ait: Ego quidem plantauī, Apollo rigauit, Deus autè incrementū dedit. Et alibi scriptū est: Et erūt omnes Theodidacti, id est, à Deo docti. Lex verò vetus data est, vt infirmitatem ostenderet, vt gratia quæreretur. Gratia data est, vt infirmitatē adiuuaret, & lex impleretur. Quod enim impossibile erat legi per carnē, id est, cum obfisterē carnali concupiscentia lex non impleretur, & eatenus in nobis esset imbecillitas & infirma, misit deus filium suū in similitudinē carnis peccati, & de peccato dānauit peccatū in carne, vt iustitia legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundū spiritū. Concluit itaque scriptura omnia sub peccato, nō simpliciter, sed in cum vsum, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur creditibus. Ex hac enim pmissioe, hoc est ex Dei beneficio ipsa lex impletur, sine qua promissioe preuaricatores facit: nam postquam territi per legem confugimus ad medicatōem, & credimus Christum, qui peccatum nō fecit, pro nobis in mortē traditū, sustulisse peccata mundi, & in ipsius sanguine & meritis nos iustificari, statim in ea fide (quæ tamen sine charitate veraciter non contingit) incipimus condelectari legi dei secundum interiorē hominem, quæ delectatio non literæ, sed spiritus donum est. Et licet alia lex in mēbris adhuc repugnet legi mentis, tamē hæc lex spiritus vbi semel dominari cœperit, concupiscentiā in dies magis ac magis mortificat, donec in nouitate spiritus, (quæ de die in diem in interiori, hoc est spirituali homine augetur) tota vetustas mutata pertranseat, liberante nos de corpore mortis huius gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum.

At que hæc contemplanti liquet, nouum testamentū seu Euangelium à veteri testamento seu lege hinc proprie non distingui, quæ Vetus sit testamentū illud, quod in li-

bris Moyſi & prophetarum: Nouum verò quod in quatuor Euangeliiſ & literis Apostolicis continetur. Nam in libris veteris testamenti, non tantum lex, sed & Euangelium reperitur in promissionibus, de venturo Christo & futura in Christo gratia factis, quæ frequentissimæ sunt in prophetis. Quod fit, vt Euangelium non tantum in noui, sed & in veteris testamenti libris, & vicissim lex non tantum in legalibus, sed & Euangelicis scripturis reperitur. Estque vnum & idem Euangelium, in quo omnes sancti & pij ab initio mundi sunt saluati, habuerunt enim patres eundem spiritū fidei nobiscū, per quem sunt seruati, quæ admodum Apostolus ait: Habentes autem eundem spiritum fidei, sicut & illi secundū quod scriptum est. Credidi propter quod loquutus sum: & nos credimus, propter quod & loquimur, quod & Christus testatur, cum ait: Abraham pater vester veſter concupiuit videre diem meū: vidit, & gaudius est. Sed hoc interest, quod gratia, quæ in veteri testamento velata latitabat, in Christi Euangelio reuelata est, quemadmodum Apostolus ait: Nunc autem sine lege iustitia Dei manifestata est, testificata per legē & prophetas. Quod si manifestata, ergo erat prius, licet reſta. Rurſus, si testificata per legem & prophetas, ergo lex & prophetæ Euangelium obumbratum continent.

Quare vt beneficiū seu gratia Christi cognoscatur, Lex ab Euangelio reſpta potius quam scriptura distinguenda est. Lex ostendens infirmitatē prouocabat ad gratiā. Neque gratia futuri Christi, ad quam à lege confugeretur, in legis litera omnino præterita erat, sed typis obumbrata: idcirco pauci ad eam tunc latentē confugebant, non quærentes in lege promissiones Dei, in quibus gratia cōſitebat, sed inhærentes literæ legis, se per legem iustificari, & ad iustificationem sibi sufficere liberum arbitriū arbitrabantur, iustitiā sibi ex natura humana, nō ex donata gratia ascribentes, sicut de ipsis dictū est: Ignorantes Dei iustitiā, & suam volentes constituere, legi Dei non sunt subiecti. Sed reuelato Euangelio per Christū, cum ille iussisset doceri poenitentiam & remissionē peccatorum in nomine ipsius, gratia saluatoris per totum orbem illuxit, & non tantum verbo prædicata, sed & in cordibus fidelium digito Dei inscripta est. Datus est ergo patribus ante Christi aduentum (exceptis paucis, iis scilicet qui spiritu illustrati in promissiones respiciebāt) spiritus timoris.

Opus est in ecclesia verbis ministerio.

Rom. 10.

1. Cor. 1.

Aug. ibi dem.

Cur lex data.

Cur gratia euangelij.

Roma. 8.

Gala. 3.

Roma. 3.

1. Petr. 2.

Roma. 7.

Ibidem.

Nō libris sed efficacia adimplentionis

lex noua à veteri distinguitur.

Aut. epi. 95. de P. e. l. g. ad Innocentium.

2. Cor. 4.

Ioan. 8.

Aug. Ibidem.

Roma. 3.

Aug. Ibidem.

Iudeorum cecitas.

Ad iustificationem vires liberi arbitrij non sufficiunt.

Ro. 9. 10.

Exo. 24.

Inde daturus est spiritus timoris.

Nobis, amoris. Amoris. Timor. Per arrā gratiæ certificamur nos esse filios dei. Quā differat lex naturæ & euāgelij. Lex naturæ. Rom. 2. 1. Cor. 2. Ioan. 1. Euāgelij mysteriū. Lex naturæ nō satis docet nos de dei erga nos misericordia. August. Lūmē naturæ non præbet rīres perficiendī boni. Gratia euāgelij corda nostra tranquillat ac inuouat. Ioan. 2.

Nobis autem datus est per reuelationem euāgelij, & per Christum iam exhibitum, & pro nobis passum, spiritus amoris. In summa breuis est differentia legis & euāgelij, duobus nimirum uerbis comprehensa, quæ sunt amor & timor. Non quod charitas non fuerit ad legis implementationē in lege requisita, imò in ea consistit omnis lex, sed non præstatur ab illis, qui tantum in legem respiciebant, & proinde Israël in terribus legem accepit, nimirum spiritum seruitutis in timore. Nos uero spiritum libertatis in gaudio cordis & animi, data scilicet per spiritum sanctum in cordibus nostris arrā gratiæ, qua certificamur nos esse filios Dei & coheredes Christi, in qua clamamus, Abba pater.

EX præcedentibus etiam satis liquet, quod sit discrimen legis naturæ & euāgelij. Hoc quidē conuenit legi naturæ cū euāgelio, quòd ambo in corde scripta dicuntur. Sed interim euāgelij longe aliud est, quàm lex naturæ, seu etiam legis naturæ explicatio. Lex enim naturæ, est illa notitia naturalis, quæ animis nostris indita ac concreta est, gentibus etiam & sapientibus huius seculi non incognita: sed euāgelium non est notitia naturaliter nobis indita, nec huius mundi, aut huius mundi principum sapientia, sed mysterium absconditum à seculis, reuelatū autem & euulgatū per Christum, sicut scriptum est: Deum nemo uidit unquam, unigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit nobis. Per Euāgelium enim annuntiat & exponit nobis bona Dei uoluntas, qua illi uisum est nos perditos per filium suum redimere, gratis per fidem iustificare, ac simul Spiritum sanctum cordibus nostris infundere, qui & certo psuadeat nos esse filios Dei, & in nobis Dei uoluntatē, hoc est fructus spiritus operetur. Ostendit quidē ratio, cui lex naturæ indita est quadam, quæ sunt uoluntati Dei consentanea. Sed non ostendit, an & quomodo peccatis nostris ignoscat Deus, an nobis propitius, & quemadmodū erga nos affectus sit. Et cū omnes naturæ corruptionem sentiamus, ac experiamur etiam nos à perfectione boni (quod uel ipsa ratio nedum Dei spiritus suggerit) longe abesse, constat hanc legem nullas omnino uires præbere perficiendī boni. Quod & poeta Comicus non tacuit: Video (inquit) meliora proboque (nimirum per lumen naturæ) ac deteriora sequor. Verūm Euāgelij gratia corda nostra de remissione peccatorum per Christum, deque

summa Dei erga nos dilectione, & benignitate & clementia certificat, ac insuper emundat ac inuouat, ut iam non deteriora sed meliora spōte ac uoluntariē sequamur. Et ut quādā adhuc imperfectionē in nobis sentiamus (qua fit, ut nemo in hac uita legi Dei perfectē satisfaciatur) hinc tamen nos (quasi scilicet ob id maledictō legis, obnoxij, proindeq; Deo inuisi simus) conturbari non oportere docet, nimirum ostendens, quo pacto in Christo manentes, legem etiā nō perfectē (quod ad nostram obedientiā attinet) imputatiuē tamen impleamus, hoc est à Christo cui per fidē insiti sumus, mutata iustitia, legis maledictum euadamus. Quæ omnia lex naturæ, tanto euāgelio inferior, non docet. Quamobrem Paulus Euāgelium, uirtutem seu potentiam Dei appellat ad salutem omnium credenti, quòd scilicet per Euāgelij gratiam cordibus nostris insitam, salutem ac certissimam aternæ uitæ spem consequamur. In summa, euāgelium, & legē naturæ, & scriptam multis rationibus antecellit, quantum interim eadem, quæ lex naturalis & moralis præcipiat ac doceat, quin potius ad perfectionem adducat, atque adeò quod illi faciendum suadet, hoc Euāgelium faciat & adimpleat.

Vnde etiā cōsequēs est, nō leuiter eos desipere, qui legē spiritus, ob id spiritalem uocari putant, perinde atque officio corporali nō sit opus, & quasi iustitia nostra tantum in corde & in quadam præsumptione fidei consistat, non sollicita interim quid operum agamus, imo euāgelica lex quam maximē operosa est. Nam quum propterea spiritalis appelletur, quòd requirat in primis spiritum, quin proprie sit uia illa charitas diffusa in cordibus nostris, sequitur, quòd otiosa esse non possit, quæ cordibus nostris inscripta planè uiuit. Spiritus enim propterea datur, ut mente uiuificati, legem adimplere possimus, atque adeò pro modulo nostro adimpleamus. Vnde qui Euāgelij profitētur, hos maximē oportet esse factores uerbi, & non auditores tantum: alioqui frustra gloriantur de lege spiritus, in quibus nullus est spiritus bonorum operum effector. Siquidem ut Apostolus testatur, Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est. Et iterū: Filioli, nemo uos seducat: qui facit iustitiam, iustus est: qui facit peccatum, ex diabolo est. Et paulò post: Filioli mei, non diligamus uerbo, neque lingua, sed opere & ueritate. In hoc cognoscimus, quoniam ex ueritate sumus. Et

Euāgelij gratia qua uemus liberari ab imperio legis moralis. Imperfectione nostrā supplet gratia per Christum. Ephes. 3. Roma. 8. Galat. 3. Euāgelij legem naturæ & scriptā cōsummat. Cur Euāgelij dicitur lex spiritalis. Euāgelica lex operosa. Roma. 5. Euāgelij professores debent esse uerbi factores. 1. Ioan. 2. & 3.

post pauca: Et hoc est mandatum eius, vt credamus in nomine filij eius Iesu Christi, & diligamus alterutrum, sicut dedit mandatum nobis. Et qui seruat mandata eius, in illo manet, & ipse in eo, & in hoc scimus, quia manet in nobis ex spiritu quem dedit nobis. Ecce vides Euangelium duo complecti.

Euangelii duo cōplectitur.

In primis annuntiationem gratiæ & remissionis peccatorū: deinde viuam charitatem, indiuiduam veræ fidei comitem, ac mandatorum Dei effectricem, quam qui nondū in se experiuntur, hi se euangelicos esse desinant gloriarī: necdum enim in eis latum illud angelorum nuntium Christo recens nato allatum, adimpletur: Nempē, Et in terra pax, & in hominibus bonauoluntas: Sed de hoc alibi latius.

Luce 2.

His, de legis natura, distinctione, vsu, ac potestate prelibatis, ad expositionē Decalogi (hoc est decem verborū) quæ duabus lapideis tabulis inscripta, De° populo suo

Decalog° pertinet ad oēs gentes.

Gala. 3. Moses mediator.

Euangelij gratia qua tenus liberet ab imperio legis moralis.

Diabolica libertas qua licet facere quiduis.

1. Petr. 2.

Roma. 4.

Quorū dā sententia excutitur.

promulganda Mosi tradidit, veniendū nobis est. Hæc Decalogi lex, etsi olim peculiariter populo Israëlitico data sit propter transgressionem vitandam donec veniret semen, cui promiserat, ordinata per angelos, in manu mediatoris, hoc est Moyſi, qui erat inter Deum & populum, veluti quidam medius sequester. Iā tamen ad omnes gentes ex æquo pertinere putandus est, quod (vt suprā diximus) explicatio quædam sit legis naturæ, vitio primorum parentum, in hominū mentibus obscuratæ. Et vt post Christi aduentum leges iudiciales ac caremoniales partim abolitæ sint, partim immutatæ, & ad Euangelicam pietatē accommodatæ, ab hoc tamen Decalogo qui moralem legem compendio cōplectitur, non aliter liberat Euangelij, nisi quod aucta in nobis charitate, ea sponte facimus & lubentes, quæ Iudæorum populus faciebat metu pœnæ, vt catenus qui spiritu ambulat, à legis imperio & terrore per Christū liberati sumus, quatenus scilicet lex nolentē cogit, nō quatenus faciendā est: alioqui diabolica, non Christiana libertas est, qua mœchari, furari, aut peccare licet. Non enim eō Christus venit in mundum, vt nobis à se redemptis permitteret impune peccare, sed ne omnino peccemus, renati in eum, qui non nouit peccatū, & qui peccatis nostris mortuus est, & resurrexit propter iustificationē nostram. Sunt nonnulli, qui decem præcepta in Decalogum contracta, rudi ac intractabili populo Israëlitico tradita esse putant, tanquam prima rudimenta pietatis, potissimū ob id,

ne in omnia passim facinora prolaberetur, vtq; ab his elementis ad alia præcepta, quæ cōsummatoria videntur, proficeret, donec veniret ad perfectionē euangelicam: proindēque dominus dixisse: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata: quæ quæ dominus hisce verbis indicare voluerit, Decalogū limen esse & ingressum ad pietatem, non autem consummatam pietatē cōtinere: putantq; eos, qui in hoc laborant, vt vniuersa præcepta siue iubentia siue vetantia, ad hæc decem redigant, sedulam verius diligentiam quam seriam adhibere. Qui etiam

Math. 19.

Verbū cōcupiscentia.

duo illa postrema, quæ non tantum malū facinus, sed & malam prohibent concupiscentiā, sic intelligūt, vt concupiscentia eo loco non tā qualemcunque vxoris aut rei alienæ cupiditatem, quàm conatum maleficij significare videatur, quæ admodum dicimur in sidijs appetere aliquem, non quod illū læserimus, sed quod structis insidijs conati sumus eū lædere. Sed nobis magis aliorum sententia placet, qui asserunt, Decalogum consummatam complecti iustitiam, hoc est iustitiā requirentem, non tantum externam, sed & spiritualem, veram & perfectam obedientiam erga Deum: quodque in Decalogum tanquam in aptissimam methodū, quicquid est legis naturæ, & moralium præceptorum (vbicumque tandē ea, siue in prophetis siue in Euangelicis ac Apostolicis literis extent) referri ac includi possint. Certè fons omnium præceptorum est primum illud, hoc est omnium maximum, Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota mente tua, & ex tota virtute tua. Deinde, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Qui sanè sermo ipsissimam medullam ac genuinum sensum omnium præceptorū complectitur, quem qui nō præstat etsi verbis legis satisfacere videatur, legem tamen non obseruat, veluti si quis inimicum non occidat non quod illi minus male velit, sed quod minas legis metuat, is apud Deū homicida est, vel ipso Moſe teste, qui iubet Deum ex toto corde diligere, & proximū sicut seipsum. Ad hæc Moses, vt doceret Deum per decalogū non solum externā opera vel cultus requirere, sed & internos cordis affectus, statim post promulgatam legē ad populum, sic ait: Ponite hæc verba mea in cordibus & animis vestris. Rurſus Apostolo teste, quod lex dicit, Non concupisces, non in eam sententiam accipiendum est, vt cauere tantum debeamus, ne affectus noster in conatū se protendat, sed vt planè ab omni

Decalog° complectitur cōsummatam iustitiam.

Dente. 6.

Mat. 22.

Marc. 12.

Luce 10.

Homicida apud Deū animam occidendi habens, nisi retinet lex.

Dente. 6.

Mat. 5.

Roma. 7.

Roma. 7. malo affectu intrinsecus temperemus. Nec dubium est, legē propterea spiritualem dici, quod spirituales motus requiratur. Et Christus sic ubique legem interpretatur, & Phariseos verba quidem legis sectantes, & opera, quanuis in speciem eximiam edentes, propter internos tamen affectus malos, irritum fecisse mandatum Dei pronuntiat, ac sepulchra foris dealbata appellat.

Methodi doctrinae christiane. Symbolum.

Oratio dominica Decalogus

Marianus in l. nā & demost ff. de legib.

Vlpianus in l. Ius civile ff. de iusti. & in re.

Iustinia. instit. de iusti. & iure, paragrapho. in re pcepta.

Decalogus, omne ius civile longe superat.

Cacterū, quū omnino referat, vt in omni doctrina res late ac sparsim traditę in summas quasdam ac methodos contrahantur, vt ordine quodam rerū capita ac fontes videri ac cōplecti possint, quod diuino certē beneficio factū videmus in doctrina Christiana, vbi quicquid ad fidem pertinet, diuinis voluminibus late traditum, contractum videmus in symbolum Apostolicum: rursus, quicquid à deo rectē peti potest, aut vnquam à piis hominibus peritum est, videmus in oratione dominica compendio comprehensum esse. Sic nobis placet, vt & quicquid ad mores pertinet, in Decalogum, veluti *πρωτόμυ* quandam, non humana, sed diuina sapientia compositam contrahatur, qua ne potest quidem vlla aptior excogitari. Iure consulti atque alij viri præstantes, acurē viderunt, ius etiam illud, quod ciuile appellamus, non humana proditum sapientia, sed magis inuentū ac munus esse Deorum, quod scilicet à iure naturali, omnibus indito initium sumatur, ab eo nunquam in totum recedens. Iam illi vt quicquid iure imperatur, summatim comprehenderent (nō dubium quia naturale iudicium sequuti) tria iuris præcepta fecerunt, quæ sunt honestē viuere, alterum non lædere, ius suum vniciuique tribuere, quæ rursus in plurimos titulos distribuunt: in quibus de his quæ Deo, quæ parētibus, quæ liberis, quæ patriæ debeamus: item, de propulsandis iniuriis, de vitę honestate, veluti de coniugiorū iure ac ritibus, de rerum ac dominiorū proprietate ac distinctione, de cōtractibus, successionibus, de iudiciis publicis ac priuatis præcipiūt, sed ita, vt de externa quadā ac ciuili iustitia hominem instruant, de corrigēdis affectibus nihil solliciti, quod veræ religionis, hoc est iuris Deo debiti, vnde omne reliquum ius fuit, ignari & expertes fuerint. Verū Decalogus à summo legislatore Mosi exhibitus, quicquid est iuris naturalis ac moralis, aptissimo ac pulcherrimo ordine compēdio quodam tradit, atque etiā explicat, eadem illa tria nos edocens, nepe ius suum vniciuique tribuere,

tribuere, alterum non lædere, & quod ad nos attinet, honestē viuere, at longe perfectius quàm vlla lex ciuilis, quod præcipiat non tantū de externa iustitia, quanuis & de hac, sed magis de interna, quæ in animi munditie consistit, quæ sola coram Deo valet, & sola rectē iustitia nuncupatur. Vide vero quàm pulchrē Decalogus ad naturę leges respondeat. Lex naturæ iubet Deum agnoscere, & glorificare, quemadmodum Paulus Rom. i. testatur, religionem colendā ac caeremonias conseruandas iudicat. Deinde docet parentibus ac aliis, qui parentum loco sunt, & nobis imperant obediendū esse, quod aliter humana societas retineri non possit: iniurias ac priuatas vindictas detestatur, abhorret vagos concubitus, verecundiam & castitatē amplectitur. Ad hæc, tametsi quod ad ipsarum rerum naturam attinet, iudicet omnia esse communia, tamen secundum eam naturam hominis, qualis nunc est (nimirum prauis cupiditatibus corrupta) intelligit necessariam esse ad conseruandam humani generis societatem, rerum diuisionem, quæ tamen rerum communionem in totum non abolet, sed magis sancit ac cōfirmat, quod natura quoque doceat, quo pacto per honestos contractus, res omnes inter nos communes fiant: idque decēti quadam æqualitate. Nam quę tandem ea foret rerum cōmunio, si qui ceteris potentiores sunt cupiditate æstuantes, quantum possent rerum, vi occuparent, reliquis à cōmuni rerum vsu depulsis? Denique, quid magis secundū naturam est, quàm veritas in pactis, testimoniis, ac iudiciis? Iam si Decalogum inspicias, videbis hęc totam naturę legē, haud absque decenti ordine in eo comprehēdi, vt in primis id nos facere iubeat, quod natura Deo tribuendum intelligit: deinde, quod parentibus ac magistratibus exhibendum esse iudicat. Denique, quod de iniuriarum prohibitione, coniugiis, dominiorum distinctione, ac pactorum & testimoniorū fide conseruandis sentit. Ex hac itaque lege naturæ in Decalogo exposita, omnes leges ciuiles ortas esse, dubiū non est, quas constat tanto meliores esse, quo minus ab illo naturali iudicio discedunt. Sed ad Decalogum.

Pincipio decalogus ob id ab ipso Deo tradi debuit, vt vere sciremus, quæ nā opera Deo placerent. Gentes varios cultus commentæ sunt: varia item operum genera sibi finxerunt, in quibus sibi placebant, sed ignorantes Dei iustitiam, & suam volentes constituere, iustitiæ Dei subiecti non

Collatio decalogi ad leges naturæ. Rom. i. Leges naturæ

Iure naturæ quatenus omnia cōmunia sunt.

Rerū diuisio, verū cōmunionē cōfirmat.

Decalogi series.

Omnis lex ciuilis & lege naturæ in decalogo explicata oritur sūpsit.

Cur decalogus à deo traditus.

Rom. 10. fuerunt, euanescerent in cogitationibus suis, & volentes sapientes videri, stulti facti sunt. *Roma. 1.* Quibus Israelitæ longè feliciores fuerunt, quòd per Decalogum edocti fuerūt de cultu & operibus, quæ scirēt deo placere, vt vel hinc copiosam haberent gloriandi materiam. *1. Cor. 1.* Qui annunciat (inquit Plaltes) verbum suum Iacob, iustitias & iudicia sua Israël. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. *Aug. de spiritu & litera* Et Paulus testatur Iudæis, hoc nomine iure gloriari licuisse, quod credita fuerint illis eloquia dei, quæ gloriandi materia postea Iudæis carnalibus adempta, in nos spirituales Abrahamæ filios (qui legis spiritualis, spirituales sectatores sumus) trāsflata est. *Psal. 147* Ex hoc autem capimus hunc fructum, vt non sit necesse nos esse sollicitos, quibusnam operibus Deo placere possimus. *Roma. 3.* Nā Decalogus ipse ea præscribit, quæ certo scimus Deo placere, nimirum ab eo præcepta, laudata, celebrata, & ingenti beneficiorum mercede faciendū, ea cumulata.

*Gloria I-
srael nos
translata.*

*Aliter at
que aliter
lex vetus
& lex e-
uāgelica
proditæ.*

*Legis gra-
uitas. Cur
Moses fre-
gerit tabu-
las priores.
Exod. 20.*
*Sina mōs
vnde di-
ctus.*
*Mōs Syō.
Act. 1. 2*

Roma. 4.

DEinde Deus Decalogum duabus tabulis lapideis, quas suo opere fecerat, digito suo inscripsit, ac in monte, quē populus etiam attingere prohibebatur, Moysi tradidit, vbi ignis terribilis, fumus, incendiū, fulgura ac tonitrua viscebantur, idque ob hanc causam, vt indicaret legis onus & grauitatem in lapideis Israelitarum cordibus, quæ etsi sua virtute absque adiutrice gratia non iustificaret, terreret tamē animos ac conscientias, incitarēque ad quærendum adimplendæ legis auxilium à deo. Nec aliam ob causam Moses hæc tabulas de cælo portans, fregisse videtur, quā vt ostenderet legem esse, quæ corda scinderet ac frangeret. Diuersa sane ratione proditæ est, ipso sancto die Pentecostes lex Euangelica. Tantum hoc conuenit, quòd vtroque loci sublimitas & ignis fuerit: sed illic nihil aliud erat, quā mons Sinai crassus & terrenus, quem populus discors & obmurmurās attingere prohibebatur à præcepto Sina dictus, quòd Decalogus in hoc daretur, vt præceptis coërceret rebellem populū. Hic mons Sion, qui speculum sonat, vnde despicuntur omnia terrena, vnde per fidem velut è propinquo prospectantur celestia. Et in ipso monte domus est, in qua etiam conclave, vbi Apostoli quieti vnanimesque deprecantur, expectantes celeste donum à Christo promissum. Illic ignis, fulgura, tonitrua, & cætera omnia terribilia, vt intelligas legis vim in terrendo sitam esse, vt Paulus inquit: Lex operatur. Hic

spiritus vehemens, sed alacritatem adferens, non terrorem, & ignis, qui non exurat corpora, sed mentem cæcam illuminet, voluntatēque torpentem accendat, vt iam non terrore, veluti coacta, legi collum submitrat, sed amore incitata ac dilatatata in via mandatorū dei currat eorum quæ retro sunt obliuiscens, & in anteriora se extendens. Vides quā pulchrè hisce externis signis, legis & Euangelij discrimen adumbratū, delineatūque sit.

Sunt autem duæ tabulæ Decalogi, quarum prima complectitur ea quæ deo debemus, & quibus propriè cum deo, agimus, hoc est verum dei cultum, tam internū quā externum. Secūda docet, quales esse debeamus erga proximū. Quāquam hoc sciendum ac retinēdum est, secūdam tabulam è priore manare, sic vt opera secundæ tabulæ sine prioris operibus verè fieri nequaquam possint. Nam tum demū proximus rectè diligitur, si non propriæ vtilitatis aut alterius cuiuscunque rei contemplatione, sed tantum propter deum diligatur, hoc est, propterea quia deus, cui credimus & toto corde adhaeremus, præcepit ac voluit, vt proximū tanquam fratrem ac viscera nostra complectamur. Origenes, què Hieronymus sequitur, primæ tabulæ quatuor præcepta tribuit, ex primo duo faciens, in quorum primo spiritalem, in altero crassam illam & externam idololatriam prohiberi dicit, vt primum sit, Non habebis deos alienos corā me. Alterum, Nō facies tibi sculpsile. In secundam tabulam sex retulit, duo vltima præcepta, de non concupiscendo vxorem, & res proximi connectens. At Augustinus, & ferè quotquot Augustinum sequuti sunt, primæ tabulæ tria præcepta, secundæ septem tribuerunt: qui primum mandatum de vitanda idololatria siue spirituali, siue corporali, vnum faciunt. Postrema verò præcepta, quæ sunt de non concupiscendo vel vxorem vel res proximi, in duo secant, quorum sententiam ecclesiæ magis placuisse constat, vel ob id quod magis ad mysterium sanctæ Trinitatis respiciat, vt primum mandatum ad patrem referatur, secundum ad filium (qui propriè nomen & verbū dei, non creatura est) tertium ad spiritum sanctū, quo in nobis operāte, sabbatizamus, & ab omnibus seruilibus, hoc est nostris operibus, quæ, caro sine spiritu gignit, quiescimus ac nos continemus. Oritur autem Deus Decalogū, hoc præmio præmissio.

*Psal. 118.
Philip. 2.*

*Dua ta-
bula De-
calogi.*

*Quomodo
proximus
diligendus
Origenes.
Hierony.*

*Aug. li.
2. q. super
Exodum.*

*August.
Ibidem.*

Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, & de domo seruitutis.

Modus cognoscendi Deū præscribitur. Maiestas. Bonitas. **H**oc præmio, seu (si malis) primi præcepti exordio, Deus formam sui cognoscendi præscribit, ac pleraque insinuat, quæ ad ferendam legis reuerentiã & obseruationem plurimũ faciunt. In primis quũ maiestatem, tũ bonitatem suam proponit, quæ in legislatore coniuncta esse oportet, vt maiestas legibus autoritatem, bonitas amorẽ faciendam legis apud subiectos, cõciliet, qui tum facile obtemperat, quum persuasum habent, leges in suum commodum & cõmune bonum latas esse, quanuis interim hoc præmio De⁹ in primis fidem in nobis formet seu excitet. Dominum ergo & Deum se nuncupat, vt priori nomine maiestatem suã insinuat, altero bonitatem suam proponat, idq; nõ sine emphasi pronominis, ego, inquit, & non alius. Ego, inquã, solus sum dominus, hoc est non vt cæteri, qui vulgari more domini dicuntur, sed verè sum dominus, à quo sunt omnia, per quem *Roma. 11.* omnia, in quo omnia, cuius est orbis terræ & plenitudo eius, *Psal. 23.* quem omnia obseruant, timere ac venerantur, omnipotens & omnipotens, ac faciens omnia secundũ beneplacitum voluntatis meæ. Ego, inquam, sum solus rex regum & dominus domino antiũ, & non est alius præter me. In cuius manu est mors *Nomen tetragrammaton ineffabile.* & vita, salus & interitus. Huc respicit nomen illud apud Hebræos ineffabile Tetragrammaton, quod quatuor literis scribitur, quæ sonari non possint. Deductum tamen nomen ab essendo, seu à quo nomen, esse, deriuatur. Et profectò non est alia vox, quæ propius accedat ad exprimendam naturã diuinam. Nam solus Deus verè est, qui incommutabiliter est sine tẽpore, qui est ipsum esse, & à quo venit omnibus rebus conditis, vt sint aliquo modo. Sic Exodi 3. legimus: Ego sum, qui sum: &, Qui est, misit me ad vos. Ex quo id nobis discendum est, hoc primum esse in cognitione Dei, vt sciamus siue cognoscamus esse, qui natura est, qui ipse est, & à nullo accipit *Genes. 1.* vt sit, atque perpetuò est. Vnde liquido colligimus, omnia, *Act. 17.* quæcũque videmus & nõ videmus, non à se, sed à Deo esse & constare qui omnibus esse tribuit, atq; ita tribuit, vt nulla ratione esse, nullòq; momẽto cõsistere possint, nisi Deus serua *Esai. 40.* ret, sustineret, ac regeret. Quis, inquit Esaias, mensus est pu-

gillo aquas, & cœlos palmo ponderauit? Quis appèdit tribus digitis molem terræ? atque hæc contẽplantibus satis perpiscuum euadit, quid sibi velint hæc verba, Ego sum Dominus: quæ piè intellecta, iustum Dei timorem ac metũ nobis ingerant, quẽ nos mortales seruos atque ad eò misellam creaturas erga æternum dominũ omnipotentissimũque creatorem ac seruatorem omnium rerũ habere oportet, vt supra hũc dominũ excelssimũ nihil timeamus, metuamus, adoremus ac colamus, quemadmodũ scriptum est in Deuter. Dominũ Deum tuũ timebis, & illi soli seruias. Dominus relatiuũ est. Dicitur enim dominus serui dominus. Domino ergo dominorum summa seruitutis debetur, atque eò etiã spectat, quod in Euangelio dicitur: Nemo potest duobus dominis seruire. Item, Non potestis Deo seruire & Mammonæ. Vnde facile colligit, quòd omnino Deo magis obediendũ sit, quàm hominibus, tum scilicet, quum diuersa à Dei instituto præcipiunt. Si quidem non habent homines potestatem, qua domini dicuntur, nisi desuper concessã, qua si in domini dominorum contumeliã abutantur, quis non videt eos audiendos non esse, sed fortiter contẽnendos? quemadmodum Christus docet: Nolite, inquit, timere eos, qui occidunt corpus, animã autẽ occidere non possunt, sed potius timete eum (nimirum dominum illum dominorum) qui & corpus, & animam mittere potest in gehennam. Hunc, inquit, ac repetit, timeat. Ergo si in quocunq; discrimen venerimus, ac fatanas, veluti nactus occasionem vel ipse, vel per suos ministros titulo dominationis id agere incipiat, vt nos à præscripto diuinæ legis dimoueat, tum protinus exẽplo Christi gladius spiritus nobis accipiendus est, hoc est verbum dei, quo retundamus hostem dicentes: Vade post me fatana, dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruias.

Hebrei ad obumbrandam ineffabilem hanc dei maiestatem, ac summam, æternãq; dominationẽ variis nominibus vsi sunt, quibus latinè redditus, nos deũ appellamus. Deum virtutum, dominũ exercitum, omnipotentẽ, conditorem cœli & terræ, regem gloriæ, regẽ regũ, dominũ dominantium, cuius maiestate pleni sunt cœli & terra. Atq; hæc tenus de domini nomine dixisse suffecerit.

Iam quum Legislator noster maiestatem suam hisce verbis (Ego sum dominus) insinuasset, quæ nobis dei timorẽ in-

Ego sum dominus.

Qualiter Deus timendus.

Deut. 6.

Dominus.

Mat. 6.

Acto. 5.

Deo oportet plus obedire,

quàm hominibus.

Ioan. 19.

Homines

quatenus

domini.

Mat. 10.

Mat. 4.

Plurima

dei nomi-

na apud

Hebræos.

Deus.

Alij dicunt derivari a τὸν θεὸν ὁμοῖον, quod spectet omnia & timeatur à cunctis, vi de Ambro. libr. 1. de fide. Ambro. in hymno. 1. 1. et. 2. Rom. 1. Act. 17. Tuus. Patrum pietas. Suus. Noster. Gloria, laus nostra. Parochorum. Rom. 12. Tuus.

curit, statim & Deū se appellat, vt ad amorem quoq; sui nos prouocet. Nam Deī nomen ad beneficentiam refertur, quòd nos à Græcis mutuauimus. Apud Græcos enim θεὸς dicitur, ὁμοῖον, hoc est à currēdo, quòd ubiq; dū opus est accurrat, adfit, opemq; ferat, quam vocabuli proprietatē nos Germani sequuti, Deum, Got, appellamus, nimirū à bonitate. Ergo quum audis, Ego sum Deus, nihil aliud dici existimabis, quā ego (vt sum omnipotens rerū omnīū conditor ac dominus) ita sum omnibonus omnis boni fons ac largitor, rerū tenax vigor, vita, lux, robur, & firmamentū: Breuiter, saluator & deus totius cōsolationis vndiq; expositus, beneuolus, mitis, largus, liberalis, exorabilis, ac suprā quā dicitur aut excogitari potest, misericors, clemēs ac beneficus, cuius bonitas in omnīū creaturā cōditione & cōseruatione relucet. Denique isum qui potissimū gaudeā homines huius bonitatis meę vndique expositā, quoad fieri potest, effici participes, semper ad opitulandū accinctus, ad succurrēdum prōptus, cuius deliciae sunt esse cum filiis hominū, hoc est qui cupiā ab omnibus apprehēdi, teneri & possideri, qui velim vt omnes me fruantur, in me aternā vitam ac fœlicitatē habituri, atque hoc est quod pronomē, Tuus, hic subiectū denotat. Quā autem sese exerceuerint patres ac sancti Dei homines in diuinæ bonitatis cōtēplatione, varia illa nomina, quæ ex interna fide ab effectu, operatione & virtute ei imposuerūt, satis declarāt, appellātes scilicet Deū, robur, petram, rupem, scutū, clypeū, cornu salutis, propugnatorem, ereptorē, exaltationē: breuiter, Deū suum, Deum nostrū, gloriam & laudem suam, quòd sic apud se de Deo sentirent, imò quòd intra se reipsa per fidem iā experti essent, Deum ipsū reuera eis hæc omnia esse.

Quamobrem vt eadē fides omniū mentibus inseratur, Parochi diligentes esse debent, in crudiendo populū, quid Deus sibi hisce verbis velit, Ego sum dominus Deus tuus, nēpe ego sum, qui omnia condidi, in cuius manu sunt omnia, Creator, seruator & gubernator tuus, qui vt te cōdidi, ita te guberno, à malis, à peccatis, à damnatione libero ac redimo, ac infinitis beneficiis cumulo, ne scilicet tuæ prudentiæ, tuis viribus, tuæ iustitiæ, hæc accepta feras, sed tantū mihi. Tuus inquā, dominus ac Deus sum, totus in tuam fœlicitatē profusus, qui tecū in omni cursu vitæ versor, qui de te sollicitus sum, qui & possim & veli te fœlicissimè regere. Hac

doctrina prouocatur animus ad fidem, quæ vt est initiū salutis nostræ: ita in omnibus cogitationibus, verbis & factis primas partes tenere debet, quæ cor purificat, ac facit vt omnia munda mundis sint, qua sine, quicquid sit, Apostolus peccatū esse pronūtiat. Hanc castus timor & suauis dei amor comitatur, quæ omnia primum præceptum docet ac complectitur. Nempē vt agnoscamus vnum deum, illi fidamus, illū timeamus ac amemus, vnde cætera omnia planè dependent.

Fides in deum debet tenere primas partes in omni opere. Tit. 1. Rom. 14. Castus timor. Amor.

Qui eduxi te de terra Aegypti, & de domo seruitutis.

Modum se cognoscendi addit deus. Nam quum deus quod ad essentiam suam attinet, incōprehensibilis ac inuisibilis sit, sicut scriptū est: Nō videbit me homo, & viuēt. Et iterū: deū nemo vidit vnquam: necesse erat vt certum opus ac testimonium adderetur, quo veluti à posteriori apprehēdi posset, ne quis hæsitaret quinā is deus esset, qui se mandatis istis colendum præcepisset, quasi dicat: Is ego sum verus ille deus, qui hoc spectatissimum opus peregi, qui te populum meum ex Aegypto mirabiliter eduxi, idq; tā manifestis verbis & signis, quæ vidisti, vt negare non possis hæc me authore facta fuisse, & hunc qui fecit verum deum esse. Eatenus enim, nēpe per euidētia verba ac signa, deus alioqui inuisibilis agnoscitur, atque ita conciliantur scripturæ, quæ alibi deū videri negant, alibi Iacob & Mosi facie ad faciem visum esse perhibent. Ergo quum Moses de utero. 5. dixisset: Nullam speciem dei vidiisti: citra vllam repugnantiam addidit, facie ad faciem loquutus est vobiscum in monte de medio ignis. Deinde deus hoc opus & testimonium adiecit, vt intelligeres id verum esse quod dixerat, nempē se esse dominum deum tuū, id est te regētem, gubernantem, asserentem, redimentem, respicientem, curantem, & saluantem. Insignis enim dei potentia simul & bonitas declarata sunt ab nunquā satis admirando opere educationis filiorū Israël de Aegypto. In quo Moses & prophetæ omnes dei maiestatem, magnificentiam, bonitatem erga populum suum illustratam vbiq; deprædicant ac collaudant. Atque interim hinc etiā discimus non tantum iustū ac æquum esse, sed nostra etiam quā plurimum referre, vt legibus tam potentis domini ac clementis

Modus cognoscendi dei ab asserentibus. Exo. 33. Ioan. 1. Verbis ac signis agnoscitur Deus. Ioan. 1. Gen. 32. Exod. 33. Deut. 5. P sal. 14. 113. Nostra plurimum referit, vt legibus dei obtereplere.

Dei (qui non sibi, sed nobis cōsulere voluerit) ex animo obtemperemus, mēte cōplectentes, quantā semper populo suo benignitatem exhibuerit, contra quantam seueritatē in aduersarios, suis præceptis ac iussis repugnantes ostenderit.

PRIMUM PRÆCEPTVM.

Non habetis deos alienos coram me : Non facies tibi sculpsile, neque omnem similitudinem, quæ est in cælo desuper ac quæ est in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis, sub terra, non adorabis ea, neque coles.

Præcepta negatiue tradita, & cur. præcepta prohibent quæcūque ex nobis, itaque ex nobis faciunt.

Hic in plurimis animaduertendum est præcepta maxima ex parte negatiue esse tradita. Quod qua ratione factū sit, nemo non videt. Si quidē quum deus hominē rectū ac bonū condiderit, ac lumen illud naturæ menti diuinitus infuerit, sua quidem natura malum abhorrens, ac bonū veluti cognatum sibi agnosens ac amplectens, id verò lumen non multo post fuerit obtenebrarum, ob id scilicet, quòd homo diabolum ac seipsum magis sequi maluisset quàm deū, quem tamen solū meritò in se operari permisisset, à suis adinventionibus abstinēs. Consequens erat, vt homo ignorantia tenebris obtectus, prohibendo ac vetando doceretur, in quantū à lege illa in corde diuinitus scripta recessisset, vt quæ vel sic instrueretur ac doceretur sese rursus à suis adinventionibus abstinere: Dei vero instinctum, vocationem ac voluntatem omnino sequi oportere. Et tamen in hoc etiam natura sermonis consideranda est. Nam oratio negatiua è regione affirmatiuam requirit: Sic vt qui prohibet, contrarium eius præcepisse videatur. Debet itaque in singulari istis præceptis non solum id attendi, quid prohibeatur, sed etiam quid à contrario deus (etsi non expressis verbis) requirat. Hoc autem tradendi ac docendi ordine vtetur, vt in primis verborum vim, & quid singula præcepta à nobis requirant, explicemus. Deinde, quibusnam modis in singula peccetur, quàm poteri mus breuiter ac dilucidè tradamus.

Negatiua è regione requirit affirmatiuam.

Quid sit prohiberi deos alienos.

Avd is itaque in hoc primo præcepto prohiberi deos alienos. Ex quo intelligis præter vnū ac verum deū, alios

quoque esse, siue in cælo, siue in terra, qui dicantur dij, longe tamē alia ratione, quàm ille vnus viuus & verus Deus qui de seipso dixit: Videte quòd ego sum solus, & non sit alius præter me. In Exodo legis, Dei nomē translatum ad Moſen. Sic enim ad Moſen legitur deus dixisse: Ecce cōstitui te deū Pharaoni. Et scriptura deos publica dignitate præcellētes appellat, quemadmodum Exodi. 22. scribitur: Diis non detrahes, & principi populi non maledices. Rursus Psal. 81. scribitur: Ego dixi, Dij estis, & filij excelsi omnes, quem locum in Euangelio dominus aperuit prophetas cōpetere, dum depellit blasphemia crimē, quòd Deum patrem appellans, significasset se esse filiū Dei. Similiter & angeli dicuntur dij, vt in Psal. 8. Minuisti eū paulominus ab angelis, quòd ibi hebraicè sit Eloim, vnū ex cognomentis dei, etsi vox numeri sit accipitis. Quin Paulus satanam deum appellat huius seculi. Et idola quoque hoc nomine intelligūt. Gene. 31. Vbi narratur Rachel furata deos patris sui, haud dubiū, quin idola. Quid ergo inquis? Num hoc præcepto deus, ne dij nomenclentur, aut habeantur, prohibet, quos scriptura deos nominat? Non quidem. Sed sic prohibet Deos, ne (coram se) dij habeantur, id est ne sibi equetur, neue quæ sibi peculiaria sunt, veluti, omnipotentia, sapiētia ac bonitas, aliis quàm sibi soli, veluti aethori tribuatur. Rursus, ne honos sibi debitus aliis reddatur, Alioquin nihil vetat alios, deos quoq; vocari, non suapte quidē natura, sed clementia dei. Dij (vt Origenes ait) dicti sunt, quasi à deo dati domini, quasi à domino potestatem sortiti, non autem impropiam gloriam, sed Dei, & subiectorum vsus & commoditatem. Atque hinc descendit, quòd deū nostrum, Deum deorū, ac dominum dominorū vocamus, quem nō appellaremus hoc nomine, nisi essent & alij dicti dij. Verum (vt diuus Paulus ait) etsi sunt qui dicantur dij, siue in cælo, siue in terra, siquidem sunt dij multi, & domini multi, nobis tamen Christianis vnus deus pater, ex quo omnia, & nos in illo, & vnus dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum: hunc enim solū nos agnoscimus, cui soli, quæ Dei propria sunt, tribuimus, scientes quòd nihil est idolū in mundo, & nullus est deus, nisi vnus, cui soli nos fidere, in quē sperare, quem denique super omnia amare oportet. Carterū & aliud insinuant hæc verba, Coram me, nimirū deum vbi-quoque esse præsentem, hoc itaque dicens admonet, vt in omni

Dent. 32. Dei nomē translātū ad Moſen Exod. 7. Principes. Prophetæ. dij. Ioan. 10. Angeli dei. Psal. 8. Eloim. Satanas deushuius seculi. Idola dij gentium. Dilutio. Corā me. Dij domini. Origen. Deus nominus. Dominus dominorū. dij multi. 1. Cor. 8. Nobis deus vnus. Ad solū deū omni tēpore recurrēdn.

Loco atque omni tēpore, eius solius gloriæ studeamus & ab eo toti pendeamus, nobis persuasum habētes, eū ubique esse præsentem & opitulante, ne quis putet ad alios quoq; deos (quasi non ubique ille præsens sit) recurrēdum esse. Vis ergo huius præcepti est, vt in vnum verum deū credamus, in eum omni fiducia nos proripiamus, eū super omnia timeamus ac diligamus. Vt summam dicamus: Hęc lex fidē, sp̄s, & charitatē requirit, quemadmodū innumeræ sententiæ in scripturis, quæ sunt primi præcepti enarrationes, ab eūdē declarat. Et in primis eæ quæ in Deuteronomio recensentur. veluti: deū tuū timebis & illi soli seruiēs, vbi timorē ac fiduciā erga deū summam postulat. Rursus, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota mente tua, & ex omnibus viribus tuis, vel vt alibi legimus, ex tota fortitudine & virtute tua: hoc est vt quantū animo, intellectu, voluntate consequi possumus, Deum diligamus: breuiter, vt omnem affectum, ac omnes tam animi quā corporis vires, ad amandum, honorandum, colendū Deum, ad obtemperandum, obsequendum, ac obediendum ei conuertamus. Atque hoc est illud primum ac magnum mandatū in lege, quod quā perfectam obedientiam erga Deum requirat, ac omnes carnales affectus ac motus ei repugnantes damnet, tantum ac tā magnum est, vt quamdiu sumus in hac carne peccati nemo dicere possit, se hoc præceptum perfecte adimpleuisse, ad implēdum tandem in cœlesti patria, quum charitas nostra perficietur, & quod ex parte est, euacuabitur. 1. Corinth. 13.

Primum & magnum mandatū in lege. Aug. de Spiritu & lite. c. 36.

Prima præcepti particula spiritalē idolatriā prohibet. Peccat in hoc præceptum. Ezech. 28. Psal. 10.

Diximus autem superior primā huius præcepti particulam idolatriam spirituales prohibere, & ad affectus internos propriē referri, ne scilicet, quid amemus aut formidem⁹, aut cuius etiā creaturæ fidamus supra deū: Quē admodū & Salomon in Prouerbiis hanc legē interpretatur. Ergo peccant in hanc legem, qui in potentia sua, in curribus & equis gloriantur, qualis erat princeps Tyri, cui per propheta Ezechielem dominus ait: Eleuatum est cor tuum, & dixisti, Deus ego sum, & in cathedra dei sedi in corde maris, quī sis homo & non deus, & dedisti cor tuum, quasi cor dei. Tales notat Psaltes, quum ait: Hi in curribus, hi in equis, nos autem in nomine dei nostri inuocabimus.

Rursus in hoc præceptum peccant, qui principum fauorem dei amorī præponunt, ac deum huius seculi ma-

gnatibus posthabent, de quibus scriptum est: Maledictus omnis qui confidit in homine. Atque huc respicit tam acris scripturæ comminatio, quum inquit: Nolite confidere in principibus, in filiis hominū, in quibus nō est salus. Ad hęc, qui sibi in sua sapientia seu prudentia placent, hic impingunt, de quibus dictū est: Perdam sapientiam sapientū, & prudentiā prudentū reprobabo. Qui in fortitudine & virtute sua confidit, & in multitudine diuitiarum suarū gloriatur. De quibus scriptus est Psalmus quadragesimus octauus. Et Paulus auaritiā simulachrorū seruitutē appellat, Coloss. 3. Qui voluptatibus plus quā pietati student. De quibus scriptura ait, quod tanquam iumenta in suo stercore peribūt. De quibus & Paulus ad Philip. 3. dixit, quorū Deus venter, & gloria in confusione eorum. Qui ita liberū iactant arbitriū, vt obliuiscantur omnia se gratiā debere, hoc est qui citra Christi meritum & gratiam propriis operibus iustos se ac saluos futuros putāt, quales sunt Iudæi, de quibus dictū est, quod volentes suā iustitiā cōstituere, iustitię dei nō sunt subiecti. Atque ad eōdē crimen ad idolatriā spirituales pertinere potest, quod qui criminaliter peccat, magis in creaturam quā in Deū affectus sit. Sic qui in gratiam vxoris offendit Deum, Deū abnegauit & vxorē pro Deo coluit. Qui in gratiam regis spoliat pupillos immeritos, aut aliud simile crimen admittit, principē pro Deo colit. Blandiantur enim tales sibi quantum velint, recitent hoc præceptum millies, ore profiterentes Deum, Paulus illis reclamationem facit, dicens: Factus negant.

Psal. 145.

Esa. 29.

1. Cor. 1.

Aug. de Spiritu & litera. Iudæi.

Rom. 10.

Omne crimen pertinet ad idolatriam spirituales. Mat. 10.

Lucæ 14.

Tit. 1.

Inter omnes conuenit sancto rī memoria Dei opera in illis exhibita celebremus. Quemadmodū scriptura ubiq; facit, ac deū in sanctis suis laudari vult. Deinde, vt fidē etiam sanctorū (qua vicerūt regna, operati sunt iustitiā, adepti sunt repromissiones) suspiciamus. Ipsosq; iulitiam perpetuos filios dei, fratres & cohæredes Christi, ac tēpla Spiritus sancti honoremus: nā planē superbus atque etiā impius est, qui quos honorificat pater cœlestis, secundū Christi testimoniū, Ioā. 12. honorare recuset, atq; ad eōdē vilipendat. Denique, vt imitatione sanctioris vitę, sanctos colamus, quæ honoris species nō est minima, vt scilicet sim⁹ imitatores illorum, sicut & ipsi Christi. Adaugent certe sanctorū vitę no-

Hic incidit locus de inuocatione sanctorū. Iam dudum inter omnes conuenit sanctorum memoriā reuerenter colendā, idq; triplici potissimum ratione. Primū, vt eximia Dei opera in illis exhibita celebremus. Quemadmodū scriptura ubiq; facit, ac deū in sanctis suis laudari vult. Deinde, vt fidē etiam sanctorū (qua vicerūt regna, operati sunt iustitiā, adepti sunt repromissiones) suspiciamus. Ipsosq; iulitiam perpetuos filios dei, fratres & cohæredes Christi, ac tēpla Spiritus sancti honoremus: nā planē superbus atque etiā impius est, qui quos honorificat pater cœlestis, secundū Christi testimoniū, Ioā. 12. honorare recuset, atq; ad eōdē vilipendat. Denique, vt imitatione sanctioris vitę, sanctos colamus, quæ honoris species nō est minima, vt scilicet sim⁹ imitatores illorum, sicut & ipsi Christi. Adaugent certe sanctorū vitę no-

1. Cor. 11.

Bernar. in sermo. de omnibus sanctis. bis fiducia assequēdi brauij, quod currēdo appetimus. Addūt operandi alacritatem, quōd quæ illos per Christum iram affecutos intelligimus, eodem auctore nos affecuturos nō dubitemus. Huc spectant egregiæ illæ sanctorum veteris legis laudes apud Iesum filiū Syrach, apud Paulum quoque in epistola ad Hebræos. Nam is vbi sanctos ex fide admodum cōmendasset, subiicit: Idēoque & nos tantam habentes impostam nubem testium, deponentes omne pondus, & circumstās nos peccatum, per patientiam curramus ad propositū nobis certamen, aspicientes in auctorem fidei, & consummatorem Iesum. At, hoc vertunt nouatores in dubium, Num inuocatio sanctorum hoc præcepto prohibeatur, & vt non veretur, num pia ac vtilis sit. Hic multis verbis non est opus, quōd piis & non contentiosis in hac re paucis satisfieri possit. Verbum, inuocare, si propriè & secundum magis communē scripturæ intellectū accipias, nimirum pro eo, quod est aliquē, tanquam suæ salutis primum ac solum auctore appellare, & pro ope aut auxilio, suā virtute impartitō interpellare: Si, inquam, sic accipias vocabulum, constat sanctos inuocandos nō esse, ne quod solius Dei est, sanctis tribuere, qui sanè hoc inuocandi genus nequaquā agnoscunt, veluti nostri conserui, vnum eundēque deum nobiscum adorātes, illius bonitati quicquid est boni operis, auxilij, salutis, fœlicitatis, veluti summo auctori nobiscum tribuentes. Quamobrem in Apo. legimus, Ioannem ab eiusmodi inuocatione & adoratione ab angelo prohibitū esse. Sic Petrus in Actis Cornelij prociudentem ad pedes eius increpauit & eleuauit, dicens: Surge, & ego ipse homo sum: & Iudæos stupētes de sanato & erecto claudō instruēs: Viri, inquit, Israëlitæ, quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute aut potestate, fecerimus hunc ambulare? Deus Abraham, & Deus Isaac, & deus Iacob, & deus patrum nostrorum glorificauit filium suū Iesum. Et post pauca: Et in fide nominis eius hunc quæ vos vidistis & nostris confirmauit nomen eius, & fides quæ per eū est, dedit integram sanitatē istam in conspectu omnium vestrum. Sic Paulus & Barnabas Listrios, eis immolare festinātes, grauis sinē increpauerunt, cōsciscis etiam tunicis exiliētes in turbas, clamātes & dicētes: Viri, quid hic facitis, & nos mortales sumus, similes vobis homines, annūtiātes vobis ab his vanis conuerti ad Deum viuum, qui fecit cælum & terrā

& mare & omnia quæ in eis sunt? Solus itaq; Deus ad hanc rationem inuocandus est, tanquā auctor omnis salutis nostræ, vnicum refugium, & virtus adiutor in tribulationibus, opitulator in aduersis, qui solus suā virtute, & non alius præter eum nos saluat ac protegit, qui occidit & viuere facit, percutit & sanat. De quo Iob dixit: Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit, ita factum est.

Verum si verbū inuocare latè, & propemodū impropiè accipias, p eo, quod est simpliciter interpellare, seu ministeriū alicuius aut officij expetere, certe hac ratione non videmus, quorū quispiam impium esse putet inuocare sanctos, veluti nostra membra ac fratres, multi iam meriti ac fauoris apud Deum, eo sine vt Deum pro nobis (cuius optatissima fruuntur præsentia) rogent & implorent, quos is scilicet nobis laborantibus, suā, non ipsorum sanctorum virtute opem adferat salutarem. Quemadmodum Apostoli Christū pro muliere Chanaanā deprecabantur, dicētes: Dimitte eā, quia clamat post nos. Quod Theophylactus non inscitè ad sanctorū implorationē accommodat. Et cum ad hanc rationē, quis non absurdè dicatur opē medici inuocare, tanquam ministri Dei, per quā Deus velit iuuare, quid prohibet, quominus fratres iā in Christo viuētes interellemus, vt ij salutem dominū pro nobis exorent, ad adiuuandū nos? Afa rex cum ærotasset dolore pedū vehementissimo, non ob id reprehenditur, quia medicum accerserat, quod alibi scriptura dicat. Honora medicum, propter necessitatē enim creauit eū Deus. Sed quia in arte medicorū magis confisus est, & quia dominum non quæsierat, quod erat ante omnia faciendū, fiducia quod absque domino ne tantillū quidem, omnis medicorū ars, taceam natura, valeat, sicut scriptum est: Nunquid medici suscitabunt & confitebuntur tibi? Sola ergo fiducia principaliter in Deū, veluti salutis auctorem, hoc præcepto ponenda accipitur. Non prohibetur autem quod minus sanctorū precibus apud deum adiuuari desideremus. Quōd si re acutius perpendamus, tota contentio (modò absit superstitione) in verbis tantū sita est. Conuenit enim & absque controuersia est, Sanctos qui in domino obdormierūt, sedulo & cōtinuè orare pro nobis, veluti vnus eiusdēque corporis membra, qui nostram salutem, sine quibus consummandi non sunt, expectant & desiderant. Alioqui articulus de sanctorum commu-

*Psal. 45.
Deut. 32.*

Iob 1.

*Mat. 15.
Theophy-
lactus ibi
dem in
Matth.*

1. Par. 16

*Ecc. 38.
Psal. 87.*

*Fiducia
principaliter in solū
Deū collo-
canda.*

*Conuenit
sanctos pro
nobis in
cælo assi-
due orare.
Hebr. 11.
Cōmunio
sanctorū.*

*Aug. de
cura pro
mortuis
gerenda.*

*In cultu
sanctorū
hoc tantū
spectatur
vt interio
sit pia.*

*Psal. 16.
Cum san
ctos nomi
natim ap
pellamus
mutua.*

*charitatis
affectum
exprimi
m. Elie.
cōtra Vi
gilātium.*

*Vnus me
diator re
dēptionis
& salutis
christus.*

1. Tim. 4.

*Acto. 4.
Moses me
diator.*

Dente. 5.

Galat. 3.

Iudic. 5.

4. Reg. 13.

Neho. 9.

nione symbolo fidei eximendus erit, aut ecclesia triumphās à militate rescindēda, quòd planè Christianę aures abhorrēt. Tam quid prohibet, vt quos sedulo pro nobis Deum deprecari scimus, eorum etiam precibus concedi petamus, vt in omnibus diuinę protectionis muniamur auxilio: Certè nō poterit nobis fructus cōmunionis sanctorū ecclesię triūphantis applicari, quēadmodum nec alia quę symbolo continentur, nisi per fidem, quę piis votis ac desideris excitanda est. Ergo et si nihil sanctis hinc accedat, q̄ eos interpellamus, vt Deum pro nobis deprecētur, tamē eo ipso fidē cōmunionis sanctorū in nobis excitamus, vt quod illi pro nobis alsiidū faciunt, nobis etiā applicetur & salutare sit, quēadmodum Augustinus alibi dicit: Non contēnendū esse affectum moriētis, qui desiderarēt, post obitū corpus suū in basilicam martyris poni, siquidem is crediderit animā suā martyris precibus adiuuari. Hoc enim (vt subdit) q̄ ita credidit, supplicatio quēdam fuit, & hæc profuit, si quid profuit. Non respuit igitur ecclesia quicquid circa dei iniuriā sit, quo fides in nobis excitatur veluti cum sancti nos, tanquam patronis post Christū apud dominum adiuuandos orando commendamus. Deus enim cordis inspector est, & voti pietatem examinat, non structurā verborū. Nam quid refert apud Deum, siue dicamus: Scimus ō Deus, sanctum Petrum orare pro nobis: eius itaque precibus cōcede, vt nos tuę protectionis auxilio muniamur, quā si dicamus: Sancte Petre ora pro nobis, nisi quòd tantū ad nos attinet, cum sanctos nominatim appellamus, non solū fidem, sed etiā mutua charitatis affectū exprimimus, persuasum habentes Apostolos & martyres, qui adhuc in corpore constituti, & voluerunt & potuerunt pro cæteris orare, nunc tanto magis pro nobis esse sollicitos, quanto post coronas, victorias, & triumphos nos ardentiori charitate cōplectuntur. Agnoscit ecclesia vnum mediatorē redēptionis & salutis nostrę opificem Christū Iesum. Nec est enim aliud nomen sub cœlo, in quo oportet saluari, & tamen nō refugit Scriptura. Mosen vocare sequestrum, atque ad eò mediatorē inter deū & Israëlitas. Non quidem quòd propria virtute salutē attulerit, sed qui tantū fuerit intercessor. Sic legis Deum suscitasse Israëlitis saluatorem Othonielem. Et alibi: Deum dedisse illis saluatores, qui saluauerunt eos. Quę tamen idcirco dicta nō velimus, vt illo modo probare videamur, si quid in

sanctorum interpellatione hætenus superstitiosus est actū. Forfan eò deuentū est, vt nobis peculiare quosdā ex sanctis delegerimus, quos auxiliores appellauim⁹, quos & vt adiuuerent, & opem ferrent, implorauimus. Sed vtinam defuisset verbis superstitiosus affectus, quod totū situm erat in parochis, qui populum docere debebant, sanctos non aliter adiuuare nos, nisi intercessione apud Deum. Non autē quod ipsi salutem sua virtute dilargiantur, sed quòd opem nobis à deo impetrent, quemadmodum diuus Paulus, non sine magno serio sanctorum etiam viuentium orationibus se cōmendat: Obsecro, inquit, vos fratres per dominū nostrū Iesum Christum, & per charitatē sancti Spiritus, vt adiuuetis me in orationibus vestris pro me ad Deum. Irrepsit, fatemur, pastor dormitantiū incuria error in ecclesiā, quo vulgus verę pietatis non satis intelligens, singulorum morborum curā singulis sanctis assignauit. Vel quòd in Euangelio scriptum intelligeret Christum ad preces cuiuspiam ab Apostolis morbum quempiam depulisse, veluti quòd ad Petri preces rogātis pro socru sua magna febris laborante, Dominus febrē increpauerit, & pristinae sanitati socrum Petri restituerit. Vel quòd sanctos, cum adhuc in hac vita superstitiosos essent, quosdam morbos in nomine Iesu curasse, vel quòd ad sanctorum reliquias, siue memorias ad fidelium preces certas quasdā infirmitates ablatas acceperit, veluti quòd refertur Constantiā Constantini Augusti filiam virginem, scedis vulneribus obfessam, ita vt à capite vsque ad pedes, nulla membrorū pars libera remanserit, precibus fuis fuisse sanata: vel quòd audiatur ecclesiā ea supplicia recolare, quę sanctis pro Christi nominis gloria sunt perpepsi, quorū suppliciorū similibus morbis vulgus vexatur. Hinc enim malè edocta ac persuasa plebs cæco iudicio collegit, scripturam ipsis sanctis curam certorū morborum peculiariter asseribere, seu quosdā sanctos sanandi morbos potestatem peculiariter obtinere, quòd à pietate & ecclesię sententia ac supplicationis vsu est alienū. Interim tamen nō abhorret ecclesia fidei & spei in deum excitandę gratia, subinde admonere dominum eorū miraculorū, quæ ad suorum sanctorū intercessionem in morbis depellendis ostendit, veluti cum orat, vt quemadmodū dominus ad Petri fideles preces socrum eius sanitati restituit, ita nunc quoque intercessione beati Petri infirmos à febrīū paroxifinis & ar-

*Supersti
tio in pec
catorū in
uocatione
non proba
tur.*

*Sancti nō
aliter au
xiliantur,
quā in
tercedēdo.*

*Reprehen
ditur su
perstitio,
qua cura
singulorū
morborū*

*principali
ter singu
lis sanctis
tributa est*

Mar. 1.

Luca 4.

*Pie ora
mus domi
nū vt quē
admodum*

*olim ad
preces san
ctorū quos
dam mor
bos pepulit*

*ita & cos
dem nunc*

pellat.

doribus liberare dignetur: vbi spes sanitatis cōsequenda, nō in Petrum, sed in Christum conicitur, idque fide, per recodationem facti miraculi ad Petri preces excitata. Sic in historia Agnetis legis, Constantiam, Agnetē virginem, precibus pulsasse, non vt illa vulneribus eius mederetur, sed vt pro se ad Christum, suū sponsum intercederet. Subinde legis ipsam Agnetam, Constantia repentina somni suauitate correptā respondisse, Constantier age Constantia, & crede in dominū Iesum, per quem modō consequeris omnium vulnere, quē in corpore tuo pateris sanitatem, vbi Agnes non sibi, sed Iesu donū sanitatis apertē tribuit. Sic cum oramus, vt quē ad modum deus animum Apollonia virginis confirmauit, ne percussione dentium a fide Christi excideret, ita & nos, cum dentium dolore vexamur, patientes faciat ac corroboret, tū non assignamus Apolloniae dentiū medelam, sed prouocamus in nos dei misericordiā, quā exhibuit in Apollonia. Hic itaque vigilandū est parochis, vt plebem a superstitione contineant, & ad pietatē reuocent, quod fecerint si populum docuerint, vt Deo tanquam omnis boni, ac salutis tam spiritalis quā corporalis authori, suas preces offerat, sanctis vero nō aliter, quā intercessoribus, coniecta interim omni cura in solum deum, quem ad modum Petrus iubet, cum ait: Omnem solici tudinem proiicientes in eum, quonia ipsi est cura de vobis. Quod si factum fuerit, tum recordatione fidei sanctorū, non tantum dei gloriam non imminuemus, sed magis celebrabimus, idque modo quodam, nostrā fragilitati vtili & accōmodo, nam, vt supra diximus, Deus amat nobis in sinuari signis & exemplis, ac inuocari etiam ad eorundem exemplorū recordationē. Quamobrē piē oramus, vt quem ad modū deus in manu Moysi liberauit Israëlē de manu Aegyptiorum, ita nos liberare dignetur a potestate diaboli principis tenebrarū: & quem ad modum propitiū fuit Abrahā, Isaac, & Iacob, ita & nobis eiusdē fidei successoribus misericordiā suā prāstet. Beatus Augustinus, vt curam pro mortuis gerēdam esse ostenderet, duplici vtrius testimonio. In primis locū ex machabæis citat, quo ostendit oblatū pro mortuis sacrificium, non absterritus, quod hic liber in canonem Iudæorū non sit receptus, sed solo contentus, quod ecclesia eum librū, certē antiquissimum, veluti impiū non reiecerit. Deinde totius ecclesiæ vniuersalem cōsensum adducit, cuius non paruum, sed longē

longē maximam autoritatem esse contēdit. Nos itaque eisdem rationibus, piām sanctorū interpellationē, impiām esse nō posse, haud omnino ineptē astruam. in Machabæis enim ad eundē modum de sanctis legimus: nempe Iudam Machabæum vidiisse Oniā manus protendentem, orare pro omni populo Iudæorum. Post hæc etiam vidiisse alium virum etate & gloria mirabilē, de quo dixerit Onias. Hic est fratrū amator & populi Israël: hic est qui multum orat pro populo, & vniuersa sancta ciuitate, Hieremias propheta domini. Deinde etsi nusquā in scripturis veteribus omnino legeretur, non parua tamen claret vniuersalis Ecclesiæ tam Græcæ quā Latinæ autoritas, quæ sanctorum interpellationes ad eum quem diximus modum factas, ad eō non reiicit, vt & tanquā piām approbet ac celebret: Ex Latinis testes sunt, vt cæteros sileamus, Cyprianus, Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, Gregorius, Bernardus: Ex Græcis Dionysius, Chrysostomus, Theophylactus, Damascenus, cum omnibus fermē, qui & ante & post eos in ecclesia, sanctitate vitæ & spiritus virtute flo ruerunt. Porrō si in hoc error fuit, videbimur non iniuste cū Augustino, ipsi domino dicere posse: o domine, a te decepti sumus. Nam tot & tantis signis confirmata est eiusmodi sanctorū interpellatio ac intercessio, quæ nisi per dominū omnino fieri non potuisset. Sed de hac re satis. Nunc ad alteram primi præcepti particulam pergendum est. Sequitur itaque.

Non facies tibi sculptile.

Hæc particula de externa & crassa idololatria rectē intelligitur, etsi sint qui primum præceptum totum proprie ad effectus referendū esse dicāt, ac sculptile inter pretentur, quicquid sculpsit cor nostrū, hoc est quicquid apud se fingit quod maioris facit quā deū, sed nobis magis placet, vt hæc particula, non tantum cordis, sed & crassam illā & externam idololatriam cōprehendat. In hanc in primis peccabant ethnici qui idola & similitudines creaturarum, operam manuum suarum adorabant, & a simulachris, veluti diuinitatem aliquam habentibus, seu vel prodesse vel nocere potenti bus pendebant, quos scriptura acerrimē infectatur. Peccant autē in hoc præceptū, qui eleuatis oculis ad cælum videntes solem & lunā, & omnia astra seu militiam cœli, errore decepti adorāt & colunt ea quæ creauit dominus deus noster, nō creatū.

KK

Amb. in historia Agnetis.

Quomodo decenda plebs interpellare sanctos.

1. Petr. 5.

Per recordationē fidei sanctorū vniuersalis Dei celebramus. P sal. 76.

Aug. de cura pro mortuis gerenda. 2. Ma. 12.

2. Ma. 15. Cui dubiū Iudæ hæc vidētē, animo saltem posuissent hoc perpetuo vt facerent. Vniuersalis ecclesiæ consensus. Cyprian. Ambro. Hierony. August. Gregori. Bernard. Dion. Chrysost. Theophy. Damasc.

Sculptile. Hæc particula respicit externā idololatriam. Rom. 1. Dent 4. Planetæ & astra cæteris cœli creatū.

Sapientia. 13. vt adorentur sed in ministeriū cunctis gētibz quæ sub cœlo sunt. Item, qui aut ignem, aut spiritum, aut citatum aërem, aut gyrum stellarum, aut nimiam aquam, aut solem & lunā, rectores orbis terrarum, & deos putauerunt, qui si illorū specie delectabantur, magis scire debebant, quanto his dominator eorum speciosior sit. Ad hæc, *Qui* Genethliaciis & Astrologis fidem accommodant, suamque vitam & opera ad cœli signa, iuxta temporū discrimen comparāt. Ob quod Paulus grauius corripit Galatas, quod scilicet conuerterentur iterū ad infirma & egena elementa, quod dies obseruarent & menses, & tempora, & annos. Fatemur quidem, quod & res ipsa ostendit, & scriptura nō negat, Superiora corpora, in hæc inferiora suā quandam influentiā habere, nec tantum in inanitata & bestias, sed etiam in corpora humana, quæ constat certis tēporibus melius, certis peius habere. At anima rationalis seu spiritus hominis qui à Deo creatur, & homini infunditur, nullis constellationibus subiacer, quod qui nō credit, fidem abnegauit, & baptisum violauit. Vide quod in præceptum dominicæ Orationis diximus. Præterea, in hoc præceptum peccant, qui oriculos sciscitantur, qui somnia atque auguria obseruant, qui maleficos & incantatores, seu pythones, aut diuinos consulunt, vt noua inquirāt, vt secreta rimentur, vt futura præfagiant, vt perditā recuperent. Item, qui veneficis mulieribus fidem accommodant, & credunt ea reuera fieri, quæ ipsæ diabolicis illusionibus deceptæ, iactant. De quibus in Decretis pontificū sic legis, *Quædam* sceleratæ mulieres post satanam conuersæ, dæmonum illusionibus & phantasmatis deceptæ, credunt se cum Diana horis nocturnis cum innumera multitudine equitare supra quasdam bestias, & multa terrarum spatia intempestat noctis silentio pertrāsire, suis iusionibus obedire, & certis noctibus ad eius seruitium euocari. Sed vtinam hæc solæ in sua perfidia perissent, nam innumera multitudo hæc falsā opinione decepta, hæc vera esse credit, & credendo à vera fide errori paganorū inuoluitur, cum aliquid diuinitatis extra vnum Deum arbitratur. Quapropter sacerdotes per ecclesias sibi commissas populo Dei omnī instantia prædicare debent, vt nouerint hæc omnia falsā esse, & à maligno spiritu talia phantasmata, mentibus fidelium irrogari. Hæc ibi. Eiusdem criminis rei sunt, credentes maleficas istas sua virtute seu opera, hominibus reuera

incommodare posse, quod nec diabolus (quem scriptura huius aëris spiritum seu potestatem appellat) vilo damno afficere quempiam possit, nisi pernitente Deo. Maleficę igitur non faciunt grandines, tonitrua, & his familia, sed diabolus, quatenus Deus hoc illi permittit. Permittit autem vt fidem suorū exploret. *Quamobrem* etsi quandoque eueniant, quę maleficę istę minantur, aut quæ diuinatores futura prædicūt, vt cū lædere sanos aut sanare videntur lāquidos, nō eo magis ipsis credendū est, quia hoc solius Dei permisso fit, vt ipsi qui hoc audiūt, vel vidēt, probētur & appareat qua fide sint, vel deuotione erga Deū, sicut in Deuteronomio legimus. Si surrexerit (inquit Moyses) in medio tui propheta, aut qui somnium se dicat vidisse, & prædixerit signum atque portentū, & euenierit quod loquutus est, & dixerit tibi: Eamus, & sequamur deos alienos, quos ignoramus, & seruiam⁹ eis, nō audies verba prophetae aut somnatoris, quia tentat vos dominus Deus vester, vt palām fiat, vtrū diligatis eū an non. In toto corde, & in tota anima vestra dominum Deum vestrū sequamini, ipsum timete, mandata eius custodite & audite vocem illius, ipsi seruietis, & ipsi adhærebitis, &c. Porro diabolū non posse piis plus incommodare, quàm illi à Deo fuerit cōcessum, liber Iob insigni testimonio cōfirmat, quin antè diabolus in impios potestatem habet maiorem, quàm illi Deus permittit, alioqui non dubium impios ac malos funditus statim perderet, quos Deus patienter fert, vt ad pœnitentiā adducat. Vnde qui aduersam fortunam sustinent, docendi sunt hoc amanter & demisso erga Deum animo ferre, non sine gratiarū actione, qua se Deo velut Iob ille totos resignent, dicentes: Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit, ita factum est, sit nomen domini benedictū. Ex quibus consequens est, In hoc præceptum eos etiam impingere, qui licitū arbitrantur maleficia maleficiis tollere: quales sunt, qui maleficos cōsulūt ad indicandū quæ furto ablata sunt. Certè præstat mortem oppetere, taceo rerum iacturam ferre, quàm hæc aduersus Dei præcepta tentare: diabolus in hoc permittitur suum in Christianos odium exercere, vt vel peccata eorū puniantur aut fides probetur. Non ergo tum à Deo ad diabolū deducendum, sed ad Deum recurrendum est, ac fideliter precandū, vt nos à malo liberet, aut si id nostra non reuererit tum quæcunque acciderint, in nostrum bonum vertat.

Ephes. 2.
Maleficę
sua virtute nihil facere possunt.
Aug. in
lib. de ciuit.
Dei cap.
nec mirū.
26. q. 9.

Diabolus non potest nobis incommodare, nisi permittente Deo.

Iob 1.

Quomodo docedi qui aduersam fortunam experiantur.

Iob 1.

Non licet maleficis maleficiis tollere. c.
nec mirū.

26. q. 5.

Maleficiis quomodo obsistendum.

Questio.

Dilutio.

*Chrysof.
hom. 21.
tom. 4.*

*Diabolus
abhorret
signum
crucis.*

*Atha-
na. lib. 2.
de incar-
na. verbi.*

Chrysof.

*Ex concil.
lib. 1. canth.
4. cap. 7.
et An-
cyra c. 17.
Damian
tur super-
flationes.*

Ed dices: Nunquid ergo quodcūque aliud remediū adhi-
beri prohibes, vbi diabolus dei permisso, vel in homines,
vel in pecora fascino sua exercet malitiā? Responde-
mus in primis, nullū esse presentius aduersus hæc omnia, ne
vel incurrantur, vel vbi incurfa sunt, vt depellantur, remediū,
quā in viuā fide ac salutaris baptismi rememorationē.
Quamobrem Chrysostomus alibi monet: Cū es, inquit, ian-
na: vestibula transgressurus, hoc prius loquere verbum, Ab-
renuntio tibi satana, & coniungor tibi Christe: nec vnquam
absque hac voce exas: hæc erit tibi baculus, hæc armatura,
hæc turris inexpugnabilis, cū hoc verbo & crucem in fron-
tem imprime, sic enim non tantū homo occurrit, verū nec
ipse diabolus te quicquā lædere poterit. Hæc ille. Nec enim
putandū est propterea, diabolum, quia spiritus est, crucis con-
signationem non abhorre. Nam cum ille non prius noceat
quā a domino potest acceperit in hominū corpora sequē
di, iustum est, vt & corpus animæ fidelis ductibus obsequēs,
corporalibus etiā signis declaret, se à Christo crucifixo pēde-
re. Nam & Athanasius lib. 2. de incarnatione Verbi, satis ido-
neus testis est, a p̄stolos etiā ipsos & alios sanctos signa-
tionem sanctæ crucis edidisse miracula, quin eodem libro per-
hibet hoc signo artē magicā & rem veneficam tolli. Et alibi
lib. quæst. 38. Non in lege, inquit, Christus diabolum euacua-
uit, neque in ea salutem operatus est, sed in cruce. Vnde legē
quidem videntes dæmōnes non tremunt neque timēt, crucē
autem videntes, tremunt, fugiunt, euanescent. Rursus Chry-
sostomus testis est dæmōnes, vbicunq; signum sanctæ cru-
cis viderint fugere, trementes baculum, quo plagam acceper-
unt. Deinde quoque vetus ecclesia solēne adhibebat reme-
dium aduersus hæc diaboli diuexationes: nam (quem admo-
dum supra in sacramentū ordinis diximus) olim erant in ec-
clesia Exorcistæ, qui super vexatos à spiritibus, ac agitato de-
moniāci illusionibus vel terculamentis nomen domini in-
uocabant, & adiuratum spiritum eiiciebant, vel cōpescabant,
quod munus in ecclesiā vt syncerum plurimum expediret,
referatur, prohibitis interim atque adeo ex ecclesia reiectis
omnibus illis qui citra ecclesiæ autoritatē superstitionissimis
exorcismis, ac adiurationibus sacrilegis vtūt, quibus verba
peregrina & commentitia, ignotos etiam characteres & figu-
ras adhibēt ac admiscēt. Ad hæc qui hos characteres & igno-

tas literas stultis hominibus diuendunt, persuadentes illis, quod
eiusmodi characteres secum portauerint, tum eos a
periculis securos fore, quos lex diuina damnat, ac ecclesia p-
nuntiat fidem Christianam & baptismum prauaricasse, pa-
ganos, apostatas, & Dei inimicos effectos.

IN hoc ergo solliciti debent esse parochi, vt plebem ab his
sacrilegis ritibus auocent, vtq; ipi pios & ab ecclesia recep-
tos exorcismos in parato habeant, quos viuā fide super-
vexatos recestant. Interim tamen mos ille in totū damnandus
non est, quod hæctenus Christiani, tēpore tristi rebus vt sunt,
ternis veluti cereis, aqua, sale, floribusque benedictis vt sunt,
quodque herbas per inuocationem diuini nominis consecra-
tas, brutis etiā animalibus, ignota lue laborantibus comedēdas
præbuerint, modò tamē omnis cesset superstitio, hoc est si in
has res externas, nullā fiduciā coniciamus, sed tantū potentia
verbi dei per earum vsum admonemur, & fide nominis
diuini excitemur. Nā non temerē in Actis Apostolicis refer-
tur fideles liberatos à morbis, si vel feminicincta, vel sudaria
ab Apostolis recepissent. Verū ecclesiæ mos est, vt die Palmarū
nouelli rami arborū benedicantur: idque non sine magna
ratione. Principio enim id fit, vt hæc ramis inspectis, admo-
nemur regni Christi, qui in asina sedēs, Hierosolymā ingres-
sus ramis palmarū exceptus est, auspicatur regnū, aduersus
quod princeps huius mundi nihil posset. Deinde cū eo tēpore
ver inisset, quo omnia reflorescere incipiunt, par est, vt tum
arborū rami benedicantur, quo plebs intelligat, quæcunq; fu-
turus profertur annus, ea nobis sola domini benedictione, nō
nostra prouidētia aut fortuitō obuenire. Eadē ratione herbe
(quæ medicinales sunt) die qui Assumptioni gloriose virgi-
nis destinatus est, consecratur, vt intelligamus herbas, nō sua
virtute, sed Dei beneficio morbis mederi, vtq; in omnibus q̄
vel facimus, vel percipimus, gratias agamus Deo. Certē Cō-
ciliū sub Martino Papa habitū, etiam acerrimē phibet in her-
barū collectionibus quaslibet incantationes attendere: probat
tamē si herbis cum symbolo diuino, aut Oratione dominica
vtamur, vt tantū Deus omnium creator & dominus honore-
tur. Et Paulus Apostolus testatur. Quia omnis creatura Dei
bona est, & nihil reiiciendū, quod cum gratiarū actione per-
cipitur: sanctificatur enim (vt subiicit) per verbū Dei & ora-
tionē. Sed hic iterū atque iterū admonemus, vt cesset omnis

*Ex concil.
Acquir.
c. 1. c. epi-
scopi. 26.*

*quest. 5.
Officium
parochorū
Prosperere*

*potest cede-
re quic-
quid*

*simpliciter
in Dei de-
notiōe fit,
testis Am-
in epist. ad
Gala. c. 4*

*Act. 19. c.
nō liceat.
26. q. 5.*

*Mos bene-
dicēdi rami
in die
palmarū
excitantur.*

*to. 11. 12.
Omnia
nobis obue-
niūt bene-
dictione
domini.*

*Cōciliū
sub Mar-
tino p. papa
26. q. 5.*

*cap. non li-
ceat.
1. Tim. 4.*

Externis rebus non aliter quā signis vte- dum.
De veneratione reliquiarum & imaginum.
Reliquie martyrum in omni Ecclesia religioſe habitae.
Hierony.
Ambro.
Auguſt.
Chryſoſt.
2. Cor. 6.
Hebr. 11.
1. Cor. 4.
Aug. li. de ciuita. Dei.
Ambro. in ſer. de ſan. Gerua & Protha.
Hereticos male habent martyrum reliquias religioſe haberi.
Abuſus.

ſuperſtitio, hoc eſt vt res iſte non aliter quā ſigna fidei noſtræ adhibeantur, vt in eas nulla, verūm omnis in Deū fiducia ponatur, alioqui magis retulerit, vt omnia ſigna tollātur, quā vt idololatriam crimen omnium maximū incurrat.

R Eſtat paucis de veneratione reliquiarum & imaginum Chriſti, ac ſanctorum, quatenus ea licita ſit, & quatenus illicita dicere, vt ceſſet ſuperſtitio & vetus pietas retineatur. Quilibet reclamant nouatores, compertū eſt ſanctorum qui in Chriſto publica confeſſione deceſſiſſent, reliquias in eccleſia tam Græca quā Latina ſemper religioſe eſſe habitas, cuius inter alios, idonei teſtes ſunt Hieronymus, Ambroſius, Auguſtinus, & Chryſoſtomus, idque ob cauſas non contemnendas. Primū quod eiufcemodi reliquie nos fidei, quæ in ſanctis fuit, plus quam vllæ ſcripturæ commonefcerent, recogitantibus nobis, hæc eadem eſſe oſſa, quibus cōpaginatum olim fuit corpus, domiciliū inhabitantis gratiæ, quibus membra coheſerunt iam pridem templū ſpiritus ſancti, cuius recordatione, & fides noſtra in Deū excitatur ac fulcitur, nimirum cū mente cōplectimur, vt quemadmodū illi per fidē omnia aduerſa vicerunt, atque adeo miracula ſupra humanū captum non ſua, ſed Chriſti virtute fecerunt, ita & nos eūdem fidei ſpiritum habentes, & ſanctorum communionem per fidē fruētes, quæcunque nobis aduerſantur in domino vincamus. Auguſtinus referens eccleſiam plaudētem in miraculo apud memoriam beati Stephani factō: Quid erat, inquiens, in cordibus exultantiū, niſi fides Chriſti pro qua Stephani ſanguis effuſus eſt? Et beatus Ambroſius vel hinc oſtēdit Arrianos non habuiſſe rectam fidem, quod miraculis ad monumēta martyrum factis detraherent: R e ipsa, inquit, oſtendunt alterius fidei fuiſſe martyres, quā ipſi credunt: neque enim aliter operibus eorū inuiderent, niſi fidem in his fuiſſe eam quā iſti non habent, iudicarent. Hic tamen (quod negare non poſſumus) ab eccleſiæ præſidibus mirum in modū dormitātū eſt. Olim fideles in animi vel corporis grauedine conſtituti, pio inſtinctu ducti ad ſanctorum memorias non ſuperſtitioſe, ſed religioſe proſecti ſunt. Nam cū conſtet ad monumenta martyrum mortuos frequenter ſuſcitatōs, tortos dæmones obſeſſos à dæmonibus ſolutos, valerudinarios reſtitutos, peccatores ad pœnitentiam conuerſos, idque in fide Chriſti pro qua ſanctorum ſanguis profuſus eſt. Quis tā cæ-

cutit, vt eiufcemodi piam reliquiarum venerationem ac viſitationem contēnere auſit? niſi tamen hoc negare velis, quod diabolus etiam, licet inuitus, exactus & tortus cōfiteatur. Sed noſtro ſeculo hic variē, idque parochorum ſocordia erratum eſſe, inſiciari non poſſumus.

Eccleſia vetus pium Chriſtianorum affectum, in inuictam *Que miracula vult cōprobauit.* Atque interim nulla miracula euulgari paſſa eſt, *gāda ſunt.* niſi quæ ſupra naturalē rerū euentum fidelibus multū com- *De veneratione ſanctorum & reliquiarum ca. 1. & 2.* modalſe, ac plurimū habere virtutis ad firmandā fidē catholice certiffimis argumentis cōperiffet. Deinde non alias reliquias, quā quas verē conſtaret ſpiritus ſancti tēpla fuiſſe venerari permiſit. Quas tamē publicē exponi vetuit, ad queſtum autē exponi, veluti ſacrilegium iudicauit. Ad noſtro ſeculo non admodū multum de fide ſanctorū populo inculcatū eſt, ſed multa miraculorū mentio, quæ tamen interdū vel impudentiſimē ficta, vel talia fuerunt, vt de eorum authore non iniuria dubitaueris iuſſuſque eſt populus non quidem ob martyrum fidē, ſed magis ob recens edita miracula accedere, id quod factū non oportuit, quod poſt tot edita in primitiua eccleſia, ſigna & prodigia alia poſtulanda non fuerunt. *Alia miracula poſtulanda non ſunt.* Quisquis enim (vt Auguſt. ait) adhuc prodigia, vt credat, inquit, magnū eſt ipſe prodigiū, qui mundo toto credēte ipſe non credit, *Auguſt. Chryſoſt.* Quia alius quiſpiā teſtatur ceſſurū in diſſenſiones & ſchiſmata, ſi adhuc veluti in primitiua eccleſia ſigna fierēt. Et Chriſtus vetat apoſtolos gaudere, quoniā dæmonia ipſis obediērent, ſed quoniā nomina ipſorum ſcripta eſſent in cælis. Expoſitæ ſunt paſſim ad quaſtum reliquie, eędēque incertæ, & forſan hinc præbita eſt non paucis, necdum beue Chriſtianis occaſio, magis in ſanctorum oſibus conſidendi quā in Deū viuum, quod factū non oportuit. *Luce 10.* Corrigendus ergo omnis talis abuſus eſt, vt neque eorū pietas, qui fidei ſue iuuandæ, excitandæque gratia, ad indubitata ſanctorū monumenta occurrūt, contēnatur, neque ſuperſtitioſus cultus in exponendis ad quaſtū reliquiis, vel recēſendis incertis ac prodigioſis miraculis deinceps feratur. *Abuſus quomodo corrigēd.* Secūdo, viſum eſt, nō iniuria ſanctorū oſſa ad eū modū reuerenter haberi poſſe, quo filius demortui patris veſte, honorifficenter tractat, aut quē admodum quiſpiam annulo (quē amicus decedens legauit) oblectatur, quo etiā vix vquam vtitur, niſi chari amici ima-

go subeat, nisi & verborū & factorum meminerit, & annulū veluti perpetuæ amicitie pignus relictum exosculatus fuerit. Nam quid sunt aliud sanctorum cineres & ossa, nisi quædam sanctorum pignora in terris relictæ? Tertio, reliquiarū venerationem, non solum non reiiciendam, sed vtilem iudicauit vetustas, quod reliquiæ & futuram resurrectionē nobis promittant, & spem nostram in futurā corporis glorificationem erigant, contemplantibus nobis eadem sanctorum corpora, etsi immutata quandoq; ad vitā excitandāq; ac deum nostrū esse deū Abraham, deū Isaac, deū Iacob, Deū in quā nō mortuorū sed viuentium. In summa, populus docendus est, nō fidere reliquiis nec reliquias adorare, sed tantum sanctorū fidem in reliquiis, exosculari, vitæ ac doctrinæ recordatione accēdi, ac in spe futuræ resurrectionis fulciri. Quod cum sit, procul erit, vel aduersariis testibus, à veneratione reliquiarum omnis idololatria. Sed iam de imaginum vsu pauca subiiciamus. Qui verba huius primi præcepti vrgent, ij omnem imaginum vsū penitus vetitum esse audaces pronuntiat.

Sanctorū cineres sanctorū pignora.

Mat. 22.

De vsu imaginum Iconomachi.

Non omnis imago prohibita. 3. Re. 6. 7.

Non imagines, sed imaginū adoratio prohibita.

Corā me.

imagines retinende

Quod scilicet si præceptum ad verbum exigas, videatur veta re omnem similitudinem eorū quæ sunt in celo desuper, & quæ in terra deorsum, & quæ sunt in aquis, sub terra. Sed si hunc sensum verborū mordicus tueri velis, cogeris, velis nolis, fateri, ipsū etiam Mosen, huius legis promulgatorem idololatram fuisse, atque adeo Deū alibi idololatriam (quod pia aures abhorrent) præcepisse quod Mosen ex præscripto Dei duos Cherubim aureos posuerit in tabernaculo in summis propitiatorij partibus. Quemadmodum legis Exod. 25. In vasis quoque templi quod extruxit Salomon erant boi, Iconum, & Cherubim sculptiles imagines. Rursus. 1. Paralipomenom, 3. Sculpuntur Cherubim in parietibus. In mitra quoque pontificis erat imago lunæ. In veste vero, malorum punitorum simulachra. Vnde consequens est Iudæis hoc primo præcepto, non simpliciter interdictum omne genus imaginum, sed tantū nefandum vsū, ne scilicet more gentiū haberent simulachra, quæ proponerentur adoranda. Id quod sequentia præcepti verba, nempe: Non adorabis ea neq; coles manifestè indicant, ac velut exponendo declarant: quod etiā pertinet, quod dictum est. Coram me, id est, non habendas imagines Deo æ quasdam, quibus aliquā tribuamus diuinitatem. Aliud ergo est imaginem seu picturam adorare, quod

nequaquā licet hac lege prohibente, aliud per picturæ historiam quid sit orandū, vel venerandum, vel contēplādum addiscere. Id enim cum ne Iudæis quidē simpliciter fuerit prohibitum, (populo ad septimum superstitionem mire procliu) multo minore periculo populo Christiano permittitur, in modō tamen omnis absit superstitio posteaquam per euangeliū lucem extinctus est paganismus. Permittitur autem (vt diximus) ad excitandā gestorum recordationem & historiae memoriam & intellectum. Nam quod legentibus scriptura est, hoc idiotis præstat pictura cernentibus, quia in ipsa ignorantes vident, quid sequi debeant, & in ipsa legunt, qui literas ne sciunt, in dō interdū plus præstat imago cernenti, quàm scriptura legenti, quod vnicō contuitu tabula rem oculis inspectantium proponat, quæ ex scriptura non nisi paulatim discitur. Deinde doctus etiam interdū plus videt in tabula, quàm in literis ac vehemētius afficitur, veluti magis commouemur si conspiceremus Christū in cruce pendentem, quàm si legeremus illum crucifixū: Pictura verō, rem quatenus licet ponit ob oculos. Quamobrem Gregorius magnus quandam Secundinum hic laudat, quod imaginē Christi quā colebat sibi dirigi postulauerit, nimirū quod illum summa cordis intentione quæreret, cuius imaginē præ oculis habere desiderabat, vt dum picturam quotidie videret ad illū animo inardesceret. Et paucis interiectis, subiungit: Scimus quia tu imaginem saluatoris nostri, ideo non petis, vt quasi deum colas, sed ob recordationē filij dei vt in eius amore incalescas, cui⁹ imaginē videre desideras, & nos quidē non quasi ante diuinitatem, ante ipsam prosternimur, sed illum adoramus, quē per imaginem aut natum, aut passum, vel in throno sedentē, recordamur. Et dum nos ipsa pictura quasi scriptura ad memoriam filium Dei reducimus, animum nostrum de resurrectione lætificat, aut de passione mulcet. Hæc ille. Grauitè autem idem Gregorius Seruū episcopū Massiliensem arguit, quod inconsiderato zelo succensus Sanctorū imagines confregerit. In septima quoq; synodo dānati sunt Iconomachi, in qua & hoc Decretū legitur, Venerabiles imagines, Christiani non deos appellant, neque seruiunt eis vt diis, neq; spē salutis ponunt in eis, neque ab eis sperant futurum iudiciū, sed ad memoriā & recordationem primitiuorū venerant eas. Damascenus ait: Patres nostros constituisse, in imagini-

tanquam muta historia.

Imaginū utilitas Gregori⁹ c. perlatū de consec. dist. 3.

Pictura quādoque vehementius afficitur mur quā literis.

Gregor. Imago saluatoris quomodo colenda.

Gregorius Seruū violatariū imaginū damnat. In septima synodo dānati Iconomachi.

Damasc.

bus quædam veluti trophæa representare, ad promptam memoriam, siquid ob negligentiam, frequenter cogitatione non tenentes passionem Christi imaginem transfusionis Christi videntes in passionis Christi memoriâ redimus, & procedentes adoramus, non imaginem, sed imagine representatum. Et ut quum codicem ex oculis, non materiam, ex qua scriptum est Euangelium, sed ipsum Euangelium veneramus. Sic nec crucis materiam adoramus, sed quod typo figuræque exprimitur. Atque hinc nimirum factum est, quædam modum Athanasius ille Alexandrinus episcopus testatur, ut olim fideles, cruces quidem conformes cruci Christi facerent, sacra autem lanceæ, vel arundini, vel spongiæ conformia non fabricarent, ea scilicet ratione, ut si quis infidelium eos accusare pergeret, quod lignum adorarent, facile possent crucis figuram ex duobus lignis compositam separare, & sic formam crucis destruentes (quasi inanem hanc ligni materiam reputando) eidem infideli persuadere, quod non lignum colerent, sed crucis figuram. De lancea autem & arundine & spongia hoc facere & ostendere non possent. Ergo qui caput inclinatum signo crucifixi, scilicet ligno nihil honoris deberi, sed ad occasionem imaginis veneratur illud, quod ea representat. Talem imaginum venerationem, neque impiam, neque aspernandam esse, testes sunt, quos antea citauimus ex Latinis, Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, Gregorius, Beda, &c. Ex Grecis Chrysostomus, Damascenus, Quorum testimonia quam maxime corroborant aliquot generalia Concilia, quæ Iconomachos damnarunt.

Verum cum multis etiam abusus circa imaginum venerationem sensim irrepserit, veluti quod earum etiam rerum imagines in Ecclesiis inuectæ sunt quæ in sacris scripturis, aut à probatis authoribus nullum habent testimonium. Quod statim supra modum plurimæ, magnis sumptibus & impensis in templis certatim collocatæ sunt, quasi in hoc magna pietatis pars sita esset, neglectis interim Christi pauperibus, qui sunt viuæ Christi imagines. Deinde, quod Iconas sic depictas ac delinatas cernimus, ut non ad Christianæ honestatis formam, sed ad seculi vanitatis incitamenta effecta videantur. Denique, quod rudis plebs permixta est imaginibus quæ in ipsas collocata fiducia colere. Id quod ab idololatria non omnino immune est, ut ab ea excusari non possint, qui imaginem aliquam sibi ad adorandum elegerint, idque vel ob pulchritudi-

nem, vel deformitatem, vel nouitatem, vel vetustate, credentes hanc aliquid præ ceteris habere virtutis, aut etiam numinis siue diuinitatis. Qui error planè damnandus est, & in summa omnes abusus diligentissimè corrigendi ac deinceps docendum erit, signum Christi ac ceteras imagines, veluti pietatis signa conseruanda eademque non propter se, sed propter ipsa quæ representant mysteria veneranda. Solum vero Deum, vnum ac verum adorandum, ac nihil beneficii, auxilii aut solaminis aliunde quam à Deo exquirendum. Quin ad eum solum in omnibus anxietatibus & tribulationibus nostris veluti potentissimum refugium ac opulatorem recurrendum esse. Quæ si ad eum modum sedulo docuerint Parochi parum erit periculi ab imaginum conseruatione. Sequitur.

Ego enim sum dominus Deus tuus, Deus amulator, visitans iniquitatem patrum super filios in tertiâ & quartâ generationem, his qui oderunt me, & faciens misericordiam in multa millia, diligentibus me, & seruantibus præcepta mea.

Quia Deus hoc vnum à nobis quam maxime requirit, ut agnoscamus, qualis erga nos sit, nimirum fortissimus iudex & vindex contemptoribus, diligentibus vero se piissimus pater. Quumque hoc vnum tota scriptura ferè solum requiratur, ut ita comparati simus, quo autem Deo accommodantes, ab eo nunquam non audiamus: Ego sum dominus Deus tuus. Quod sit viuida cordis fide in deum erecta. Idcirco ut Deus id quod omnium præcipuum est, nobis quam maxime inculcetur, iterum atque iterum repetitur ac dicitur: Ego sum dominus Deus tuus perinde atque si dicat: Porro vnum est necessarium, nempe, ut me in omnibus cogitationibus & actionibus tuis talem agnoscas, mihi ad hæreas, ac in me totam spem tuam reclines. Atque etiam hoc scias, me Deum tuum fortè & zelotem esse: ex quo vult intelligi, quam grauiter ferat, si quis à fide ipsi data ad idololatriam, à fiducia in diffidentiam, à dilectione in Dei contemptum ac neglectum desciscat. Frequentissima est hæc in scripturis, præsertim in prophetis collatio, qua Deus sese marito, animam vero seu synagogam

Quid docendum de imaginibus.

Psal. 145.

Athan. Imago crucis olim in ecclesia sed non lancea aut clavatum.

Quo affectu caput inclinatum imaginis. Septima synodus concilium Franc. for. diem.

Abusus circa imaginum venerationem corrigendi.

Ioã. Ger. somnium opere tripart.

Deo agno sci vult qualis erga nos sit. Psal. 80. Deut. 5. Luce 10. Vnum necessarium.

Scriptura trojano quo Deus marito, populo.

des coniu- vel ecclesiam sponsa, veram verò in se fidem coniugio cõpa-
gio cõpa- rat. Quæadmodum videre est Hier. 3. Osee. 1. 2. & 4. Amos.
ratur. 7. Et huc respicit parabola illa Evangelica de nuptiis, quas
Mat. 22. rex filio suo parauit. Et quod apud Apostolum. 2. Cor. 11. legi-
mus. Quum ergo zelotypum se vocat, vehementissimè ido-
lolatris (qui ab eo desectunt, cum creaturis quodammodo
Zelotyp⁹ fornicantur) comminatur. Sicut Psal. 72. scriptum legis: Per-
 didisti omnes, qui fornicantur abs te. Constat enim zelotypū
 cum dici qui ita vxorem deamat, vt sibi ipsi metuat, ne quis
 eam ad adulterium sollicitet, nè ipsa cuiuspiam blanditiis
 decipiatur, ad eò vt agrè ferat, adeo ipsa cuiuspiam blanditiis
 asidere, nec facile permittat, nisi se præsentem vxorem in
 publicum progredi, quòd se solū amari ac suspici velit. Talis à
 nobis haberi vult Deus, quemadmodum Exod. 24. & Esaiæ
 28. legimus. Addit autem Deus seueritatē suam in deciscen-
 tes & contēptores suos, & misericordiam in fideles, vt vel sic
 transgressuros metu pœnæ reuocet, pios vero pietatis & mi-
 sericordiæ suæ pollicitatione in via mandatorum suorum ala-
 cres faciat, & suapte sponte currentes.

*Questio.**Exec. 18.**Dilutio.*

Locus a-
pud Eze-
chiele huc
locum ex-
ponit.

Genera-
tio impio-
ri nō dā-
natur ob
naturæ p-
pagationē.

Alius lo-
ci intelle-
ctus.

Sed inquires: *Quidnam, id est, quòd Deus ait se visitare iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartā generatio- nem, quum econtra in Ezechiele dicitur: Quid est, quòd inter vos parabola vertitis in prouerbiū istud, in terra Israël, dicentes: Patres comederunt vnam acerbam, & ceteris filiorū obstupuerunt. Vius ego dicat dominus Deus: Si erit vltra vo- bis parabola hæc in prouerbiū in Israël? Ecce omnes animæ meæ sunt, vt anima patris, ita & anima filij mea est, quæ peccauerit, ipsa moriatur? Sed si acutius inspicias, videbis eū locū huic ad eò contrariū non esse vt magis hunc exponat. Nā quod hic dicit, visitans iniquitatē in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me, ibi apertius dictum est: Omnem animam quæ peccauerit (hoc est dominum oderit) esse puniendam. Vnde hic locus non damnat tertiam & quartam generationē ob solam naturæ propagationē, sed magis ob imitationē & hereditationē paternæ impietatis. Conuenit autem & hoc affectui hominis zelotypi, vt adulteros delicti authores, & coniugē adulteram deceptam pari pœnæ inuoluat. Quauis interim aliorum sententia, hic locus & de pœnæ temporali posset intelligi, quæ interdū ob peccata parentū in posteros transmittitur. Et animaduersum est à qui-*

buisdam hanc comminationem etiam secundum literā fuisse in filiis Israël adimpletā, quòd iniquitas patrum, qui Ioseph fratrem suum vendiderant reddita sit in tertiam & quartam generationem, non tamen absque misericordia: nam soluta captiuitate, reuertebantur de Aegypto generatione quarta. Iucundum est autem hic videre, quā moderanter hic de seueritate & misericordia loquatur. Seueritatem in tertiam & quartam generationem prædicit, misericordiam in mille se facturum pronuntiat, vt discamus misericordiam dei seueritate tanto esse maiorem, quanto millenarius ternario aut etiam quaternario est maior: Quin milliū finito numero p̄ infinito vitur, quòd misericordia dei infinite exuperet iudicium, quòd nullum sit dei iudicium, in quo non superexaltet misericordia iudicium. Misericordia enim domini super omnia opera eius. Et propheta ait: Quum iratus fueris, misericordia recordaberis. Et in hanc sententiam dictum est Psalmo. 88. Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Misericordiam autem meā non dispergam ab eis. Quæ omnia hæc dicta sunt, ne quantūlibet peccatores de misericordia dei desperemus, nè de misericordia dei diffidamus, perinde atque omnia de necessitate absoluta euentura sint, ac nihil referat, siue conuertamur, siue non cõuertamur à viis nostris pessimis. Rursus ne in misericordia dei peccemus, sed magis si peccauerimus, quiescamus, poenitentiam agamus, & longanimitate dei non abutamus, certū eū nunquam obliuisci animæ, quam sibi semel per fidem despõsauerit, ac omnino nolle, ea vt peccet, sed vt quā ocyssimè purgetur. Contrā verò certo futurum, vt si sponsum suū ridere pergat, in æternum perdat, vtque dominus vicissim in interitu eius in æternum rideat.

P R A E C E P T V M S E C V N D V M.

Non assumes nomen Dei tui in vanum. Nec enim habebit dominus in fontem, qui assumpserit nomen Dei sui frustra.

Plucherrimo ordine, hoc secundum præceptum primo subnectitur, veluti ex eo promanans. Primū docet ac iubet, nos vnum verum deū agnoscere, requirit fidē, sp̄e & ratio.

Miseri-
cordia dei
super om-
nia opera
eius.

Iacobi 2.
Psal. 144
Aba. 1. 3

Neque de
miseri-
cordia dei de-
sperandū,
neq; i mi-
sericordiā
peccandū.

charitatem erga deum, ac principaliter cor nostrum format ac instituit. Christianæ pietatis ac omnis operis boni iaciens fundamentū, quod in eo situm est, vt cognoscamus quomodo erga Deum nos affectos esse oporteat, quid itē de eo sentire ac cogitare, quid ab eo expectare debeamus. Iam quum fieri vix possit, quin quod tota mēte complexi sumus, lingua identidē sonemus. (Est enim sermo proximi animi interpret.) Idcirco hoc secundum præceptum proximē subiungitur, quo docemur ac instituitur, quomodo de Deo agnito, quum apud nos ipsos, tum apud alios loqui debeamus. Nam et si hoc præceptū, quemadmodum & primum negatiuē platum sit, affirmatiuam tamen orationem instar illius ē regione includit. Qui enim prohibet ne nomē Dei in vanū assumatur, is simul iubet vt reuerenter ac honorificē tantū vsurpetur. Nomen autē Dei hic accipitur, nō pro voce prolata, qua Deum indicamus: hæc est enim res creata, sed quemadmodū in orationē dominicā diximus) accipitur vel p̄ ipso Deo, vel pro æterno illo verbo dei Christo, aut pro dei maiestate potentia, sapientia, bonitate: breuiter, pro eo quod deus est, vel quod deo rectē tribui potest. Deinde animaduertendum, quod nō dixerit, nō nominabis, sed nō assumes aut vsurpabis nomen dei. Assumitur enim seu vsurpatur, quod ad aliquem vsum adhibetur. Vis ergo huius præcepti est, vt dei nomine rectē vtamur, nequaquam autē abutamur. Bene autē vtimur nomine domini triplici aut quadruplici ratione. Primū cōfitemdo, secūdo laudando & gratias agendo, tertio prædicādo, quarto inuocādo. Ad quæ omnia nos hortatur Psaltes, cū ait: Confitemini domino & inuocate nomē eius, annuntiate inter gentes opera eius. Cantate ei & psallite ei, narrate omnia mirabilia eius, Laudamini in nomine sancto eius, letetur cor quærentiū dominū. Querite dominū, & cōfirmamini, querite faciem eius semper. In primis ergo rectē vtimur nomine dei, quum ipsum deū corā toto mundo, deū ac dominū nostrū cōfitemur, ab illius cōfessione, neq; blāditiis, neque tormentis dimobiles, de qua cōfessione dictū est: Qui me cōfessus fuerit corā hominib⁹, cōfitebor & ego eū corā patre meo qui in cælis est. Secundo bene vsurpamus nomen dei, quum deū in omnib⁹ laudam⁹, ipsiq; tā in prosperis, quā in aduersis gratias dicimus. Quod genus frequentissimū est in Psalmis, veluti: Benedicā dominū in omni tempore, semper laus

Hoc præceptū ē regione affirmatiuam postulat. Quid hic vniat apellatione nominis Dei. Non assummes. Vis huius præcepti. Rectē vtimur nomine Dei quadruplici ratione. Psal. 104. Confessio. Matt. 10. Gratiarū actio. Psal. 33.

ei⁹ in ore meo. Itē: Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te in misericordia & miserationibus, ac aliis sexcentis in locis. Huius mirificum exemplum habes in Iob, qui quum grauissimis omnibus calamitatibus premeretur, in hanc laudis ac gratiarū actionis vocem prorupit: Si bona suscepimus de manu domini, mala autem cur non sustineamus? Dominus dedit, dominus abstulit. Sicut domino placuit, ita factū est, sit nomen domini benedictum. Tertio, bene vsurpamus nomen domini, quū verbū eius sincerē prædicamus ac inuulgamus, & priuatim & publicē. Priuatim quidē, quū vbique nomen dei nostri magnificamus ac celebramus, & quantum in nobis est omnes homines in eiusdem dei nostri celebrationē & verbis & operibus nostris trahere studemus. Rursus, quū auersamur omnes qui deum nostrum, vt par est, non reuerentur. Sic affectos fuisse videmus omnes sanctos, quibus nihil vnquā molestius fuit, quā videre aut audire aliquid agi in dei contemptū & contumeliam. Quemadmodū videre est in David, quū ait: Fuezant mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, cū dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus? Publicē vero prædicatur ab his quibus ministerium verbi commissum est, quibus dictū est: Prædica verbū, insta opportunē & importunē. Quarto, ritē vsurpamus nomen dei, deum in omnibus inuocādo ac ipsius auxiliū postulando & expectādo, siue vt actus nostros in via mandatorū suorū dirigat ac prosperet, siue vt ab aduersariis nos eruat ac eripiat. Hic certē est verissimus ille dei cultus, quem a nobis ipse requirit, quo nobis ipsis penitus diffidētes ei soli omnī rerū & actionum nostrarum, exordia, progressus & fines tribuimus. Rursus, quo ab eo solo auxiliū & redēptionē in tribulationibus expetimus & expectamus. Quod genus vbique etiam obuiū est in Psalmis, veluti quū orat David: Perfice gressus meos in semitis tuis, vt nō moueātur vestigia mea. Item: Deduc me in semita mandatorū tuorū. Itē: Inclina cor meū in testimonia tua. Itē: Non in arcu meo sperabo, & gladius meus nō saluabit me, sed dextera tua & brachiū tuum & illuminatio vultus tui. Quem cultū etiam deus apud Psaltes a nobis requirit hęc verbis: Inuoca me in die tribulationis: & eruat te, & honorificabis me. Ad hæc rectē vtimur

Psal. 12. Iob 1. Prædicatione priuata. Psal. 41. Publica prædicatione. 2. Tim. 4. Inuocatio præcipuus. Dei cult⁹. Psal. 16. Psal. 118. Psal. 43. Psal. 49.

nomine dei, quum illud pro veritatis alioqui periclitatur è confirmatione seu ob publicam vtilitatē adhibemus. Quod tamē genus sub prioribus, maximè quod in laudādo seu inuocando consistit contineri constat. De quo dictum est Deutero. 6. Dominum deum tuum timebis, & per nomen eius iurabis. Et apud Hieremiam cap. 4. Iurabis, inquit, viuiri iurabis. Et apud Hieremiam cap. 4. Iurabis, inquit, viuiri iurabis. Et in iudicio & in iustitia. Qui hisce modis dei nomen assumit, is se intra huius præcepti limites continet: qui secus, is in præceptum impingit.

Qui in hoc præceptū impingāt.

Matt. 10.

Chrysost.

Nō sufficit mente non discere si verbis ne ges fidem.

Rom. 10.

Impia vox.

1. Reg. 11.

Mat. 26.

Rom. 2.

Tit. 1.

Psal. 48.

Pincipio ergo in hoc præceptū peccant, qui vel blanditiis vel tormentis victi, deum verū, seu Christum dominū aut eius rectam, sanctam & Catholicam fidē abnegant. Quibus Christus in hunc modum cōminatur, *Qui me negauerit coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo. Quos nequaquam excusati, quauis in te à dei confessione nunquam decessisse dicaor, si vel ore discendant, quā res publicam confessionem postulat. Nam scriptum est: Cor de creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Exhibilarum enim è schola Christi, & exploditur è vita Christianorum impia illa vox, Iurata lingua est, animus iniurat.* Sic grauissimè peccauit sapientissimus ille Salomon, qui in gratiam vxoris phanū idolo Moab, & Moloch idolo filiorū Ammon ædificauit. Sic & Petrus, sed hic respiciens gratiam à domino consequutus est. Itidem peccant, qui quum Christiani dici ac esse velint, omnia Christianæ disciplinæ ac moribus contraria & verbis & factis agunt. Propter quos nomē dei in gentibus blasphematur: dicentes enim verbis se nosse deū, factis negant. Quales sunt, qui scurrilitates & colloquia praua (quæ bonos mores corrumpunt) sectantur, qui de facinorosa vita, quam agunt gloriantur, de quibus dictū est: *Lætantur quum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Deinde peccant in hoc præceptum, qui non in domino, sed in se laudari appetunt: Qui sibi nomen, aut gloriæ, vel sapientiæ, vel bonitatis extra deum quærunt, de quibus dixit Psaltes: Vocauerunt nomina sua in terris suis: Qui dei bonitatem, munificentiam & misericordiam non agnoscunt, qui per impatientiam, vel sibiipsis vel domino maledicūt, quos scriptura, Leuit. 24. morti addicit. Id quod vulgare est alea ludentibus & perfidis militibus. Sunt etiam ex hoc genere, qui se de nouent, vel qui sibi nescio quid mali imprecantur, si res aliter*

ter, quàm ipsi dicūt aut statuant, euenerit. Præterea hoc præceptū prauaricantur, qui nomen Dei dehonestant, vel dehonestantibus non resistunt, sed conuiuent: Quod non tantū rei sint, qui faciūt, sed & qui cōsentiunt faciētibus, quod frequēs est in adulatoribus. Publicè verò, non tantū priuatum peccāt in hoc præceptum Parochi, & qui verbi ministerium gerunt, tā omitendo quàm committendo. Omitendo, quū concretum in unum exegi contēnunt, quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi quatētes, quos ve horrēdū manet, sicut dicit Apostolus: *Vae mihi, si nō euāgelizauero, quia dispensatio mihi credita est. In cōmittēdo verò qui haud legitimè missi seu vocati, se verbi ministerio temerè ingerunt, qui sacrā scripturam falsis enarrationibus aut interpretationibus maculat. Qui diuinas literas ad impiam opinionē tuendam detorquent. Qui rudem populū nouis & à præscriptis ecclesiæ alienis dogmatibus imbuunt. Qui sacramenta Dei irident. Qui potentiam ac virtutē Dei in sanctis suis exhibitā ac demonstratā blasphe-ma voce aspēnātur. Breuiter, qui aliter docent, quàm catholica docuit ecclesiā, ab Apostolis ad nos vsque deriuata, quos vehemētē cauendos Christus iubet, & Apostoli grauissimè insectantur, veluti adulterantes verbū Dei. Quibus con-sines sunt, qui ex suggestis non nisi placentia plebi loquūtur, qui populo peccata sua non annuntiant, sed magis in absentes, eisdēque indefensos impudētē vociferantur. Qui sub prætextu verbi Dei, seditiones & turbas excitāt, ac Parochos ritē vocatos, suis sedibus (quos ipsi vi ac iniuria inuadūt) extrudere non formidant. Breuiter, qui non rectē fecant verbū veritatis, sed vel ad sua vitia tegenda, vel ad quæstum seu luxum suum, vel ad lites & contentiones seminandas, abiecta omni modestia & tranquillitate spiritus (quam sincera verbi Dei disseminatio requirit) verbo Dei abutuntur. Insuper in hoc præceptum delinquent, qui Dei nomē vel in prosperis vel in aduersis inuocare contemnunt. De quibus Psaltes dixit: *Deum nō inuocauerunt. Item, qui etsi inuocent, in spiritu tamen & veritate non adorant. Quales sunt, de quibus dixit Esaias: Populus meus labiis me adorat, cor autem eorum longè est à me. Qui in aduersis positi, non ad nomē domini confugiunt, sed vel diffidentes Deo, vel Dei auxilium contēnentes, aliud remediū petūt, qui aduersa impatiētē ferūt, qui in his etiam Dei clementiam hæc vel ingerentis aut per-**

Roma. 1.

Parochi & omit-tendo, & cōmittendo in hoc præceptū qui peccant.

Philip. 2.

Hæretici.

Mat. 24.

Galat. 1.

1. Tim. 4.

2. Tim. 3.

2. Petr. 2.

Esa. 3. &

58.

1. Petr. 5.

Psal. 13.

Esa. 29.

Mat. 15.

mittentis non agnoscunt. Atque adeò qui suã voluntatẽ Dei voluntari præponere satagũt. Denique in hoc præceptũ peccant, qui vel temerẽ, vel falsũ, vel impiẽ ac iniustẽ iurãt, multò magis qui peierãt, vel iusta vota Deo præstita infringunt.

Quatenus liceat iurare. Duo erro res.

VT autem quid velimus, apertius intelligatur, operẽ præceptũ visum est paucis docere, quatenus iurare liceat, quatenus non liceat. Vtrinque enim in hoc non leuiter erratur. Suar enim qui putant licere indiscriminatim iurare, quod videtur Iudæis cum gentibus fuisse cõmune, existimãtibus non esse crimẽ, si falsim sermõni familiari Deus testis adhibeatur, modò dicatur verũ. Qui error vtiã in Christianorũ mores nõ dimanasset, quòd is error cum hoc præcepto & Christi doctrina (quam statim asseremus) ex diametro pugnet. Sunt alij, qui asserunt Christiano homini, omnino quacũq; etiã ex causa iurare nõ licere, atque adeò iurare damnable esse, innixi in primis verbo Christi, Matt. 5. dicentis: Dicitũ est antiquis, Nõ peierabis, reddes autẽ domino iuramẽta tua. Ego autẽ dico vobis, nõ iurare omnino, neque per cælũ, quia thronus Dei est; neque per terrã, quia scabellũ est pedũ eius; neq; per Hierosolymã, quia ciuitas est magni regis: neque per caput tuũ iurabis, qui non potes vnũ capillũ albũ facere aut nigrũ. Sit autem sermo vester, est, est, nõ, non. Quod autẽ abundantius est, à malo est. Et quod Iacobi 5. in eandem sententiã legimus, quum inquit: Ante omnia fratres mei, nolite iurare, neque per cælum, neque per terram, neque aliud quodcũque iuramentum. Sit autem sermo vester, est, est, nõ, non, vt nõ sub iudicio decidatis. Verũm hic Christi verba ad suam sententiã astruendã nimis virgent. Ergo vt intelligas, quid in hac re, non leuis certẽ momenti, & lentire & facere te oporteat, videbis vt germanam Christi verborũ sententiã teneas. Nos eam, quẽ patribus visa est, cum verbis, tũ menti Christi magis cõuenire, simplici fide recitabimus. Hoc cõuenit inter patres iusiurãdũ, quod homines mutuo præstant aut exigunt, non esse ponendũ inter probata, seu quã sua natura bona sunt, sed inter necessãria. Loquimur autẽ de iuramento humano. Nam sicubi iurat Deus, qui falli nõ potest, aut Christus (qui est ipsa veritas) aut angeli, qui Dei nomine abuti nequaquam possunt, nihil propemodũ ad nos attrinet. Iuramentum verò humanum de numero eorum non esse, quã sua natura bona sunt, vel origo eius satis declarat. Nã si diuo Chry-

Stictiã ecclesiãstica. Aug. de verbis domini i nõ te. libr. 1. Iuramentum non de numero sua natura bonorũ.

sofomo credimus, nõ statim ab orbe condito, sed dudũ post irrepsit inter homines iuramentum: nimirum tum, quũ mala creuissent, quum sursum & deorsum cõfusio facta fuisset, quum ad idolorum seruitutẽ homines declinassent, tunc, inquam quum infideles apparerent, testẽ inuocabãt Deũ, tanquam dignum dantes dictorũ vadem: hoc enim est iuramentum, morum infidelium vadimoniu, vt nisi cum spõsore credatur, & sponsore quidem magno. Propter multam enim incredulitatem, non hominem volunt sponsorem, sed Deum. Hactenus ille. Qui & ob id eum Euangelij locum (Quod autem abundantius est, à malo est) de diabolo interpretatus est. Quẽ sequitur Theophylactus: Iurare (inquit) & adiicere amplius, etiam, vel nõ, à diabolo est, nimirũ quòd omnis infidelitatis, diabolus primus sit author. Porrò si dicas, cur igitur iurare iubet Mos lex, quã nihil nisi quod bonum est præcipit, si de genere bonorum iuramentum nõ est? Respondebit Chrysofomus. Nõ statim omnia, quã lex Mosi præcipit, boni perfectionẽ habent, quã pleraque talia sunt, quã accipietium legẽ infirmitas exigebat, quale est & illud quòd Moses iussit dare libellum repudij, quum Christus hoc factũ testatur propter feritiam cordis Iudæorum, non quòd repudium sua natura bonũ fuerit. Nã & nidore victimarũ coli, quã sit satis indignum Deo, quis non videt: & tamen rudi illi populo ad idololatriã admodũ propẽso præceptũ est, vt siquidem omninò sacrificando prohiberi nõ possit, saltem sacrificaret non idolis, sed Deo viuo ac vero. Ad eundem ergo modũ Iudæis adiurandum admodum facilibus permillum est iurare per Dei nomen, ne saltem per simulachra iurarent, & tamen non aliter permillum est, quã reuerẽtissimẽ & rei necessitate postulante, quod hoc secundo præcepto satis ostenditur. Lex ergo quum iubebat, vt iuraturi non aliter quã per nomen Dei iurarent, bonum quidem iubebat, sed nõ absolutẽ bonũ. Verũm tale, quòd rudes Iudæi ad boni perfectionẽ sensim adduci possint. Et laudabãtur Iudæi, qui proximo, idque in Deo, iurassent, & proximum nõ decessissent. Hoc est enim quod lex iubebat, Reddes domino iuramẽta tua, id est iurãs verum loqueris. Laudabãtur, inquam, non quia rem omninò sanctã ac piã, sed magis illo tẽpore permillum fecissent, alia Christi prohibitis tanto peioribus abstinentes. Quamobrẽ iustitia Phariseorũ erat, nõ peierare. At Christus legis cõsummaror,

Chrysof. homi. 26. ad populũ. Antioch.

Chrysof. in Matt.

Theoph. in Matt. cap. 5.

Questio.

Cur Moy

si lux iura

re iubeat.

Dilutio.

Chrysof. in Matt.

Matt. 19.

Cur vlti

me iudeis

præcepta.

Quatenus

oli Iudeis

permillum.

iurare.

Psal. 62.

Reddere

domino iu

ramenta.

Aliphã

riseorum,

alia Chri

stiana iu-

sticia.

Mat. 5. absolutæq; & perfectę iustitię doctor, ostendere volēs, quàm procul abessent Pharisæi à perfectione, non tantum execratur periurium quod & lex facit, sed & suis discipulis indignū censet, quomodolibet iurare, et si iuramēta reddant Deo, hoc est verum iurēt, id quod lex non tantum permittit, sed & factū vt videtur laudat: Idq; facit Christus duplici potissimum ex causa. In primis, quod sua doctrina ea sit, quæ interiorem hominem, hoc est animum transformat: non tātum externā iustitiā, sed & interiorem innocentiam in suis discipulis requirens, quæ vniuersisq; quod tibi fieri velit, alteri faciat. Quod verò sibi fieri nolit, in alterum non committat. Nunc quorsum attinet iurare, si nemo sit, qui quenquā velit circūuenire, etiā si id posset impune, si nemo alteri diffidat, si quisque quod simplici verbo dixisset, non minori fide ac religione seruaret quàm si iusiurandum intercessisset. Deinde, quod quisquis iurat se grauissimo periurij periculo exponat: propterea quod homo ob imbecillitatem mentis, ob obliuionē, ob sensus fallaces, sæpenumero putat se præstare posse, quod nō potest. Quod Christus hoc ipso satis indicare voluit, quū vetat, ne per caput nostrum iuremus, quia scilicet non possumus vnū capillum album facere aut nigrū, quasi dicat: Non permitto vt vel per illud iures, quod proprium tuum esse putas. Nā & illud aded nō est tuū, vt ne minimū quidē, quod in eo est, possis cōficere. Nimirū vt in capite quod omnino tuū esse putas, non solū capillū vllū producere nō possis, sed nec ipsam coloris eius cōuertere qualitatē. Quo magis metuendū indicat, ne hoc iuramēto nos facturos affirmemur, quod minus in potestate nostra, quàm quod nostrū videtur, situm est. Ergo hæc est planissima Christianæ doctrinæ sententia, non esse Christianæ innocentiam aut perfectionis iurare, aut iuramentū exigere, præsertim in his rebus, quarū contemptū præcælestibus Christiani profitētur, abūdē satis esse, vt in omnibus actionib⁹ nostris simplici negatione nos facturos negemus, quod nō pollicemur, & præstemus, quod simplici sermone nos præstaturus receperam⁹. Certē qui iurat, nō bene sentit de eo cui iurat, aut diffidit de iurato qui iusiurandū exigat. At quū Christus suos inter sese optima fide cuncta loqui & agere vult, pcul ab omni dolo, fraude & mēdacio semotos. Cōsequēs ergo est, vt nec iurare eos inuicē velit, etiā in referia. Veraces enim esse debent, & alter alterū talem estimat-

re. Veracibus autē verax fidē absq; iuramēto facere sufficit.

Quid ergo inquis, Damnat Christus omne iuramentū? quod si ita est, quomodo excusabimus Apostolū Paulū, ne contra præceptū domini fecisse videatur, qui sæpe iurasse comperitur: veluti quū dicit: Quæ autē scribo vobis, ecce corā Deo, quia non mentior. Et iterum: Deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in secula, scit quia non mentior. Item. Testis mihi est Deus, cui seruiō in spiritu meo, in Euāgelio filij eius, quomodo sine intermissione memoriā vestri facio semper in orationibus meis. Et alibi: Quotidie morior per vestram gloriam. Quæ contestationem, iurationem esse, eandēmq; se domino debere, idē vt ostenderet, addidit: Quam habeo in Christo Iesu.

Hic quidam sic respondēt, vt dicant iusiurandū promouendo Euāgelio concessum esse, vt scilicet liceat, quum necessitas exigat, apud infirmos veritatem iureiurando corroborare, atq; hac ratione excusant Paulū iurantē, qui & tanta fuerit iurādo securior, quod iurauit in his literis quas afflatu spiritus sancti prodidit continentēs non hominis, sed Dei verbum. Sed hi iurandi permissiōnem nimis restringere & in arctum cogere videntur. Nobis itaque magis placet beati Augustini sententiā, qui hanc rem nō tā ex verbis, quàm ex mente Christi æstimans, sic determinat. Principio, vt verū esse fateatur Christum reuera hoc velle, omnem asseuerationem inter perfectos Christianos superuacantē esse. Verū quum interim in ecclesia sint non tantū perfecti, sed & infirmi, bonū esse ait, & verē Christianis omnino appetēdum, ne omnino iurent. At si iurare cogantur, infirmitate fratris vel necessitate causæ ita postulante sciāt id de necessitate venire infirmitatis eorum, quibus aliquid suadent. Quæ infirmitas etsi malum sit, sciant tamen se malum non facere, quum bene vtantur iuratione. Nam etsi ea non bona fuerit, tamen necessaria est, vt alteri persuadear quod vtiliter persuadetur. Excusat ergo Augustinus non tantum in Euangelij, sed & in aliis negotiis iurantē, modō infirmitas eius cui iuratur, & causæ grauitas seu necessitas iuramentum extorsit, quod tamen, quoad fieri potest, vitandum esse docet. Quam sententiā communis ecclesiæ cōsensus sequi videtur, qui permittit, vt perhibet, non tantum in confirmatione verbi Dei, sed etiam in fœderibus principum, in suspiciendo magistratu, in

*Questio.**Galat. 1.**2. Cor. 11.**Roma. 1.**1. Cor. 15.**Aug. de**ser. domini**in monte.**libr. 1.**Quorundam**sententia.**Dilutio.**Aug. de**ser. domini**in monte.**libr. 1.**Quatenus**excusatur**iurans.**Infirmi-**tas.**Gravitas.**Necessi-**tas.*

iudiciū, maxime si magistratus exegerit, ac sicubi causę grauitas postulauerit, nos iuramētū sine peccato præstare posse. Quin etiam peccaturos, nisi id præstiterimus modo ad publicam vtilitatem, tranquillitatem & pacem, aut etiam proximi commoditatem fecerit, & omissum allaturū sit vtilitati vel publicę vel proximi detrimentum. Quod & à mēte Christi abhorrere non videtur, si scilicet intelligamus eum non simpliciter iurare vetuisse, sed tantum inter suos, qui verè & perfectè sunt Christiani, quòd nulli omninò iuramēto apud eos locus relinquatur, nimirū vnoquoque de alio etiam iniurato optime & sentiēte & sperāte. At si res nobis agenda sit cum malis (qui bonis numero longe plures sunt) aut etiam cū infirmis non aliter credituris, nisi iuremus, tum Christum non simpliciter, sed eo modo iuramenta fieri vetuisse, quo vulgato more hominū fiebat, quemadmodum vetuit irasci, salutare quenquam in via, resistere malo, appellare magistros, vocare patrem in terris. Vulgato autem hominum more fiebat iuramenta indiscriminatim, idq; impune, modo verum iuraretur, tamen si nulla causę necessitas, vel proximi infirmitas exigeret, quod nobis omnino sine peccato non licet, quibus iurandi consuetudo (vt Hilarius inquit) omnino adepta est. At si vel proximi conditio vel rei grauitas exegerint vt nobis iurādum sit, tum licet quod ad nos attinet, ad hoc inuitis veniendū sit, tamen necessitate atque adeò charitate (quę nihil agit perperam) postulante impune ac sine peccati reatu iurabimus, modo tamen iniurandum nostrū tres comites habuerit, quemadmodū Dominus apud Hieremiam cap. 4. præcipit, dicēs: Et iurabis, viuūt dominus in veritate, in iudicio, & iustitia. Veritas primā comes, iuramenti causā erit, ac substantia, vt non aliter præstetur, quàm vt mendacium opus diaboli destruat, veritas verò detegatur ac firmetur. Deinde iudicium adhibendum est, vt non temerè, sed cū magna discretione & deliberatione ad iuramentū veniatur, nēpe vt iurans prius cōsideret, an rei necessitas aut grauitas iuramētum exigat, an hoc quod iurat, facere queat, necne. Itē, ne vel nō suo rēpore & loco, vel ira, aut alio prauo affectu cōcitus iuret. Postremo videndum, vt nihil nisi quod iustum, æquum, honestū, ac rectū est iuretur, vtq; rei turpi aut illicitę nullum iuramētū adhibeatur, hos comites quū habuerit iuramentū, damnabile nō est, tamen si in rebus prophanis adhi-

Inter perfectos Christianos iuramento nullus locus relinquitur.

Mat. 5.

Hilari⁹.

i. Cor. 13. Iuramentum debet habere tres comites. Veritas. Iudicium.

Iustitia.

beat, q̄ tū ipso iuramēto veritas, pax, & concordia defendatur: falsitas, lis, & dissensio destruat̄ur, ad quod certe inuentū est iuramētū. Hebr. 6. Omnis cōtrouersię finis est iuramētū.

In primis ergo ex hac parte in hoc præceptū peccat, qui praua cōsuetudine tertio quoque verbo addūt, per deum, per mortē Dei, per animę salutē, & id genus similes de iuratio nes. Quòd tales in iurādo nullū adhibeāt iudiciū, sed nomen Dei sui temerè vsurpāt, quod & Iesus filius Sirach quāmaximè detestatur: Iuratori, inquit, non assuescat os tuum, multi enim casus in illa. Nominatio Dei nō sit assidua in ore tuo, & nominibus sanctorū non admiscearis: quoniā nō erit immunitas ab eis, omnis iurans, & nominās, in toto à peccato nō purgabitur. Vis multū iurans implebitur iniquitate, & nō discedet à domo illius plaga. Et cap. 27. Loquela multū iurās, horripilationem capiti statuet, & irreuerētia illius obturatio aurium. Hactenus ille. Hanc prauā iurandi cōsuetudinem adeò infectatur Chryostomus, vt iuramēto videri possit paulò iniquior, nisi quòd conueniebat, vt aduersuseam partē, in quā magis propendit hominū ingenia, & vnde grauis imminet periculum, esset vehemētior. Is ergo à iurandi consuetudine deterrens, Christus, inquit, & per propriū caput iurare prohibuit: nos verò paruipendimus Dei gloriam, vt eum passim trahamus. Nescitis quid sit Deus, & quali debeat ore vocari? Quòd si de studioso quopiā viro sermo incidit, dicimus, os tuum abluet, & ira cōmemora. Nunc vero nomē super omne nomen venerandū, in omni terra admirabile (quod audiētes dæmones horrēt) temerariē circūferimus. Et paulo post: ille tātus pio zelo astuās episcopus, ab ecclesia prohibet eos, qui passim iurāt, quos & ad se deferri iubet, vt iudicētur, eosdem que ab ore & lingua, quòd veri Christiani non sint, dignoscit ait, quēadmodum psitacivoce noscuntur. Secūdo, hic impingunt, qui etiam in rebus etiā seriis, nō tamē magni momēti, iuramēta adhibēt, ex quibus nō sit manifesta vel publica vel proximi vitia sequutura. Quod Chryostomus etiā hinc excusari negat, q̄ sit aliquis, qui necessitate iuratiōis imponat. Sit, inquit, tibi timor dei omni necessitate violētior. Si enim velis huiusmodi occasiones semper obicere, nihil de his, quę sunt imperata custodias. Excusari ergo nequaquam possunt, qui in omni penē negotio iuramētum adhibent, quòd solēt mercatores, qui Lucri gratia in extrudēdis mercib⁹ nihil nō

Qui peccat in hoc, præceptū male iurādo.

Ecl. 23.

Consuetudo iurandi detestabilis. Chryst. homi. 26. § 27.

Psal. 8.

Ibidem.

Chryst. in Mat. c. 5. In omni negotio adhiberi iuramentum nō debet.

*Mat. 16.
August.*

*Obiecto.
Chrysof.*

Responsio.

*Moderā-
da foreſia
iuramēta.
homil.*

36. & 37.

*Trahens
hominem
in iuramē-
tū non est
sine culpa.*

Epilogus.

*Quales in
dices esse
debeant in
exigendis
iuramētis.*

iuramentorum admiscēt, raro etiam sine periurio. Sed quid tandem proderit eis, si vniuersum mundum lucrētur, animæ verò suæ detrimentum patiantur? Lucraris (inquit quidā) pecuniam, & perdis animā. Sed dices: Exigit à me iuramētum, qui mecum contrahit, de cōmerciis hālitans, Deum in sponſionē trahit, & dicit se non accessurū, nisi capiat illū sponſorem. O ingētem insensibilitatē & contumeliam: qui vermis es & terra, cinis & fumus, dominū Deum tuū citas in vadiōniū, & illum trahere cogis? Dic mihi, si seruis vestris inter se cōtendentibus & sibi fidē nō habentibus, diceret cōseruus se prius nō crediturū, quā communem dominum sponſorē acciperet, nōne multa tulisset verbera, didicissetq; quòd ad alia domino sit vtendum, non ad huiusmodi: **Quin** tu qui hinc te excusas, quòd aliter tibi iniurato non crederet, eius es causa, eo quod facile iuras, quoniā si id nō faceres, sed omnibus constares, quòd non iures, mihi crede dicenti, quòd his, qui mille deierant iuramenta, maiorem ipse fidem solo nutu inuenires. Damnat quoque Chrysoſtomus forensia iuramenta, & nos certe probare nō possumus, quòd pāsīm in iudiciis absq; omni iudicio iuramenta etiā pro decem obolis exiguntur & præstantur. Mirandum certe, quum tot iuramēta, quæ malitiæ appellāt, ac cætera eiusdē generis temerè fiunt, quòd quandoque fulmen superius nō veniat in tantæ temeritatis vltionem. Sed propterea quòd non punimur, nos ne peccare cogitem? Illud est misericordiæ Dei, nō virtutis nostræ. Dic mihi quæſo (inquit ille) trahēs hominem in iuramentū, quid expectas, vtrum vt peieret? sed hoc est extremæ dementia; & in caput tuū pœna conuertetur: melius est te pecunias amittere, quā illum perire. At non periuraturū expectas, igitur & absque iuramēto crede. Sed multi sunt, inquis, qui sine iuramento defraudare voluerunt, non autem cum iuramento. Teipsū decipis homo, homo furari solitus, & iniuria pximum afficere, neque iuramentū frequenter pessundare dubi tauerit. Quòd si fuerit in iurādo reuerens, & in ferenda iniuria multo magis erit. In summa, iustum ac decēs est, Christiā nū hominem omnē iuramenti præstationē tam in cōtractibus, quā in iudiciis, quoad fieri potest, euitare. Deinde, iudices in exigendis iuramentis plurimū discretos esse oportet, atque adeo tales, qui priusquam iuramēta, vel à litigatoribus vel à testibus exigant, omnem adhibeant diligentia, quo iu-

ramenta, ea saltem, quæ communi partium consensu remitti possunt, remittātur, ac nulla (nisi rei necessitate, aut grauitate exigente) præstentur, quod facile persuadebūt litigatoribus, si affirmant nos hanc reuerentiam Deo debere, præsertim in causis ac negotiis modici momēti, vnde non sit euidentis vtilitas, vel publicæ proximi expectanda. Id quod multo magis ecclesiasticos viros decet, quos certe turpe est assiduitati iurandi intentos esse, quum potius sese veluti exemplaria euangelicæ perfectionis laicis exhibere debeāt. Deus cordiū reformator & rector, hanc iurādi assiduitatem ac temeritatem corrigere dignetur ad sui nominis gloriā & honorem.

Tertio, in hoc præceptum ex hac parte grauius peccant, qui vsurpato nomine Dei deierant (hoc est, sanctè ac vehementer iurāt) ac sese quodammodo iurando execrātur & deuotent, quod Petrum Apostolū fecisse legitimus, quū dominū tertio negaret. Hos peccati pondere superant, qui peierant, hoc est scienter falsum iurant: aut qui iurant vt facilius fallent, vt per temulentiam iracundiā ve, aut animi gratia iurant, qui blasphemæ proximi sunt. Dein, adhuc grauius peccant in hoc præceptum, qui nomen Domini blasphemauerint, ac execrabiliter detestati fuerint, quos vetus lex morti addiçit. Quæ de iure iurando & quatenus in hoc præceptū temerè iurando committatur, dixisse suffecerit.

Postremo, peccāt in hoc præceptum, idq; grauiſsimè, qui vota deo facta temerè violant ac rumpunt. Scriptum est enim Leuitici tertio: **Quod semel egressum est à labiis tuis, obseruabis, & facies sicut promissisti Deo tuo.** Itē Ecclesiastici quinto: **Si quid vouisti deo, nō tardabis reddere, quia dominus deus requirit illud.** Monendi ergo sunt omnis generis homines, ne temerè quid voueāt, præsertim tale quod an præstare possint, incerti sunt, vel quod sine superstitione aut turpitudine præstare nequeant. Duplicet enim deo stulta promissio. Ecclesiastici quinto. Sunt vota superuacanea, vana & incauta, sunt impia & turpia, sunt denique licita ac honesta. Sed interim hoc certū est vtrinque grauiſsimè peccare, nepe si vel licita ac honesta vota temerè violentur, vel illicita deo fiant ac præstantur. In impiis quidē ac turpibus votis decreſcitur tū mutare, in malis promissis rescindere fidē oportet, quòd sed impie ac turpi promissio, quæ cum scelere, adimpletur qualis fuit promissio Herodis facta Herodiadi, & Iudæorum qui voue-

In iudiciis ecclesiasticis à iuramētis quo ad fieri potest tempore randum.

Deierātes Mat. 26.

Peierantes. Blasphemantes.

Leui. 2 4.

Voti violatores.

Leuit. 3.

Nō temerè emittēdū votum.

Votorum distinctio.

Impia ac turpia vota sic reſcitur. In impiis ac turpibus votis decreſcitur tū mutare, in malis promissis rescindere fidē oportet, quòd sed impie ac turpi promissio, quæ cum scelere, adimpletur qualis fuit promissio Herodis facta Herodiadi, & Iudæorum qui voue-

Marc. 6. Act. 23. runt se nō comesturos, nisi prius occidissent Paulum. Sed interim constat non alios tantū grauiissime peccasse, sed simul omnes qui talibus votis se obstringunt, etsi nullus sequatur effectus. Idem de superstitiosis & superuacaneis votis sentiendum putamus. Nempe, vt tameris æquū fuerit, ea nō præstare, grauiissime tamen eos peccare, qui talia præstiterint, nullū adhibentes in vouendo vel iurādo iudiciū, aut discretionem. *Vota superstitiosa & superuacanea. De voto perpetua castitatis.* *Mat. 19.* *1. Cor. 7.* Eunnuchos eos potissimum commendauerit, qui se castrarunt propter regnum cælorum. Itidem quod Pauluseum benefacere dicat, qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habēs suę voluntatis, iudicauit in corde suo seruare virginē suā: vt interim prætereamus veterum patrum Concilia non multo post Apostolorum tēpora, in Ecclesia Dei habita, inter quæ antiquissimū illud Gangarense pari censura damnat tam eos, qui continentię & virginitatis professionē ac sanctū propositum violant, quàm qui non professos, sed matrimonio iunctos damnant,

Consilium Gangarense.

Votū perpetua castitatis nō temerē emittendū.

IAm si votum hoc piū ac sanctū est, modō legitime præstetur, quod nemo plus negauerit, tātō certe magis cauere oportet ne temerē emitatur, nimirū a talibus qui suę infirmitatis ignari, eiusmodi votū non principaliter respectū Dei, sed vel præsentis cōmoditatis gratia, vel blādē illecti seu inducti cōtinētiā vouēt. Nā quātūuis tales quū eos emissi voti poenitere cœperit, cōtendāt, meli⁹ esse nubere quàm vtī, & violare votū quàm fornicari, negare tamē omnino non possunt (nisi verbū Dei & Apostoli Pauli doctrinā cōtēnere pergāt) se non leui dānatione obnoxios esse, quū vori immemores cōnubio temerē se alligāt. Nā vt hoc demonstraret Apostolus, de ecclesiæ viduis ait. *1. Timot. 5.* Cum luxuriatæ fuerint (hoc est in deliciis degerint) in Christo nubere volūt, habentes dānationē, quoniam primā fidē irritā fecerunt. Quod Apostoli verbū, omnis ecclesia sic semp̄ intellexit, vt etī nuptiæ quas tales contra votū præstitū contrahebant, ex se dānandē nō iudicarentur, tamen omnino dānari propositi fraudē, dānari voti fracti fidem, dānari non solum susceptionē a bono inferiori, sed ruinā ex bono superiori: damnari denique tales

non quia coniugālē fidem posterius inierunt, sed quia continentię fidē primā irritā fecerūt. Ergo quia nō omnes capiūt verbū hoc (sicut domin⁹ ait) sed qui potest capere, capiat, ducāt ante votū qui se nō cōtinēt: qui non cœpit, deliberet: qui egressus est, persequeret, nulla aduersario detur occasio, nulla Christo subtrahatur oblatio. Nos in medio relinquitur, ac ecclesiæ in futuro Cōcilio determinādū cōmittimus, nō expediat veterē morē immutari. Deinde, nō nuptiæ, quę cōtra votū contractæ sunt, irritæ, ac velut adulteria censenda sint, nihilofecius tamen etiā hoc inter omnes cōuenire putamus, in contrahentibus eiusmodi nuptias, etī nō ipsas nuptias grauiissime tamē dānari fractā voti fidē, & quoddā nomē domini frustra seu temerē vsurpatū sit, vt cūq; etiā tales vouētes se excusent, vel per atatē, modo ea doli saltē capax fuerit, vel per incogitantā. Quo magis miramur eos qui hodie temere votū continentię infringunt, nec solū nuptias suas, quas qualibet occasione oblatas irreligiosissimē incunt, contēpto voto defendere conantur, sed etiam putant se Ecclesiastes ac Parochos esse non posse, nisi votū cōtinētiā infregerint, cū tamen Apostolus episcopum velit esse vndique irreprehensibilē, & si fieri queat, ab vxore & omni sollicitudine solutum. Et quo pacto quæso Paulus tulisset Parochū, hoc est ecclesiæ moderatorem, qui votū solenne violasset, qui ne mulierculas quidem tātō gradu inferiores in ministerio ecclesiæ ferre voluit, quæ primā fidē nubendo irritam fecissent, quas & dānationē habere pronūtiat? saltē hi vtorū temerarij violatores veteribus canonibus hāc vim permittāt, vt se ob voti fracti reatū excommunicatos & indignos etiam officio sacerdotali esse fateantur, vt interim largiamur, ipsis humanitatem exhiberi posse, si ita pbauerit, qui eius rei potestātē habet, episcopus.

August. Mat. 10.

Cōcilio euangelio consentaneum.

Qui cōtra votū cōtra hūc matrimoniū grauiissime peccant.

1. Tim. 8.

1. Cor. 7.

1. Tim. 5.

Conciliū Chalcedo nense. c. 19.

Nec enim habebit dominus in fontem eum, qui assumpserit nomen Dei sui frustra.

Grauis certē censura in huius præcepti violatores, cuius hæc est sententia, Deū non habiturū innocentem eū, qui nomē eius frustra assumpserit, sed grauiissimis poenis suā iniuriā vlturū, etī non in hoc seculo, nullus & in hoc sepius, saltē tamē in futuro. Certe vt nullum aliud crimen nostrū extaret, quæ tamen maxima sunt & sine nu-

Sententia præcepti.

August. 27. q. 2. c. nuptiarū.

*Crimen
blasphemie & per
iurij suffi-
cies ad in-
ducendam
omnem
plagam.
Quidam
iudicant
perinriam
homicidio
& adulte-
rio graui?
Chrysoft.
Quid ca-
uendum.
Coloss. 3.*

mero, vnicum tamen illud blasphemandi & peierandi, & in vniuersum nephas illud & prauissima consuetudo nomē domini indignē vsurpādi, sufficeret inuolucere nos omnibus, & maioribus etiā quā iis malis, calamitatibus ac miseris, quæ nostra sentit etas, quibus meritō premimur, & non dubium, prememur, si (vt cōceptum est) in dehonestādo domini nomine pergere voluerimus. Sunt qui nō omnino absque ratione hoc crimen adulterio ac homicidio grauius iudicant, quod hæc non sic transeant in consuetudinem, & durius puniātur. Hoc autem commune fiat omnibus, & semper, idque etsi nō apud deū, apud homines tamē propemodū impune. Quāob rē adnitendū est omnibus modis, vt tollatur è medio horribilis corruptela nominandi in vanum sacrosanctum & gloriosissimum nomen Dei, vt obscenitates verborū, stultiloquia, turpiloquia, mendacia, conuitia, detractationes, maximē autem vt blasphemie in deum & Christum dominum, illiusq; mēbra sanctissima: Sacrosancta item vulnēra vsque ad amarissimam mortem pro nobis afflicta & benedictū p nobis effusum ac preciosum sanguinem omnino eliminētur, quod deo authore fiet, si populus, & verbo, & exemplo doceatur, vt sermo eius semper gratiosus & sale conditus sit.

TERTIVM PRAECEPTVM.

Memento vt diem sabbati sanctifices. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Septimo autem die sabbatum domini Dei tui est. Non facies omne opus in eo, tu & filius tuus & filia tua, seruus tuus & ancilla tua, iumentum tuum & aduena, qui est intra portas tuas. Sex enim diebus fecit Dominus cælum & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt, & requieuit die septimo: idcirco benedixit Dominus diei sabbati, & sanctificauit illam.

Orationis ratio.

ORdine planē pulcherrimo tria ista prima præcepta, quæ quodammodo vnum sunt, & ad Dei cultum, quem latrīā vocamus, pertinent, sese consequūtur. Primū enim præceptū (vt suprā diximus) animū format, in verā dei agnitiōē nos ducit, deq; interiori cultu (qui in fide & charitate erga deum consistit) instituit. Verum cum ex abundantia cordis os loquatur, & fieri nō possit, quin lingua (quæ animi nostri interpret est) hoc sonemus, quod mente sumus cōplexi. Proinde secūdus locus debebatur præcepto pximo quod docet qualiter de Deo loqui oporteat. Iam quod subsequitur tertium præceptum amborum illorum absolutio est, quo docemur de omni aliō exteriori cultu Deo præstando ac exhibendo. Vt autem huius præcepti sententia manifestior fiat, constar sabbatum Hebræis sonare requiē, & sabbatizare idē esse quod requiescere. Et quia septimus hebdomadæ dies requiē peculiari ter deputatus erat: idcirco idem dies apud Hebræos propriē sabbatū dictus est, quemadmodū Exo. 30. legimus: Septimus dies erit vobis sanctus, sabbatū & requies domini. Postea etiā sabbati appellatione (sed latius accepto vocabulo) tota hebdomada significari cœpta est. Sic Luc. 18. legimus: Ieiuno bis sabbato.

*Mat. 12.
Lucæ 16.*

*Sabbatū.
Sabbati-
zare.*

IN vniuersum autem duplex est sabbatū, Externum inter-
num seu spirituale. Rursus externū suum habet caremo-
niale, suū item morale. Quod ad ceremoniam atinet, non
habet hoc præceptū eandem omnino rationem quod Chri-
stianos quam habebat apud Iudæos. Siquidem quod sabbatum olim
apud Iudæos certæ dici alligatum erat, ceremonia est
apud Christianos, vt constat, abrogata, qui non Iudaizant seu
Iudæos, aliā sabbatizant cum Iudæis. Iudæi verō hanc ceremoniam (magis
apud nos verba quā verborum genuinum sensum vim ac spiritū se-
stantes) mordicus adhuc tenent, rametis ex prophetis cōstet
eam obseruationē quandoque abrogādam. Verum quod ad
morale legis pertinet nihil mutātū est. Id vero constat in eo
situm esse, vt homo qui corpore cōstat, & anima, aliquo saltē
destinato tempore, & corpore, & animo interquiescat, totus
laudi, cōtēplationi ac venerationi Dei intēctus, vt & corpus
labore fatigatum alterna requie non careat, & mens ipsa, ex-
ternis laboribus distracta, diuinæ legis meditatione, ac diui-
norum beneficiorum recordatione reficiatur sāginetūrque.
Vnde consequens est, necdum apud Iudæos, sed & apud Chri-

*Duplex
sabbatū.
Hoc præ-
ceptum a-
liam olim
apud Iu-
dæos, aliā
apud nos
habet rati-
onem.
Esai. 1.
Quod ad
morale at-
inet, nihil
mutatum.*

Feria sunt de iure diuino.

Externū sabbatum cur præceptum.

Externū sabbatum inter deū & homines.

Dente. 5.

Deum in scripturis dicitur odisse sabbata, & cur.

stianos iuris esse diuini, vt saltē aliquo destinato tēpore, cærimoniz institutz ad audiendum verbū dei, & ad cōmonēdam ac excitandam fidem & charitatē erga deum, & ad vacandū hymnis, præcationibus, alijsq; spiritualibus sacrificiis retineantur ac conferuentur. Deinde constat externū sabbatum in hoc datum & præceptū esse, vt esset certum signum, inter deum & homines deum agnoscentes, quemadmodum Exod. 21. dominum dicentem legimus: Videte (inquit) vt custodiatis sabbatum meum, quia signū est inter me & vos. Iudæis enim sabbatum signū erat & memoriale, quo in primis admonerentur illius ineffabilis operis, nempe creationis totius orbis, sex dierum opificio absoluti, vt vel hinc in admirationem potentiz, sapientiz & bonitatis Dei excitarentur.

Quod deus in huius præcepti verbis significauit, cū inquit: Sed diebus fecit deus cælum & terrā & mare & omnia quæ in eis sunt, & requieuit die septimo. Secundo, sabbatum Iudæis erat memoriale, quo subinde admonerentur, vt cū summa gratiarum actione recordarentur insignis illius beneficiæ ac misericordiæ diuinæ, qua à durissima seruitute Pharaonis liberati fuerunt, quod in Deuteronomio explicatus ponitur: Memento (inquit) qd & ipse serueris in Aegypto, & eduxerit te inde dominus deus tu^s in manu forti, & brachio extento. Idcirco præcepit tibi, vt obseruares diem sabbati. Tertio, significabat Iudæis sabbatum externū requiē internam & sabbatū spiritale, vt scilicet hinc admonerētur à suis operibus requiescere, ac sinere, vt dominus eos non ipsi sese sanctificarent. Quod dominus apud Ezechielem prophetam cap. 20. non tacuit. cū inquit: Insuper & sabbata mea dedi eis vt essent signum inter me & eos, & sciāt quòd ego dominus sanctificans eos. Quāquam interim Iudæorum vulgus quæadmodū nunc, ita & olim magis signis quàm rebus signatis inhaeserit, quo factum est vt scriptura testatur. Deum Iudæorum sabbata odisse cœpisse, vt apud Esaiam cap. 1. Dominū increpantem Israël legimus in hæc verba: Neomœniā & sabbatum, & festiuitates vestras non ferā, iniqui sunt cœtus vestri Calendas vestras & solennitates vestras odiuit anima mea facta sunt mihi molesta, laboraui sustinēs. Et ne mireris cur Deus dicat se odisse sabbatum, quod præcepisse videtur causam odij ipse subiungit, nempe quòd Iudæi sabbato non ad quietem animi, & ad mentis tranquillitatem erga Deum

comparandam (ob quod potissimum erat institutū) sed tantum ad externam & corporalem quietem (quum illi solā superstitiosus obseruabant) abuterentur. Sequitur enim apud eundem prophetam: Et cum extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis: & cum multiplicaueritis orationē, non exaudiam: manus enim vestræ sanguine planæ sunt. Lauamini, mūdi estote, auferte malum cogitationum vestrarū ab oculis meis: quiescite agere peruerse, discite benefacere.

Porrò eadem propemodū quæ sabbatum externum Iudæis significabat, nobis significat dies dominicus. Nisi qd nos loco liberationis Israël ex Aegypto (qui typus erat) admonemur, vt meminerimus, nos per agni immaculati sanguinem, à scēdissima tyrannide satanæ redemptos, ne per ingratitude reuoluamur in maiorem seruitutem. Deinde hic dies nos monet, vt quemadmodum Christus nostri causa factus est obediēspatri vsq; ad mortem, mortem autē crucis, vtq; is superata morte, ac operibus suæ dispēlationis cōsummaris requieuit in sepulchro: Ita & nos mortificata carne, omnibusq; carnalibus desideriis cōsopitis, totos deo submittamus & consēpulti Christo per baptismum ultra non seruiamus peccato: sed exhibeamus mēbra nostra deo seruire iustitiæ in sanctificationē. Quamobrem & ecclesia, eo die, plerasque alias non cōtemnendas cærimonias nos huc prouocātes admonet. Quòd enim aquam benedictā aspergit, quid aliud est, nisi quòd nos baptisimi, per quem Christo in spiritualem requiē consēpulti sumus, commonefacit, ac veluti signo declarat nos oportere subinde mortificare carnē, & cū Christo quiescentes auscultare Deo? Quòd itē processiones celebrat, in quibus populus signum crucifixi, & vexilla veluti tropheæ quædam resurgentis domini comitatur, quid aliud est, nisi pia quædam cæremonia, qua admonemur nos potissimum ea die totos intentos esse oportere, vt per omnem vitā Christum crucifixū sequamur, vt carnem vnā cum vitiis & cōcupiscentiis suis Christo cruci cōsigamur, vt parati simus (si res ita postulerit) (pro Christi nomine, & in carcerē & in mortē ire, ac omnem crucem tribulationis, vnde cūque nobis impositam, patienter post Christum portare: Vt item meminerimus gloriosi illius de diabolo triumphī per Christum acti, vtq; quemadmodum Christus resurrexit per gloriā patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulem^s. Denique quòd thuri-

Dies dominicus quid nobis signū fiet.

Phili. 21.

Roma. 6.

Cur aqua benedicta die dominico spargatur.

Cur agatur processio nes die dominico.

Roma. 6. Cur thurisi-

centur altaria.

Altaria ignis. Thus. P'sal. 140 Apo. 8.

Quid parochis praestandum circa caeremonias. August. Caeremonia sabbati cedit charitati.

Sabbati spirituale. Matt. 12.

Necessitas et charitas in omnibus exerceri dispensant.

Mar. 2. Luc. 6.

ficantur altaria, quodque thus deinde ad psallentes defertur, quid aliud designat, nisi quod externo signo testatur nos corda sursum habere ad dominum, in laudem, gratiarum actionem & preces profusa? Quid enim aliud sunt altaria, quam corda nostra? Quid ignis, nisi seruos charitatis? Quid thus, nisi orationes sanctorum? Quemadmodum David dixit: Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Et in Apocalypsi legimus: Angelo (cum impleuisset thuribulum de igne altaris) data est incensa multa, ut offerret de orationibus sanctorum. Quis ergo negauerit eiusmodi caeremonias esse pi-as, modò ad eum finem adhibeantur ad quem sunt institutae?

Hoc ergo Parochis praestandum erat, ut populus disceret inhærere rebus signatis, non nudis signis, nam & cate-nus ab ecclesia caeremoniae reprobentur, si quis putet in illis salutem consistere. Atque hinc etiã fit, ut inter decem praecepta hoc solum quod de sabbato est, quantum ad exteriorem caeremoniam attinet, non tantum charitatis dei, sed & proximi cedere debeat, quod non ita se habet cum duobus prioribus. Nam, ut supra diximus, nulla charitas est, ne dicamus caeremonia, quã debeamus praeponere charitati ac gloriae Dei, quã duo proxima praecepta requirunt. At qui externum sabbatum Iudaeis sacramentum fuerit, nobis quoque signum sit sabbati spiritualis (quod proprie in charitate Dei & proximi consistit) omnino cedere debet, quod ad caeremoniam exteriorem attinet, non tantum dilectioni dei, sed & proximi, quod & lex ipsa, licet Iudaeis obsecratis, id non videtibus, satis demonstrabat, quã iubebat sacerdotes operari in templo. Item circumcidere infantes die sabbati. Quin & Machabei in sabbato pugnasse leguntur. Atque hoc vniuersale est, necessitatem & charitatem in omnibus externis (vt dici solet) dispensare. Quamobrem Christus toties Iudeorum caritatem damnat, qui externam caeremoniam saluti hominis (quam sabbatum signat) praeponebant. Sic legis apud Mattheum 12. Christum discipulos suos praesurere spicas sabbato vellentes ac manducantes aduersus Iudaeorum calumniam ex ipsa etiã lege defendisse, cum inquit: Non legistis quid fecerit David quãdo esuriit, & qui cum eo erat quomodo intrauit in domum dei, & panes propositionis comedit, quos non licebat ei edere, neque his qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus? Aut non legisti in lege quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum violant, & sine crimine

crimine sunt? Dico autem vobis, quia templo maior est hic. Si autem sciretis, quid est, Misericordiam volo & non sacrificium, nunquam condemnassetis innocentes. Dominus enim est filius hominis etiã sabbati. Et statim post, cum venisset in synagogam eorum, & vidisset hominem habentem manum aridam, & ipsi interrogarent eum, Si liceret sabbatis curare? Idem dolo malo, ut accusarent eum. Respondit eis: Quis erit ex vobis homo, qui habeat ouem vnã, & si ceciderit hæc sabbatis in foueam, nonne tenebit & leuabit eam? Quanto magis melior est homo oue? Itaque, vt subiicit, licet sabbatis benefacere. Et statim ad domini iussum restituta est manus hominis sanitati, sicut altera. Quod factum saluatoris etsi pietissimum ac lege etiã ipsa roboratum, caeci Iudaeis velamen ob oculos habentes, & in legis corticem tantum respicientes, tam indignè tulerunt, vt consilium inirent aduersus eum, quomodo ipsum perderent. Verum nos quibus per Christum velamen ablatum est, & veritas nudata, scimus sabbati signum, signato sabbati cedere, hoc est requiem corporalem requie spirituali, qua tum fruimur, cum fides per dilectionem operatur, sola enim charitas est, quã diffusa in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis, opera bona cum requie operatur, quod alioqui opera nostra habenda sint vt seruilia, veluti, quã fiant, aut cum peccato, aut cum timore, non cum dilectione. Atque ideo sabbatum requies sancta domino dicitur, quã scilicet Dei gratia tribuenda sit, nõ nobis veluti ex nobis obueniens. Quin & pontifici Decreta permittunt Dominicis ac aliis festis diebus, rei alioqui tempore periturae, vnde victus suppeditari possit consuli ac intendi. Quemadmodum etiam esum carnis in Quadragesima, ac in aliis diebus ieiunio destinatis infirmis ac debilibus indulgent, quod legis necessitas non subiacet, & maius periculum semper veniat euitandum. Vnde liquet eos iniuriam ecclesiae Romanae inferre, qui fingunt eã, caeremonias charitati praesferre, atque adeo solis caeremoniis vim iustificationis ac salutis tribuere.

EX quibus etiã liquet, cur factum sit, vt olim destinatus ille dies, nempe Saturni, Iudaeis (vt videtur) in lege peculiariter praescriptus, in alium, nempe dominicum immutatus sit. Nam id initio factum est, ne quis iudaizans putaret vnum illum certum ad destinatum diem caeteris hebdomadae diebus (quod ad se attinet) sanctiorem esse, aut sabbatum nos, & nõ

Matt. 12.

Inde oris malitia.

Sabbati signatur praesertur signo.

Requies spiritualis August.

Rom. 5. Omnia opera extra charitate, seruilia.

Sabbati requies sancta domino.

Alexader. 3. c. licet de feriis.

Cur sabbatum in die dominicã translatum.

Galat. 4. potius nos sabbatū ipsum sanctificare, vt iam in nos non cō-
Hierony. petat id quo Paulus Galatas increpat, dicēs: Dies (inquit) ob-
Ibidem. seruatis, & tēpora, & annos, qui scimus omnes dies æquales
omnes dies esse, nec parafceū tantūm Christum crucifigi, & die domi-
uales. nica resurgere, sed semper sanctum resurrectionis esse diem
Dies resur ac semper Christum carnē suam & sanguinem dare pro mū-
rectionis di vita. Sed propter finem institutionis diem festum agim⁹,
ingu. qui nimirum is est, quo quandoque in vnum omnes pāiter
Ad quē veniamus, vt ex conspectu mutuo latitia maior oriarur, vt-
finē insti- que Dei verbū audiamus, ac Dei opera erga nos exhibita in
tura festa. memoriam reuocemus, & sanctis sacramentis communi-
Festama- mus, breuiter vt Deo toti vacemus. Estq; id necessarium non
gu institu- tam propter spirituales in ecclesia (qui cōtinuum sabbatum
ta ob infr- agunt, quemadmodum statim dicemus) sed ob infirmiores,
miores. qui magis seculo vacant quā Deo, nec possunt, imō nolunt
 toto in ecclesia vitæ suæ tempore congregari, & ante huma-
 nos actus Deo orationum suarum offerre sacrificium. Secū-
 dō, dies septimus in octauum mutatus est, vt cæremonia no-
 stra dispensationi operū Christi respondeat. Deus enim quod-
 dammodo bis condidit mundū, & in hoc hominē, imō mun-
 dum propter hominem. Primum enim creauit quod nō erat
 vtique per filium, dein per eundem incarnatū restituit quod
 perierat. Ibi requieuisse dicitur ab opere cōdendi. Hic Chris-
 tus ab operibus dispensationis requiescens, dum corpore re-
 quiescit in sepulchro, velut abrogat Iudaicum sabbatismū,
 dūmque octaui diei diluculo resurgit immortalis, sabbatum
 euangelicum (quod apostolica scriptura iuge appellat) nobis
 cōmendauit, eoque is dies dominicus dicitur, de quo can-
 itur ecclesia: Hic dies quē fecit dominus, & Itaque post Christi
 resurrectionem sabbatū Iudaicum deinceps celebrari desit,
 quōd Christus eo die in sepulchro requiescens re ipsa indica-
 ret, antea requiem quidem mortuorum fuisse, sed non glori-
 ficatam, verum resurrectione sua apertē declarabat iam adi-
 tum factum esse, ad requiem sempiternam nunquam finien-
 dam, quam die dominico recolimus. Quin & animæ omnium
 sanctorum ante resurrectionem corporis in requie quidem
 sunt, sed nō in ea sunt actione, qua receptis rursus corpori-
 bus perpetua & corporis & animi quiete & immortalitate
 perfruuntur. In cuius futuræ gloriosissimæ quietis, certissimū
 testimonium Christus primitiæ ex dormientibus, ex

mortuis resurgens, iam non moritur, sed ad dexterā Dei pa-
 tris omnipotentis sine solitudine, vniuersa gubernans im-
 mortalis sedet. Dies ergo dominicus ex resurrectione domi-
 nica declaratus est, & ex illa cōepit habere festiuitatem suam,
 statim post Christi abitionem ab ipsis Apostolis institutus.
 Quod Ioannes in Apocal. testatur, cum ait: Ego Ioannes fui
 in Ipiritu in dominica die.

ET quanuis ea sit diei dominici institutio, pertineatq; il-
 lius pia & Christiana obseruatio ad hoc præceptum, nō
 tamen putandū est solum hoc iuberi, vt tantum hic dies
 sanctificetur, sed accipi debet pceptū de omnibus diebus fe-
 stis hebdomadæ, com muni ecclesiæ consensu receptis. Nam
 cum Deus omninō velit, vt aliquo saltem tempore ab omni-
 bus operibus seruilibus abstineamus, & ipsi soli vacemus. is
 certē dies sabbati putandus est, quē ad hoc ecclesia commu-
 ni cōsensu destinauit, nec vllus est, qui sit in veteribus & La-
 tinis & Græcis scriptoribus vel mediocriter versatus, qui ig-
 noret præter dies dominicos ab ipsis fermē Apostolorum
 temporibus in ecclesia celebres etiam plurimos alios fuisse
 dies ad recolendum mirabilia Dei opera in Virgine matre,
 in sanctis Apostolis & martyribus exhibita. Et cur hoc non
 liceat ecclesiæ in natalibus martyrū, qui cum Christo de ho-
 stibus triumphantes regnant, quod licuit synagogæ in dedi-
 candis diebus, ob quaspiam insignes victorias. Dei ope per
 viros aut mulieres illustres, veluti Hester, Iudith, Iudam Ma-
 chabæorum, ac similes partas?

EX prædictis satis percipi potest, quænam sit huius præ-
 cepti vis, siquidem hæc partim fidem, partim dilectionē
 respicit. Nā quum hoc præceptum ad externum sabbatū
 secundum proprium sensum verborum accommodatur cō-
 stat in primis ipsum spectare ad exercendam fidem & chari-
 tatem erga Deum, cum iubet vt tempus decernatur, quo ho-
 mo totus vacet operibus latræ, hoc est, quo oret ardētius &
 copiosius, quo de reformandis suis & suorum moribus cogi-
 tet, quo se suamq; familiam ad audiendū Dei verbū, Deūmq;
 super omnia, laudandū, incitet ac prouocet. Atque adeo totū
 diem non ad fatigationem corporis, sed ad recreationē spi-
 ritus & mentis conferat. Spectat etiam ad dilectionē seu hu-
 manitatem erga proximum exhibendā, quōd hic doceamur
 debere nos non nostræ tantum saluti, sed & eorū qui nobis

Roma. 6.
August.

Apo. 1.

De festo
sanctorū.

Que apud
nos dies
sabbati.

Vis huius
precepti
& fide &
dilectionē
complecti-
tu.

Ad dile-
ctionē p-
ximi spe-

*Etat sab-
batum.
Admens.*

cum versantur cōsulere, vt & serui nostri, ancillæ, filij, & domestici omnes, quin aduenæ quoque qui morantur intra portas nostras, hoc est omnes, qui nobiscū habitant in eadem vrbē vel vico, serui vel ciues, aduenę vel negotiatores, ab omni opere cessēt. Nulli enim cohabitāti permittitur sabbati dissolutio, imò & iumenta ipsa interquiescere debēt. Hęc enim charitas ex postulat: nec hanc causam dissimulat lex, cum addit Deutero. 5. Memento quòd & ipse serueris in Aegypto, & duxerit te inde dominus tuus, vt scilicet diuinæ māluctudinis memoria exemplum esset humanitatis erga proximū. Quòd autem addit de boue & asino, huc respicit, quòd lōgius submoneamur ab inhumanitate erga homines, cum iubeamur, & iumentis parcere. Siquidem inclementia in hæc quæ & nobis seruiunt iumenta, gradus est ad inclementiam erga nobis subiectos homines. Nec putandū est Paulū Apostolum, cum diceret: Nunquid de bobus cura est Deo? sentire deo nullam curam esse bouum, quum & in Euangelio dominus testetur, ne passerulum quidem sine illo cadere in terrā sed Apostolus præcipuam Dei curam à bobus in homines transtert: quemadmodum enim iumēta creauit propter hominem, ita & curat illa in hominis vtilitatem.

*1. Cor. 9.
Matt. 10.*

Genes. 1.

Memento.

VTitur autem Deus in hoc præcepto ferendo imperādi verbo, nempe Memento, in quo nos segnes & oscitantes ad ea, quæ præceptū istud requirit, excitat. Nā quam tardi simus ad vacandū sanctis exercitiis, quam segnes ad audiendū verbum Dei, quis non videt? Quem torporem vt dominus animis nostris eiiceret præceptum oculis ingerit, quòd scdulo nos interpellat, dicens: Memento vt diem sabbati sanctifices. Quo etiam non tantū de otio dici, sed de sanctificatione quoq; disertè præcipit. Quamobrem grauissimè errat, & nequaquam hoc præceptum seruāt, qui sabbatis ita tantū quiescūt vt eos dies vel somno, vel fabulæ, vel inertia dent, non præstantes hoc cuius gratia, præceptum est proditum. Sanctificari enim iubet dominus diem sabbati: Sanctificare autem est, diem sanctis operibus transigere, in vsus sanctos collocare, nec vllis Deo indignis actionibus prophanare, quòd est huius præcepti præcipuum. Nam quòd interim etiam à seruilibus seu externis & prophanis laboribus abstine re nos iubet Deus, id facit, non vt laborem, veluti vitiosum damnet, qui per se bonus est, aut iners otium commendat

*Sabbatū
sanctificā
dum.*

*Sanctifi-
care.*

*Labor ex
se bonus.*

quòd malum est, sed vt quòd per se bonum est aliquo saltem tempore ei cedat, quòd est optimū, & cuius gratia præcipue conditus est homo, videlicet vt cognoscat, veneretur, colat, ametque Deum super omnia. Nam etsi in medijs etiam laboribus Deus & coli debeat & possit, vix tamen homo, vt par est, animum in Deum attollere poterit, nisi ab his laboribus vacet, qui & tempus absumūt & animū aliò, quàm ad solam Dei bonitatem contemplandam, vocant, & à conuētū ecclesiastico retrahūt. propterea dictum est: Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua: hoc est nō torpebis inerti otio, sed labores manuum tuarum, non tantū tuæ, sed & proximi necessitati consulēs. Septimo autem die sabbatū domini Dei tui est, id est septimū diē domino Deo tuo solo separabis ac dedicabis, vt tum ceteris neglectis hoc cures, quòd optimū est, nempe vt Deo soli vaces. Et vel hinc est videre hanc legē quòd ad externum sabbatum attinet potissimū infirmis datam esse, quòd vel per externū otium certo tempore indictū, discerent, non tantū corpus, sed & animum habere, à tumultuosīs cupiditatibus feriatū, videlicet ab odio, ab ira, ab ambitione, à libidine, ceterisque carnis affectibus.

S Vbiungitur autem & causā præcepti, quum dicitur: Sex diebus fecit dominus cælum & terram & mare, & omnia quæ in eis sunt, & requieuit die septimo, idcirco benedixit dominus diei sabbati, & sanctificauit illū, perinde atque si diceret: Idcirco diē sabbati sanctificabis, quòd Deus illo die ab omni opere suo requieuerit, quòd; eidē diei benedixerit, quòd illū sanctificauit, hoc est, segregarit & in hoc ordinari: vt tum ipsi Deo creatori soli vacares. Non putabis autem scripturā sibi ipsi contrariā esse, quòd hic dicat Deum septem diebus vniuersam creationem perfecisse, alibi verò legas vnum diem tantum, in quo vniuersa mūdāna cōditio fit creata. Nam qui in Genesi per dies singulos cōdita omnia retulit, qualiter etiam simul omnia vna die creata subiunxit: nisi vt liquidò ostēderet, quòd creatura omnis simul per substantiam extitit, sed non simul per speciem processit. Rerum quippe origo seu materia simul creata, sed simul species formata nō est, & quòd simul extitit per substantiā materię, nō simul apparuit per substantiā formæ. Cū enim simul facta, cœlū & terra dicūtur, simul spiritalia & corporalia, simul quicquid de cœlo oritur, simul quicquid de terra producitur, in-

*Labor ex-
ternus re-
uocat in-
firmos à
contempla-
tione Dei.
Sex dieb⁹
operabe-
ris,*

*Externū
sabbatum
infirmida-
tum insi-
gnium.*

*Causa
præcepti.*

*Occurrit
obscu-
ritati.*

*Deus crea-
uit omnia
simul.
Gene. 1.*

*Cœlū &
terra simul
facta.*

Ecclesia.
August.
Deus dici
tur requie
nisse iropo
quodam
sermonis.
Aug. de
Genesi cō
tra Ma-
nicha. li. 1.
Genes. 1.
Psal. 8.

Scriptura
verba ad
captū no-
strū accō-
modat.
Ioan. 5.
Deus vs-
que modo
operatur.

De ierno
sabbato.
Mat. 5.
Hebr. 4.
August.
Pius huc
præceptū
totū my-
sticum.
Iuge sab-
batum.

dicatur. Scriptum est enim: Qui viuit in æternū, creauit omnia simul. Deinde cum audis Deum requieuisse die septima ab vniuerso opere suo, non imaginaberis Deum post mundi fabricam, opera sex dierum absolutam, quasi fatigatū ac lassum, otio indulsisse: quid enim stultius de Deo cogitari possit? qui solo verbo ac nutu absq; omni labore ac tædio cōdidit vniuersa? Sed tota scriptura Geneseos mystica, illud voluit Iudæos meminisse, quòd hic mūdus à Deo cōditus sit, nō vt in his quæ huius mundi sunt, conquiesceremus, sed vt ex his quæ condita sunt, agnoscentes conditorem, ad illius exemplū requiesceremus ab amore rerum visibilibus ac per fidem vitæque innocentiam (quæ vera animi pax est) ad æternam illā requiem properaremus. Nā si omnia cōdita sunt propter hominem, homo verò propter Deum contemplandum & amādū. Deus autē testetur se ab omni opere suo requieuisse, omninō cæcus est, qui nō videt hoc ipso Deū indicare voluisse, vt & ipse homo conquiescat ab his quæ huius mūdi sūt, vt quæ requiescat in solo Deo. Atq; his agnoscedus est visitatus ille scripturæ tropus, quo de operibus Dei loquens verba ad captum nostrum accommodat, ac Deum plerūque sic affectū describit, qualiter homines vel affecti sunt, vel Deus eos affici velit. Quemadmodū enim homines post opus aliquod egregiè absolutum) cui nihil noui affingunt, sed quod factū est, cōseruant) ab opere suo requieuisse dicūtur: Sic Deus requieuisse dicitur ab omni opere suo, non quasi fatigatus ab opere, sed quòd deinceps nihil noui operis crearit. Interim tamen à rerum conditorum conseruatione, propagine, reparatione & gubernatione, nunquam desistens. In quā sententiam accipiendum est, quod Christus Ioannis quinto ait: Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. Quæ de principali sententia huius præcepti dicta suffecerint.

Verum cum Christus venerit, non vt soluat legem, sed vt adimpleat, hoc est vt doceat & faciat, non tantum quæ inchoant hominē, qualia externus legis cortex require re tantū videtur, sed etiam ea quæ hominem perficiunt. Idcirco Apostoli dōmīni aliūque viri apostolici hoc præceptum, quod ad perfectē Christianos & vere pios attingit, latius etiā se porrigere contestati sunt, atque adeo præceptum sanctis ac piis hominibus totum mysticum esse volūt, quo Deus significet populū suum iuge sabbatū celebrare oportere, hoc est

requiem internā, quā certè nulli externi labores in verè piis inturbare vnquam possunt. Sic Apostolus Paulus testatur Iudæos, quibus prioribus annuntiatū est de sabbato, non introisse, in requiem propter incredulitatē. Proindēq; Deū iterum terminasse diem quandam in David dicendo: Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Nam (vt subiicit) si eis Iesus requiem præstitisset, nunquam de alia loqueretur posthac die, vt cōsequēs sit relinqui sabbatismū populo Dei. Qui enim est ingressus in requiē eius, etiā ipse requieuit ab operibus suis, sicut & à suis Deus, quamobrē etiā subinde iubet Apostolus, vt festinemus per singulos dies, donec hodie cognominatur ingredi in illam requiē, quæ est iugis & perpetuus sabbatismus. Quem etī patres veteris legis ac prophetæ haud obscurè indicauerint, veluti cū David ait: Vacate & videte, quoniam ego sum Deus. Et iterū: Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Eū tamē solus Christus & exertissimè, perfectissimēq; docuit, & tota vita celebrari iussit, Qui in hoc consistit, vt ne nos quidpiā tāquam ex nobis, humanos affectus sequuti operemur, sed assentiendo patiamur spiritū Dei in nobis operari, quieti scilicet & artēti, quid in nobis loquatur dominus deus. Operatur autē in nobis spiritus dei bifariā. In primis mortificādo carnem: Deinde viuificādo spiritū. Itaque ad hunc sabbatismū pertinet, vt sedulo ac per totā vitam carnem mortifices, omnesq; affectus & concupiscentias eius in Christo crucē confingas, ac penitus enecare satagas, donec tandē hoc mortale totū absorbeat, Nā quo magis carnē mortificaueris, tāto magis sabbatū sanctificaueris, & requiē animi pleniorē adipisceris, quòd caro quandiu in totū mortificata non fuerit, rebellionē aduersū spiritū moliat. Itidē hoc sabbatismo (qui propriè Christianorū est) exigitur, vt renuntiemus, saltē animo omnibus quæ possidemus, hoc est vt rebus istis tēporariis, quāuis affluant, cor nō apponamus, sed vt thesaurū nostrū in cœlis repositū esse agnoscamus, vt mentē à rebus externis intro reuocemus, vt amori dei omnia postponam, atq; acedō vt perdamus animā nostram propter Deū & Christum eius, hoc est, vt ne quidē hanc vitam Deo chariorem habeamus. Præterea vt crucem nostrā in humeros tollamus, & Christū sequamur, hoc est, vt quæcumque aduersa nobis illata fuerint exēplo Christi patienter feramus, ab omni vindictæ cupid-

Heb. 4.

Psal. 94.

Aug. in
Genes.

Iuge sab-
batismū
dicatus à
patribus.

Psal. 45.

36.

Iuge sab-
batismus
in quo cō-
sistat.

Psal. 48.

Spiritus
dei in no-
bis bifari-
am opera-
tur.

Galat. 5.

Christia-
nus omni-
bis quæ
possidet re-
nuntiare
debet &
quomodo.

Psal. 61.

Mat. 16.
Singulis
sua cruce
ferenda.

Mat. 16.

neget Christus se agnosciturū pro discipulo, aut reputaturum dignū se, qui hunc sabbatismum agere neglexerit. Quod & in lege significatum est, quæ restatur Deum sabbatum benedixisse & sanctificasse, hoc est se segregasse soli sibi, quo quid aliud indicatur, quàm solum sabbatum, hoc est internam requiem, qua ab operibus nostris quiescentes, assentiendo finimus Deum operari in nobis, à Deo benedictum esse: reliquā omnem vitam & opera nostra veluti prophana censenda: Et reuera maxima est piorum consolatio, quòd non tantū hoc habent præ aliis peculiare, quòd in omnibus, siue prosperis siue aduersis æquam ac quietem mentem seruent. Sed quod & certò sciunt hunc sabbatismū, quem in hac vita inchoant plenitudine optatissime quietis (quæ in requie sempiterna olim continget) perficiendum esse, idque edocti ex Christi verbis, qui hunc spirituales sabbatismum vnum ac solū nobis necessarium, nunquam item finiendū asseruat, de Maria Magdalena ad pedes suos, in hunc mundum sabbatizantē, sic inquit. Porro vnum est necessarium, Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

Quāquam autem Christianis verè piis, omnis diēs, Dominicus æquus ac in hunc modū spiritualiter sabbatizandū perpetuò ac continuè sit, propterea tamen externum sabbatum abrogatum censi non debet. Nā quū (vt suprà diximus) inter Christianos plurimi adhuc sint imbecilles & infirmi, qui ad eam sabbatizandi perfectionē nondum pertinent, retinenda erat hæc lex in ecclesia tanquam pædagogus imperfectorum, in eam sensim perfectionē quæ est in Christo Iesu, adducens. Quin non tantum infirmis, sed & perfectioribus, ac iam tota mente Deo vacantibus, diebus festis ab omni opere externo cessandum est: Tum ad conseruandam ecclesie disciplinam, tum ob vitandum scandalum, tum denique vt animus ab omni corporea actione auocatus, alacrior ac ardentior in Dei contemplatione assurgat.

Sanctificant ergo (vt superius meminimus) hoc externū sabbatum. In primis, qui die dominico, diuinæ vacationi destinato, se totos huc conferunt, vt si quid per cæteros dies ex humanis negotiis contractū est labis, id vt diluant ac cū Deo in gratiā redeant, & si quid cum quoquā similitatis habeant, ex animo reiiciant, & sic Deum ab omni odio puri, & ab omni crimine quieti, ingrediatur domini templum, to-

Quid significet quod deus solum sabbatum, & non alios dies legitur benedixisse.

Consolatio piorum.

Luca 10.

Christus non abrogauit externū sabbatum.

Quibus modis externū sabbatum sanctificetur. Et cū deo & cū proximo in gratiā redeant.

Patietia. Requies. Ioan. 16. tate, seu animi amarulētia penitus alieni. Reuera enim tolerantia ac patientia omnis aduersitatis, requies spiritus est, de qua Christus dixit: In mundo pressurā habebitis, in me vero pacē. Et alibi: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Ad hunc ergo modum sanctificamus sabbatum, quū vehementer læsi, non retaliamus iniuriam, sed cessamus ac permitimus, vt deus in nobis non tantum patientiam (qua domino omnem vindictam resignamus) sed etiam gaudium in tribulationibus operetur: quòd fit cū spiritu intus docemur, nos externa molestia affici, vel vt mortificetur caro, vel vt p̄sens peccatum, vel veteris peccati reliquæ tollantur, vel quòd digni simus habiti pro nomine Iesu contumeliam pati, de quo superius in secundā & tertiam particulam orationis dominicæ fusius diximus. Denique hoc sabbatum celebramus, quū in lege domini iugiter meditamur, quum nobis penitus diffusi, ad pedes Domini, quieti & attenti sedimus, & audimus verbum illius: quū nō nostro, sed Dei spiritu ducimur ac gubernamur, hoc est quum omnia opera nostra, nō ex nostris affectibus, sed ex Dei cooperatis præscripto & instinctu agimus. Quemadmodum Apostolus ait. Deū esse qui operatur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate. Nec enim aliter requiescere poterimus, nisi spiritus sanctus in nobis requiem illā effecerit, quam quidem vbique oramus, sed nisi Deum amando non inuenimus. Inuenimus autē quum charitas diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum. Vnde & hoc tertium præceptum nō absurdè ab Augustino tribuitur spiritui sancto, sicut primum patri, secundum verò filio.

Neque verò ob id existimabis te hunc spirituale non agere sabbatismum, vel quòd non semper abstineas ab externis operibus, vel quòd nondū videris in hac vita perfectū nactus quietem. Nam etsi quamdiu in hoc es corpore, corpore penitus & omnino vacare non possis, animo tamē, Dei dono adiutus, vacare poteris, præsertim si omnia, sic opereris, vt tua intentio, non nisi in futuram illam ac sempiternā requiem sit directā, in qua erit sabbati plenitudo, quam scriptura sabbatum ex sabbato, seu sabbatum sabbatorū mystica ratione designat, quòd tum demum facies, si fidem subinde excites, spem acuas, charitatem extimules. Deum in omni opere tuo celebres, salutaria semper petas & pro omnibus gratias agas. Hic autē sabbatismus tam est nobis necessarius, vt

Quomodo coparandum animi gaudium in tribulationibus.

Acto. 5.

Psal. 1.

Luca 10.

Aug. in Genes.

Spiritus sanctus efficit in nobis requiē.

Roma. 5.

August.

Hoc præceptum tribuitur spiritui sancto.

Externi labores non impediunt iugem sabbatismū.

August.

Sabbatum ex sabbato.

Mat. 16.

Mar. 8.

Luca 14.

Mat. 11. tos se ad Dei laudem componentes. Sic enim sabbatizandū iussit Christus, quū ait: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris.

Rom. 12. Deinde, rectè sanctificant sabbatū, qui eo die corpora sua exhibent hostiam viuentem, sanctam, Deo placentē, qui mortificāt membra sua quæ sunt super terram, hoc est, suos affectus carnales macerant, ac igne spiritali absumunt, qui cor cōtritum & humiliatum ad Deum adferunt. Sacrificium enim deo spiritus contribulatus. Qui propositum certum faciunt, deinceps ab omni opere seruili, hoc est ab omni peccato abstinenti.

Psal. 50. Quod omnis qui peccet seruus sit peccati. Præterea sabbatū sanctificant, qui eo die neglectis omnibus præ studio audiendi & discendi verbū Dei in ecclesiam properant, vt ex ore sacerdotis discant Euangelium & voluntatem dei: qui ex ecclesia redeuntes interpretationem Euangelij auditā domi repetunt, ac veluti ruminant: qui auditum verbum neque leuiter transmittunt, neque spinis cupiditatu huius seculi enecat, neque diabolo suffocanti verbi semen aditum præbent, sed auditum verbū cum Maria in corde recondunt ac conferūt vt fructum permanentem faciant. Ad hæc sabbatū sanctificant, qui dei beneficia in se collata cum summa gratiarū actione rememorāt, & præsertim qui simul illius beneficij (cuius signum est, sabbatum nostrum) nimirum passionis ac resurrectionis Iesu Christi piam agunt memoriā: qui diuinis etiam sacramentis, & potissimum (quod Christus in sui cōmémorationem instituit) communicāt: qui non ventris, sed animæ sollicitudinē gerunt. Neque enim facile excusare se potest, qui quum sacramentorū die prandiū sibi domi preparauit, prandium cœlestē contemnit, & ventris curam faciens animæ suæ negligat medicinā. Verūm ne hic duriores videamur, si hæc est præsentium temporum conditio, vt nō facile in vsum reuocari queat assidua illa sacramentalis communio, quæ olim singulis diebus dominicis summa cum pietate fiebat, saltem hoc requirimus, vt his diebus tota missa à non impeditis deuotē audiatur, vt quæ saltem sacræ doctrine, precationis, laudis, & gratiarum actionis communio spiritalis celebretur.

Ioan. 8. Chrysof. in 10ā. homil. 2. Præterea sabbatum sanctificant, qui toti in Dei laudem & gratiarum actionem diebus festis profusi sunt. Nā hoc est sacrificium laudis, quo honorificari vult dominus, Psal. 49. Ad quod etiam Paulus inuitat, quum vult, vt simus cōmonētes

Colos. 1.

nosmetipsos in psalmis & in hymnis & canticis spiritualibus in gratia carātes in cordibus nostris Deo. Denique, rectè sanctificant sabbatum, qui ad exemplū Christi domini sui operibus misericordiæ erga proximū exhibendis, festis potissimum diebus toti incubunt. Sic enim Christus sabbato paralyticos curabat, cæcos illuminabat, aridos restituebat, ac quibuslibet morbis oppressos sanabat. Qui & testatur, Deū misericordiam velle, & non sacrificium: quin hoc esse sacrificiū Deo placens, si à fratre nostro necessitatem patienti, viscera nostra nō claudamus. Si (vti dominus apud Zachariam cap. 7. iubet) vnusquisque cū fratre suo misericordiam & miserationes faciat. Et quod apud Nehemiam & Esdram præcipitur: Si mittamus partem his qui non præparauerunt pingua, & mulsam, quia sanctus dies domini. Recte ergo diu⁹ Ambrosius monet vt in festiuitatibus & delictorum sece nos purgemus, & elemosynam faciamus largiorem, ne extranei sint alimonij, qui fratres sunt in sacramētis. Quale enim, vt subiicit, erit si in vna eadēque domo inter seruulos vnus domini alter exulteret in holofericis, alter consumat in pannis, alter æstuet cibo, alter famem, frigusque sustineat. Sed iam videamus, quibus modis in præceptum peccetur.

Peccāt itaque in hoc præceptū, qui aliquod operis externi (quod quæst⁹ gratia solet exerceri) faciūt, veluti sunt arare, fabricare, negotiari, nisi tamen excuset aut magna necessitas aut magna utilitas. Nā cum semper Dei causa ceteris rebus longe anteponenda sit, & quotidie pietati studendum, quis nō videt scelus esse, nolle vt vel diebus dominicis externa cedant rebus internis, quum huc pariter inuident & Apostolorum institutio, & populi Christiani solennis conuētus, sacra etiā lectio, sacra concio, ac religiosus ritus à patribus instituti: Numeri 15. legimus, cum hominē qui ligna collegerat in die sabbati, oblatū Moysi, Aaron & vniuersæ multitudini, iussu domini lapidibus obrutum esse, extra castra. Exodi quoque 14. narratur, quā grauius peccauerint, qui contra mandatum domini abierunt colligere māna in die sabbati. Quanto ergo magis putandum est eos grauisime peccare, qui negotiationibus diebus festis toti incumbunt? Nec videmus, quū excusari possit magistratus, qui non prohibet his diebus haberi vundinas, & patere cauponas. quum hic passim in hoc præceptum cōmittatur non sine graui indigna-

Mat. 9.

1. Ioan. 3.

Nehc. 8.

Ambro. serm. 14.

de Natali domini.

Peccāt in hoc præceptum.

Nūdinas diebus festis haberi.

Choreæ.

*Carthag.
Toletan.
Chryso-
stoma 7. 1.
epistol. ad*

*Am. li. 3.
de virginis
tate.*

2. Reg. 11.

Gene. 34.

Theatru.

tione Dei. Deinde impingunt in hoc præceptum, qui diebus festis spectaculis, ludis, aleæ, saltationibus, aut choreis sunt inteti, qui comestationibus, ebrietatibus, sumptibus vacant, qui colloquiis prauis, ac turpibus cantilenis diem sanctum conspurcant, quos Carthaginense & Toletanum Concilium excommunicandos decernit. Non enim solennitates & festa ideo instituta sunt, vt turpitudini seruiam⁹, seu vt delicta cõgreemus, sed vt illa prorsus abiiciamus. Nec ideo instituta sunt, vt ea ciborũ abũdantia, sed spiritus exultatione celebremus. Et quã fieri potest, vt in choreis sabbati sanctificatio seruetur, vbi intuta verecundia illecebra suspecta est? Nemo enim (vt dixit quidam seculariũ doctor) saltat sobrius, nisi qui insanit. Quod si iuxta sapientiã secularẽ, saltationis, aut temulentia author est, aut dementia, quid diuinarum scripturarũ cautũ putamus exemplis? Quum Ioannes Christi prænũtius saltatis optione iugulatus exẽplo sit, plus nocuisse saltationis illecebram, quã sacrilegi furoris amentiam: & quã fieri potest, vt à spectaculis quis illæsus euadat, quum David ex eo quod vidit Bersabeam lauantem se, prouocatus sit ad libidinem? Et Dina tabernaculum patris egressa, tantum vt filios Sichem spectaret, spectata ipsa vicium passa sit. Et quid est (inquit Chrysostomus) in theatro, nisi risus ineptitudo, diabolici fastus, effusio temporis, impendium & superflua dierũ cõsumptio, malæ cupiditatis inductio, adulterij meditatio, intemperantiæ schola, turpitudinis exhortatio, risus materia, inhonestatis exemplar? Neque tamen hi tantũ qui choreis indulgent ac theatris intendunt, in hoc præceptum peccat, sed etiã qui tamen si in ecclesiam diebus festis se recipiant & cõseremoniam obseruent, spiritu tamen ea ipsa ob quæ conueniunt, nõ perficiunt, quos dominus apud Elaiam cap. 29. designat, dicens: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum lõge est à me. Quin apud Hieremiã cap. 48. is maledictus pronũtatur, qui opus Dei facit negligenter. Nam hoc demũ bonũ est, vt Michæas cap. 6. testatur, si sollicitus ambules corã Deo tuo. His vero grauius peccat, qui in templis diebus festis deambulans, de rebus prophãnis, sæpe etiã vanis ac turpibus sine vlla Dei reuerentia ac veneratione confabulantur. Qui ne suum delictum leue esse putent, recolant Christum, Ioan. 2. factu de funiculis flagello, eiecisse ementes & vendetes de tẽplo, & mensas nummulariorũ subuertisse, ac dixisse: Domus

mea, domus orationis vocabitur, vos autem fecistis illã speluncam latronũ. Peccant itidem in hoc præceptũ, qui diebus festis Dei verbum & sacrum non audiunt: item, qui nõ orant nec deo spiritu seruiunt. Denique, internũ sabbatũ profanãt, qui se Deo nõ totos submittunt: qui non sic omnia secũ agi velint, vt vult ipse Deus: qui seipos vlciscuntur: qui non audiunt quid in eis loquatur Deus, sed suos affectus sequuntur, & si quid in speciẽ boni agunt, veluti qui orãtes aut ieiunantes aut eleemosynam faciẽtes, huc se magis humano ductos affectu, nimirum eo fine, vt cõspiciantur ab hominibus, quã per spiritum sanctum, hoc est charitatem Dei & proximi concitatos, agnoscunt. Itidem peccant, qui non commodant proximo necessitatem patienti, quum possunt.

EX his omnibus vides quanta & quã nõ leuis momẽti sint ea, quæ præcepta primæ tabulæ docet: quibus certe tota vis Christianismi, veluti breui quodam compendio cõprehẽditur, quæ & in hoc tertio pcepto mysticẽ intellecto in vnum quiddam redigitur: Nempe, vt animã nostram odiamus, nos ipsos abnegemus, ac toti nobis diffusi, ad pedes Christi sedeamus, verbum illius audiamus, fide, spe & charitate erga Deũ inardescamus, ac Dei ductibus obsequamur, fructũ bonorum operum in Deo facientes & mãdatũ eius obseruãtes. Atque hæc omnia sic cohærent, vt qui vnũ habet omnia habeat, & qui vno caret, careat quoq; ceteris. Habet enim doctrina Christiana (sicut & ceteræ) plurima dogmata, habet fides cõplures articulos, sed omnia tãdem rediguntur in vnũ, hoc est in spirituale sabbatum, quæ est charitas de corde puro & cõsciẽtia bona & fide non ficta, diffusa in cordibus nostris, per Spiritum sanctũ, finis & adimpletio legis, per quam Christus salus, & vita nostra, principiũ itẽ & finis legis, mẽtes nostras inhabitat. Porrò quã tanta sint quæ his præceptis continentur, quis nõ videt ea hominem suis viribus nequam prestare posse? quum nullum hominẽ in hac vita cadẽ perfectẽ vnquã præstituisse constet. Aliam ergo quã ex nobis viam, Christus commõstrauit, qua eadem à Deo, qui hæc solus operatur in nobis pro nostro modulo adipiscamur, quæ est ardens & fidelis ad Deũ oratio. Constat enim nos id quod primo præcepto exigitur in oratione dominica, tum precari quum dicimus, Sanctificetur nomen tuũ. Itidem quod secũdò præcipitur, quũ dicimus: Adueniat regnum tuũ. Denique

*In tribus
prioribus
pceptis
tota vis
christianis-
mi cõpre-
henditur.
In doctri-
na christia-
na omnia
rediguntur
ad vnũ, id
est spiritus
sabbatũ.
1. Tim. 7.
Aug. de
litera &
spiritu. ca.
26.
Oratione
consequi-
mur, vt
prima ta-
bule obse-
quamur.*

¶ tertio iubetur, quū dicimus. Fiar volūtas tua sicut in cœlo & in terra vt, pulcherrimè hæc oratio ad Decalogū quadret.

SECUNDA TABVLA, QVÆ PROXIMORVM DILECTIONEM RESPICIT.

¶ QVARTVM PRÆCEPTVM.

Honora patrem tuum, & matrem tuam, & eris longæuus in terra.

Inter præcepta secundæ tabulæ non immeritò primum est quod de honore parentibus tribuendo constituitur. Cōueniebat enim, vt post præcepta primæ tabulæ quibus ad Deū ordinamur, ipsūmq; super omnia amare ac colere iubemur, præceptū de honorandis parētib; (qui Dei loco sunt) proximè subsequeretur. Vt autē intelligas, quān latè se hoc præceptum porrigat, noa nosse oportet, quinā veniant appellatione parentum in scripturis. In primis itaque parentes propriè sunt, qui nos carnaliter genuerunt, quibus post Deū hoc debemus, quòd sumus de quibus Ecclesiast. 3. dicitur: Qui timet Deum, honorat parētes, & quasi seruiet his qui se genuerunt. Deinde parētes dicuntur, qui nobis prælati sunt ac præfident. E quorum numero primi sunt animarum præfecti, sacerdotes ac pastores. Hos enim recte quis dixerit patres, nēpe spirituales, quemadmodum Apostolus. 1. Corint. 4. ait: Nō vt confundam vos, hęc scribo, sed vt filios meos charissimos moneo. Nam si decem millia pædagogorū habeatis in Christo, sed non multos patres, nā in Christo Iesu per Euangeliū ego vos genui. Et iterum Galat. 4. Filij mei quos iterum parturio donec formetur Christus in vobis. De quibus etiā potissimum dictum esse videtur: Interroga patrem tuum & dicet tibi: maiores tuos, & annuntiabunt tibi. Proximè & secundum sacerdotes & pastores, scriptura magistratus ciuiles, qui gladij potestatem habent parentum loco ducit. Sic. 4. Regum. 5. legis famulos Naaman principis, dominū suū patrem appellasse: Pater, inquit, si grandem dixisset tibi rem propheta, facere debuisses. Breuiter, quicunq; nobis præsunt, siue publicè, siue priuatim, rectè patres appellantur, quales sunt omnes, quorum imperio paremus, & quos dominos vocemus. Denique, qui quācunq; nostri curā gerūt, veluti tu-

Parētum appellatione qui veniant. Carnales.

Spirituales.

Deut. 32.

Magistratus.

Qui nobis imperant publicè vel priuatim.

tores, & curatores, præceptores & pædagogi: nam quū in paternum officium succedant, iustū est, vt & nomē claturę honorem ferāt. Quamobrem apud Romanos pulcherrimo vocabulo vocati sunt patres familiās & matres familiās, qui domui & toti familiæ præfiderent. Principes verò etiam patriæ patres appellati sunt. Præterea nō repugnamus, vt & quoscunq; que seniores, qui nos annis antestant (præsertim modò vitæ inculpatę sint) patres appelles. Ad omnia ergo hæc parentum genera hoc præceptum porrigitur, quamuis ordine quodam, estq; inter sequentia præcipuum & primum in promissione vti Apostolus ait, & nos latius exponemus.

Iubet verò Deus vt honore parētes afficiamus. Honor tria complectitur, nempe amorem, obedientiam, & reuerentiā, quæ vt parentibus non tantum affectu, sed & re ipsa & affectu exhibeamus, id Deus à nobis hoc mandato requirit. Parentes ergo, ex quibus prognati sumus, post Deū intimo ac supremo amore psequemur & amplectemur, cogitantes eos non tantū esse proximos nostros, quos sicut nos diligere præcipimur, sed & vitę nostrę causam, qua ex parte in eis quoddā diuinæ maiestatis vestigiū adubratur. Vnde quicquid sumus ac syncerūs amor postulat, hoc totū in Deum ex animo perfundere, eisdemq; & animi & corporis bonis, quod in nobis est, cumulare debemus. Quamobrem si parētes habebas, in quibus pietatem desideres, summa ope niti debes, vt eos non quidē acerbè, sed reuerentissimè admonitos ac Christum ac pietatē trahas, vt de Dei voluntate instructos, ex malis bonos efficias, quod plerosq; sanctorū pietissimo studio fecisse legimus. Deinde cura eorū quā maxima habenda est, ne quid eis quod ad corporalem necessitatē attinet, desit. Potentissimum exemplum filialis amoris erga parētes Christum habes, quem Euangelista memorat, etiam dū in cruce positum, & crudelissimè tractatum sub instantem mortē dilectissimę matris, non sine affectu longe omnium pietissimo memorè fuisse, eadēmq; virginem discipulo virgini comē dasset. Tobias quoque iunior, quān fuerit in patrem pius, historia, quę Tobię inscribitur, declarat, nam & manuum suarum labore patrem suū senē & luminibus orbum educauit. Quod exemplū omnibus imitandū est, quibus sunt parentes eorū ope indigentes, his enim victū atque alia omnia ad vitā comode traducendā necessaria, hilariter suppeditare debent,

Principes patriæ patres. Seniores.

Honoria complectitur. Parentes carnales quomodo amandi.

Parentes Dei loco.

Parentes impij ad pietatem adducendi.

Tales legimus de sancto Pantheleone martyre.

Exemplū pietatis in parentibus. Christus. Ioan. 19. Tobias.

*Hæc leges
Christus
spirituale
esse docet
cui credere
debeant
quævis ex
terna.
Summa reli-
gio pietas
in parêtes.*

Questio.

*Dilutio.
Amor
dei amoris
parentum
anteponen-
dus.*

*Ordo dile-
ctionis.*

*Quo odio
impy pa-
rêtes pro-
sequendi,
Matt 11.*

nec vllâ causam parentû salutis anteponere. Accerrime Christus increpat Pharisæos, qui avaritiæ suæ religionē prætex-tes filios à pietate in parentes auertebant, docêtes eos patri vel patri indigentibus, vt dicerent, Corban, quod est, donum quodcunque ex me tibi profuerit: nec permittebât eos quicquam facere patri suo aut matri, rescindentes verbû Dei per traditiones suas. Certè maxima religio est, parêtes pauperes, exules, senes & pios cõplecti, illisq; modis omnib⁹ succurre- re, nam hæc est Dei voluntas hoc præcepto declarata. Debes autem beneficiendo parentibus sic affectus esse, vt quantû- cunque benefeceris, nûquam te fecisse satis existimes. Atque interim Deo maximas gratias agas, quòd tibi hûc affectum de parentibus benemerendi donauerit.

Sed dices, Si hæc ita se habet, quid sibi vult, quod Christus ait Lucæ 14. Si quis venit ad me, & non odit patrem suû, & matrem, & vxorê, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autê & animâ suam, non potest esse meus discipulus? Et iterû Matth. 10. Veni separare hominê aduersus patrem suû & filium aduersus matrê suam. Et quod Christus Lucæ 9. volenti prius sepelire patrem suum, antequâ eum sequeretur, dixit: Sine mortuos sepelire mortuos suos? Respondemus, ipsum Christum te hisce locis docere, quidnâ velit, vt interprete nò sit opus. Sic enim inquit apud Matth. cap. 10. Qui amat patrê aut matrê plus quàm me, nò est me dignus. **Q**uin ad eû modum nò tâtum qui parêtes, sed & qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus. Qui amat animâ suam, hoc est vitam istam tẽporalem, plus quam Christum hic (Christi testimoniõ) non est Christo dignus. Primus enim dilectionis gradus ad Deum & Christû ordinandus est. Deinde parêtes & ceteri suo quique ordine diligendi: Nâ si officium parentibus exhibendum est, quanto magis authori parêtû, cui gratiam etiam pro parentibus tuis debes? Amâdus est pater, sed præponendus est Creator: debetur affectus parentibus, sed maior obsequium salutis debetur authori. Ergo parêtes quâ- tumcûque alioqui amâdi, relinquendi sunt, si impediunt deuotæ mentis affectû, relinquendi quidê nò odio persequutionis, sed dissimulationis pietatis, non crudelitatis. Absit enim, vt Christus, qui dixit, Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, amarulentû odiû filiiis in parentes mādauerit. In summa, quum licet parêtes simul cum Deo colere, proximê post Deum

Deû colendi sunt: si vtrunq; cû animæ salute fieri nò potest, dicêdû est patri & matri, Nescio vos, & fratrib⁹ ac filiis igno- ro vos. Debet enim copula terrenæ cognationis agnoscî: sed si cursum mêtis præpedit ignorari, debet affectus in parêtes viscera mêtis implere, sed à spiritali proposito non auertere.

Secundò, quum Deus iubet honorari parentes, obedientiâ præcipit. Obedientia omnium virtutû mater est, & iusti- tia vniuersalis, cuius primus gradus est, post Deû obedire iudicio & authoritati parentû. Audi (inquit Salomon) fili mi disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tue, vt ad datur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. Exemplâ sancto- rû habes innumera, quæ huc te cohortâtur. Isaac figura Chri- sti, triginta iam annos agens, patri se colligari non restitit, imò & ad immolandum quoque se, copiam sui fecit, quanuis non sine diuino instinctu. Rechabitz iussu Benadab patris, abstemij facti sunt. Sed quid homines mortales referimus? Christus Iesus Dei & hominis filius Ioseph & Mariæ parenti- bus subditus fuisse legitur. Deus seruilis, imò Ioseph nò alia ratione, quàm quòd esset pater opinione ac lege, non natura.

Postremò, Deus non tantum requirit, vt obedientiam, sed & honorem (quod est sum mum utiq; obedientiæ opus) parentibus præstemus. Honor in eo cõsistit, vt magnificè de parêtibus sentiamus, vt eos honorificè iusimè colamus, ip- sorû iudicio & authoritati plurimû tribuentes ac deferêtes. Nunquam autê contemnamus aut vilipendamus, etû paupe- res, senes, capulares, aut etiâ deliri ac morosi fuerint. **Q**uibus libet enim vitis nomen patris & matris anteponendum est, nec quales parêtes, sed quòd parentes habeamus, est imandû. Nam vt in maximam claritudinem perueneris, patris etiam ignobilissimo, hanc claritudinê acceptam referre debes: cui post Deum debes, quod es. Ioseph ille in Aegyptû vèditus, ac dein Dei prouidentia sublimatus, vt esset primus post regem quanto honore prosequutus sit patrem Iacob descendentem ad se in Aegyptû, quanta celebritate in Aegypto defunctum extulerit, ac ad patres in terra Chanaam appofuerit ac sepe- llerit, Genes. cap. 46. 47. & 48. legimus. Salomon mari sur- genti affurrexit, eamque adorans, iuxta se in folium regium collocauit. Fili (inquit Sapiens) suscipe senectutem patris tui: & ne contristes cum in vita sua: si defecerint sensus sui, da ve- niam ei, & ne spernas illû in virtute tua. Et iterû: In opere &

*Quatenus
copula ter-
renæ cognat-
ionis ag-
noscenda.
Obedien-
tia parêtî-
b⁹ debita,
& que.
Prou. 1.
Exempla
obedientiæ
erga parê-
tes.
Gen. 22.
Hier. 35.
Christus.
Luca 2.
Honor pa-
rentibus
debitus.
Honor pa-
rêtibus in-
quo consi-
stat.
Non des-
bemus esse
acuti in
parentum
vitiis aut
ignolilita-
tem.*

*3. Reg. 2.
Eccl. 3.*

*Honorã-
di parẽtes
in timo me
tu affectu.
Ephes. 6.*

sermone & omni patientia honora patrem tuum, vt superue-
niat tibi benedictio à Deo. Debent autem hæc tria, nempe
amor, obedientia & honor parentibus, non tantum externo
quodam apparatu, sed synceriter & ex intimo cordis affectu
exhiberi propter Deum, quem admodum diuus Paulus ait E-
phes. 6. Filij obedite parentibus vestris in domino, hoc enim
iustum est: Honora patrem & matrem tuam, quod est primũ
mandatum in promissione, vt bene sit tibi, & sis longæuus
super terram. Item, Filij, obedite parentibus per omnia: hoc
enim placitum est in domino.

*Patres spi-
rituales di-
ligendi.
Galat. 4.*

*Ante om-
nia suc-
currẽdum
necessitati
patrũ spi-
ritualium.*

*Decimæ.
Primitiæ.*

*Obedien-
tia debita
patribus
spirituali-
bus.
Mat. 23.*

*Clavis po-
testatis.*

DEbes autem eadem illa tria, amorẽ scilicet, obedientiã
& reuerentiã, & cæteris, qui in patris officium & no-
menclaturam succedunt. In primis autẽ patribus spiri-
tualibus, qui sunt animarũ paren-tes: hi enim præcipuo quodã
dilectionis affectu diligendi debent, quale testamentum diuus
Paulus Galatis præbet, quod scilicet si testi posuisset, etiam
oculos suos eruisset, & dedisset ei. Quamobrem ante om-
nia curandum est, vt eorum necessitati succuratur, vtq; ipsis,
quæ ad victum pertinent, idque abundẽ, libetẽ, & ex animo
suppeditentur. Quemadmodum Paulus. 1. Corinth. 9. docet:
Quis (inquit) militat suis stipendiis vnquam? Quis pascit gregem,
& de lacte gregis non manducat? Neque enim magnũ
est, si qui spiritualia seminant, temporalia etiam metant. Et
rursus: Dignus est mercenarius mercede sua. Quin & lex vetus
præcipit, non alligandũ os boui trituranti. Quod vtique
non boum causa, sed propter nos dictum esse constat. Eccle-
siastici quoque cap. 7. legis: Honorifica sacerdotes, & da illis
partem, sicut madata est tibi, primitiarum & purgationis.
Et hæc faciunt, quæ de decimis & primitiis in domum Dei
deferendis, Exodi 22. ac 23. Leuitici quoque 27. & Nume. 18.
præcipiuntur.

DEinde, debetur ipsis obedientia, quemadmodum Aposto-
lus ad Hebr. cap. 13. restatur: Obedite, inquit, præpositis
vestris, & subiacete eis: ipsi enim peruigilant, quasi rationẽ
de animabus vestris reddiduri. Et Christus monet, etiã
Pharisæis, sedentibus super cathedram Moysi, obediendũ esse:
Quæ, inquit, dicunt, facite, secundũ opera verò illorũ nolite
facere. Porro vt ecclesię præfides duplicẽ clauẽ à Christo acce-
ptã habere debet potestatis scilicet ac scientiæ seu discretio-
nis, sic par est, vt ipsis, quod ad vtranque clauẽ attinet, para-

tur. Quamobrem cũ publicẽ criminosos, contumaces ac ec-
clesiæ rebelles excõmunicationi illigant, censura ipsorũ non
aspersanda, sed modis omnibus obseruanda est, donec in ec-
clesię gratiam redeant excõmunicati, quemadmodum Apo-
stolus docuit. 1. Corinth. 5. & 2. Corinth. 2. Rursus par est, vt con-
stitutionibus & ordinationibus eorum ad ecclesię decorem,
disciplinam & tranquillitatem editis, reuerenter pareatur.

Sed hic pugnant nobiscũ nouatores, qui ecclesiasticas cõ-
stitutiones, veluti humana quædã fragmenta irrident, atq;
adedo vt dãnabiles aspernantur. Qui ne quẽpiã decipiant,
seu persuasione sua ecclesiæ minus obtrẽperantem aut rebel-
lẽ faciant, nosse oportet, quatenus constitutiones illæ eccle-
siasticę obligent, & quatenus sese earũ vis porrigat. In primis
itaque constat ex cõstitutionibus seu traditionibus ecclesiã-
sticis, neque vim iustificandi pendere, neq; cõremouis exter-
nis, quanuis piis, remissionẽ peccatorum aut salutem deberi.
Quamobrem qui in operibus eiusmodi legũ ecclesiastica-
rum, suam spem salutẽmq; cõtineri putaret ac collocaret, is
grauiter erraret. Et in hanc sententiã Paulus damnat circuncõ-
sationem: Ecce (inquiens) ego Paulus dico vobis, quod si cir-
cuncõdamini, Christus vobis nihil proderit, quũ tamen ipse
nihil fecius Timotheũ circunciderit. Damnatur quoq; ciborũ
delectum ac dierum discrimen, quum inquit: Nemo vos iudi-
cet in cibo vel in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ,
aut sabbatorũ, quũ tamen interim ipse legatur continentissi-
mẽ vixisse, & sabbatũ etiam externũ sanctificasse. Ergo non
aliter hæc etiam cæremoniales Iudaismi leges dãnat Apo-
stolus, quã si eis iustificationis ac salutis vis (quæ soli Chri-
sto tribuenda est) ascribatur. Deinde constat externam tan-
tum obseruationem harũ constitutionẽ coram Deo inutile
esse, nisi & animus accedat, qui eisdẽ vtatur ad finẽ pietatis,
ad quã sint institutę. In quam sententiam Deus apud Elaiã
dixit (quod & Christus repetit) (Frustrã colunt me mandatis
hominum. Et tamen alibi Christus vult, vt & hęc constitutio-
nes (sed vt diximus ad suum finem) obseruentur, sic tamẽ, vt
his quæ præcipua legis sunt, postponantur, quũ inquit, Opor-
tet quidem hæc facere, illa verò non omittere.

IAM si quæretur, peccet ne saltẽ grauius, qui receptos ec-
clesiæ mores, aut ecclesiasticas cõstitutiones violat? Respon-
dendũ est, eiusmodi cõsuetudines seu cõstitutiones non

*Non sper-
nandæ cõ-
suetudines eccle-
siasticæ.
Clavis scõ-
pitiæ.*

*De cõsti-
tutionibus
humanis
quid sen-
tiendum.
Vis iusti-
ficandi de-
trahitur
cõstituti-
onibus eccl-
siasticis.*

*Galat. 5.
Act. 15.
Coloss. 2.
2. Cor. 11.
Act. 21.
Constitu-
tiones hu-
mane in-
utiles, nisi
eis ad pie-
tatem vta-
mur.*

*Esai. 29.
Matt. 15.
Matt. 23.
An cri-
minaliter
peccet, qui
violat cõ-
stitutiones
humanas.*

*Aug. ad
Iannariū
ca. illa. 12.
distingt.*

*Roma. 13.
Obedien-
dum pro-
pter con-
scientiam.*

*Dei au-
thorit. anō
minori pe-
riculo cōte-
nuitur in p-
latu, quā
in magi-
stratibus.*

*Chryso. in
lib. de sa-
cerdotio*

*Ambr. 1.
Non hu-
mana au-
thorit. as,
sed inobe-
dientia nos
peccato in-
voluit.*

*Act. 14.
Scandalū
quoque ve-
los fuit re-
latores vio-
latores con-
stitutionis
ecclesiasti-
ca.*

vnus generis esse, nam alia sunt, quæ toto terrarū orbe obseruātur, à patribus accepta, quales sunt de annua Quadrage-
sima celebranda, de diebus passionis, resurrectionis, ascensionis in cælum, Pentecostes, & id genus aliis diebus feriandis. Has certè & similes cōsuetudines seu cōstitutiones in sanctū ac pium finē cōstitutas, ac à tota ecclesia receptas, nemo sine reatu peccati (nisi vel magna necessitate vel vilitate excusetur) violauerit, quin tales cōstitutiones temerè præuicātes, & in hoc & in præcedens præceptū delinquant, quemadmodum ibi fufius ostendimus. Nec mirū, nam si obediendū est magistratibus prophanis, non solum propter iram, sed etiam propter conscientia, hoc est, ne cōscientia polluat peccato mortali, atque hoc obtinet in legibus ciuilibus, quæ tantū ad retinendā ciuilem politiam & rerū proprietatem inuicendā, ordinatæ sunt, quāto magis peccato se inuoluunt, qui eiusmodi ecclesiasticas constitutiones seu mores tā ad cōseruationē & augmentū pietatis quā ecclesiæ decorem, disciplina & tranquillitatem proditas ac receptas temerè violant. Nec enim Deus minus nos subiecit ecclesiæ præsidibus quā prophanis magistratib⁹, nec minori periculo Dei auctoritas in ecclesiæ ministris, quā in magistratibus contēnitur, præfertim quòd horum ministerium incomparabiliter maius sit quā illorū, vt diuus Chryso. in libris de sacerdotio graui-
ter ostendit, Ambrosio etiam contestante, dignitatem ac ministerium sacerdotale regali tantū præferendum esse, quantū aurū argento, aut etiā sol lunæ præstat. Proinde vt nō est cōsequens, eū nō peccare mortaliter qui magistratibus nō ob-
tēperat, quòd leges ciuiles vim iustificādi non habeāt. Ita nō cōsequitur, eū criminis reū nō esse, qui cōstitutiones ecclesiasticas temerè violat, cū in eis basim salutis cōstituere haud oporteat. Ipsa enim inobediētia (quam execrat Deus) nos delicti reos facit. Certe non frustra Paulus Apostolus, perambulans Syriam & Ciliciam, cōfirmās ecclesias tanto serio præcepit custodiri præcepta Apostolorū & seniorū, non ab-
solutus (vt putamus) à crimine, quos reperisset peruicaces transgressores. Et vt inobediētia nota cesset, scandalū tamen ratio nō permittit vt à crimine immunis sit, qui constitutiones seu cōsuetudines publicè receptas contēnunt ac irridēt. Nam & Paulus passim iubet ne faciamus quippiā, in quo fra-
ter noster, offendi, scandalizari, aut infirmari possit, quin se

carnes potius in aeternum non manducaturum contestatur, quā offendat fratrem. Porro planè stupidi sunt qui ecclesiæ præsidibus potestatem condendarum constitutionū ad pietatem conducibilem abrogant, quū Paulus iubeat, omnia in ecclesiis ordine ac decenter fieri. Constat etiā ipsum Apostolum eiusmodi ordinationes quāplures fecisse, quales erant, vt mulieres velatæ ecclesiam intrarent. Itē, vt ordo in lectio-
nibus in ecclesia obseruaretur. Quibus tantū etiā tribuit, vt immorigerum aut contradicentem non videretur laturus. Si quis, inquit, vult contentiosus esse, nos talē consuetudinē nō habemus, neq; ecclesia Dei. Quæ de cōstitutionibus seu moribus ecclesiæ vniuersalis dicta sufficerent. Sunt & alię cōstitutiones particulares, quas per singulas diœceses singuli episcopi promulgant, quarū finis si fuerit pietas seu ecclesiæ honestas & tranquillitas, eandē planè habent cum prioribus rationē, sic scilicet, vt sine peccato in ea diœcesi, in qua promulgatae sunt, nisi tamen iusta causa sub sit, præuaricari non possint. Idē de variis ecclesiarum moribus sentiendum est. Nam mores singularū ecclesiarū in singulis ecclesiis omninō custodies, si cuiquam nō vis esse scandalo, nec quenquam tibi, quēadmodum diuus Ambrosius Augustinū docuit. In morib⁹ autē simpliciter adia phoris, alia ratio est, veluti est quòd alij ex more diē Mercurij ieiunant, alij non, alij quotidie cōmunicāt corporis & sanguinis domini, alij certis diebus. Totū enim hoc genus liberæ habet obseruationes: quod enim neque contra fidē catholicā, neque cōtra bonos mores esse conuincitur, in differenter est habendum, & pro eorum inter quos viuunt, societate seruandū. Interim nō negamus præsidibus ecclesiasticis (si quid contra Dei mandatū, quod absit, præcipitur) non esse parendū, quòd oporteat magis obedire Deo quā hominibus. Tale erat, quòd olim in Iudaismo scribæ & pharisæi docebant potius esse, vt parètes egesset laborarēt, quā vt filij necessitati eorū succurrētes, tēplo de oblationibus aliquid subtraherent. Quòd autē hodie quidam sin-
gulari traditionē de perpetuo cœlibatu sacerdotum aut monachorum, in his etiam qui perpetuam castitatem non coacti nec temerè, sed animo deliberato sunt professi, eiusdē generis esse, id quale sit, in proximum præceptum adnotauimus. **S**ed vt vnde digressi sumus reuertamur, præter amorē ac obedientia, ecclesiæ ministris non vulgaris veneratio de-

*Rom. 14.
Apud ec-
clesiæ præ-
sides au-
thoritas
statuendū.
1. Cor. 14.
1. Cor. 11.
1. Cor. 14.*

*Varij mo-
res ecclesia-
rum. cap.
illa. 12. di.*

Act. 5.

Mat. 15.

*Ecclesia
ministris
debetur ve-
neratio.*

betur. Idque eius muneris ac ministerij gratia quod in ecclesia gerunt: Nam par est, vt omnes homines hoc ministerium summa cum pietate venerentur, ac operā etiā dent, vt conseruetur ac ornentur, quod nihil sit nisi representatio eius ministerij, quod gessit Christus, ipso attestante, cū ait: Sicut misit me viuēs pater, ita mitto vos. Et alibi: Qui recipit vos, me recipit. Proinde Apostolus. 1. ad Timoth. 5. Dupli. i, inquit, honore digni sunt, qui bene præsumt in verbo & doctrina. Item 1. Thess. 5. Rogamus autē fratres, vt agnoscatis eos qui laborant inter vos & qui præsumt vobis in domino & admonent, vt habeatis illos in summo pretio. In summa, docemur hoc præcepto non solū de patribus nostris carnalibus, sed & de spiritualibus reuerenter sentire, eosque amare & ornare, ac omni officij genere conseruare ac prosequi.

Proximè & secundū sacerdotes, magistrat^o ciuiles, reges, ac principes gladij ministri, veluti patriæ patres modo nō dissimili honore afficiendi sunt. Qua de re in primis ex animo amādi sunt magistratus, vti Dei ministri, per quos Deus nobis nō vulgaria beneficia impartit, veluti externā pacē, politicā societatem, tranquillitatem publicam, legū ciuiliū (sine quibus respublica non consistit) conseruationem. Breuiter per quos præstat, vt inter improbos tuta sit innocentia, & ne quis sibi permittat vltionem. Sentire ergo oportet, quod pro his beneficiis & Deo & magistratibus nō vulgare gratitudinem debeamus. Atque adeo tantus dilectionis affectus erga magistratus esse debet, vt pro eis Deū sedulo precari simus parati. Quemadmodū diuus Paulus monet, quū inquit: Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarū actiones, pro regibus & omnibus qui in sublimitate constituti sunt, vt tranquillam & quietam vitā agamus in omni pietate & castitate. Deinde Apostolus requirit, vt & cætera officia corporalia, veluti tributa, vectigalia, ac sumptus necessarios, sine quibus respublicæ regi nō possunt, eis liberali animo ac libetè præstemus: Reddite (inquiens) omnibus debita: cui tributum tributū: cui vectigal vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorē. Neminī quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis.

Ad hæc magistratibus ax animo obedire debemus: idque propter Deum, quod scilicet Dei ministri sint, quæadmodū Petrus Apostolus præcipit, dicēs: Subiecti estote

omni humanæ creaturæ propter Deum, siue regi quasi præcellenti, siue ducibus tanquā ab eo misis. Quinimo Paulus adeo seuerè præcipit de obedientia, vt doceat peccatum esse criminale, non parere mādatis magistratuum, quum inquit: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Nō est enim potestas, nisi à deo: quæ autē sunt à Deo, ordinatae sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Et post pauca: Ideoque potestati subditi estote non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Perinde arque si dicat: Necessè est obedire, non tantum propter irā, id est non tantum propter pœnam corporalē, qua magistratus plectitur non obtrèperantes, vindex in iram ei qui male agit, sed etiam propter conscientiā, hoc est ne conscientia coram Deo rea fiat. Vnde & Titus instruens iubet, vt admoneat suos Cretenses principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse.

Denique magistratibus honor tribuendus est: Idque non tantū externa reuerentię significatione, sed magis animi iudicio ac voluntate, videlicet vt agnoscamus in eis Dei ministerium & ordinationē. Ob quod scriptura non dubitat eos & deos vocare, hoc est Dei vicē in terris gerentes, cum inquit: Ego dixi, dij estis. Et rursus: Applica eos ad deos. Quo respiciens Petrus Apostolus: Regem, inquit, honorificat. Debemus autē hoc non tantum bonis ac modestis principibus, sed etiam impiis, dycolis, malis, & indisciplinatis: Tum propter ministerium quod gerunt, quæ est ordinatio Dei: Tum propter religionem, disciplinam, pacem, & tranquillitatem publicam retinendā. Sic legis Baruch prophetā, & qui cum eo erant in Babylonia captiuos Iudæis, qui residui adhuc erant in Hierusalem scripsisse in hæc verba: Orate pro vita Nabuchodonosor, & pro vita Balthasar filij eius, vt sint dies eorum sicut dies cœli super terram. Et vt det Dominus virtutem nobis, & illuminet oculos nostros, vt viuamus sub vmbra Nabuchodonosor regis Babylonis, & sub vmbra Balthasar filij eius, & seruuiamus eis multis diebus, & inueniamus gratiam in conspectu eorū. Et Petrus Apostolus iubet, vt subditi simus in omni timore dominis non tantum bonis & modestis, sed etiā dycolis. Proinde si nobis efferus & inhumanus princeps (qui magis vi quàm iure agat) contigit, is tamen non statim contemnendus est, nec ob id obmurmurā-

Peccatum mortale non parere magistratibus in rebus licitis. Roma. 13. Ibidem.

Obedire propter iram. Propter conscientiam. Tit. 1.

Magistratibus tribuendus honor. Psal. 81. Exo. 22. 1. Petr. 2. Etia magis principibus debetur honor. 1. Petr. 2. Rom. 13. Baruch.

Quid agendum si obtingat esse

Ioan. 2.0. Mat. 10. 1. Tim. 5.

Epilogus.

Magistratus ciuiles honorandi. Amādi. C. de iudicis & coelicol. l. nullus. Sedulo p magistratibus orandum. 1. Tim. 2.

Roma. 13.

Obedientia debita magistratibus. 1. Pet. 2.

*princeps
aut magi-
stratus.*
1. Petr. 2.

dum nobis, multo minus mouēda seditio est, ne publica pax perturbetur. Hęc enim gratia (vt idem Apostolus ait) si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias patiens iniustē, in hoc enim vocati sumus, quia & Christus passus est pro nobis, relinquens exemplum, vt sequamur vestigia eius, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, qui quum malediceretur, non maledicebat: cum pateretur, non comminabatur, tradebat autem iudicanti se iniustē. Duplici tantum remedio nobis ad emolliendā magistratū tyrannidem vti permittitur ac etiam præcipitur. Primum, vt pro eis Deum precemur, quo ad meliorē mentem reuocentur, quod tum magis solliciti faciemus, si agnoscamus malos magistratus nobis immisos, ad puniendā peccata. Quemadmodū Iob testatur, quod dominus regnare faciat malos & hypocritas propter peccata populi.

*Duplex
remedium
ad emolli-
endam ty-
rannidem
magistra-
tum.*
Iob 24.

Secundō, hic meminisse debent Parochi officij sui: nempe vt efferos magistratus per Dei verbū cū omni modestia corripiant, erudiant, admoſneant, arguant, increpent, & ad frugē vitę melioris adducere pergant. Ad hoc enim cōstituti sunt, quemadmodum Dominus apud Hieremiam testatur: Ecce, inquit, dedi verba mea in ore tuo, ecce conſtituti te hodie super gentes, & super regna, vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes. Et vt sit in arguendo periculum, nihilo fecius tamen verbi ministros suo officio fungi oportet, quemadmodum vides Iōannem Baptistā, Herodem, atque adeo ipsū Christum scribas ac phariseos liberrimē (quāuis non sine summa modestia) arguisse & increpasse, ac omne corporale periculum veritate longe posthabuisse.

Hier. 1.
Mat. 14.
Mar. 6.

*Magistra-
tibus non
est obtrē-
randū cō-
tra Dei
præceptū.*
Dani. 3.
Acto. 5.
Mat. 10.
Mat. 5.
1. Petr. 3.

Hęc tamen quę de honorandis magistratibus diximus, intelligenda sunt, nisi subditis aliquid præcipiant contra Dei mandatū: tū enim potius subditi obedire deo, quā hominibus debent, quęadmodū hystoria Danielis & Acta Apostolica docent. Quod & Christus non tacuit, cū ait: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potius timete eū, qui potest corpus & animam simul perdere in gehennam. Alibi etiā Christus beatos pronuntiat, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quos & gaudere & exultare vult, quoniam merces eorum copiosa est in cœlis. Quod & Petrus non tacuit, cum

inquit: Et quis est qui vobis noceat, si boni emulatores fueritis? Sed & si quid patimini propter iustitiam, beati timorem autem eorum ne timueritis vt non conturbemini. Dominū autem Christum sanctificate in cordibus vestris, parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationē de ea quę in vobis est, spe & fide, sed cū modestia & timore. Hactenus de magistratibus.

Poltremō (vti suprà meminim⁹) hoc præceptum ad omnes eos porrigitur, quicumque nobis præfunt, seu quacunq; nostri curā gerūt, veluti sunt domini, heri, tutores, curatores, præceptores, & pędagog. Quibus etiam tria illa, amorē, obedientiam ac honorem debemus. De seruis Petri dicentē audis: Serui, subditi estote in omni timore dominis. Et Paulum 1. the. 6. Serui, obedite dominis carnalibus cū timore ac tremore in simplicitate cordis vestri, sicut Christo, non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed vt serui Christi facientes voluntatē Dei ex animo, cū bona voluntate seruientes, sicut domino, & non sicut hominibus. Id quod & ad Coloss. 3. repetit. Vides verō quomodo Paulus nō tantum externam obedientiam, sed magis internam reuerentiā ac bonam voluntatem seruorum & mercenariorū erga dominos & heros requirit. De reliquis qui annis antestant, vel qui tui curam gerunt, vides dominum per Moſen præcipientem & dicentem: Coram cauo capite assurge, cōsurge & honora personam senis. Et alibi Moſen dicentem: Interroga patrem tuū, & annuntiabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi. Exemplum autem horum habes Christum dominū, de quo legis, quod subditus fuerit non tantum Marię, sed & Ioseph, qui non alia ratione, quā opinione ac cura Christi parens fuit. Exemplum item habes Paulum sedentē ad pedes Gamalielis, & discentem veritatem paternę legis.

*Omnes
honorandi
qui nobis
præfunt.*

1. Petr. 2.

*Qui annis
antestant
vel curam
gerunt no-
stri.*
Dent. 32.
Act. 22.

EX prædictis autem satis colliquescit, quibusnam modis in hoc præceptum peccetur. Nam in primis huius præcepti rei sunt, qui parentes non ex animo diligunt ac magnificiunt. Itē, quos inopiā seu cuiuscunq; miserię, vel humilitatis parentum pudet, qui non prospiciunt eis victū ac alia necessaria, qui eos non venerantur. Hi enim huius legis interpretati onem contemnunt, quā habes Ecclesiastici. 3. in hęc verba: Fili suscipe senectam patris tui, & non contristes eū in vita illius: & si defecerit sensu, veniam da, & ne spernas

*Quibus
modis in
hoc præcep-
tum peccetur.*

cum in tua virtute, eleemosyna enim patris non erit in obliuione. Et rursus eodem capite: Qui timet Deū, honorat parentes, & quasi dominis seruiet his, qui se genuerūt, in opere & sermone, & omni patientia. Itē, Quam malā famā est, qui relinquit patrem? &c. Præterea grauis peccant, qui parentes suos affligūt, ridēt, duris verbis à se abigunt, subianant, deuouent, execrantur, aut verberant, qui odio eos & inobediētia afficiunt. De quibus Exodi 21. scriptū legis: Qui percussit patrem suū, aut matrē, morte moriatur. Et Leuit. cap. 20. Patri matrīque qui maledixerit, sanguis eius sit super eum. Rursus Prouerb. 19. Qui affligit patrē, & fugit matrē, ignominiosus erit & infœlix. Item Prouer. 29. Qui maledicit patri suo & matri, extinguetur lumen eius in mediis tenebris. Item, Oculum qui subianat patrem, qui despicit partū matris suæ, suffodient eum corui de torrentibus, & comedent eum filij aquilæ. Exēplo est Chā filius Noë qui se, totamque posteritatē suam maledictioni inuoluit, quōd patris sui turpitudinem non operuerit, sed deriserit. Itidem Ruben patriarchæ Iacob primogenitus pari maledictioni addictus est, quia ascenderat cubile patris sui. Et Absalon, qui patrem de regno expellere conabatur, insigni eadēq; miserrima morte absumptus est. Terriō, peccant in hoc præceptū qui ecclesiæ præsidibus ac patribus spiritalibus iniuriæ & inobedientes sunt. Quemadmodū Dathan Chore & Abiron, qui propter suam erga Mosen & Aaron inobediētiā uiui absorpti referuntur. Item, qui in sacerdotes, mordices iocos, amarulentāque scommata iaciunt, qui ex suggestis ipsis maledicunt, ac publicē contumeliā inferunt: qui de ipsis temerē, id est: non suo loco & tēpore iudicant. Qui ipsorum turpitudinem ad populū circumferunt ac denudant. Quis enim non videt eos fratres esse Chan, non Sē & Iaphet, qui patris turpitudinem verecundē contexerunt, vnde & benediōnē sunt consecuti? Non prohibemus vt præsidēs ecclesiæ aberrātes arguas & increpes, modō id ad regulam euangelicam facias, cū omni animi lenitate, ac modestia. Deinde suo loco & tempore, vbi scilicet fructū correptionis expectes. Non autē permitimus id, vt facias ad mobile vulgus, ad seditionē contra Ecclesiasticos præsidēs mouendā suo pte ingenio procliue, non prohibemus doctorē, sed criminatoreū, quē & Paulus prohibet & satanæ tradit, qui etiam monet, vt sermo noster sale con-

Prou. 16.
20. & 30

Cham.
Genes. 9.
Ruben.

2. Reg. 18.

Num. 16.

Quomodo
arguendū
ecclesiæ
præsides.

diatur. Rursus peccant in hoc præceptū, qui ecclesiæ constitutiones ac pios mores irrident, contemnant, ac temerē præuaricant, de quibus dixit Augustinus: Non habebit Deum patrem, qui ecclesiā contēnit habere matrem. Dein qui excommunicationē, qui ecclesiæ clauem ligantem ac soluentē nihili pendunt, quos Christus habēdos decernit, sicut ethnicos & publicanos. Itē, in hoc præceptum peccant, qui magistratibus ea quæ diximus officia ipsis debita non impendūt, idque diui Pauli testimonio qui conscientiam hominis non obtemperātis potestati reatu criminis obstringit. In summa peccant in hoc præceptum, qui eos quorum curæ commissi sunt, temerē aspernantur, aut debito honore non afficiūt, aut obseruant, quique his neque fidi, neque parentes sunt, id quod superius plus satis ostendimus.

Et eris longæuus super terram.

Hic audis, quid velit Apostolus quū dicit, hoc præceptū esse primum in promissione. Est enim primū, cui inter præcepta secundæ tabulæ merces promittitur, eaq; nō vulgaris, nepe vitæ longitudo, ipsi tanquam præcipuo operi charitatis debita: nec abs re & deceat, vt ipsis vita prolongetur qui parentes colunt, huius vitæ post Deum authores. Intelligi autem hisce verbis nobis non tantū vitæ longitudinem, sed & ea omnia quæ ad vitam seu vsum vitæ pertinent, vt sunt tranquillitas, pax rerum successus, victus, atque alia id generis, sine quibus vita longa est iniucunda. Nobis tamen Christianis præmiū: non tā huius quā futurę vitę (cuius longitudo interminabilis est) spectari debet. Nā vt De⁹ piū aliquē hominē in parētes, præmatura (vt nobis apparet) morte hinc abstulerit, ob id tamen putandū non est, hunc perdere huius præcepti mercedē, quā copiosius recipiet in ea vita, cuius longæuitatis nō est finis. Imō dubitandū non est, Deū eiuscemodi homini, vel ob pietatē in parentes cita illa morte consulere voluisse, quo in verā illam & beatam vitæ ocium concederet. Quemadmodum dictum est, Ablatus est iustus ante diem, ne malitia sensum eius immutaret. Vt autem vides filiis morigeris omnia prospera esse promissa, ita è regione intelligis immorigeros (veluti sub Dei maledictione positos) omnia aduersa manere, quod paulō ante plurimis scripturæ exemplis commonstrauimus.

Aug de
expositio-
ne symbo-
li.

Mat. 18.

Vitæ lon-
gitudi-
merces.

Vitæ longi-
tudo chri-
stianis.

E X P L I C A T I O
P R A E C E P T V M Q V I N T V M .

Non occides.

*Ordinis
ratio.*

P Rincipio decens ordo considerandus est: Tria prima precepta ad Deū pertinent, quo ut est nihil melius, ita nobis nihil charius esse debet quartū parentes respicit, quibus secundū Deū honos, & gratitudo debetur, veluti eis qui Dei vice quodāmodo funguntur. Quæ merito sequētia præcepta, quæ ad priuam proximi dilectionem spectant, præcedunt. Nam quando animus se recte habet erga Deum, & eos qui Dei loco sunt, fieri vix potest, quin cætera quoque quæ proximo debemus faciliè sequantur. Contrā verò dubium non est eum, qui neque Deū neque parentes reueretur, faciliè committere in proximum, ut meritò quis priorum præceptorum transgressionem, veluti radicem quandam cæterorum flagitiorum, atque adeo omnium malorum esse putauerit. Qui enim fieri potest, ut non irruat in omnium flagitia, qui desertus à deo & sub domini maledictione (quam præcedentium madorum præuaticatio irrogat) potitus, satanæ mancipiū effectus est? Iam cum post Deū & parentes iubeamus diligere proximos sicut nos ipsos, aptissimè sanè inter ea mandata quæ proximi læsionem prohibent, primum illud est, quod ad proximi vitā ac corpus pertinet, quæ possessio cuique charissima est.

Ad omne op^o malū instruēt^o qui neque Deū neque parentes reueretur.

Hoc præceptum ad vitam & corpus proximi respicit.

Quo docet Christus. Mat. 5. Lex spiritalis.

Mat. 5. Aug. de verbis domini in mōte, l. 1.

V T autē hoc præceptū cū duobus sequētibz intelligas, nō est necesse interpretationē remotius petere. Quod Christi⁹ ipse apud Mat. cap. 6. ea dilucidè admodū enarraret ac exponat. Vbi etiam duo inter cætera Christum docere vides. Primum, legem esse spirituale, quæ non solo externo opere, sed spiritu magis & affectu sit adimplenda. Secundo, docet Christus præcepta ista negatiua è regione affirmatiuam requirere, quod postea in singulis ex ipsius Christi verbis fiet manifestius. Nam ut ab enarratione istius præcepti incipiamus, si verborū corticem tantum intuearis, videtur hoc præcepto tantum retusam Iudæorum crassam malitiam, quā in homicidio cōmittendo adhibebāt. At Christus declarat non sufficere, ut huic præcepto satisfacias, cōtinere manū à cede, nisi etiā cōtineas animū ab omnibus affectibus qui huc tendunt, cū ait: Audistis, quia dictū est antiquis: Non occides: qui autē occiderit, reus erit iudicio. Ego autē dico vobis, quia oīs qui irascitur fratri suo, re⁹ erit iudicio: qui au-

tem dixerit fratri suo Racha, reus erit consilio: qui autē dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis. Primus enim gradus ad ledendū est ira in animo cōcepta, quæ nihil aliud est, quàm dolor flagitans vindictā. Proximus ira irrupens in vocē indignationis quam domus appellat Racha. Tertius est dolor irrupēs in manifestum conuitium, ut cum dicimus, fatue. Plaudē ergo Christus docet, non tantū homicidam esse apud Deum, qui vitā proximo eripuit, sed & omnē illū qui proximum odit, hoc est qui male vult, tametsi irā animo celauerit, & necdum in vllam indignationis vocem proruperit. Accipe tamen Christi sermonē de ea ira, quæ lædendi affectū conuictū habet, alioqui irascimur & his, quibus bene volumus, non ut lædamus, sed ut corrigamus: & odimus in homine, nō quod fecit Deus, sed quod fecit ipse. Idque zelo iustitiæ sine peccato. In quam sententiā Pfalter dixit: Irascimini & nolite peccare. Et alibi: Iniquos odio habui. Illud ergo intuentum est quid sit irasci, indignari, & cōuitiū inferre fratri suo, quoniam non fratri irascitur, qui peccato fratris irascitur, quod non prohibet Christus, sed qui sine causa irascitur, is non peccato, sed fratri irascitur, quod Christus vetat. In his ergo sententiis, subaudiendū est (sine causa) aut si mauis, vindicandi studio. Nā alioqui & Paulus in hoc præceptū impēgisset, cū pōtificis iussu palma percussus, aiebat: Percutiat te domin⁹, paries dealbare. Et cum Galatas stultos vocat, nō enim id fecit Paulus sine causa: fecit itē id cum summa mansuetudine citra vllam perturbati animi indignationem, quod utrobique satis ex sequētibz constat. Nam ut illic testaretur, quā immo- dum culto disset animi tranquillitatem, & quod nihil iratus dixisset, insultantibus sibi Iudæis ac dicentibus. Principi sacerdotum maledicis: respondit: Nesciui fratres, quia princeps est sacerdotū. Nemo enim perturbatoris animi in hunc modum tam citò respondisset. Hic verò nempe ad Galatas scribens ne id quod stultos eos vocat, contumeliæ causa fecisse videatur, eos etiā fratres nominat. Utrobique ergo Paulus iustam causam habebat, quod quæ diceret tuendę veritatis gratia (cui Ananias impiè maledicebat indignus sacerdotum principatu) deinde etiam corrigendi studio diceret. Docet itaque Christus vim huius præcepti hoc postulare, ut omnem deponamus affectum in proximi læsionem procliuem. Porro, quum irā prohibet, qui primus gradus est quò à man-

Ira, gradus in lædendo. Indignatio vox. Racha. Conuitiū.

De qua i-ra loquitur Christus. Aug. de sermo. domini in mōte, l. 1. Psal. 4. Sine causa irasci prohibiū.

Act. 23. Galat. 1. Aug. de ser. domini in mōte libr. 1.

Vis huius præcepti. Aug. de ser. domini in mōte libr. 1.

*Ira.
Odium.
Ephes. 4.
Inuidia.*

suetudine & mititate deflectimus, multo magis odiū prohibuisse videbitur, quæ est ira inueterata. Nam si irasci non est fas fratri sine causa, multo minus fas est, animo tenere aliquid in odium indignatio conuertatur. Ad quod pertinet quod Paulus ait: Non occidat sol super iracundiam vestram. Et cū vtraque peior sit inuidia, quæ alienam felicitatē, suam interpretatur iniuriā: quis dubitat, verita ira, magis etiam inuidiā veritum esse? Nec mirum, & irascentem & indignantem, & conuitium inferentem in hoc præceptum impingere. Sunt enim huiusmodi præcepta secundæ tabulæ pertinētia ad doctrinā de dilectione proximi, quæ sola in omnibus huiusmodi mandatis potissimū queritur, quā si habeas quomodo fratri irasceris? At hæc si exciderit animo, vel sola ira subintrare, qua fratri malè velis, quis nō videt te potioris huius mādātī partis, iam coram Deo factum esse transgressorē? Etsi enim manū non admoueas: iā mente peccasti. Porro, qui fratrem suū ratione ac prudētia priuat, factūque vt à nulla differat bestia, quomodo immunis est à reatu huius præcepti, quod vt cetera, charitatē proximi requirit? Etenim qui scōmatis & contumeliis persequitur, charitatē destruit, qua destructa simul omnes tolluntur virtutes, sicut omnes conseruantur ea salua. Damnatur igitur hic in vniuersum cor erga fratrem male affectum, & priuata vindictæ cupiditas.

Indignitas vox.

*Conuitium.
Damnatur cor male affectū erga fratrem.*

Hoc præceptum nō pertinet ad magistratus.

*Roma. 13.
Iudices
Eia exercenda secundū legem.
Exo. 32.
Nūc. 25.
Psal. 105.
4. Reg. 2.*

ATque hinc liquet hoc præceptū nō pertinere ad magistratus, qui publica iudicia exercēt, & legitimis pœnis fontes afficiunt: nō enim ipsi sunt qui occidunt, sed lex Dei ferit, iubens vnū membrū tolli ob totius corporis incolumitatem: non enim iudex suo nomine, sed Dei vindicat. Nec frustra gladiū portat, vindex in iram, ei qui male agit: quin magistratus animaduertendo in fontes quam maximè Deū refert, vnde & dij vocantur iudices, tantum abest vt occidendo delinquant, qui nisi occiderent, delinquent, quod mandatum habeant exercendi vindictam iuxta legem, quæ nō humana, sed diuina potius, hoc est diuinitus ordinata existimanda est. Sit Moses (quo nihil clementius fuit) percussit, & sacerdos Phinees percussit, & cessauit quassatio. Legitur & Helias multos morte affecisse, & propria manu & igne diuinitus impetrato, nimirū diuinitus iussus, non desiderio vindictæ sed amore correctionis. De quo Helia quum exemplū discipuli domino suggererēt, cōmemorantes, quid ab eo fa-

ctum sit, vt etiā ipsis daret potestatem petendi de cœlo ignē ad consumendum eos, qui sibi hospitium non præberent, reprehendit in eis dominus, non exemplum propheta sancti, sed ignorantiam vindicandi, quæ adhuc erat in rudibus. Verum, quoniam Deus temerariam sanguinis effusione magnopere odit. (Nunquā enim non occurrit in veteri testamento sanguinis prohibitio, quod & mysterio prohibiti esus sanguinis satis demonstratū est) omninō videndum est magistratui, vt in negotiis, vbi de sanguine fundendo disceptatur, circūspicit, cōsideratēque agat. Quod faciet, si & ritē & rectē iudicari instituerit. Ritē iudicat, cum iuris ordine seruato sententiam profert, quod in Deuteronomio præcipitur, cū dicitur: Iustē quod iustum est, exequaris. Rectē iudicat, qui ex legis præscripto, tanquam minister Dei, zelo iustitiæ maleficium punit. Nam qui corruptē iudicat, aut legibus ad priuatū odiū commodum vte abutitur, seu ex cupiditate, aliōve quocunque malo affectu, aut cum acceptione personarum iudicat aut maiorem pœnam, quàm lex infligit, is iudex homicidiū patrat, etiam si nocens morte dignus sit.

*Esus sanguinis prohibitio quid sit.
Ritē ac rectē Et iudicandum.
Deut. 16.
Rectē.*

Idem de bello sentiendū est. Nam etsi Christianos deacat ac optandum sit, vt omnes sic à bellis abhorreant, quasi sit parricidiū illic occidere, quando omnis Christianus Christiano germanus est, tamen cū mali maiori semper numero sint, qui non tantū ad perfectionem Christianismi non accedunt, sed ne nomen quidem Christiani hominis sibi iure vēdicat, quis nō videt necesse esse, vt sint & in ecclesia magistratus, qui vim vt repellant, qui atrocina & seditiones armis & bello cōpescant, ne respublica & vita cōmunis dissipentur? Sed viderint principes, vt non aliter bellū, quàm iustē & legitimē suscipiant & gerant. Iustē autē tum demū suscipitur, quum nō voluntariē, sed coactē, tū demum quā nulla alia spes est pacis ac iustitiæ tuendæ, non priuata, sed publica auctoritate, hoc est permissu supremi magistratus (qui nobis Cæsar est) iunitor. Deinde, cū non aliter quàm ex iusta causa indicitur, veluti sunt pacis & trāquillitatis publicæ tuitio, patriæ defensio, & in primis seditionis compressio rectē verò geritur nō aliter, quàm si eodē quo diximus affectu, idque iustis conditionibus geratur. Siquidem scriptura docet, non ante in bellum descendēdum nisi hostibus pax offeratur: atque illi pacem dare nolint: deinde ne propter minus malum

An liceat Christianis bellū gerere.

*Quando bellū iustē suscipiatur.
Rectē quādo geratur.
Deut. 19.*

peius committatur, ut in fontib⁹ parcarur, ut imbecilles agricola⁹ p^{re}gatur, ut fides etiã hosti seruetur: denique, ut sola pax queratur, qua parata, deinceps omnis belli strepitus omninò cesset. Ad hũc modum Dauid aliòsque viros pios ac sanctos pugnasse legimus. Atque vt vnum aut alterum exemplũ bel-
David pu- gnator.
2. Reg. 15.
16. 17. 18.
Mittit us Ioab.
 li iure suscepti ac recte gesti afferamus. Cum Absalom seditionem mouisset, ac patrem Dauid regno expulisset, necessitas bellum suasit, descendit Ioab parua manu contra ingentẽ exercitum Absalom, committitur p^{re}liũ, vincit Ioab. At statim cum exercitus terga vertisset, Ioab qui poterat insequẽdo omnẽ seditiosum Israhel ad vuũ interemisse, retinet exercitum suum ne persequatur Israhel fugientem, volens parcere multitudini. Quid verò Dauid? nunquid post eadem misit ad occidendum eos, qui filio suo in hac factione fauerant? qui in bello contra se gesto fuerant duces, tribuni & Centuriones? Neutiquam. *Quin* & *Amasias*, qui seditiosum exercitum duxerat dixisse legitur: Nõne os meum & caro mea es? Hęc faciat Deus & addat, si non magister militiã fueris coram me. Itidem cũ non multo post Siba vir Belial factionem similem concitasset, ac tuba cecinisset. Non est nobis pars in Dauid, neque hereditas in filio Isai, & iam cum coniuratis in Abela venisset, Ioab cum exercitu secutus, vt expugnaret Abela, interpellatus per mulierem, cur p^{re}cipitaret hereditatẽ domini, Respondit: Absit hoc, absit hoc. Tradite mihi solum Sibam, qui leuauit manum suam contra regẽ. *Quod* cũ factum esset, & proiectum per murum abscessum caput vidisset Ioab, non depraedatus est seditionem vrbẽ, nulla spolia retulit, sed abscisso capite authoris mortẽ seditionis cõtertus, receptui cecinit ac abiit. Ceterũ principes qui eiusce-
Gravis cõ- surs in principes qui iniuste belli gerã- tur in milites stipendiarios.
Luca 30.
 modi exempla non insequuntur, veluti qui non necessitate adaçti, neque reipub. sed studio ob priuatos affectus bellũ suscipiunt, aut non legitime gerunt, vel fidem fallunt, tot homicidia committunt, quot homines in eo bello vel pereunt, vel ad famem adiguntur. Adde, qui quis vel odio, vel spe p^{re}teritã currit ad bellum, etiam si neminem occidat, corã Deo tamen homicida est: nõ enim voluntas absfuit, sed volũtati defuit occasio. Ioannes ille Baptista militibus legẽ p^{re}scripsit, nec dubium talem, quã si p^{re}uaricentur, maximi criminis rei fierent. Neminẽp, inquit, concutiatis, nemini calumniam inferatis, sed contenti estote stipendiis vestris, quam meritò principes

principes suis militibus sedulo inculcandum curarent.

Vertunt etiam quidam in quæstionẽ, nõ lex ciuilis, quã *Questio.*
 homini priuato vim vi repellere concedit, pugnet cum *Dilutio.*
 Euangelio. Nos putamus non pugnare, sed licere capit-
 tis periculũ intentantis exitio depellere, si tamen certa mors
 inteditur, nec est aliud effugium. Nam cũ eo casu certo quod-
 dam ordine & modo, quẽ lex p^{re}scribit, magistratus vim vi
 depellere concedat, videbitur inuadens, hoc ordine & modo
 occisus magis ipsius magistratus, quã priuata autoritate.
 Verũ, quom plurima sint quã ad obseruandũ hunc ordinem
 & modum requiruntur, veluti inter alia ac potissimũ, vt om-
 nis affectus lædendi inuasorẽ penitus absit: talis autẽ affectus
 non facit in conflictu retineatur: idcirco nos homini Chri-
 stiano suaserimus, vt in ea angustia ante omnia Dei auxiliũ
 imploret, quod sæpe propinquius est, quã credimus, quãdo
 legimus & draconẽ eius, cuius olim fuerat alumnus clamore
 excitatũ, accurrisse, & à latronibus liberasse, quòd si interim
 Deo visum nõ sit, inuasorẽ p^{re}sens adferre p^{re}sidiũ, & malit is
 occidi quã occidere, certẽ existimamus talẽ Christiani homi-
 nis officio functum, nimirũ Christi domini sui exemplũ
 secutum esse, quanuis interim secus facientem, ordinẽque &
 modo legitimo se defendentem non damnemus, neq; enim
 Euãgelium tollit ius naturale, nec legis naturalis ordinatio-
 nem, sed tantum format affectus ac animũ, quem Christus
 vult ab omni vindictã cupiditate longe alienissimum esse.

Cæterũ, vt vnde digressi sum⁹, reuertamur, docet (vt di-
 ximus) Christus hoc p^{re}ceptũ, non tantũ omnem vin-
 dictã cupiditatem prohibere, sed & vt negatiuã, vt è re-
 gione tamẽ affirmatiuã requirere, multãque ac eximias vir-
 tutes, atq; adeò ipsissimos fructus spiritus includere ac requi-
 rere. In primis enim requirit humanitatẽ ac mãfuetudinem,
 quã virtus propriẽ opponitur irã ac rixis, odio quoque ran-
 cori & inuidiã. Secundò, cõcordiã studiũ postulat, vt in om-
 ni negotio proponamus redire cũ proximo in gratiã, quod
 Christus indicat, cum inquit: Si offers munus tuũ ad altare,
 & ibi recordatus fueris, quòd frater tu⁹ habet aliquid aduer-
 sum te, relinque ibi munus tuũ ante altare, & vade prius re-
 cõciliare fratri tuo: & tunc veniens offer munus tuũ: Tu ve-
 rò intellige pergendũ, non quidẽ pedibus corporis, sed ani-
 mi motibus. Absurdum est enim credere, si absens sit, & trã-

Questio.

Dilutio.

An Chri- stiano lice at vim vi repellere.

Plurima requiruntur vt lice at occidere inuasorẽ.

Consilium pium.

Mat. 5.

Euãgelium non tollit ius natu- rale.

Mat. 5.

Euãgelium non tollit ius natu- rale.

Mat. 5.

Hoc p^{re}- ceptum in- cludit exi- mias vir- tutes.

Galat. 5.

Manfue- tudo.

Aug. de ser domini in monte. libr. 1. Explicatur loc^o in Mat. 5.

mare constitutus, qui recõciliandus fuerit, & tale aliquid veniat in mentẽ, Christum præcepisse tantisper ante altare munus relinquendũ, donec post terras & maria pererrata rediẽs, offeras Deo. Spiritualliter ergo Christi verbum intelligendũ est, vt scilicet te humili affectu prostrans fratri ad quẽ recõciliandũ fatis perrexeris, si ad eum clara cogitatione cucurris, atque ita etiã, si præsens sit, poteris eũ nõ simulato animo lenire, ac in gratiam reuocare, veniam postulando, si hoc prius corã Deo feceris, pergens ad eũ non pigro motu corporis, sed celerrimo dilectionis affectu: quod vbi feceris, tũ inde veniens, id est intentionẽ reuocans, ad id quod agere cõperas, offeres munus tuũ, nim irũ preces ac alia spiritualia sacrificia, quẽ nõ accipit Deus, nisi a cordibus charitate proximĩ imbutis. Tertio, monet Christus hoc præcepto contineri etiam id, quod & Paulus docet, vt pacem cũ omnibus hominibus (quantũ in nobis est) habeamus, quũ ait: Esto contenti aduersario tuo citò, dum es eũ eo in via, ne fortẽ tradat te aduersario tuo iudici, & iudex tradat te in carcerem mittaris. Et huc spectat, quod Christus beatos pronuntiat pacificos, qui student non solum inter alios dissidentes sarcire concordiam, verum etiam vltro inuitare ad pacẽ, à quibus sunt offensi. Quarto, & tolerantiã à nobis exigit Christus, vt hãc legẽ adimpleamus, vt scilicet nõ solum cupiamus habere pacem cum omnibus hominibus, sed etiam ne detrectanti pacem pro malo malũ reddamus, cum inquit: Ego autem dico vobis, nõ resistere malo: sed si quis te percusserit in dexterã maxillam tuã, præbe illi & alterã. Id quod & Paulus aliis licet verbis expressit: Non reddentes, inquit, malũ pro malo. Quinto, patientiam etiam postulat, qua non tantũ malos toleramus, sed etiam patimur eos abuti nostra tolerantiã, parati adhuc magis damnũ ab eis accipere, quã in iniuriã referre, quod Christus significauit, cũ inquit: Et ei qui vult tecũ in iudicio cõtendere, & tunicã tuã tollere, dimitte illi & palliũ. Sexto, supra hæc & benignitatẽ ac mititatẽ in nobis desiderat, cũ inquit: Et qui cõque te angariauerit mille passibus, vade cũ illo & alia duo. Benignitas enim & mititas virtus est lenis, tranquilla, ad familiaritatem suã inuitans, & plaris faciens concordia & animi tranquillitatẽ, quã exteriorẽ quietem & otium. Septimò, & bonitatẽ à nobis postulat, qua nemini nocemus, sed ad benefaciendũ omnib⁹ sumus expõsi,

Mat. 6.

Pacis studium cum omnibus hominib⁹. Mat. 5. Ibidem. Pacifici.

Mat. 5.

Rom. 12. Fratritia.

Mititas. Mat. 5. Benignitas.

Bonitas.

cum inquit: Qui autẽ petit à te, da ei: & volẽti à te mutare, ne auertaris. Quo quid aliud significat, quã à nobis requiri vt necessitatẽ patienti ac reddere fortẽ cupienti ac volẽti mutũ, demus sine spe lucri: egẽtibus verò, etiam sine spe fortis de nostro tribuam⁹. Octauo, vltra bonitatẽ eximium etiam vllũ charitatis gradũ in nobis requirit, quo & inimicũ, etiam nobis in cõmodatẽ toto pectore complectamur & beneficentia etiã afficiamus, quemadmodũ solẽt parẽtes paruulos, vel phreneticos filios (à quibus multa sæpe patiuntur) nõ minus diligere, atque insuper omnia tẽtare, vt ipsorũ salutĩ consulant. Quamobrẽ Christus inquit: Ego autẽ dico vobis, Diligite inimicos vestros, benefacite iis qui oderit vos. Postremo, Christus præter hæc omnia summũ charitatis gradum à nobis exigit, qui in longanimitate cõsistit, quã virtus nõ solum malos tolerat, atq; maiora ab eis tolerare parata est, sed etiã adhuc inuictò quodã animi robore eorũ emendationẽ expectat, atq; ad eũ salutẽ optat. Quod Christus significauit, cũ diceret: Orate pro persequentibus & calumniantibus vos, vt sitis filij patris vestri qui in cõelis est, qui solem suũ oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Vides quãtum huius præcepti vis, secundũ Christi enarrationẽ ab exteriori cortice legis (in quo Iudæi felicitatem suam cõstitunt) distet. Vides quã non sufficiat externẽ nõ accidere, si semel etiam omnem lædẽdũ affectum nõ deponas, omnẽque vindictã Deo resignes. Rursum vides hoc præceptũ solo affectu impleri, nec sitũ esse in externo opere, sed in incorrupta ac bona voluntate, qua proximum nõ tantum non lædere, sed eius salutĩ quam maximẽ consultũ velimus, existimantes, quod res est, eum tamen malũ, misericordia dignũ, quantum magis dignum, quo est peior, præsertim, quod malitiã ex natura non contraxerit, sed diabolo faciat instigante, quẽ si per nostrã misericordiam eicere poterimus, dubium non est, nos in eorum numero censendos, de quibus dictum est: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiã cõsequentur.

EX superioribus autẽ manifestum euadit, quãnam in hoc præceptũ peccẽt. Principio enim, qui ira ac odio in proximum deflagrant, aut inuidia contabescunt, huius præcepti planẽ obliuiscuntur. Nã vt apud Ioãnẽ est, Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Quamobrẽ tam feridò monet Paulus, vt omnis amaritudo, & indignatio, & clamor, & blasphemia,

Mat. 5. Mutuum dãtes, &c. Beneficentia erga inimicum.

Aug. de ser domini in monte. libr. 1.

Mat. 5. Longanimitas summe charitatis gradus.

Mat. 5.

Vis præcepti.

Rom. 12. Hoc præceptũ affectu impletur.

Aug. de ser domini in monte. libr. 1.

Mat. 5. Qui peccẽt in hoc præceptum.

1. Ioan. 3. Ephes. 4.

Prou. 25. mia tollatur à nobis. *Quin* & Sapiens veteris legis iubet, ne comedamus cū homine inuido, & ne desideremus cibos ei⁹.
Leuit. 19. Præcipit quoque vetus lex, ut odio habeas fratrem tuum in corde tuo, sed ut publicè arguas eum, ne habeas super illo peccatum. Secundo, in hoc præceptum peccat, qui cōtumelia proximum afficit, qui iniuriis honorem proximi cōmaculat, qui libellis famosis profcindit. Calumniator, scophāta, & criminātor, pro gladio, lingua vtuntur & calamo. Sicut scriptum est, linguam maledicam esse malum plenum veneno mortifero, quam & Psaltes nouacula acutæ confert. Tertio, in hoc præceptū peccat, qui quum proximum seruare possit, non seruat, aut qui pauperē suis facultatibus exurit. Auarus ergo dum egenti nō occurrit, fame occidit. Et ut non pereat proximus, nihilo fecius (quantū in illo est) periclitanti non tulit opem, extinxisse cęsetur. Vnde Ecclesiastici 34. scribitur: Panis egētium vita pauperis est, & qui defraudauerit, vir sanguinū est. Et vulgare est illud Ambrosij verbum: Pasce fame morientē, quisquis enim hominem pascedo seruare poteris, si nō pauperis, fame occidisti. Eodem reatu obstringitur, qui ob iustitiā captiuos non redimit, aut qui iniuriam à fratre cum potest, non repellit. Qui enim nō repellit à socio iniuriam (cum sine periculo potest) tā est in vitio, quā ille qui facit. Vnde scriptū est: Erue eos qui ducūt ad mortē, & qui ducūt ad interitū liberare ne cesses. Patrum quoque decreta clamant, mortē probatur infligere, qui hanc quum possit, nō excludit. Quarto, occidit, quicumque habent peruersam voluntatem lædendi proximi. Quamobrem malefici, qui incantamentis suis perimere ac lædere student, homicidæ censendi sunt. Deinde omnino committunt homicidium, qui vel imperio, vel cōsilio, vel persuasione, vel impulsu, vel dissimulatione in mortem hominis & sanguinis effusionem cōsenserūt: qui alios inter se cōmittūt, & in mutuum disidium alliciūt, ac prouocant: qui discordiam excitant, quos non dubium est minus peccare quā si manum ad cędem adhibeāt. Sic Dauid occidit Vriam: sic Isabell occidit Naboth: Herodias Ioānem Baptistam. Denique, Iudæi sic occiderūt Christum, succlamantes: Crucifige, crucifige eum. Id quod & in Deuteronomio indicatur, quū dicitur: Maledictus qui clam percutit proximum suum. Et Psaltes ait: Exacuerūt ut gladium linguas suas, ut sagittēt in occultis immaculatū. His verò magis rei

Lingua & calami⁹ gladi⁹. Iacobi 3. Psal. 63. Auarus occidit.
Ambro. 86. dissin. ca. pasce.
Prou. 24. 82. dist. cap. 1.
Ma'efici.
Qui consentiunt in nocem.
2. Reg. 11. 3. Reg. 21. Mar. 6. De pœ. dist. c. periulofo. Psal. 63.

sunt, qui non tantū animo, sed etiam manu ipsa cędem perficiūt, quos lex morti absq; vlla misericordia addicit. Qui percussit (inquies) hominē, volēs eum occidere, morte moriatur. Itē, Si quis per industriā occiderit proximum suum & per insidias, ab altari, meo euellas eū, ut morte moriatur. Peccat dein in hoc præceptū & iudices (ut diximus) qui fontē damnant, nō ut suo officio, sed affectibus voluptatibq; satisfaciant, oblitri eius quod Iosaphat iudicibus præcepit. Non hominis exercebitis iudiciū, sed domini: & quodcūq; iudicaueritis, in vos redūdabit. Sit timor domini vobiscum, & cū diligentia cuncta facite. Ad eundem modum peccat carnifices seu licētores, iudicum ministri, qui occidēdo hominem, lucrū querūt, ac sponte faciunt, quod tantū iustitiæ cōtēplatione faciendum erat. Præterea (ut diximus) ab homicidio nō excusantur principes, qui bellum non legitime suscipiunt, vel qui non iuste gerunt. Postremo, non dubium est eos in hoc præceptū grauissimè committere, qui sibi mortem conscierūt. Lex enim generalis est, quæ simpliciter prohibet ne occidamus. Quin hoc homicidium omnium funestissimū reputatur. Ad quē modum legimus Architophel se laqueo suspendisse, qui erat typus Iudæ proditoris seipsum laqueo suffocātis Matth. 27. Quod tamen de his intelligi volumus, qui vel desperatione gratiæ Dei, vel despōsitione animi, vel impatientia vitam (maximum certe Dei donum) abrumpunt. Nā aliud est iudicium de his qui amentia aut mania laborantes, sibi manus adferūt. Nam quum hic morbus omne mētis iudicium adimat, homicidium (quod sine peruerso affectu nō committitur) haud perpetratur. Sunt qui hic laborant de excusando Sampson, Eleazaro, ac Rassa, qui in Iudicum ac Machabæorū libris, nō sine laude mortem sibi intulisse seu saltem accelerasse legūt. Deinde de excusandis Leone papa & Auiano Alexandria: episcopo, quorum alter sibi manum amputauit, quod per illum libidinis ignē ad animum sibi sensit proserpere, postquam eā puella quædam esset deosculata. Alter concipitata & concupita fœmina, oculum sibi eruit. Item, qui de Nyceta martyre solliciti sunt, qui cū mollissimo lecto arte colligatus iaceret, & resupinat⁹ à meretrice omnis generis illecebris ad Venerem excitaretur, linguam suam mordicus abscissam in os scorti cōspuit, ut vel ita imminente libidinis pestē repelleret. Nos etiā ea facinora omni vacare culpa

Exod. 21. Ibidem. 2. Par. 19. Qui sibi mortē consciscunt. Iud. 16. 2. Ma. 6. & 14. Leo. Auianus. Nyceta.

affirmare non audeamus, eam tamen culpam, si qua fuit, non omnino damnabilem iudicamus, quod eam leuiorem faceret zelus custodiendae legis Dei, ac ardens desiderium, non tantum vitandi offendiculi, sed & praebendi testimonium fidei suae, ne ex eorum imbecillitate infirmi laederetur, praesertim qui illi in Machabaeis non ante sibi vitam abruperint, quam viderent, ipsi certam mortem a tyranno intentari.

2. Mac. 2.
& 14.
Quid sentiendum
qui vigiliis
aut ieiuniis
sibi vitam
abrumpunt.

Finitimi sunt seipfos enecatibus, qui aut crapula aut ebrietate se obruunt ac enecant. Nam Sapientis verbum est: In multis escis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit ad cholera. Item, Propter crapulam multi perierunt: qui autem abstinentes est, adiciet vitam. Caeterum, qui ieiuniis, vigiliis, frigore, nuditate, reliquisque corporis afflictionibus, sibi vitam vel abrumpunt vel abbreviant, hi (si adit hypocrisis) homicidae sunt: si syncerus animus, leuius peccat, praesertim si studio iuuandi proximi modum excedant. Charitas enim multa excusat. Denique huius praeccepti vim non praestant, qui inimicis suis non condonant, qui opera misericordiae erga quoslibet etiam inimicos non exercent, qui pro eis orare detrectent. Breuiter, qui eos neque amore, neque obsequio prosequuntur.

1. Cor. 13.

PRAECEPTUM SEXTUM.

Non mœchaberis.

Ordinis ratio.

Iniuria in proximum atrocissima est homicidium, proxima adulterium: ut enim viro nihil coniunctius, nihil charius vxore legitima, ita nulla est cõtumelia intollerabilior, quam vxor per adulterium constuprata. Iusto itaque ordine hoc sextum praecceptum, quod coniugia munit, praecceptum illud sequitur, quod corpora & vitam proximorum tuetur ac defendit. Hoc autem praecceptum Christus Marth. 5. ad eundem modum interpretatur quod praecedens, docens eodẽ submoueri non tantum externum adulterium, sed & omnem penitus adulterij causam ac radicem, atque adeo omnes affectus, qui huc tendunt. Audistis, inquit, quia dictum est antiquis: Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierẽ ad concupiscendam eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Sicut enim ira mater est homicidij, sic concupiscentia adulterij. Omne enim adulterium ex concupiscentia nascitur. ergo nunquam radicitus sustuleris adulterium secundum legis mandatum, nisi praecideris etiam omnem concupiscentiam

Christus hoc praecceptum interpretatur. Mat. 5. Vis huius praeccepti. Ira.

Concupiscentia.

secundum Christi praescriptum ac spiritum. Nam quemadmodum qui fratri irascitur, apud Deum homicidij reus est, qui non magis opus considerat quam affectum: sic qui concupiscit mulierem alienam, iam mœchatus est eam in corde, idque etiam non apud homines, apud Deum tamen, qui magis voluntatem respicit quam opus, qui etiam quaecunque praecipit, toti homini praecipit, qui corpore constat & animo. Quamobrem quum lex dicit, Non mœchaberis: quid aliud vult, quam ne vel animo vel corpore adulterio te conspurces, ne scilicet corpus libidinis estuct, ne mens foeda concupiscentia inardescat: Mœchia autem nomen etiam Graeci ad significandum adulterium frequentius accõmodant: hoc tamẽ loco mœchia appellatione omnis illicitus concubitus, atque illorum membrorum non legitimus vsus venit, idque non omnino contra vocabuli rationem. Nam ut adulterari Latinis, ita *μοιχεύω*, Graecis verbum est generale ad omnem corruptionem. Nam & monetã adulterant, qui eam vitiant: & adulterant verbum dei, qui illud corrupto affectu tractant. Et in hac certe sententiam non tantum euangelium, sed & lex ipsa vetus, hoc praecceptum interpretatur, quemadmodum legimus Tobiam filium suum docuisse, quum ait: Attende fili mi ab omni fornicatione, & praeter vxorem tuam nunquam patiaris crimen scire. Et in Leuitico dicitur: Non erit meretrix de filiabus Israel, nec scortator de filiis Israel. Et Ecclesiastici. 41. Erubescite ab conspectu mulieris fornicariae: Paulus item Apostolus fornicationem magna quadam vehementia, non vno in loco detestatur ac reprehendit: Hæc est, inquit, voluntas dei sanctificationis vestra, ut abstinatis vos a fornicatione, ut sciat vnusquisque, vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore, non in passione desideij. Rufus. 1. Corint. 6. Fugite fornicationem. Item Ephes. 5. Fornicatio autem & omnis immunditia, aut auaritia, nec non minetur in vobis. Atque adeo hoc crimen abominatur, ut non lit nos vllam cum fornicariis habere vitæ consuetudinẽ. Sic legis. 1. Corint. 5. scripsi vobis in epistola, ne commisceamini fornicariis. Item, Si is qui frater nominatur inter vos, fornicator est, aut auarus, &c. cum huiusmodi nec cibum sumere. Foeda libidinis torum hominem planè commutat.

Mat. 5.
1. Ioan. 3.

Aut que stionis in Exo. li. 2.

Mœchia appellatio ne hic venit omnis illicitus concubitus.

Tobie 4.

Deut. 23.

Foeda libidinis torum hominem planè commutat.

2. Reg. 11. datur, nemo magis pius, nemo māsuetior. At is vbi turpissimē libidinis æstu exardescit, quā fit carnalis, excors, ac crudelis, atque adeò sui dissimillimus, quineriā homicida, vt omnipo verum fit, quod Osee, 9. legimus, Fornicatio & vinū & ebrietas auferunt cor. Et Salomon Prouer. 5. Stillans, inquit, fauus est scorti os, & mollius est quā oleum collū eius: verū postrema illius amara sunt, veluti absinthiū, ac acuta ceu gladius. Atque idem etiam Salomon huius rei potentissimū exemplum est. Nam etū ipse à domino cor sapiens & intelligens nactus fuerit, in tantum, vt nullus ante eū similis ei fuerit, nec post eum (vt scriptura testatur) cōsurrecturus sit quispian, tamen quū cōpisset adamare mulieres alienigenas: En quātum mutatus est ab illo Salomone sapiētissimo? Statim enim deprauatum est cor eius per mulieres, vt nō esset deinceps perfectū cum domino Deo suo, sed in tārū auersum, vt sequeretur etiam deos alienos, & coleret ille Salomō nuper omnīū sapiētissimus, Astarten deam Sidoniorū, & Chamos Deum Moabitarū, & Moloch idolum Ammonitarū. Et quī, quæso, (vt omitramus exempla) fieri potest, vt nō torus auertatur à Deo, qui libidinibus seruit, quum Apostolus, 1. Corin. 6. dicat: An nescitis, quoniā qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur: qui autem adhæret domino, vnus spiritus est? Et statim post: Omne peccatū quodcunque fecerit homo, extra corpus est: qui autē fornicatur, in corpus suum peccat. Quod si roges, cur sic, Respondebit Apostolus, quod corpus non fornicationi, sed domino, & dominus corpori. An nescitis, inquit, quoniam corpora vestra mēbra sunt Christi, & quoniam membra vestra templū sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis à deo? Tollam ergo (vt rogās subiicit ille) membra Christi, & faciam mēbra meretricis? Absit: quin potius (vt idem monet) quū nostri nō simus, (empti enim pretio magno sumus) hoc nobis curādum est, vt prostratis omnibus immundis cōcupiscētis & desideriis, perpetuō glorificemus & portemus Deum in corde & corpore nostro.

CAeterum huius criminis grauitatē vel sola pœna pposita satis ostendit. Nam vix vllū peccatū est, quod atrocius in scripturis punitū legamus, atque illud: id quod satis testatur diluuiū, quo Deus totū mūdum perdidit, eo quod omnis caro corruerat viam suā super terrā: perdidit quoque atque etiā in cinerē redegit Sodomam & Gomoram vrbes

Gravissimē semper est punita fornicatio & adulterium.
Gen. 67.
Gene. 19.

florentissimas, vt ne ruina quidem superfit, illorumque incolas externis cruciatib⁹ destinauit, quod scortationi & stupris vacarint, quæ admodū testatur Apostolus Iudas: Sicut, inquit, Sodoma & Gomorra, & finitimæ ciuitates, simili modo exfornicatæ & abeūtes post carnē alteram, facti sunt exemplū ignis externi pœnam sustinentes. Præterea sic legimus viginti tria millia de filiis Israël plaga diuinitus immissa ob fornicationem cū filiabus Moab, periisse. Quod exemplū Paulus 1. Corin. 10. nobis intuemum proponit: Neque, inquit, fornicemur, sicut quidā ex ipsis fornicati sunt, & ceciderūt vna die viginti tria millia. Hæc enim omnia in figura cōtingebāt illis. Scripta sunt autē ad correptionē nostrā, in quos fines secularū deuenerunt. Nec dubitat etiā tantus Apostolus, scortatores regno cœlesti excludere, & inferni pœnis mancipare, quum inquit, 1. Corin. 6. Neque scortatores, neque adulteri, neque molles, & c. regnū Dei possidebūt. Et alibi: Scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundusetiam, nō habebit hæreditatem in regno Christi & Dei. Rursus ad Hebræos cap. 13. Fornicatores & adulteros iudicabit Deus.

Porro quum Christus animi libidinem ac cōcupiscentiā tanto serio prohibeat, simul quoque prohibet quæcūque eā vel excitant vel nutriunt, qualia sunt, verba impudica, lasciuæ historię, spurcæ cantilenę, imagines indecoræ: deinde oscula, tactus, cogitationes, nimius ornatus & cōptus corporis, occasio, & potissimum crapula, ebrietas, desidia, otiiū, somnus, & si quę sunt similia. Propterea quum prohibuisset concupiscentiam, statim subiicit: Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eū, & proiice abs te: expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorum tuorū, quā totum corpus tuū mittatur in gehennā. Et si dextera manus tua scandalizat te, abscinde eam, & proiice abs te: expedit enim tibi, vt pereat vnū membrorum tuorum, quā totū corpus tuum eat in gehennā. Hæc enim docendi gratia per similitudinem dicuntur, non vt quis sibi ipsi amputare debeat genitalia, tū quod mēbrorum natura mala nō sit, tū quod hoc proximo præcepto plane, vt fiat prohibeatur. Sed magis his verbis docetur, omnino concupiscentiam occasio diligentissimē vitanda, adeoque cauendum nobis ab omni eo, quod in eiusmodi peccatū nos protrahaturum timemus, etiā si id tam charum ac necessariū nobis fuerit, quā sunt oculi, manus & pedes, imò dexter, &

Iuda. 1.
Caro alte
rs.
Nūe. 25.

Scortatores regno dei excluduntur.
Ephes. 5.

Vis precepti.
Christus prohibet omnia que vel excitant vel nutriunt libidinem.
Mat. 5.
Explicatur locus.
Mat. 5.

Ab omni eo quā tūm charum nobis ca uendum.

quod per-
trahere
possit in li-
bidinem.
Affectus
animi me-
bra.

potior oculus. Quid enim non abicere & contēnere potius eligamus, quā vitam æternam amittere? & quosnā animorum affectus (qui ipsius quoque mēbra sunt) præferemus desiderio regni cœlestis? Principio ergo hoc videtur monuisse Christus, ut si contingat nos vitæ consuetudinem habere cū eo homine, à cuius favore tota nostra felicitas post deū dependere videatur, atque interim suggestionē diaboli fiat, in eius hominis domo aspectum nostrum in mulierculā aliquā incautius coniectū, malæ cōcupiscentiæ ignibus inardescere vel nostram pudicitiam sollicitari, tum potius esse, ut eam occasionē euitemus, ac quā longissimē nos elōgemus (quā tumlibet id ingerat doloris aut incōmodi) quā ut præsentī periculo nos committamus. Sic castus ille Ioseph dominam suam, quæ in eum oculos suos iniecerat, ad adulteriū sollicitans, quoad fieri poterat, fugiebat, mallens etiam se in vitæ discrimen conicere, quā tantū crimen committere. Atque hoc est quod monet Psaltes: quū inquit: Auerte oculos tuos, ne videant vanitatem. Et sapiens Ecclesiastici nono. Virginē (inquit) nō conspicias, ne fortē scandalizeris in decore illius: auerte faciem tuam à muliere cōpta: & ne circumspicias speciem alienam. Propter speciem mulieris multi perierunt: & ex hac concupiscentia quasi ignis exardescit. Speciem mulieris alienæ multi admirati, reprobi facti sunt: colloquū enim illius quasi ignis exardescit. Nec mirum: Ascendit enim (ut Hieremias propheta. cap. 9. ait) mors per fenestras nostras, hoc est per sensus, quemadmodum idē propheta alio in loco dixit: Oculus meus deprauatus est animam meam. Et Salomon Prouerb. 6. Nunquid, inquit, potest homo abscondere ignē in sinu suo, ut vestimenta sua non ardeāt: aut ambulare super prunas ut non comburantur plantæ eius: Re ipsa compertimus, incendi ignem quum proximat stipula: ad eundem modum (Hieronymo teste) flammiger igne percutit fœmina conscientiam pariter habitantis.

Lucæ 21.
Hier. de
consecra.
dist. 5. ca.
nūquam.

Quæ quū ita sint, quanto magis putandū est crapulā & ebrietatem veluti proxima libidinis fomenta, hoc præcepto refecari: Nā ut Salomon ait Prouerb. 26. Quum defecerint ligna, extinguetur ignis. Proinde apud Lucam tā serio monet Christus, ut attendamus nobis, ne fortē grauentur corda nostra crapula & ebrietate. Ad hæc monemur hoc præcepto, prophanum otium securitatem quam maximē vi-

tare, ac puocamur, ut semper boni aliquid faciamus, ut semper nos diabolus occupatus inueniat: quo respicit, quod Paulus. 1. Corint. 4. ait: Nolite locum dare dyabolo. Et Ezechiel propheta diserte restatur, olim Sodomitis exitij occasione præbuisse: Ecce, inquit, hæc fuit iniquitas Sodomæ sororituz superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius & filiarum eius, & manum egeno & pauperi non porrigebant, & eleuati sunt, & fecerunt abominaciones corā me, & abstuli eos, sicut vidisti. Hæc ergo omnia quantūvis nobis dulcia videantur, refecāda sunt, & magis eligendū, ut tenuiter, atque etiā miserē viuamus, quā ut abiciamur in gehennam. Præsentissimum autem remedium erit aduersus hoc malū, si sedulō à Christo hoc intimis precibus cōtenderis, ut te cōtinentē faciat, tuæque pudicitiz florem illibatum conseruet: alioqui tantum bonum retinere viribus naturæ frustra contenderis. Nam & Sapiens ait: Non possum esse continēs, nisi dominus dederit, quod si Christum ad eum modum ex toto pectore rogaueris, non dubium illum (ut est pudicitiz summus amator) votis tuis satisfacturum. Nā & Salomon testatur, Sapientiam esse, quæ præstat ut eruaris à muliere aliena & ab extranea, quæ mollit sermones suos.

Cæterum (ut paulò ante meminimus) Christus etiā docet, hoc præcepto non solum prohiberi adulteriū, atque omnē illicitum veneris vsum, sed & è regione quoque requiri virtutes illas longe pulcherrimas, nempe castitatem, tēperantiam, continentiam, sobrietatē, verecundiam non factorū tantūmodo, sed verborū etiam & morū, atque ea exercitia, quibus hæ virtutes retinētur, veluti sunt ieiunia, orationes, vigiliz, ac pij labores. Triplicem autē esse constat castitatē, nimirum virginalē, coniugalē & vidualem. Non solū enim castitas virginum aut viduarum est, sed etiam coniugū, quæ admodū Apostolus testatur ad Hebræos vltimo: Honorabile (inquiens) coniugium, & cubile immaculatum. Et Sapientiz. 4. legis: O quā pulchra est generatio casta cum charitate? Immortalis est enim memoria illius, quoniā & apud Deū nota est, & apud homines. Quo modo enim castū ac pudicū non erit, quod sanctificauit & mundauit Deus: est enim Matrimonium Dei ordinatio atque etiam sacramentū, præceptū etiam habens ut omnes qui non continent eo vitentur. Sicuti Paulus inquit, Propter fornicationē vnusquisque suā vxorē

Eze. 13.

Præsentis
simū reme-
dium ad-
uersus libi-
dinem.Natura,
nemo con-
tinentis.

Prouer. 2.

Hoc præ-
ceptum è
regione re-
quirit as-
firmati-
uā, quæ cō-
plectitur
plurimas
eximias
virtutes.
Triplex
castitas.

Gene. 2.

1. Cor. 7.

Quodnam sit castum matrimonium.
Casti mēs & syncerus amor coniuges decet.
Cacitas & amantia libidinis pœna.
Ephes. 4.
Rom. 1.
Act. 24.
Mat. 19.
Refelluntur virginitatis offores ac contemtores.
Virginitas etsi nō mereatur remissionē peccatorū matrimonio tamen superior est.
Aliud est personis quam virtutem virtuti cōparare.

habeat. Verum vt castum & immaculatū seruetur matrimonium, eo non quomodolibet, sed sanctè vti oportet. Alioquin si immodicè seruiatur libidini, aut congressus ita peragatur inter fœcundos, vt inde nulla sit spes prolis, talis abusus non procul ab adulterio aberit, quemadmodum superius in sacramentum Matrimonij fufius docuimus. Casti mens & amor syncerus coniuges decet, sine quibus coniugium vix coniugium, sed magis contubernium censetur. Gentes, quę hæc castitatis genera vel non nouerunt vel non ritè coluerunt, delapsæ sunt in vagas ac spurcissimas libidines, ppter quas de° se Chananæos deleturū esse testatur. Et Paulus significat cæcitate, & amantiam libidinum pœnas esse. Hoc igitur dico (inquit) & testificor in domino, vt iam non ambuletis sicut & gētes ambulant in vanitate sensus sui tenebris obscuratū habentes intellectum, alienati à via dei per ignorantiam, quę est in illis propter cæcitate[m] cordis ipsorum, qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitia. Rursus & alibi Paulus impudicitiam impietatis pœnam esse tradit, quia (inquit) nō probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in desideria cordis eorum in immunditiam, vt contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis, & cætera quę sequuntur. Ac satis coniectari potest Apostolum, quum coram Felice præsi de & Drusilla vxore sua, de iustitia, & castitate, & de iudicio futuro dissereret adeo vt tremefactus discederet Felix, in eūdem modum de castitate disseruisse.

S Vnt hodie qui virginitatem matrimonio æquant, atque etiam contendunt Christum ac Paulū non aliter laudare & suadere virginitatē, quàm vt expeditiores simus ad docendum Euangelium & ad obeunda ministeria ecclesiastica. Et proinde Christū dixisse, qui se castrauerunt propter Euangelium, &c. Nos vt nō dicimus virginitatem aut aliam quāpiam virtutem sua dignitate mereri remissionem peccatorū & iustificationē: ita cum patribus & ecclesia sentimus, virginitatem matrimonio excellentiorem ac longe præstantiorē esse, tamen si scriptura testetur multos perfectiores fuisse coniuges, vt Abraham, Isaac & Iacob quàm virtutem virtuti comparare, vt superius in Sacramentum Matrimonij docuimus. Deinde ex Christi ac Pauli verbis colligimus, virginitatem donū esse matrimonio excellentius, quod & sua eximia præ-

mia habeat, quemadmodum habet & ieiunium. Denique ex ipso Paulo cōvincimus, cōcilium cœlibatus, nō tantum spectare ad primitiuam ecclesiam, sed etiam ad præsentem. Nec tantum ad eos qui ecclesiarum gubernaculis admouentur, sed ad omnes Christianos viros pariter ac fœminas. Idque non solum propter docendū vel discendū Euangelium, sed quam maximè vt in hac breuiuscula vita expeditiores simus ad feruendū Deo viuenti. Quid enim his verbis apertius, tempus breue est, reliquū est, vt qui habēt vxores, tāquā nō habentes sint, & qui flent, tanquam non flentes, & qui gaudent tanquā non gaudentes, & qui emunt tanquā non possidentes, & qui vtuntur hoc mundo tanquam non vtantur: præterit enim figura huius mundi, volo autē (vt subdit) vos sine sollicitudine esse. Qui sine vxore est, sollicitus est quę domini sunt, quomodo placeat Deo: qui autem cum vxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est. Et mulier innupta & virgo cogitat quę domini sunt, vt sit sancta & corpore & spiritu: quę autem nupta est, cogitat quę sunt mundi, quomodo placeat viro. Atque hoc, inquit, ad vtilitatē vestrā dico, non vt laqueum vobis iniiciā, sed ad id quod honestum est, & quod facultatem præbeat sine impedimēto dominum obsecrādi. Et post pauca: Qui statuit in corde suo firmus, nō habens necessitatem, potestatem autem habens suę voluntatis, & hoc iudicauit in corde suo seruare virginem suam, bene facit, & qui matrimonio iūgit virginem suam, benefacit: & qui non iungit melius facit. Item: Beatior autem erit si sic per manserit secundum meū consilium: puto autem quodd & ego spiritum Dei habeam. Hæc ille. Hoc nobis cum aduersariis conuenit, Euangelium requirere, vt si qui non possint continere, potius ducant vxores, ne se libidinibus conspurcent, nēve sint authores alicuius turpis exempli. Deinde qui cœlibatum meditantur, explorare oportere suas vires, & diligenter cōniti, vt purè viuant. At licere iis qui cœlibatum maturo consilio spe seruandæ continētia freti vouerint, ob obortam aliquam carnis tentiginem sprete priori professione, cōiugium sine peccato contrahere, id vero non conuenit: quē admodum in secundum præceptum latius diximus. Hactenus de vi præcepti.

P Ecant vero in hoc præceptum initio, idque grauissimè, qui adulterium & corpore & animo committūt, hoc est præcepti.

1. Cor. 7. Consilium cœlibatus perpetuū est, respiciens omnes ætates.

Quid conueniat nobis cū aduersariis.

Quid non conueniat.

Qui peccet in hoc præcepti.

Leuit. 20. qui alterius thorum violant, siue vterq; in cōiugio sit, siue alter tantum, quem lex vetus morti addicit. Sic grauisimè Dauid deliquit, grauisimè etiam punitus: idque in liberis suis & vxoribus. Nam & infantem amisit, & videre coactus est Absalon filiū decem concubinas ipsius violantē, & de regno eum eiicere & occidere molientem. Quod futurum ipsi Nathan propheta prædixit. Itidem legis libro Iudicum, tribum Benjamin propè totam à domino deletā fuisse, quòd scdificimè peccasset in vxorem cuiusdā Leuiticę vi oppressā. Quia & Abimelech rex punitus est à Deo, nondum factò adulterio, tantum quia Abrahę vxorem concupierat. Non leuius peccat, quin interdum grauius, qui stuprum committunt, hoc est, qui virginis pudorē tentant ac corrumpunt, quos itidem lex morti addicit. Fit autem stuprum grauius, si puellā virginē iam alij desponsā quis corruperit, quem lex morti addicit. Si puellam virginē desponderit vir, & inuenerit eam aliquis in ciuitate & cōcubuerit cum ea, ambo educi lapidibus obruentur. Si in agro repererit & apprehendens concubuerit cum ea, ipse morietur solus. Grauius etiam peccat qui raptum cōmittit, ob quam legis Sichem filium Emor principis Sichimorum cum patre occisum, ac totam simul vrbeni euerfam esse. Amon quoque quòd rapuisset & vi oppressisset Thamar sororem suam à fratre suo Absalon inter conuiuian dum obruncatus est. Grauisimè verò in hoc præceptū cōmittunt, qui naturę ius violant, nō temperantes ab iis à quibus abstinendum esse natura iudicat, quos lex etiam mortis reos facit. Omnis, inquit, homo ad proximam sanguinis sui non accedet, vt reuelet turpitudinē eius. Item qui dormierit cum nouerca sua & reuelauerit ignominia patris sui morte moriantur ambo. Item si quis dormierit cū nuru sua vterque moriatur. Paulus Apostolus virum Corinthium (qui nouercam suam duxerat) tradidit satanę vexandum in interitum carnis. Et grauior corripit Corinthios, quòd inter eos talis omnino audiretur fornicatio, qualis nec inter gētes, vt vxorē patris sui quis habeat. Est & incestus spiritualis, veluti cum quis virginē Christo desponsatā & perpetuā castitatem professā violat. Quemadmodū & adulteriū spirituale est, quòd etsi in omni quidem crimine committatur, peculiarius tamē in Apostasia, cum quis à cultu veri Dei recedit ad cultū dæmoniorum, de quo passim in prophetis, quod ad primū præ-

ceptum propriè pertinet. Deinde etiā peccant in hoc præceptum, qui quomodolibet fornicantur, etsi mulier neque coniux, neque p̄xima, neque virgo sit, quod & lex vetus dicit: Non erit meretrix de filiabus Israël, nec scortator de filiis Israël, Omnium verò grauisimè delinquent qui peccatū cōtra naturam (quod pię aures abhorrent) cōmittunt, ob quod potissimum Sodoma & Gomorra, cū reliquis tribus ciuitaribus igne & sulphure funditus euerfæ ac cōsumptæ sunt. Id quod patres rectè murum appellarunt, vel ob id, quòd de eo sobriè ad promiscuam plebem loquendū sit, ne innocentes animi offendantur. De quo peccato habes Exod. 22. Leuitici. 18. & 20. & Romanorum primo. Hastenus de cōmittētibus crassam illam Mœchiam & Fornicationem.

Quoniam secundum Christi doctrinam nō tantū ij in hoc præceptum impingunt, qui vel animo impudico sunt, ac internis concupiscentiis vtuntur & estuant, sed & qui matrimonio abutuntur, in venerē impetuosa ac illicitam cum coniuge ruentes. Item qui coniugem repudiant, Marth. 5. Qui debitam benevolentiam denegant. 1. Corinth. 7. Qui vxorem despiciunt, aut non ex animo diligunt, Ephesio. 5. Qui contra coniugem amarulenti sunt, Coloss. 3. Deinde qui impudicis verbis seu cantilenis libidinem nutriunt, Galat. 5. Corruptunt enim bonos mores colloquia praua, Corinth. 5. Qui conspectu, tactu, ac osculis se contaminant, Marth. 5. Osculum enim mulieris, quoddam pignus est venere, & per oscula etiā amantium spiritus inter sese transfunduntur. Quo fit vt qui aliorū amoris se exponit aliorumque amoris pignora accipere gaudet, adulterio occasione fruatur, moliaturque. Quāobrem quis non videt consuetudinem illam planè nefariam ac damnabilem esse, qua alicubi in vnū eundemque lectū masculi & foeminae innuptæ nuptæque se recipiunt, quod & ibidem apud magnates, non tantum non turpe putatur, sed laudi etiam ducitur. Sed mira quadam cecitate quæ diabolus eorum animos perstringit. Nā si oculos auertere iubemur ne alterius coniugem inspiciamus. Item si rectè sentit Hieronymus puellā virginem sic educandam, vt ne quidem cum mulieribus lauet, néve ad nuptias etiam cū matre pergat. Quis neget hunc abusum, ipsissimam esse pudicitie prostitutionem vtunque effundantur excusationum fumi in peccatis? Nam vt asserant ij, se inhonestè quid neque

Peccatum cōtra naturam. *Gene. 19.*

Peccatum mutuum.

Leuit. 5.

Necessaria consuetudo.

Mat. 5.

Hierony.

Matt. 5.

agere, neque loqui, fieri tamen non potest, quin caro tentigine & pruritu concitata nescio quid suadeat. Ne quid interim grauius dicamus, profecto verum est quod ille ait: Cum proximat stipula, incendit ignem, vt merito de tam crassissimo vitio gloriari desinant, qui præ aliis honestatis gloriam sibi vendicant. Præterea ab huius legis censura immunes nõ sunt, qui crapula & ebrietate, desidio, otio, ac somno luxurię flamas concitant: Nolite (inquit Apostolus) inebriari vino in quo est luxuria. Et Prouerbiorum. 20. Luxuriosa res vinum, & tumultuosa ebrietatis: quicumque his delectatur non erit sapiens. Notus est versiculus, Venter vino æstuans facillè desumat in libidinem. Breuiter omnes in hoc præceptum peccant, vel qui domum, copiam, locum, tempus, auxilium commendant ad libidinis operam, quod omnium turpissimè faciunt lenones, vel qui vllam occasionem vnde excitari libido potest, vel præstant vel non vitant.

PRAECEPTVM SEPTIMVM.

Non furtum facias.

Ordinis ratio. **P**ost corpus seu vitam, & vxorẽ (quæ corporis & vitę pars est) externa quoq; bona, sine quibus nõ viuunt, inter chara habemus. Iure itaq; quòd de non furando est, superiora præcepta consequitur. In quo quidẽ præcepto vti in cæteris à parte totum intelligimus: vt furti nomine omnem iniustam vsurpationem, affectationem & cupiditatem rei alienę accipiamus. Quin Christus docet hoc præcepto, non tantum prohiberi omnẽ auaritiam, fraudẽ, & imposturam, sed & è regione requiri summã animi sinceritatem ac simplicitatem, deinde etiam benignitatem ac liberalitatem erga proximũ egentem. Si quidẽ eo loco vbi decalogũ interpretatur, ac de consummata iniustitia præcipit, docet in omni actione, quæ nobis cum proximo est, hanc regulam ad vnguem (vt aiunt) tenendã, vt omnia sic faciamus alteri quemadmodum volumus, vt vicissim nobis ab altero fiat: quę regula veluti Lyfacultatũ dius quidam lapis est, ad quam conscientia nostra applicata facillè diiudicauerit, non huius præcepti rea sit.

Regula euangelica. **R**ursus cum præcipit, vt omni petenti demus, & volentẽ à nobis mutare, ne auersemur, beneficentiam & elemosinã in pauperes à nobis requirit, subindicans exter na bona sic esse nostra, vt tamen eorũ partẽ egentes sibi vendicent,

sibi vendicet, (quod & superius docuimus) quo minus absurdum tibi videbitur quod Sapiens Prouerb. 6. dixit: Non est grandis culpa cum quis furatus fuerit. Loquitur enim de homine, quem inuitabilis vitæ necessitas ad furandũ impellit, quę planè vel minuit, vel tollit culpam, quandoquidem mox subdit: Furatur vt esurientem impleat ventrem. Quanquam etiã quòd Salomon dicit furti culpã non esse grandem adu-terij crimini omniũ grauisimis respectu, cuius cõparatione furtum ex necessitate cõmissum longe minoris culpę est dictũ esse videretur. Alioqui furtũ etiam quòd ad se attinet cri- men grauisimũ, si tamen vel manum labore vel alia qua- cunq; ratione fames pelli possit. Cæterũ quòd Exodi 3. cap. Dominus per Moysen Hebræis mandasse legitur, vt acciperent ab Aegyptiis vasa aurea & argentea, & vestes pretiosas, vtq; depreðarentur seu spoliarent Aegyptũ, nihil habet cum hoc præcepto commune. Nec illi Deo obtemperantes furtũ commiserunt, sed Deo iubente impleuerunt mysteriũ. Mandatum Dei erat, cuius est terra & plenitudo eius, de quo iudi candũ non fuerat, sed obedientia tantũ præstanda. Ille enim nouit quã in iustè mandauerit: ad seruũ autem pertinet obedi-entia facere, quod ille mandauit, qui cum à priuata cupiditate mentem defæcatam habet, ac Dei iusionẽ insequitur, peccare omnino non potest. Sed vt ad vim præcepti reuertamur, ea in primis in hoc sita est, vt ab omni fraudulenta vsurpatione rei alienę penitus abstinemus. Impingunt ergo in primis in hoc præceptum qui rem alienã fraudulenter con- tractant inuito domino. Videre (inquit Tobias) ne fortè fur- tius sit hœdus, reddite eum dominis suis, quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid aut contingere. Iam etsi olim stratus quòd tale crimen lege Mosãica nõ plecteretur morte, vt videre est Exodi cap. 20. Nihilò fecius tamen non iniuste agunt magi- stratus, qui insequentes præsentem leges & patriã mores sus- pendent. Neque enim lex iudicialis & politia Moysi nõ in gentes etiã translata est, sed Docet Euangeliũ presentibus magistratibus obediendum esse. Quibus etiã potestatem le- gum condendarũ præbet, ac vt in fontes ac pacis & cõmunis societatis perturbatores seuerè animaduertat, permittit. Sed tamen viderint magistratus, ne sint appetentes sanguinis, ne que acceptores personarũ, neve furculum qui vel ob neces- sitatem quid modicum furatus est, spem etiam frugis melio

Quomodo intelligendum, quod Salomon furtum eleuat. Prouer. 6. Furtum graue peccatum. August. questio. in Exo. li. 2. Psal. 23.

Vis præcepti. Qui peccet in hoc præceptum. Tobie 1. An peccet magis stratus quòd tale crimen lege Mosãica nõ plecteretur morte, vt videre est Exodi cap. 20. Nihilò fecius tamen non iniuste agunt magi- stratus, qui insequentes præsentem leges & patriã mores sus- pendent. Neque enim lex iudicialis & politia Moysi nõ in gentes etiã translata est, sed Docet Euangeliũ presentibus magistratibus obediendum esse. Quibus etiã potestatem le- gum condendarũ præbet, ac vt in fontes ac pacis & cõmunis societatis perturbatores seuerè animaduertat, permittit. Sed tamen viderint magistratus, ne sint appetentes sanguinis, ne que acceptores personarũ, neve furculum qui vel ob neces- sitatem quid modicum furatus est, spem etiam frugis melio

*gistra:ib⁹.
Leuit. 39.*

ris vitæ promittentem, temerè furcæ addicant, publicos autem homicidas, adulteros, raptores, latrones ac pauperū direptores liberos abire permittāt. Non consideres, inquit lex, personā pauperis, nec honores vultum potentis, iustè iudica proximo tuo: Item Deutero. 1. Quod iustū est iudicate, siue cuius sit ille siue peregrinus, nulla erit distantia personarum. Ita paruū audietis vt magnum, nec accipietis cuiusquā personam, quia Dei iudicium est. Rursus, iustè quod iustum est persequere. Nec abs re monet Sapiens, dicens: Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irumpere iniquitates, ne fortè extimescas faciem potētis, & ponas scandalū iniquitate tua.

Eccles. 1.

*Prædones
Pyratae.
Principes
conminentes.*

*Latrones.
Raptores.
Esa. 1.*

Grauius autem in hoc præceptum peccant prædones & pyratae qui aperta vi sub belli specie spoliant homines, de quibus Paulus. 1. Corint. 6. dixit quòd fures & raptores regnum Dei non possidebunt. Quibus finitimi sunt principes & Magistratus, qui hosce milites seu equites, viarum obseflores, ac rapinam agentes (quos lex civilis latrones appellat) per conuentioniam ferunt. Audiant siquidem prophetā Esaiam: Principes tui infideles, socij furū. Nā quòd vtrique crimen hinc eleuāt perinde atque locupletibus, ac vt ipsi vocant vsurariis mercatoribus crumenulā exuere leue sit, eo ipso cōprobant ac proprio quasi testimonio conuincunt, se iniustus iniustiores, iniquis iniquiores, & auaris auariores esse. Viderint autem eiuscemodi principes qua tandem ratione vectigalia ac tributa accipiant, siquidē ipsis non vt quibuslibet, sed vt Dei ministris, & vindicibus in iram eis qui male agūt, & in hoc ipsum seruientibus, vt pax & tranquillitas publica seruetur, tributa præstamus, vt testis est Paulus R. oma. 13. Atque inde etiam consequens est, ipsos hoc præceptum præuaricari, dum subditos illicitis exactionibus expilant, dum iniquas leges condunt, dum iniusta bella tractant, dum subditos emētito aliquo honestatis titulo diripiunt, dūmque iudicium ac iustitiam diuendunt. Illicitæ quidem exactiones ac vectigalia imponuntur, quum iusta causa imponi haud postulat, aut quū modum excedunt, aut denique quū personis publico iure à solutione vectigalium exēptis & immunibus imponuntur.

*Qui principes vecti
galiana
conscientia
accipiant.*

*Quando
vectigalia
illicite im
ponantur.
Quando
licite,*

Iustæ verò causæ imponendi vectigal subditis, inter cæteras sunt, iustitiæ defensio, tranquillitatis publicæ vindicatio, à vi & insidijs prædonum tuitio vel defensio, prouinciæ purgatio, viarum publicarum ac pontiū fluminibus male vadolis

transmissorū extructio & resectio. Rursus iusta causa nō est, si ad crapulam, ad comestationes, ad voluptates, ad luxum, ad spectacula, & id genus similes vanitates, vel parandas vel augendas imponantur. Modum verò excedunt vectigalia, cum principes rapaces, æquis & solitis vectigalibus contenti non sunt, sed noua subinde imponunt, ac subditos simul & tondent & deglubunt, quum tamen vel ethnicus Cæsar Tyberius, boni pastoris esse docuerit oues tondere, non deglubere. Non habent hi quod per Ioseph, qui per Aegyptum omnem fame laborantem, Pharaoni vectigalem fecit, se excusent. Is enim bono & æquissimo iure terram emptam, fecit vectigalem, non oppressit liberam, non in seruitutem redegit, sed ab inedia liberauit: quam obrem & lingua Aegyptiaca dictus est, non oppressor, sed seruatur. At quàm grauius scriptura insectetur eos, qui secus agunt, inter cæteros audiendus est Ezechiel. Principes (inquit) eius in medio illius, quasi lupi rapientes prædā. Et iterū: Qui in sanguine comeditis, nunquid terram hæreditate possidebitis? Itidem Esaias vā horrendū iis comminatur, qui condunt leges iniquas, & scribentes iniustitiā scripserūt, vt opprimerēt in iudicio pauperes, & vim facerent causæ humiliū, vt essent viduæ præda illorum, & pupillos diriperent. Audis etiam Iob de huiusmodi succlamantem, A sinum pupillorum abegerunt, & abstulerunt pro pignore bouem viduæ, & oppresserunt pariter manufuetos terræ, vigilantes ad prædam præparant panem liberis. Agrum nō suum demetunt, & vineam eius quem vi oppresserunt vindemiant, nudos dimittunt homines, vestimēta tolentes, quibus non est in frigore operimentum, quos imbræ montium rigant, non habentes velamen, amplexantur lapides, vim fecerūt deprædantes pupillos, & vulgum pauperem despoliauerunt. Esurientibus tulerunt spicas, de ciuitatibus fecerunt viros gemere, & anima vulneratorum clamauit, & Deus inultum abire non patitur. Quæ omnia non in quolibet principes aut magnates, sed in rapaces tantū, qui violenta tyrannide (quæ tanto scelestior est furto, quanto est impudentior & violentior) dicta videri debent, nō in principes & magistratus qui ex iusta causa tributum conferendum indicunt, quibus tamen dāda est opera, ne hoc sæpe fiat, quod tenuitatis ararij, frugalitate rectius quàm violentis ac insolitis exactionibus prouideatur. Absit verò vt factiosis ac vertigi-

*Quando
ex iniusta
causa.
Quando
modū ex
cedant.*

*Suetonius
in vita Ty
berij.
Occurrit
obiec
tioni.
Gen. 47.
Ibidem.
Ezec. 22.
Ezec. 33.
Esa. 20.*

Iob 24.

*Tēperādū
est princi
pibus à fre
quenti re
ctigalium
impositio
ne.*

*Tributa
ac vecti
galia ex
Christo
præcepto
soluendā.*

Mat. 22. noſis ſpiritibus (qui cenſus & veſtigialia veluti rem iniquam
i. Petr. 2. damnant) vllum ſux ſeditionis præſidium afferant. Nam &
Rom. 23. tributa ac veſtigialia ex Chriſti præcepto ſoluēda ſunt, & pa-
Mat. 17. rendum magiſtratribus, etiam iniqua iubentibus, modò non
Rom. 11. præcipiant quid contra verbū Dei, quòd & Chriſtus tributū
 ſoluerit, & per Paulū ſoluenda mandauerit. Sed de hoc ſatis.

In ſuper iudices qui iuſtitiam ac iudiciū (quæ gratis im-
 partienda ſunt) diuendunt, grauiter in hoc præceptū pecca-
 re putandi ſunt. Nā id quàm graue ſit ſatis declarat Moyſes
 Exod. 23. Non accipias, inquit, munera quæ excæcant prudē-
 tes, & ſubuertunt verba iuſtorum. Rurſus Deuteronom. 31.
 Non accipies perſonam nec munera, quia munera excæcant

*Inſtè quod
 iuſtum eſt
 exequerēdū.*

Exod. 18.
*Quæ iuſti-
 tiam eligē-
 dū.*

oculos ſapientium, & mutant verba iuſtorum. Iuſtè quod iu-
 ſtum eſt exequeris. Iuſtè verò quod iuſtū eſt exequitur, qui
 ad deſenſionem iuſtitix & virtutis amulatione, non amore
 præmij temporalis excitatur. Ietro ſocer Moſi, iudicem eli-
 gendū ſenſit eum, in quo ſit ſapientia, timor Dei, & veritas,
 & qui oderit auaritiam. Et prophete vbiq; iudiciū cupidita-
 tem deteſtantur, veluti Eſaiæ 1. & 3. Hieremix 50. Ezechie-
 lis 22. Micheæ 3. Sophonix 5. Prouer. 28. Nec tantum pec-
 cant magiſtratus hæc facientes, ſed à ſuis præſidibus, Vica-
 riis, Officialibus, aliſq; miniſtris fieri permitrentes, quòd
 non ſolū digni ſint morte qui faciunt, ſed etiā quicòſentiant
 facientibus. Quid in morte digni ac proximi? cõtra quos aſ-
 ſidua pauperum oppreſſorū vox in cœlū clamat. Quemad-
 modum Exod. 22. Scribitur: Viduæ & pupillo non noccebitis.
 Si læſeritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamo-
 rem eorum, & indignabitur furor meus, percutiamque vos
 gladio & erunt vxores veſtræ viduæ, & filij veſtri pupilli. I-
 tidem: Non minus peccant in hanc legem Eccleſiaſtici præ-
 ſides, qui indignos accepta pecunia ad gubernacula Eccle-
 ſiarum admouent. Nam vendētes (quod gratis committi ac
 dari debeat) nonne ſurantur? Qui Hierobam illum imitan-
 tur: de quo ſcriptum eſt, Quicūque volebat, implebat manū
 eius & fiebat ſacerdos excelforum, & propter hanc cauſam
 peccauit domus Hieroboā, & auerſa eſt, & deleta de ſuper-
 ficie terræ. Deinde quis non videt in hoc præceptum quam
 grauiſſimè peccare ſacrilegos, qui ſacra prophanant, qui tē-
 pla demoliuntur, qui prædia eccleſiæ diſtrahunt, qui tēplo-
 rum facultates diripiunt, qui Clericos & Monachos ſuis do-

*Pralati
 ſymonia-
 ti.*

Mat. 10.
Acto. 5.
2. Reg. 5.

Sacrilegi.

miciliis extrudunt ac victu priuāt: Quos merito terreat Bal-
 thazar apud Daniele, & Heliodorus qui templū Hieroſo-
 lymis deſpoliaturus, ſubito concidit in terram, & multa cali-
 gine obrutus, è templo ſemiuuius eiectus eſt. Itē Antiochus
 ille, quem dirus viſcerum dolor (templum expoliare tentan-
 tem) apprehendit, ſic vt de corpore impij vermes ſcaturirēt,
 ac viuētes in doloribus carnes eius effluerēt, adè vt odor
 etiam illius & fætor exercitum grauaret. Deinde huius præ-
 cepti cenſura præcelluntur peculatores, qui ſuppilant ex æra-
 rio publico, Plagiarij qui abducunt aliena mancipia ſeu libe-
 ros, Abigei qui abducunt aliena iumēta aut pecudes. Peccāt
 item Vſurarij in hanc legem, quòd vſurā & lex abominetur
 & euangelium damnet. Vt legē fileamus, Euangelij doctri-
 na quæ lauius ſe porrigit ſic habet, Si mutuum dederitis his
 à quibus ſperatis recipere, quæ gratia eſt vobis? Nam & pec-
 catores peccatoribus ſcenerantur vt recipiant æqualia. Ve-
 runtamen mutuum date, nihil inde ſperantes.

SVNT & furtorum quædā genera tectiora, ſed non minus
 ſclerata, qualia cõmittūt qui mercenarios debita merce
 de fraudāt, cõtra quos Iacobus cap. 5. inclamat: Ecce (in-
 quit) merces operariorū, qui meſſuerūt regiones veſtras, quæ
 fraudata eſt à vobis clamat, & clamor eorū in aures Domi-
 ni Sabaoth introiuit. Quo ſit vt in hūc modū Leuiticus mo-
 neatur: Non morabitur opus mercenarij tui apud te vſque ma-
 ne. Vicifſim peccat operarius, qui aut non præſtat quod pol-
 licitus eſt, aut in ſidē præſtat, is enim ſi mercedem integrā ac-
 cipit, fur eſt. Qui monetam publicā adulterant, furibus dete-
 riores ſunt: Impoſtores, qui fucata, veluti fictitias gēmas
 pro veris ac patriis diuendunt, & reuera fures ſunt. Eodem
 crimine cœnopolæ & aurigæ ſe reos faciunt & inuoluunt, qui
 aquam ſulphuratam, aut lixiuum vendunt pro vino. Et inſti-
 tores (qui iniquo pondere & fallaci menſura emptorem cir-
 cumueniunt) furibus peiores ſunt. Non habebis (inquit lex)
 in ſacculo diuerſa pondera maius & minus. Et iterum, No-
 lite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere,
 & menſura. Ad hæc qui caluminiantur pauperem, id quòd
 crebro ſit fraudulentis litibus, aut aliis etiā dolofis commen-
 tantibus illi hoc agunt ac contendūt, vt egeni ius vel euer-
 tant vel ſaltem impediunt, huius præcepti cenſuram non e-
 uadunt. Nam & calūniam mendacem Sapiens ſupra mortē

Dani. 5.
2. Mac. 5.
& 6.

*Peculato-
 res.*

Plagiarij.
Abigei.
Vſurarij.

Exo. 12.
Leuit. 25.
Exec. 8.
& 22.

Pſal. 14.
Lucæ 6.

*Furta te-
 ctiora.*

*Adulter-
 rātes mo-
 netam.*

*Impoſto-
 res.*

*Cœnopo-
 le.*

Aurigæ.
Inſtitores.
*Calūnia-
 tores.*

Eccl. 26.

Exec. 26. grauem esse asserit: & Ezechiel dominum loquentem facit in hæc verba: populi terræ calumniabantur calumniâ, & rapiabant violenter: egenum & pauperem afflixerunt, & aduenâ opprimebant caluniâ absque iudicio, & effudi super eos indignationem meam. Item apud Zachariâ cap. 7. legis viduâ & pupillum & aduenâ & pauperem nolite calumniari, & malum vir fratri suo non cogitet in corde suo. Neque verò ob id secum gaudeant isti, quod scilicet per calumniâ ditescunt, aut quòd sententia, secus quam oportebat extorta, superiores euadant. Nam scriptum est, Qui calumniatur pauperem vt augeat diuitias, dabit ipse ditiori, & egebit. Et Sapiens Ecclesiast. 4. Si videris, inquit, calumnias egenorum, & violenta iudicia, & subuerti iustitiam in prouincia, ne mireris, quia excelso excellior est alius. Rursus qui merces suas vendunt, non quanti debent sed quâti possunt, quis excusabit à furto? quî prophetam dicentem legamus: Audite hoc, qui conteritis pauperem & deficere facitis egenos terræ, dicentes, quando transibit mensis & venundabimus merces? & sabbatum, & operiemus frumentû, vt imminuamus mensuram & augeamus siclum & supponamus stateras calcosas, vt possideamus in argento egenos & pauperes pro calciamentis, & quisquiliâs frumenti vendamus? Et paulò post subditur: Iurauit dominus, si oblitus fuero vsque in finem omnia opera eorum. Molitores etiam ac Pistores veteri dicitur fures appellâtur, sed ij demum recte ac iure qui rem alienam vel subtrahunt vel vitiant.

*Male par
ta male di
labuntur.
Prou. 22.*

*Extruden
tes merces
quâti pos
sunt.*

*Molito
res.
Pistores.*

*Clerici
qui socij
furum.*

Luca 12.

IAm si hæc obtinent in rebus prophanis, quantò magis in censibus ecclesiasticis, quorû Clerici & sacerdotes dispensatores tantû sunt, non domini? Qua de re: Clerici & sacerdotes, qui census Ecclesiasticos accipiunt nec ea præstare conantur, ob quæ illi sunt instituti, aut qui sacerdotij census accipiunt, cum abhorreant à sacris. Itidem qui ecclesiæ patrimonium cum scortis & potatoribus decoquunt, & pauperes negligunt; quos non dubium est infidelium dispensatorem pœna afficiendo. Sic enim legis apud Lucam: Dominum dicentem: Quòd si dixerit seruus in corde suo: morâ facit Dominus meus venire, & cœperit percutere seruos & ancillas, & edere & bibere & inebriari: veniet Dominus serui illius in die qua non sperat & hora quam ignorat, & diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocritis.

Postremò, quisquis fratri suo malum cogitat, & regulam Peuangelicâ de non faciendo alteri, quod sibi fieri nolit, non insequitur, is ab huius præcepti transgressione omninò excusari non potest. Id verò omittendû nõ est, peccatû quod vsurpatione rei alienæ committitur, non aliter condonari, nisi integra fiat ablata rei restitutio. Vulgarum est Augustini verbum, Peccatum non dimittitur, nisi ablatum restituatur. Et pulchrè Chrysostomus in opere imperfecto: Qualis, inquit, Præcessit offensio, talis sequatur reconciliatio. Et post pauca: Si operibus quenquam offendisti, redde quæ abstulisti, & pœnituisse, iuxta illud Zachari: Domine, quæcunque fraude abstuli reddo in quadruplo. Et statim post: Alioqui nisi quem factis læsisti, factis placueris, sine causâ oras ad dominum, sine causâ elemosynas facis de rebus quibus alios expoliasti. Quid prodest tibi, si alter pro te oret ad dominum, alter autem à te fraudatus, iudicium te ingemiscat ad Deum? Quod tamè sic accipe, si restitutio fieri possit: sin secò, adesse saltem debet pròptra voluntas alienû restituendi, aut si ignoretur is, cui restitutio faciendâ venit, de mammona iniquitate vis pauperes subleuandi erunt, quæadmodum & superius nos dixisse meminimus.

Cacterum, Christus præter hæc omnia quiddâ etiâ maius requiret, vt hoc præceptû adimpleamus, nimirû vt liberales etiâ simus in proximis: adeò vt gehenna dignos esse pronuntiet qui in pauperes & egenos, quî possunt & res exigit, nõ impendit. Quod parabola de diuite epulone & Lazaro satis ostendit, Luca. 16. Quamobrem tam serio monet Christus, vt elemosynâ faciamus, quum ait: Verumtamen quod superest, date elemosynâ, & ecce omnia munda sunt vobis. Et iterû, Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurû non deficientem in cœlis. Tanta vero est misericordiæ exhibendæ proximo apud Deum ratio, vt Christus Matth. 25, testetur, se in extremo illo iudicio iustis, qui misericordiæ opera in proximû exercuerunt, regnû cœleste redditorum: è regione vero impios, qui eadem opera facere neglexerint, æterno igni mancipaturû. Admonet denique hoc præceptum nos frugalitatis ac sedulitatis, ne scilicet nostra culpa in inopiam ruamus, sed magis manibus laboremus vt victus suppetat vtq; impartiri possimus ei qui eger, quemadmodum Paulus ait: Qui furabatur, non amplius furctur, ma

*Mat. 7.
Peccatum
nõ dimittitur,
nisi
restituatur
ablatû
August.
Chrysost.
in
opere im
perfecto.
Luca 19.*

*Quid agẽ
dum vbi
restitutio
fieri non
potest.*

*Supra in
sacramẽto
pœnitentiæ.
Christus
vbiq; per
sonam
iustitiæ re
quiri.
Luca 11.
Ibidem.
August.*

*Admone
mur fruga
litate.*

gis autem laboret operando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti, Ephes. 5.

OCTAVVM PRAECEPTVM.

Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.

Ordinis ratio.

*Hoc praecipit per-
tinet prius
cipaliter
ad minu-
endum in-
dicia.*

*A parte
totū intel-
ligitur.*

*Falsi testi-
monij no-
mine quid
continea-
tur.*

*Cognata
vitia men-
daciū &
furtum.
Vt pra-
cepti.*

Mat. 12.

Post praecipia secundae tabulae, quibus mandatur, ne quo modo fratrem nostrum opere laedamus, tum in corpore, tum in bonis, praesens decet ordine subnectitur praecipitū, quo praecipitur, ne vel verbo fratrem laedamus. Vt enim per superiora, personae, coniuges, ac res proximorum ad iniuriam vindicantur, ita praesens sinceritatem iudiciorum (quae ad defensionem illorum omnium diuinitus instituta sunt) requirit. Quomodo autem in superioribus praecipitis, a parte totum recte intelligitur, veluti cum idololatriam nomine, non tantum illa crassa, sed & illa cordis & interna veniuntem per iurij nomine omnis illicita nominis Dei usurpatione, sabbati item omnis spiritalis vacatio, ad haec homicidij nomine omnis proximi laesio in personam redundans, moechiae vero omnis illicitus coitus, denique furti nomine omnis noxa rebus proximi illata: sic absurdum non est, sub falsi testimonij titulo contineri omnem noxam, qua per linguam proximum afficimus. Hoc enim apud Moysen frequens est, ut insigne aliquod exemplum ponat, ac ut postremo affectu simpliciter prohibito, omnes etiam causas & occasiones, quibus fit ut ad illud eatur, damnatos esse velit: Recte item hoc praecipitum, quod omnem linguam ab usum, atque omne mendacium vetat, superiori quod furtum prohibet proxime subnectitur, quod scilicet cognata vitia sint, mendacium & furtum. Vt enim qui mentiri non solet, furtum multo minus committit: ita raro fit, quin mendaces etiam furentur.

Christus perfectionis magister vim huius praecipii ad corpus & affectus transfert, docens etiam eum contra proximum falsum testimonium dicere, qui vel dicere cogitavit, si detur occasio: Quae, inquit, procedunt de ore, de corde exeunt, hoc est ea quae in corde latent, & quae prebetur occasio, foris erumpunt, coinquinant hominem: de corde enim exeunt cogitationes malae, falsa testimonia, & blasphemiae. Deinde Christus docet hoc praecipitum contineri, ut nedum a men-

dacio, sed ab omni verbo otioso quod ad rem non pertinet, temperemus. Dico, inquit, vobis, quoniam omne verbum otiosum quod loquuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Et Paulus magistri sui interpres, Ephes. 5. ait: Turpitudine, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quae ad rem non pertinet, nec nominetur in vobis. Item. 2. Timoth. 2. Prophana, inquit, & vaniloquia deuita: multum enim proficiunt ad impietatem. Praeterea Christus monet cauendum ab omni hypocrisis, hoc est simulatione & dissimulatione (quae inquit) Cauete a fermento pharisaeorum, quod est hypocrisis. Item, prohibet omne temerarium iudicium de proximo, quae inquit: Nolite iudicare, & non iudicabimini: nolite condemnare, & non condemnabimini. Et paulo post: Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? aut quomodo dices fratri tuo: frater, sine ciicium festucam de oculo tuo, & ecce trabs est in oculo tuo? Hypocrita, eice prius trabem de oculo tuo, & tunc videbis eicere festucam de oculo fratris tui. Atque alibi monet, ne secundum faciem iudicemus, sed ut iustum iudicium iustificemus. Nec tantum prohibet temerarium iudicium quod externum fit, sed & animi: hoc est ne male de proximo sentiamus, sed vel omnia in meliorem partem interpretemur, vel infirmitatem seu vitia proximi patienter feramus atque etiam tegamus. Atque, hoc est quod nos misericordes esse vult, hoc est dextro ac candido corde erga proximum. Atque huc spectat insignis illa parabola de pharisaeo ac publicano. Denique Christus requirit in nobis non tantum linguam, sed & cordis veritatem, simplicitatem, ac sinceritatem: ut non aliter lingua loquatur, quam quod mens sentit: nam quomodo verbum cogitationis nuntius sit, qui fieri potest quin peccatum committatur, si verbum aliud enuntiet, aliud mens cogitet: neutrum enim suo officio recte defungitur. Quod & Plaltes non tacuit, qui tales describens, ait: Corde & corde loquuti sunt. Qui & alibi eum demum in tabernaculo Dei habitaturum pronuntiat, qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua.

Sed inquires: Si haec est huius praecipii ratio, quomodo excusabis Abraham & Isaac, qui (ne interficerentur propter uxores suas) eas sorores suas nuncuparunt, dissimulantes coniuges esse? Item, quomodo Iacob defendes, qui ut se Esau simulareret, manus & collum pellibus haedorum circumdedit? 17.

*Cauendū
ab omni
hypocrisis.
Mat. 7.*

*Nō secū-
dū faciem
iudicādū.*

*Quid sit
esse miserū
cordē erga
proximū.*

Lucae 18.

Veritas

*pulcherri-
ma virtu-
tum. 22. q.*

2. c. mih.

Psal. 14.

Questio.

Gene. 12. 1

20.

Gene. 26.

17.

Exod. 1.

Deinde, quâ tutabere obstetrices Aegyptiorum, quæ & laudè timoris domini Dei atque etiâ beneficia ex mendacio vidètur assequutæ: Præterea, quâ factû est, dices, Raab meretrix adeò non dânetur ob mendacium illud, quo finxit Hebræorum nuntios apud fe latentes iadudum abiisse, vt & ob tale facious in Hebræorum familiâ, quin etiam in Christi genealogiam sit ascita: Deniq; quâ sit (rogas) quòd Iudith tanto pre celebratur, quæ Holofernem mentièdo decepit, ac interemit: Hunc nodum vt dissoluant patres, mendacium triplex faciunt, officiosum, iocosum & perniciosum. Mendaciû officiosum id appellant, quod nulli nocet & alicui prodest: aut etiam quod necessitatis ratio pietate, misericordia, aut zelo religionis suadente, quodâmodo extorquet, etsi interim alij nocere videatur: hoc vt patres non ducant crimè esse capitale, non audent tamen pronuntiare omninò non esse peccatû quin etiâ peccatum esse diffiniunt, sed excusabilius, ac veniale, quod non sint committèda mala vt eueniant bona, nec etiam qualecunq; peccatum perpetrare liceat pro redimenda vita. In patribus ac cæteris piis quos obiectio recensuit, aliud quoque spectandû est, nempe animus ab omni fallendi proposito penitus alienus. Ad hæc ad obsequèdum ductibus spiritus totus paratus, mysterio etiam ac ordinationi Dei totus subseruiens, vt interim sileamus sanctorum quum verba tum facta sic temperata fuisse, vt vix eos commisi mendacij arguere possis. Abrahâ enim & Isaac in vitè discrimine apud impios constituti, non omninò mentiti sunt, quû & affirmarint vxores suas, suas etiam esse sorores, quèadmodû Abraham regi Abimelech mendacij eum infimulanti, respondit: Verè soror mea est, & filia patris mei, & nò filia matris meæ, & duxi eâ vxorem. Hebræis enim omnes, quotquot de vna cognatione sunt, fratres & sorores appellâtur. Quod autem Iacob fecisse legitur, planè mysticû est, electioni Dei subseruiens: nec omninò falsum erat, quod dicebat Iacob se esse primogenitum, quoniam Esau ipsi primogenita sua vendidisset, & Dei electione primogenitus censeretur, quemadmodum & nos dei dono & beneficio per fidè Abraham filij dicimur: in benedictionè Hebræis quidem ex carne Abraham descendentibus promissam, sed ob infidelitatem ablatâ, subrogari. Itidem, quàm non vacet mysterio: quod fecere Aegyptiacè illè obstetrices: Raab, item ac Dauid: denique Iudith illa memo-

Ios. 2. 6.

Iudith. 13.

Dilutio.

Aug. de mendacio ad cõsentium.

Triplex mendaciû, officiosû.

Nullum peccatum committendû etiam p redimèda vita.

Fratres

& sorores apud Hebræos.

rabilis fœmina de Holoferne triumphans, non est hic dicendi locus. Tantû hoc ex Augustino memorabimus, quòd obstetrices illæ ob id remuneratæ non sint, quòd mentitæ fuerint, sed ob pietatem erga Deum, quia scilicet infantes Hebræorû liberare studuerunt: nec Raab commèdatur mēdaciij nomine, sed quod certa de volutate Dei, piè egisset in liberandis nuntiis Hebræorû. Non ergo temerè cuiilibet hæc sanctorum exēpla imitanda ducimur. Quis enim post aduentum Christi domini (qui omnibus typis & figuris veteris legis, in quibus omnia contingebant, finè fecit, qui solus gratiam & veritatem attulit) dicere audeat, se instigante spiritu vel officiosè mentiri: Certe Christiano homini potius expectanda mors fuerit, quàm vt fidem fallat, aut vt mentiatur, vel apud impios, etiam pietatis causâ. Nam sibi quisque dictum putare debet, quòd Ecclesiastici septimo scribitur: Noli velle mentiri omne mendacium. Deinde omninò cauèdû Christiano, ne mēdacio pietatis causam prætexat. Paulus ait: Si veritas Dei in meo mendacio abundauit in gloriâ ipsius, quid adhuc ego tanquâ peccator iudicor, & nò sicut blasphemamur, & sicut aiunt quidam nos dicere, Faciamus mala vt faeueniant bona?

Mendaciû autè iocosum est, quod vt nemini obest, ita & nemini prodest, oblectandi causa dictû, quod etsi capitale nò sit, minus tamen licet quàm illud officiosum, futurû etiâ capitale, si assiduitate aggrauetur, quod satis restatur locus ille Ecclesiast. 5. Noli mētiri omne mendaciû: assiduitas enim illius mala est: Et Paulus damnat omne stultiloquium, atque etiam vrbanitatem, quam vocant, ad rem non pertinentem, ac præcipit vt sermo noster sale conditus sit. Nec mirum, quòd & de omni verbo otioso reddendam esse rationem in illo iudicio, Christus affirmauit. Nec tamen propterea putandum est præcipi, ne etiâ docendi causa adhibeantur docti apologi aut parabola pietatè annexâ habentes, modò non nesciat auditor, quo animo & quorsum verba quæ audierit, dicta sint. At qui loquacitatis vitio, vel delectatione mendacij (qua se facetos putat) mētuitur, idque ad eû modum, vt vel hinc vanè placeant, vel vt audientes, vana credulitate imbuit ac fallant, hij quo modo excusari possint non videmus. Quâobrem, nostra sententia, non leuiter peccarûr, qui haftenus & suggestis, loco Euâgelij aniles fabulas ac ex-

Aug. de mendacio.

Non temerè quibuslibet qui fidei sanctorû exēpla imitanda.

Non committèdum mendaciû etiâ vitæ tuèdæ causâ.

Mēdaciû iocosum.

Ephe. 5.

Licet conditionari vt similitudinibus. Taxatur abusus.

pla impudēter cōficta vulgo p̄dicarūt, q̄ hoc ipso non vulgarē suspicionē ac cōtumeliā doctrinā fidei, quā profitebantur, attulerūt. Rectē dixit Augustinus: Si ad scripturas sacras admista fuerint mendacia, nihil remanet in eis soliditatis.

Mendacium perniciosum seu malignū id iure censetur, quod nulli prodest & aliis nocet, hoc est quod eo sine dicitur, vt pximo, vel vitę, vel fame, vel bonorū exter norū iacturā afferat, q̄ omninō dānabile est, quēadmodū ita tim ostēdem⁹. Sed dices: Si hęc est Christi sentētia vt de fra tre cādide semp sentire, & neminē iudicare debeam⁹: nūquid ergo peccabimus, si publicū fratris crimē publicē etiā detestemur? Respondemus nequaquam id prohiberi. Nam quod Christus iubet, ne iudicemus, intelligendū est, de his rebus, quę possunt & bono & malo animo fieri, tū enim Deo iudiciū dimittedū est, nec de alterius corde (quod nō videmus) temerē proferēda sentētia. In quā sententiā dixit Apostolus: Tu quis es, qui iudicas seruū alienū, qui domino suo stat aut cadit? Et iterū Galat. 6. Opus autē suū probet vnusquisque; & sic in semetipso gloriam tantū habebit, & non in altero. Vnusquisque enim onus suū portabit. Vbi profectō Aposto lus, in hisce rebus adiaphoris de proximo ad Deū (corā quo quisque aut stabit aut cadet tāquā domino suo) trāsfert, & simul nos ad consideranda opera nostra reuocat: nec abs re, q̄ his acutē inspectis, tantū quisq; vitiōrū apud se repererit, vt

facile neuorū proximi obliuiscatur. In his autē rebus, quę ita fiunt, vt eas bono animo & casto fieri nō posse manifestū sit, non reprobatur si iudicem⁹. Itaq; quod de cibis dicitur (quia ignoratur quo animo fiat) nō vult Apostol⁹ nos esse iudices, sed Deum. De illo autem, qui nefario stupro nouercam suā violauit, p̄cipit debere iudicari, sicut scriptum est, inquit: Quę occulta sunt deo, quę autē palām sunt, vobis & filiis vestris. Sed hic ad tria respiciendū est. Primū, vt non aggraue mus crimen, sed nostrę quoq; infirmitatis memores, cū odio criminis, charitatē personę proximi retineamus. Nō ineptē monet Bernardus: Si potes, inquit, excusa actionē: si nō, excusa intentionē: si nec intentionē, excusa tentationē. Nam hoc vt facias, charitas postulat, quę multitudinē operit peccatorū. Secundō, ne non suo loco & tēpore, quū scilicet iudicādo profuturi nō sumus, iudicemus. Nā qui aliter iudicat, à charitate excidit, & malum non corrigit, a deo vt & deterius fa-

ciat. Rectē dixit Sapiens Ecclesiastici 31. In conuiuuii vini nō arguas proximiū tuū, quod scilicet per intempestiuū sit inter pocula corripere, vbi peccantē non ad p̄nitentiā, sed citius ad furorē concitaueris, & cōpotores non ad misericordiā, sed magis ad contemptū & dilacerationē proximi commoueris.

Paulus monet, vt episcopi seu Parochi publicē peccantē corā omnibus arguant, sed sic, vt & ceteri timorē habeant, hoc est non vt tribuatur ceteris ansa alterius vitā incessendi, sed magis occasio ob fratris casum ingemiscēdi ac cōdolendi, vtq; ceteri ex fratris periculo cōmoniti, suę quoq; infirmitatis ne obliuiscātur, sed timeāt, ne in simile peccatū incidētes eandē censurā incurrāt. Sic Paulus insecūtū illū publicū apud ecclesiam Corinthiorum corripuit, non vt Corinthij inflarentur, sed vt magis luctū haberent, & cōtristarentur ad eā p̄nitentiā, quā salutē stabilē operatur, non vt lapsum odio prosequerentur, sed vt in eū correptū confirmarent charitatē, non vt eū in desperationē conitcerent, ac contumelia afficerent: quin potius vt qui peccantē horruerant, iidē p̄niti condonarēt, ac mœrentē cōsolarentur, ne qua fieret vt immo dico dolore absorberetur, ac testimoniū etiam p̄bet Aposto lus Corinthiis, suā correptionē in eis non contēndū fructum fecisse. Quantā, inquit, in vobis operatur sollicitudinē, sed defensionem, sed indignationē, sed timorem, sed desideriiū, sed æmulationem, sed vindictā. Purgarunt enim se apud Paulū Corinthij, ac testabātur ipsis nō p̄bari turpe cōmissū, se studuisse, vt ilico corrigeret quod erat cōmissum quasi periculum vnus esset omnibus cōmune. Breuiter, correptionē huc cessisse, vt & lapsō sanādo ac ceteris deterrēdis p̄ficeret. Atque, hoc est quod alibi monet Apostolus: Fratres, inquit, etiā p̄occupatus fuerit homo in aliquo delictō, vos qui spirituales estis, huiuscemodi instruite in spiritu lenitatis, cōsiderās teipsum, ne & tu tēteris. Sūt, qui hodie ex suggestis nihil non conuitorū ac probrorū in ecclesia p̄sides, pontifices, sacerdotes, monachos ac monachas cōgerūt, toti in hoc occupati, vt p̄miscua plebs (alioqui ecclesię p̄fectis suopte ingenio infelita) eos auribus palpātes nō vulgari plausu excipiat, illos vero summa contumelia afficiat, conspuat, lapidet, atque adeo concitata seditione perdat. Qui ecclesiasticę, quā suo officio nō fungantur, quis non videt? Bis enim citra cōtrouersiam peccant, tū quod absentes & indefensos p̄simo-

2. Tim. 5. Quomodo publicē arguendus peccans.

1. Cor. 5.

Locus

2. Cor. 7. Explicatur.

Galat. 5.

Quorūdā petulantia taxatur.

Aug. ad Hierony. Mēdaciū perniciosum.

Questio.

Dilutio.

Locus.

Mat. 6.

explicatur

Aug. de sermo. do-

mini in

mōte, li. 2.

Rom. 14.

Au. vbi.

De mani-

festē ma-

lis non pro

hibemur

iudicare.

Iniudicā-

do de pro-

ximo ad

tria respi-

ciendum.

Bernard.

1. Petr. 4.

rum criminum in simulant ac traducunt, tū quod in eos quis verbis apud inconditā plebem detonantes, nihil aliud agant quam quod vulgo fenestra aperiatur auctoritatē seniorū ac ecclesie præsidū eleuandi, ac sinistram suspitionem, ad quālibet delationem facile recipiendi, planè oblitū Pauling modefiæ ac doctrinæ, qua monemur, seniores ne increpemus, sed obsecremus vt patres, neve presbyteros, nō solum nō temerè accusemus, sed ne accusationē eorum nisi sub pluribus testibus recipiamus, vt interim sileam⁹ eiuscemodi criminatores verbo Dei grauissimè abuti, quæadmodū in secundū præceptum ostendimus. Tertiò, si priuatim in nos peccatū fuerit, mod⁹ iudicādi à Christo præscriptus, seruāds est: Si, inquit, peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eū inter te & ipsum solū: si te non audierit, adhibe tecum vnū vel duos, vt in ore duorū vel triū testiu, ster omne verbum, q̄ si non audierit eos, dic ecclesie: si autē ecclesie non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Nam & hoc est opus charitatis, quādo fratrem in te priuatim peccantem, ita corripas vt saluetur.

Peccat autē in hoc præceptū in primis ac pprie, qui in iudicio falsum testimoniū contra proximū perhibet, quos scriptura poenā à Deo certò expectare aufferit. Nā Proue. 19. legis, Testis falsus non erit impunitus. Rursus cap. 21. Testis mendax peribit. Item, cap. 25. Iaculum, gladius, & sagitta acuta, homo qui loquitur contra proximū suum falsum testimonium. Alibi quoque Salomon pronuntiat, inter ea que odit dominus, non extremum locum tenere testem mendacem, mendacia proferentē. Peccati autem grauitas exemplis declaratur. Nā testes qui falsum perhibuerunt contra Susannam testimoniū, lapidati sunt: Iudei qui Christum falsis nixi testimoniis accusauerunt, maiorē etiam culpam, quā Pilatus & milites, qui Christum crucifixerunt, habuissent asseruntur.

Deinde in hoc præceptū peccant, quicumque mendaciū aduersus cognitā veritatem cōmittunt. Perdes (inquit Psaltes) omnes qui loquuntur mendaciū. Et Sapiētē 1. scribitur: Os quod mētur, occidit animā. Rursus, Qui loquitur mendacia, peribit. Itē, Abominatio est domino labia mendacia: qui autem fideliter agūt, placent ei. Et vt excusabilis sit officiosum illud mendaciū, absiduitas tamē illius non est bona. Potior est (inquit Sapiens) fur quā absiduitas viri mē daci, perditiones autē ambo hæreditabunt. Ad hæc grauitè

impingunt in hoc præceptum, qui proximo qualibet detractōne iniuriantur, vt famæ & opinioni eius notam inurant, quod scripturavbi que quāmaximè damnat. Detrahentē (inquit Psaltes) secreto proximo suo, hunc persequebar. Et Sapiens: Si mordeat, inquit, serpens in silentio, nihil eo min⁹ habet qui occultè detrahit. Rursus Prou. 24. Abominatio hominum detractor. Et Paulus: Detractores Deo odibiles enūtiat, & Galatas suos corripiēs, ait: Si inuicē morderis & comedis, videte ne ab inuicē cōsummamini. Et Iacobus monet: Nolite, inquit, detrahete alterutrū fratres mei. Detractorib⁹ verò nō multo meliores sunt, qui detractōnib⁹ facilè aures accōmodant. Nā vt quiddā vir pius dicere solitus est, detrahete, vel detrahentē audire, quid horū dānabilius sit, non faciliè dixerim. Quamobrē Sapiens cōmonet, dicens: Sepi aures tuas spinis, & linguā nequā noli audire, & ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis. Nec habent hi quod dicāt, per eos non stare quo minus detractores, sua conuitia effutiāt, quod non dubiū sit sycophantem à maledicentia sua tēperaturū, si ipsi audire recusauerint. Nam vt Sapiens testatur: Facies tridisti disipat linguā detrahentem. Et antiquū dictū est, quod nemo inuito auditori libenter referat. Quā verò inexcusabiles hi sint, vel hinc liquet. Nā si asinū aut bouē fratris qui in via ceciderit, subleuare iubemur, quanto magis famā proximī (qua nihil homo pretiosius habet) defendem⁹? Ergo vt fortè fortuna detractoris conuitia in proximū audierimus, sapientis consiliū sequendū est. Audisti, inquit, verbum aduersus proximum tuū? commoriatur in te, fidens quoniam te non dirūpet. Item, peccant in hoc præceptum susurrōnes, qui (vt Sapiens ait) conturbant amicos, & in medio pacē habentium immittunt inimicitiam. Non erit (inquit lex) criminātor & susurro in populis. Et rursus Sapiēs ait: Susurro inquit animam suam, & in omnibus odietur. Item, susurro & bilinguis maledicus erit, multos enim turbauit pacē habentes. Non temerè patres susurrōnē Iudæ proditori assimilant. Qui enim societate fraternitatis aliqua discordiæ peste cōtaminant, Deum produnt. Præterea in hoc præceptum peccat hypocrita, qui aliud verbis & externis operibus simulat, quā mēte cōplectantur, de animo suo falsum ferēs testimoniū, quos Iob passī detestatur: Spes, inquit, hypocrite deperibit, nō ei placebit recordia sua, & sicut tela arancarū fidu

2. Tim. 5.

Criminatores.

Quomodo iudicandū de proximo qui priuum in nos peccat.

Qui in hoc præceptū peccant.

Dani. 13.

Ioan. 19.

Psal. 6.

Sapien. 1.

Detractor res. Psal. 110.

Galat. 5. Iacobi 4. Accommodantes aurem detractoribus.

Dani. 23.

Sapien. 7. Pium consiliū.

Susurrōnes.

Susurrōnes Iudæ proditori assimilantur. Hypocrite.

cia eius. Rursum, Non veniet in conspectu eius omnis hypocrita. Item, Laus impiorū breuis est, & gaudiū hypocritæ ad instar puncti. Item, Simulatores & callidi prouocant irā Dei. *Matth. 23.* In hos Christus horrendū illud vā deponat: Vē, inquit, vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui mundatis quod deforis est calicis & paropisidis, intus autē estis pleni rapina & immūditia. Et paulō post: Vā vobis scribæ pharisæi hypocritæ, qui si miles estis sepulchris dealbatis, quæ apparēt hominibus speciosa, intus verō sunt plena osibus mortuorū & omni spurcitia: sic & vos apparetis hominibus iusti, intus autē estis pleni hypocrisis & iniquitate. Quos & alibi increpās, inquit: Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus, deus autē nouit corda vestra, quia quod hominibus altū est, abominatio est apud Deum. His etiā intolerabiliore sunt, qui publicē se iactant, ac ea sibi gloriose arrogāt quæ non habēt, vt vel hinc proximos deprimant aut contēnant. Talis erat pharisæus ille euangelicus, qui ausus est etiam apud ipsum Deū (qui solus intuetur cor) se inaniter iactare: Gratias (inquiens) ago, quod nō sum sicut ceteri homines, raptores, iniusti, adulteri, veluti etiā hic publicanus. Disperdat (inquit Psaltes) dominus vniuersa labia dolosa & linguā magniloquam. Quāobrem sermō monet Paul⁹, vt qui gloriatur, in domino gloriatur, quod sci licet non is, qui seipsum cōmendat, probatus sit, sed quæ deus commendat. At è regione, eodē reatu tenētur, qui contrariū vitium incurrunt, veluti qui se fallendi studio humiliant ac deiciunt, quos scriptura vitandos esse dicit: Qui submiserit (inquit) vocē suam, ne credideris ei, quoniam septem nequitie sunt in corde illius. Et Sapiens ait: Est qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo. Pari reatu tenētur adulator, qui ad potentiorū gratiam captandā, eorū & dicta & facta quæcunque tandē ea sint, laudant ac depreciant, quos Psaltes auersatur, cū ait: Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me: oleū autē peccatoris non impinguet caput meū. Et alibi queritur, quōd laudetur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicatur. Nec omnino nō peccāt in hoc præceptū loquaces, stultiloqui, scurræ, & id genus alij. Nam Salomon testatur, In multiloquio non deesse peccatū. Contrā verō, eum qui custodit os suum, custodire animā suā. Qui autem inconsideratus est ad loquendū, sensurū mala. Et Eccles. 23. legis: Qui multis vitur verbis lædit animā suam. nam

Matth. 23.

Iactatores.

Luce 15.

Psal. 11.

1. Cor. 1.

Deiicientes se studio fallendi.

Adulatores.

Psal. 107.

Psal. 9. 10.

Loquaces.

nā & Psaltes ait: Vir linguosus non dirigitur in terra: Tanta est autem huius præcepti vis, vt Iacobus hunc perfectum virum dicat, qui verbo non offendit: tanta difficultas, vt nisi diligētissimè caueamus, frequēter in hoc præceptū impingamus, nā vt idem Apostolus ait: Omnis natura bestiarū, & volucrum & serpentū, & ceterorū domantur, & domita sunt à lingua. Linguā autem nullus hominū domare potest. Quod tamen ne sic accipias, perinde atque omnino præstari impossibile sit. audi quod sequitur: Sit autē omnis homo velox ad audiendum, & tardus ad loquendū. Gratia sanè Dei opus est, vt tā inquietum malum refrænes, ab ipso Deo nunquā non cū Psalte postulanda, in hunc modū precante: Pone Domine custodiā ori meo, & ostiū circumstantiæ labijs meis. Qui linguæ malitiam (modo ea abutamur): rursus qui linguæ vilitatem ac bonitatem (si ea rectè vti consuescamus) nosse velit, Iacobum Apostolū legat. cap. 3. Peccant in super & in hoc præceptum, qui proximi vitam, verba aut facta male interpretantur, aut inauditū adducūt, quemadmodū supra ostendimus. Peccant denique, qui mentem habent ab ore quomodo libet dissidentem, hoc est qui (vt Psaltes ait) non loquuntur veritatem in corde suo, quos ille etiā à tabernaculo Dei excludit: veritatem enim & simplicitatem cordis hoc præceptum requirit, quam qui non præstat, hic non dubium impingit.

Psal. 139. Magna huius præcepti vis. Iacobi 3. Ibidem.

Psal. 140.

Lingua mali. Bonitas.

Psal. 14.

P R A E C E P T V M N O N V M.

Non concupisces domum proximi tui.

P R A E C E P T V M D E C I M V M.

Nec desiderabis uxorem eius, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt.

Exo. 20.

Hæc postrema duo præcepta coniunctim ponuntur in Exodo hoc modo: Non concupisces domū proximi tui, nec desiderabis vxorē eius, non seruū, non ancillā, non bouem, non asinū, nec omnia quæ illius sunt. In Deuteronomio ponuntur. vero, ac serie, Non concupisces vxorem proximi tui, non domum, non agrū, non seruū, non ancillā, non bouem, non asinum, & vniuersa quæ illius sunt. Quo factum est, vt supra diximus, quōd Origenes secutus Hebræos, vnū ex his duobus

Hæc duo præcepta coniunctim ponuntur. Dent. 5. Origenes ex duobus vnū scit.

præceptis copulatis fecerit, & tamen quò numerus denarius solidus & integer maneret, primum præceptū, prioris tabulæ in duo secuit. Sed magis ecclesiæ placuit Augustini sententia, qui primæ tabulæ præcepta tria facit: secundæ in sex digerit, hæc posteriora non vnum, sed duo faciens. Et discretè quidem Moses in Deuterone. (quæ est legis repetitio) discretiuisse videtur concupiscentiam vxoris alienæ, à concupiscentia cuiuslibet rei alienæ. Quibus positis, cætera cepit adiungere, vt quid domus nomine intelligi vellet, significaret.

Deut. 5.

Questio. Quo differant sextum & septimum ab his duobus ultimis. Dilutio. Acto. 7.

Sed dices: Quonam differt sextum illud: Nō mœchaberis, ab hoc, quod est, Nō cōcupisces vxorem pximi tui? Rursus septimū, Nō furtū facies, ab hoc, quod est, Nō concupisces domū, aut quancunque rē proximi tui? Respondemus potuisse quidē hæc duo postrema, sub prioribus sexto & septimo cōprehendi, q̄ non dubium sit, eum qui malū facinus prohibet, eū simul etiā malam phibere voluntatem. Sed hoc ruditati ac duriciæ populi Iudaici (quem prophetaꝝ populū incircuncisi cordis testantur) datū est. Ne enim crederet ille hoc nō esse peccatū apud Deum, quod apud homines est impunitū, præceptis nō mœchadi & nō furandi (in quibus ipsa opera expressim notata & phibita sunt) hæc postrema subiunxit, quibus exertē malā etiam vetat voluntatē, quo magis mirādum est, post hanc latā legem viros etiā quosdā illustres apud Iudæos, hoc crasso errore laborasse, quòd putarent nō antè cōmitti peccatū, quān cupiditas, et si nō in operis perfectionem, saltē in conatū maleficiꝝ prorupisset, è quorum numero Iosephus fuisse videtur, qui Polybium, hominē ethnicum reprehendit, quòd ille Antiochū illustrem miserè perisse testetur, ob id tantum, quòd voluerit tantū ac destinarit spoliare templū Dianæ. Quod Iosephus absurdè dictum esse putat, diffiniēs malè sano quidē iudicio, eū nullatenus egisse peccatū, illò que reatu teneri, qui tantum peccare cogitasset.

Error Iudeorum.

Iosephus. Polybius.

Psal. 36. Esai. 1. Hier. 4.

Quæ Iudaica planè Iosephi sententia, quān sit omni scripturæ, præsertim his duobus præceptis contraria, nemo non videt, nisi tamen quis cōtendat, cōcupiscentiæ nomine hoc loco non tā venire qualemcunq; cupiditatem quā conatum maleficiꝝ. Sed quo minus Iudæi hoc sensu hæc præcepta acciperēt, passim ex prophetis discere poterāt, qui Dei iussu hoc vbique requirunt, vt non tantū externum opus atque etiā conatus ipse, sed etiā malum cogitationū ab oculis diuini au-

feratur. Et sapiēs apertè testatur, peruerfas cogitationes separare à Deo, nec mirū: quū enim (vt Tertullianus ait) voluntas origo culpæ sit, quare non tanto potior ad pœnā est, quāto principalis ad culpā? Sed rursus rogabis, cur in præceptis periuriū, homicidiū & falsum testimoniū vetantibus, non est expressim prohibita concupiscentia, quæ admodū in his quæ adulterium & furtū respiciunt? August, nō ineptè responder, libidinis & habēdi affectū, penitus esse cunctis à natura insitum, quān periurij, homicidij, aut ferendi falsi testimonij: ab his enim suo pte ingenio abhorremus, verū ad illa, nimirū ad corporeas voluptates, ac huius seculi opes ac diuitias, statim ab adolescētia proni admodū ac p̄liues sumus: idcirco opus erat, vt in his, ad quæ veluti bona quædā corporis inclinamur, ac veluti rapimur nō tantum factum, sed & affectus prohiberentur, quū in illis nemo nō sanæ mentis, & qui vel naturali iudicio præditus esset, facile iudicaret, prohibito factō prohiberi quoque pessimam faciendi voluntatem.

Tertullianus. Questio.

August.

Ceterū horū præceptorū, vt & aliorū omnium vim nusquā meli⁹ ac certius discas, quān ex Christi Euangelio, qui æternū Dei verbū, vt est legislator, ita nimirū est eiusdē optimus interpret. Lex dicit, Non mœchaberis, intelligit Iudæus, prohiberi tātum externū adulteriū Christus interpretatus est, non tantū hoc veritum, sed etiam omnem mœchadi affectum. Sic cū lex dicit, Non cōcupisces vxorē proximi tui, non domū, non agrū, &c. Iudæus intellexit, non sic concupisces, vt non tantū animo verses, sed & perpetrare saltē tētes ac coneris maleficiū, nimirum solum affectum prauum nō iudicās vitiosum. Aut si quis ex Iudæis sensatior fuit: præceptū, Non concupisces vxorē, interpretatus est, animo scilicet cum ea, si permittatur, mœchadi: aut præceptum, Non concupisces domū proximi, animo scilicet nudadi proximum tuū facultatibus suis, iniustus quibusque rationibus. At Christus horū præceptorū vim latius patere cōtestatur, sic scilicet, vt non tantum in hanc legē cōmittant, qui proximi vxorem desiderant animo cum ea mœchandi, sed etiā qui proximo inuident, quòd talem coniugem nactus sit, quā ipsi sibi, si vlla detur occasio, vxorem esse velint. Itidem quòd non tantum rei sint, qui rationibus manifeste iniquis, proximi facultates ad se pertrahere conantur, aut etiam affectant, sed etiā illi qui quocunque modo se locupletari cum aliena

Horum præceptorum vim.

Latissimè patēt hæc præcepta.

Qui velint locupletari.

pletari cū
aliena sa-
ctura.

Ius ciuile
non excu-
sat male
affectū à
peccato.

Ista postre-
ma sunt e-
tā per se
mandata.

Mat. 6.
Aug. de
ser. domini
in monte.
libr. 1.

Oculus,
intentio.
Lumen
mentis in-
diciū.

Aug. de
ser. domini
in monte.
libr. 1.
Christus
requirit
cor mun-
dum.

Immūdus
oculus.

iactura seu incommodo cupiunt, quales sunt, qui proximum velint in eā necessitatē incidere q̄ eū cogat, et si cū dāno, sua illis diuēdere. seu qui quouis quēsito ingenio vel colore proximi bonis insidiātur, quāuis id faciāt modis ac rationibus à iure ciuili haud reprobatis, in odō saltē eo animo res agatur, vt malint sibi quā proximo esse prospectū. In quā sententiā si hęc postrema p̄cepta intelligātur, fit, vt & ipsa per se sint mandata, non tantū expositoria aliorū. Hanc autem esse horū p̄ceptorū vim Christus declarat, cū iubet, vt eodē animo simus erga proximū, quo velimus vicissim eū erga nos esse. Deinde cum docet totū penē in eo sitū esse, si oculus no- ster, qui est totius corporis lucerna, simplex fuerit, quōd tum totū corpus futurum sit lucidū: sin oculus fuerit nequū, totū etiā corpus tenebrosum fore, quōd scilicet fieri non possit, vbi lumen quod in nobis est, tenebræ sunt, ipsas tenebras nō posse non esse maximas. Oculum autē Christus hic appellat ipsam intētionē, qua faciamus quicquid facimus: quē si mū- da fuerit & recta, & in illud defixa, quod intuentū est, omnia opera nostra, quæ secundū eam operamur, necesse est esse bo- na. Sin autē intētio mala fuerit, etiā ipsum lumē in tenebras conuertendū. Lumen nimirū appellans, mentis iudiciū, quo quisq; nouit quo animo quid faciat. Quod rectē dicitur ver- ti in tenebras, quū simplex intentio, non ad Dei seu proximi dilectionē, sed ad suū ip̄sū amorē inclinatur. Quod cū fit, hoc est cū ipsa cordis intentio sordidatur, omnino necesse est, & ipsum factū (cuius incert⁹ est exitus) sordidū & tenebrosum esse: quia etiā bene alicui proueniat, quod tu nō recta & mū- da intentione facis, id te nō excusat: sed quomodo tu feceris, tibi imputatur, non quomodo illi prouenerit, consideratur.

In summa, Christ⁹ cor mūdū requirit, & solos eos qui mū- do sunt corde, beatos pronuntiat. Mundū est cor, quod ab omnib⁹ terrenis desiderijs defæcatū est. Mundū est cor, q̄ totū in Dei & proximi amore est effusum, quod nō sua quērit, sed ea tantū quę Dei sunt & proximi. Quod proximū diligit p̄pter Deum, nō p̄pter vllum tēporale cōmodū, nō quod fratri cōsulit, quōd hinc aliquid emolumētī sibi reditu- rū est, sed quia proximus est, & propter Deū: alioqui si tēpo- rale cōmodum tantū spectet, sibi duplex cor facit, quo pro- hibetur à vidēdo Deo, in cuius solauisione sita est beatitudo certa ac perpetua. Immūdus est oculus, qui non diligit proxi-

mum tanquā seipsum: qui sibi bene esse optat, etiā si in inter- im proximo sit male: qui sibi cupiat omnia ad nutū adfluere, vt- cūque tādē cū proximo res agatur. Is enim oculus à Chri- stiana charitate in sui amorē deflectitur, quem Aug. rectē di- xit, caput omnīū esse peccatorū. Christiana charitas nō quæ- rit quæ sua sunt, sed quæ aliorum. 1. Corin. 13. Sui amor, Deo quæ Dei sunt detrahit: hominibus, quæ sunt hominū: hunc è mētibus nostris profigatū esse volunt hęc nouissima p̄cep- ta. Qui nisi ciiciatur, & subintret charitas, nō dubiū est nos quā lōgissimē ab adimplētionē mādatōrum Dei abesse, q̄ sola pximi dilectio legē adimpleat. Scim⁹ sapiētes ethnicos, sui amorem pximi dilectioni antepōnere. Vnde nō dubium nata est vulgata illa sententia, Charitas ordinata incipit à se- ipsa. Rursus, Tunica pallio propior est. Et quod Terētius ait: Omnes sibi melius esse male quā alteri. Itē, eū optime vi- uere, qui sibi uiuit. Sed nū hęc sententiæ cū Christiana doctri- na cōueniant, viderint alij: nos certē suam Christi & Apo- stolos, & verbo & exemplo docuisse veram Christianā chari- tatē exhibere, vt proximi salutē nostrā etiam antepōnamus.

NE tamen hic impingas, ad duo respiciēdum est. In pri- mis, vt q̄ diximus de nō cōcupiscēdis rebus proximi, intelligas, te num in hęc legem cōmittere, si eo animo cōcupiscas, vt in ipsis tua cōmoda quæras, incurius interim nū hinc pximo cōmodes vel incōmodes: nam qui iubemur in omnibus proximi vtilitatē quęre, nostra verō cōmoda proximi vtilitatibus posthabere, ac proximū (quod in nobis est) iuuare, rei proculdubio corā Deo erimus, si nostrā tantū vtilitatē, nō proximi, spectemus. At si proximū suapte spōte res suas distrahere cupiat, factur⁹ ex pretio maiorē quā ex ip̄sa fructū, tūque bona fide ac mēte sincera, ab illo eas ti- bi compares, nullius peccati reus es. Absit enim, vt putes per Euangeliū legitimos cōtractus, qui ex iure gētium (quod est pars iuris naturalis) descēdunt, abrogatos esse. Sed hoc tantū in omnibus cōtractibus ac actionibus nostris Christus requi- rit, vt animus noster erga fratrem sincerus sit, vt oculus sim- plex, vt intentio recta sit, vt proximo suos successus perinde atq; nobis nostros gratulemur, vt ipsi sua cōmoda ac diuitias faueamus, vt nostra sorte cōtenti esse discamus, vt nostrā vo- cationē nō aspernemur, vt proximi cōditionem nō desiderē- mus præ nostra, vt illius res nō ambiamus cū illius iactura.

Aug. 9.
Caput om-
niū pec-
catorum,
sui amor.

Rom. 13.
Sapientias
huius seculi
sui amo-
ri pximi
amori præ-
ponunt.

Ad duo
respiciēdū.

Philip. 2.

Quomodo
liceat rem
alienā cō-
cupiscere.
Euange-
lium non
aboleat legi-
timos con-
tractus.

Mat. 5.
6. & 7.
1. Cor. 7.
1. Tim. 6.

Breuiter, vt voluntatem nunquā nocendi, sed semper cōmōdandi proximo habeamus: sic vt interim nobis liceat, modō hanc rectā intētionē cōseruemus, iusto labore ac etiā cōtractib⁹ facultates nobis parare, si sic paremus, vt illic bene vtamur, ac egētī pximo (quū opus est) succurrere spōte velim⁹.

Duplices affectus.

1. Pet. 2.

Ioan. 13.

Affect⁹ pugnātes cum lege Dei.

Secundō, non est putandum, his duobus præceptis omnes omninō affectus phiberi. Nam in vniuersum duplices sunt affectus. Quidam sunt omninō naturales, qui cū Dei lege nō pugnāt, veluti iuare liberos, necessarios, cōiuges, bene meritos. Item necessarium victū expetere, post fatigationē desiderio quietis & somni affici, & similes id generis. Qui certē affectus nullam habēt peccati rationē: nam & Christus, qui peccatum nullum fecit, & esurisse & sitisse, & ad quietē corporis se cōposuisse, Ioannem item Apostolum præ ceteris discipulis dilexisse perhibetur. Aliæ vero sunt appetitiones & affectus pugnantes simpliciter cum lege Dei, veluti, sunt res alienas aut coniugē cum incōmodo proximi appetere, aliis suos successus ac beneficia Dei inuidere, & id genus alij. Atque hi semper mali sunt & peccatū pariunt, si tamen consensus accedat, & proinde his præceptis vetiti.

Triplicis cōcupiscētia phibetur.

1. Ioan. 2.

QUō vero penitus intelligas, quid his hęc pcepta velint, nosce debes hic triplicē illam cōcupiscētia phiberi, de qua dixit apostolus: Omne quod est in mūdō cōcupiscētia carnis est, & cōcupiscētia oculorū, & supbia vitæ. Concupiscētia carnis prohibetur, quū dicitur: Non desiderabis vxorē proximi tui. Concupiscētia vero oculorū & superbia vitæ vetantur, quum dicitur: Non cōcupiscas domum proximi tui, nō seruum, nō ancillam, nō bouē, nō asinū, nec omnia que illius sunt. Domus enim in scripturis, & genus, & familiā, & famulitium, & statum, & ordinem, & opes, & facultates: breuiter, omnē hominis possessionē significat, tametsi si strictius accipiatur, familiam tantū, non etiam seruos & ancillas, ac reliquas res comprehendat. Quare disertē hic additum est, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, nec omnia que illius sunt. Peccāt itaque in hoc pceptū, non tantum qui vxorem proximi animo cum ea mēchandi desiderant, sed & qui suā vxorē proximi vxori posthabēt: qui proximo coniugem suā nō fauēt perinde atque sibi, sed magis eā accipere cuperēt, si vlla ratione liceret, etiā cum proximi incōmodo. Quod vitium apud Iudeos, quibus

Qui peccent in hoc pceptū.

repudium concedebatur, & frequentius & euidētius erat, nā permissione legis abutentes, alij aliorum vxores sollicitabāt, vt vel morofitate vel alia quapiam ratione, diuortij causam merito præstarent, quō illi, soluto matrimonio potirentur.

Prætext⁹ iuris non excusat.

Non dissimili ratione peccant, qui desponsam alteri abstrahunt & abalienant, etsi id prætextu iuris faciant, quō declaratur, matrimonium per verba (quæ de presenti vocant) contractum sponsalia prius inita dirimere. Deinde peccant in hęc præcepta, non tantum qui rem alterius, quanuis iniustus, sed etiam qui permisis apud homines rationibus, ac (vt dici solet) sub iuris colore nancisci appetunt, idque cum incommodo & proximi iactura. Neque enim tales tam fauent proximo quā sibi, oblitū præcepti apostolici, non quæ sua sunt singuli cōsiderantes, sed ea quæ aliorum: qui sibi bene consultum esse volunt, etsi interim male consultū sit proximo: qui ad iuris rigorem omnia exigunt, æquitatis penitus oblitū, idque sui commodi gratia qui occasionem dāni dant, & qui damno proximi non perinde atq; suo afficiūt, quod exemplis superius allatis fit manifestius. Et quisnon videt ad eundem modum peccare emptores & venditores, itidē per mutatores qui se in cōtrahendo decipiūt, etsi intra iusti pretij dimidium, quanuis lex ciuilis ob id contractū non rescindat: Nam alia est lex fori, alia lex poli, quæ præcipit, vt quōd tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Quamobrem siue veditor sis siue emptor, omnem dolum detegere, ac proximū de rei æstimatione ac pretio admonere debes nec abuti in tuū cōmodum, eius vel ætate, vel ruditate, vel incuria, vel necessitate. Vnde non dubiū est, & eos in hoc pceptum peccare, qui pactum redemptionis sic astringunt, vt euoluto certo tempore, res nunquam ad venditorem (qui eam distrahere coactus est) redeat, etsi id lex ciuilis permittat. Grauius peccant tutores & curatores & cæteri, quibus vel personæ vel res aliorū sunt commissæ, quum sinunt eos, quorum tutelā gerunt, genio indulgere, seu in omnē malitiam ruere, vt ipsi tandē eorum bona ad se pertrahant, aut qui negligentius in rebus eorum quā in suis agunt. Ad hęc peccant in hoc pceptum, qui virū aliquem præstantem, principi vel reipublicæ, cui nō sine magno commodo seruit, subducere moliantur: Qui seruos seu ancillas ac mercenarios etiam suis dominis ac heris immorigeros faciunt, qui abducunt, atq; aded quī nō monēt

Æquitatis rigori præferēda.

Alia lex fori, alia lex poli.

Pactū redemptionis.

ac hortantur, vt apud dominos suos (qui opera eorum libenter vtuntur) maneat, ac suo officio sedulo fungantur. Alia ratio est, si famuli ac famularum nolint diutius in seruitio manere vel quia domini mali sunt, vel quia mercedem denegant, vel vitium necessarium non suppediant, vel aliam iustam ob causam, tum enim licitum est alteri eorum operam conducere, quam id faciat non animo incommodandi proximo, quem admodum soluto matrimonio, licet alterius uxorem (cuius solam impudicitiam ac honestatem, quum adhuc alteri nupta esset, quis amavit) in uxorem ducere. In summa desiderant haec praecipua summam animi puritatem, ac impuritatem, immunditiamque detestantur.

Puritas animi desideratur. Difficillimaimpletio horum praecipuorum.

Hieronymus. Aug. de natura gratiae cap. 6. Haec nemo omnino sine peccato. Error excluditur.

Quomodo docendum de viribus nostris.

EX his facile deprehendi potest, quam sit horum mandatorum difficultas impletio, ac quanta vigilantia nobis opus sit, ne metas nobis à Deo praescriptas excedamus. Habemus enim innatam concupiscentiam omnis mali fomitem, quam quidem quam sit difficile intra diuinam voluntatis limites continere non tantum mali, sed & sancti ac pii subinde sentiunt ac testantur. Certè vt possibile est hominem renatum, non suis quidem viribus, sed Dei gratia hanc dei legem adimplere, tamen haec nemo inuentus est nemo (virginem matrem post Christum semper excipimus) qui se hanc legem vndique adimpleuisse, & omnino sine peccato esse, gloriari audeat: quum Ioannes Apostolus palam asserat, nos mendaces esse, si dixerimus, quod peccatum non habeamus. Rursus, nostra sententia, non rectè faciunt, qui asserunt, nos hic nihil posse, atque adeo concupiscentiam etiam in renatis regnare dicunt, vt etiam impossibile sit nos concupiscentiam non succubere, atque hanc legem adimplere: nam hac doctrina infirmos non leuiter offendunt: quosdam enim in pestilentem quamdam securitatem inducunt, vt existiment se frustra gratiam Dei ambire, ac conari, vt hanc legem adimpleant, quae adimpleri non possit: satis esse, vt credant Christum adimpleisse legem, atque hanc adimplerionem ipsis vtique de adimplerione incurris (si tamè in Christum suo modo credant) imputatum fore: quosdam vero de Dei iudicio magis merentes exanimant, ac in Deum murmurantes faciunt, quasi scilicet is, quae impossibilia sunt, vt faciamus praecipit. Erat itaque regia via pergendum, hoc est ecclesiastica doctrina potius inculcanda, quae (vt saepe diximus) sic de concupiscentia sentit, vt concupiscentia in necdum renatis, non tantum morbus sit, sed etiam peccatum, aeterna morte di-

gnum, etsi in nullum actum exteriorem prorumpat: At concupiscentiam in renatis morbum quidem esse, sed non peccatum, saltem proprie dictum, nisi accedat consensus. Nam Apostoli verba aperta sunt, quae eludi non possunt, nisi damnationis esse eis, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant. Et Iacobus testatur, in fidelibus non ante peccatum esse concupiscentiam, nisi conceperit & pepererit. Concipit autem suggestionem & delectationem & parit assensum. Suggestio fit, vel per memoriam, vel per corporis sensum, cum aliquid scilicet videmus aut audimus, vel olfacimus, vel gustamus, vel tangimus. Delectatio subsequitur, si fruendi appetitus assurgere incipiat, tamen adhuc si & suggestioni & delectationi non consentimus, sed eam dominantis rationis iure cohibemus, peccatum non committitur. At si consensus facta fuerit, plenum peccatum erit, notum quidem deo in corde nostro, etsi factum non innotescat hominibus, atque haec sic se habere testatur rei gestae historia de lapsu primorum parentum in Genesi conscripta. Vides enim quo pacto illic à serpente fiat suggestio, & quaedam suasio, in appetitu autem carnali tanquam in Eua delectatio oriatur: in ratione vero tanquam in viro consensus. Qui tandem consummato peccato homo tanquam de paradiso, hoc est de beatissima luce iustitiae, in mortem expellitur, idque omnino iustissimè. Non enim cogit, qui suadet, & constat omnium naturas, tum demum suam seruare pulchritudinem, si in suo ordine gradibus suis consistant, vt consequens sit de superioribus, in quibus rationalis animus ordinatus est, ad inferiora non esse declinandum. Nec quisquam hoc facere cogitur: & ideo si fecerit, sine iusta defensione puniatur: non enim hoc committit inuitus. Quod si ratio in sua sede consistit, nec declinat, à peccato immunis est homo, etsi fomes ebulliat. In quam sententiam dixit Gregorius: Cogitatio quantumcunque turpis mentem non pollut, si humana ratio non consentit.

Libenter fatemur in renatis ac piis hominibus legem peccati reliquam esse, habere illos semper quod deploret, quod scilicet carnis subinde infirmitatem sentiat, quod experietur se à perfectione legis longe adhuc abesse, quam assequeretur tandem in futura vita. Nam quotusquisque est, qui in afflictionibus, vt debet, nimirum citra ullam animi molestiam obtemperat, qui non interdum stomachatur, cum impiis omnia ex animo succedere videt? Rursus, quae dabis, in quo assiduam

Concupiscentia renatis.

Roma. 8. Iacobi 1. Concupiscentia concipit. Suggestio. Delectatio.

Consensus.

Gene. 2.

Aug. ibi dem.

Gregor.

Lex peccati in renatis.

Roma. 7. illā carnis & spiritus pugnā omninō extinctam esse reperias. Iam si extincta nō est quemadmodum penitus non extinguitur, donec per gratiā Iesu Christi de corpore mortis huius liberati fuerimus: qua tandē ratione dices vllū hominē, quantumvis spiritu vegeto & alacri sit, legē adimplere, vbi altera adhuc hominis pars repugnat, vt saltē aut debet, spiritū non subsequitur, sed magis remoratur: quēadmodum Christus dixit: Spiritus quidem promptus est, caro autē infirma. Et Paulus: Condelector enim legi Dei secundū interiorem hominem. Video autem aliam legem in mēbris meis repugnātem legi mentis meæ, & captiuantē me in lege peccati, quæ est in mēbris meis. Et paulō post: Igitur ego ipse mente seruiō legi Dei, carne vero legi peccati. Itaq; nō legamus, si peccatum largius accipias secundū phrasim Hebraicā, vt significat morbum aliquem seu defectū, imperfectionē, seu vitiiū, quod à perfectione legis nos remoratur, in piis, quantumvis piē agentibus, legem peccati, atq; ad eō peccatum esse, quem admodum accipiendus venit Apostolus, cap. 7. ad Romanos Sed si propriē peccatum accipias nimirum pro reatu, seu imputatione peccati, seu pro affectu, aut facto merente damnationem æternam, non conuenit nobis cum illis qui dicunt, concupiscentiam in renatis post baptismū tale peccatū esse, q̄ pugnet ex diametro cum lege Dei, & mereatur dānationem æternam. Nam quum Christus per baptismū seu renascentiam omne tale peccatum tollat. Præterea si nihil dānationis in his est, qui sunt in Christo Iesu, modō abstineant à cōsensu, & non secundum carnem ambulent, qua tandē fronte dicemus hunc morbū seu imperfectionē per se sumptam rem morte æterna dignam esse: Quod si dicas: Qui sit, vt hæc imperfectio in renatis tale peccatum non sit, quū lex perfectē adimpleri velit, & maledictum pronuntiet, qui non permanet in omnibus verbis legis: Respōdemus, hanc imperfectionem modō absit consensus in malū, à Deo non imputari piis in peccatum. Quin potius pius hanc imperfectionem ex Christi (qui solus legem perfectissimē adimpleuit, in cui⁹ corpus, veluti viua membra, insiti sunt) perfectione supplere, atq; eo modo in Christo legem etiam adimplere. Quod nō tacuit Apostolus, quum dixit: Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus filiū suum mittēs in similitudinem carnis peccati, & de peccato dānauit pecca-

tum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui nō secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum.

Potius ergō docendum erat, concupiscentiā renatis post baptismū potius ad meritū quā ad culpā cedere. Nec ob id reliquum esse vt obsit, sed vt anasam ad capefendū victoriā præstet, quemadmodum Chanaanai in Israël à Deo relictū sunt, non in subuersionē, sed in exercitum. Nā qui tandem vincemus, quū coronabimur, nisi legitimē certauerim? Quomodo certabimus, nisi hostis nobis negotiū facellar? De inde docendū erat, Christum huius hostis vires sic fregisse, vt nobis (modo in Christo p̄ fidē maneamus, ac nō nostra, sed illius virtute suffulti, fortiter resistam⁹) ab eo timendum nō sit. Consolatur enim nos Apostolus, cōtestans nos liberos esse à peccato, seruos autem factos esse Deo, hoc est factū esse in nobis peccati tyrannidem, nō amodo regnare cōcupiscentiam, sed debilitatem esse, vt nisi contemptum, suāsque vires, nobis obdormiscentibus ac stertentibus reūmat, domari non possit. Peccatū (inquit Apostol⁹) vobis non dominabitur. Non enim estis sub lege, sed sub gratia. Et rursus: Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis cōcupiscentiis eius. Siquidem nō perfectē regnat tyrannus, cui resistitur. Quod quam maximē obtinere putādum est in hoc hoste, qui eo ipso vincitur, q̄ illi resistitur: Resistite (inquit Iacobus Apostolus) diabolo, & fugiet à vobis, Spiritu itaque ac animo prōpto ac in Christum se inclināte est op⁹, desideres nunquam coronabimur, vigilantes nunquam supprimemur. Vigilate (inquit Christus) & orate, ne iniretis in tentationē. Docendi eramus cum Paulo, vt accipiamus armaturam Dei, vt possimus resistere in die malo, & in omnib⁹ p̄fectē stare, vt stemus succincti lūbos nostros in veritate, & induti loriciā iustitia, & calceati pedes in p̄parationem Euangelij pacis, in omnib⁹ sumamus scutū fidei, in quo possimus omnia tela nequissimi ignea extinguere: & galeā salutis assumam⁹, & gladium spiritus, quod est verbum Dei. Itidē Petrus monet, dicēs: Cui resistite fortes in fide. Cui succinit Apostolus Iōā. 1. Petri. 5. nes: Quoniam (inquit) omne quod natum est ex Deo, vincit mundum: & hæc est victoriā, q̄ vincit mundum, fides nostra. Quis est autem (vt subiicit) qui vincit mundum, nisi qui credit, quoniam Iesus est filius Dei: Iam planē vecors est, qui Christum credere nolit, q̄ se totum illi cōmittere negligat, lit.

Quid docendum de concupiscentia in renatis.

Chanaanai in Israël à Deo relictū.

Roma. 6. Liberi à peccato.

Peccatum non dominatur exi stētibus in Christo.

Roma. 6. Diabolus vincitur non assentiendo.

Iacobi 5. Mat. 26. Ephes. 6.

1. Petri. 5. Iohans. 5. Vecors qui in christū credere nō]

*Ioan. 16.
Ibidem.*

Luca 11.

*A Christo petediū
& accipiē
dū, vt legi
satisfactia
mus.*

Mat. 3.

*Subuertē-
di primi
gradus ad
peccandū.
Omnis pec-
candi occa-
sio deni-
tanda.*

Ephes. 4.

Hierony.

Psal. 136.

*Allidere
paruulos
ad petrā.
Hiero. in
Psalter.*

Ecl. 18.

*Abire
p' ist' cōcu-
piscētiām.*

quē sciat (Deum & hominē) eū a peccato liberasse, ac victo-
riā esse de hoste cōsecutū, spiritū quoque efficacē prestitisse,
per quē mortificata carne, legē adimplere p'gamus. Sic enim
ipse inquit: Cōfide, ego vici mūdū. Et iterū: Petite, & accipi-
etis: & quicqd' petieritis patrē in nomine meo, dabit vobis.
Rursus: Sic pater vester celestis dabit spiritū bonū petētib' se.

DEinde & hoc in primis ac sedulo monēdum est, modō
velimus Dei p'ceptis satisfacere, quē admodū debemus
(quod Deus nouā vitā in nobis requirat) vt tū ad Christū
p'peremus, daturū scilicet nobis spiritū sanctū, ac creaturum
in nobis animū nouū, ad spirituales fructus in nobis gignē-
dos aptū. Siquidē ipse est qui solus baptizat in spiritu sancto
ac igne, frigida p'ectora igne charitatis inflammas. Ita & hoc
quoque docendū fuerat, ne quispiā in vacuum Dei gratiā reci-
piat otio torpescēs, sed iam impartitā gratiā vires ad opus
etiā accōmodet. Deinde vt maximē prospiciat, quo primos
gradus ad peccandū protinus subuertat. Itē, vt omnem etiam
externā peccādi occasionē deuertat. Lubricus est enim ille ser-
pēs antiquus, qui nisi capite teneatur, tor' elabitur. Quāobré
Apostolus Ephesios suos monet: Nolite, inquit, locum dare
dyabolo. Pulchrē item dixit Hieronymus: Quia impossibile
est incensum hominis motum medullarū calorem nō irruere.
Ille laudatur, ille p'dicatur beatus qui statim cum cōpe-
rit cogitare, interficit cogitatus & allidit ad petrā. Nimirum
respicens ad id quod Psaltes dixit: Beatus qui tenebit & alli-
det paruulos suos ad petrā. In quem etiā locum idem sic ait:
Ille paruulos suos ad petrā allidit, qui cogitationes suas pra-
uas, quum primum insurgūt, & adhuc prauę sunt, ad Christū
(qui petra est) cōcutit & elidit. Et rectē monet quidā: Quan-
do, inquit, te tāgit cogitatio praua, ne cōsentias illi, sed statim
cum apparuerit scorpio, cōtere eum, calca serpētis caput, calca
prauę suggestionis initiū, culpam ibi emēda vbi nascitur.
sic dū infans est hostis, citius vincitur, quā vbi pubescit.
Quod breui quodā compēdio satis Sapiens cōplexus est, di-
cens: Post cōcupiscētiā tuas ne abeas. Abit enim post cōcu-
piscētiā, qui suggestioni locū prabet, qui delectationē sug-
gestionis comitem, statim cum seminatū nō eradicat. Fieri
enim non potest, quin delectationem diuturniorem consen-
sus in peccatū (qui nos captiuos in vitiū p'cipitat) subse-
quatur. Quāobré si serpēs ille tortuosus in cor tuū, vel fu-

perbię vel auaritię, vel libidinis, vel irę, vel gulę, vel inuidiā,
vel accēdię sementē iacere incipiat, protinus ad semen illud
vel benedictū cōuertere, eodēque in animū per fidē cōcepto,
caput serpentis contere. Quod facies, si contēplere Christum
caput tuum (cui per baptismum insitus es) humillimū om-
nibus expositū, ac liberalissimū, castissimū, mitissimū, con-
tinentissimū, beneuolentissimū, denique ad faciendā patris
voluntatē semper accinctū. Ad hunc enim modū suos Philip-
pensēs Paulus monet: Hoc sentite, inquit, in vobis, quod & in
Christo Iesu: hoc est sic affecti esse contendite, quemamodū
ille affectus fuit nimirum, qui quum in forma Dei esset non
rapinā arbitratus est esse se equalē Deo, sed semetipsum exi-
nauit, formā serui accipiēs, in similitudinē hominū fact',
& habitu inuētus vt homo, humiliavit semetipsum, fact' obedi-
diēs vsque ad mortē, mortē autē crucis. Et Petrus Apostolus:
Christo, inquit, passo in carne & vos eadē cogitatione arma-
mini: quia qui passus est in carne, desitit a peccatis, vt iam non
desideriis hominū, sed volūtate Dei, quod reliquū est in car-
ne, viuat tēporis. Quod si quē Christi vira ac exitus nondū
cōcupiscētia reuocat, hunc saltē instantis mortis ac gehēnę
(quę impios manet) meditatio, à mali progressu reuocet, do-
nec ad Christū p'ficiat. Ad hæc nō est remediū efficacit', quo
insurgētes carnis stimulos reprimas, quā si protinus ad piā
orationē (primum illud fidei opus) recurras. Nā vt tres illos
pueros Hebræos, in mediis flāmarū ignib' cōstitutos cū sup-
pliciter Deū orarent, flāma fornacis Babylonicę p' Angelum
excussa nō tetigit, sed lenis quidā afflat' tāquā vēti roris flātis
resocillauit: sic & orationis efficaciam nos ab omni cōcupiscē-
tiā incēntio liberōs faciet, & gratiā salutaris refrigerio le-
niet. Denique, vt diximus, omnis externa peccati occasio om-
nino vitanda est, quod in nobis etiam, vt fiat, partim situm est.
Id verò facimus, quum sensus nostros (per quos veluti fene-
stras quasdā peccatū ingreditur) diligētē custodim'. Prima
fenestra visus est, facillē admodū peccati virus intus suscipiēs
ac in animū transmittens. Eua vidit pomū esse pulchrū aspe-
ctū, & per oculos concupiscētia ad animū proserpsit. Dauid
vidit Bersabę elegantiam, & statim in eā exardescens, adulter-
ium homicidio copulauit. Claudēda est ergo hæc fenestra,
ne crimen subintret: iutuēdū nō est, quod nō licet cōcupisci:
reprimendi sunt oculi, quasi quidam raptore ad culpam. Ne

*Piū consi-
liū ac pre-
sens reme-
dium ad-
uersus tē-
tationem.
Gene. 3.*

Phil. 2.

1. Petr. 4.

*Mortis
& gehē-
nę medi-
tatio.*

*Oratio.
Dan. 3.*

*Vitāda oc-
casio pec-
cati.*

*Sensus di-
ligētē cu-
stodiendū.
V' ses.
Gene. 2.
2. Reg. 11.*

Obiectio. verò causeris ac dicas, *Qui* possum in mudo obambulās ocu-
Responsio. los claudere? Audi atq; ena sequere sanctū lob dicēte: Pepigi
Iob 3. fœdus cū oculis meis, ne mulierē alienā cōcupiscerē, hoc est
Grego. in modis omnibus contēdi, ne prius incautē respicerē, quod pos-
Iob. stea inuit^o amarē. Rursus, si replices, *Quis* mihi eā perfectio-
Obiectio. nis gratiā, qua ille vir sanctus imbutus erat, largietur? Respō-
Dilutio. demus, Deus, & quo minus vacilles hic, pponimus tibi imi-
Psal. 118. tandū David, cū quo si ardentē ad dominū oraueris, dicens:
Audi^o. Auerte oculos meos ne videant vanitatē, certum habe, quod
 petis, te accepturū, q̄ qui id se daturum pollicitus est, mēiri
 omnino non possit. Secūda fenestra, nimirū Auditus, nō mi-
 nori cura custodiēdusest, ne verbis, aut canticis otiois, blandis,
 prophanis ac turpibus in aures seles infinuantibus, criminis
 venenū in mentē trahatur. Quāobrem monet Salomō
 Prouerb. 1. Fili, si inuitauerint te peccatores, ne audias. Item
 Ecclesiast. 19. Sepi aures tuas spinis, ne audias linguā nequā.
Mat. 10. Et Christus monet, vt simus prudētes sicut serpētes. Si quidē
Psal. 57. serpentes obfurdescunt ne audiant vocem incantantis. Ab o-
Odorat^o. doratu quoque veluti tertia fenestra non parū metuendum
 est, nā & res probat, & Salomon testatur, vnguento & variis
 odoribus delectari cor, qui & meretricē allicietē in hūc mo-
 dum loquentē facit: Aspersi cubile meū myrrha, aloē & cin-
 namomo. Esaias itē odoris luxum notās, Deum cōminantē
 facit in hūc modū: Auferā olfactoria & erit pro suauī odore
 fœtor. Gustus item quartam esse mortis ianuam, Euē exem-
 plo discimus: de ea enim Genesis 3. legitur: Vidit quōd lignū
 esset bonū ad vescēdum, & tulit de fructu illius & comedit,
 dedītque viro suo. Qua de re Sapiens gustus tēperantiā sua-
 dēs, ait: Noli auuidus esse in omni epulatione, nec te effundas
 super omnē escā. Et Christus parabola illa de purpurato di-
 uite satis indica, in quā ruinā nos gust^o illecebræ præcipites
 agāt. Postremo, tactus quā diligētissimē obseruādus est, monēte
 Salomone Prou. 6. Nūquid, inquit, potest non ardeat? aut
 ambulare super prunas, vt non cōburantur plantæ eius? Sic
 qui ingreditur ad mulierē pximi sui, nō erit mīdus quū te-
 tigerit eā. Itē: Qui tāgit picē, inquinabitur ab illa: & immū-
 dū qui tetigerit efficitur immūdus. Et in tactu (inquit Am-
 brosius) crimē est. Ideo tibi dicitur, ne multus fueris ad alie-
 nū, neque cōtinueris cōplexibus eius. Hāc sensuum custodiā

nobis tātopere necessariā, patres tū spiritalē circuncisionem,
 tum verum ieiuniū appellāt. Hanc autē facillē præstabis, mo-
 do omne prophanū vitaueris, ac ites semper ad bene operā-
 dum accinctus. Desideria enim (vt Sapiēs ait) occidūt pigrū.
 Noluerūt enim quicquā manus eius operari, tota die cōcupi-
 scit & desiderat. Proinde Christus monet: Sint (inquiens) lū-
 bi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, &
 vos similes hominibus expectantibus dominū, quando reuer-
 tarur à nuptiis. Semper itaque aliquid boni operandū est ne
 nos diabolus otiosos inueniat, discincti & supini capiūtur ab
 hoc hoste, at non facillē capitur, qui sancto vacat exercitio.

Habes summam diuinā voluntatis breuissimē conceptā,
 hoc est decē verbis cōprehēsam, & ab ipso domino p-
 positā, quā & initio omnis naturæ conditor humanæ
 mēti insculpsit. Quā dein quū per lapsum Adē, ac succrescētē
 postmodum hominū malitiam oblitterata penē esset, ac indi-
 gnē negligeretur, fideli illi & electo populo tabulis inscriptā
 impartit, ac per fidelē ministrum ecclesiæ proponi mādauit,
 quemadmodum Moses ait: Hæc inquit, verba loquutus est
 dominus ad omnē multitudinem vestrā in monte de medio
 ignis, & nubis, & caliginis voce magna, nihil addēs ampli^o, &
 scripsit ea in duabus tabulis lapideis, quas tradidit mihi nimi-
 rū vobis Israëlitis promulganda. Tu itaque Paroche, qui mi-
 nister es Ecclesiæ Dei, accede mēte ad dominū Deum tuum,
 accipe Decalogū de manibus eius, & loquere quæ in eo scri-
 pta sunt ad populū tibi concreditum, vt audiēs faciat, quæ in
 eo scripta sunt, vt nō declinet neq; ad dexterā, neque ad fini-
 strā, sed per viā, quā præcepit ei domin^o Deus suus, ambulet, vt
 viuat & bene sit illi, non tantum in præsentī, sed & in futura
 vita. Ostēde quoque populo tuo, vnde faciendī virtutē acci-
 pere debeat. Quod tum demū feceris, si eū assidūe doceas fi-
 dē in Christū, si diuinis sacramētis imbuas, si denique ad pre-
 candū accinctū reddas & alacer. Hæc autē agens, & te & illū
 saluū facies, vt quū apparuerit princeps pastorū, immarcesci-
 bilem glorię coronā percipias, quā reddet tibi domin^o in illa
 die iustus iudex, ac solus potēs & beatus, rex regū, & domin^o
 dominantium, qui solus habet immortalitatē, & lucē videt
 inaccessibilem, quem nullus hominum vidit, sed nec videre
 potest. Cui est honor & imperium sempiternum, Amen.

*Spiritua-
lis circum-
cisio.*

Verū ieiunium.

Prophanū otium vitandum
Luce 12.

Hierony.

*Perora-
tio. Sima
diuinæ vo-
luntatis, de
calogus.*

Deut. 28.

*Paranesis
ad Paro-
chos.*

Deut. 28.

1. Tim. 4.

1. Petr. 5.

1. Tim. 5.

FORMVLA AD QVAM VISITATIO INTRA DIOECESIM COLONIENSEM EXIGETVR.



Christus Iesus pastor ille bonus, qui venit querere & saluū facere q̄ perierat, circuibat omnes ciuitates & castella, docens in Synagogis corū, p̄dicans Euāgeliū regni, & curans omnē languorē, & omnē infirmitatē. Videns enim turbas, misertus est eis, quia erāt vexati, & iacētes sicut oues nō habētes pastore. Quē Christi actio, quid aliud est, quā nostra (qui pastorū munus in ecclesia gerim⁹) instructio, & viua quēdā admonitio? nēpe vt eisdē vestigiis incedentes requiramus gregē nostrū, quē hac corruptissimā tēpestate partim hēresū ac schismatū agminatim in Ecclesiā Dei irrepentium contagione miserē dissipatum, partim scēdissima scelerum, ac malorū morū lue contaminatū ac conspurcatū cernimus. Atque adēō nobis requirēdi imminet necessitas, vt si in hoc officio diutius torpentes fuerimus, Dominus sanguinē ouīū alioqui periturarū de manibus nostris sit exacturus. Sed quid attinet in formulā gerēdē visitationis multis præsari? cuius nedū utilitas, sed & necessitas pręterquā q̄ seipsam ostēdit, in Prouincialis nostri Concilij Canonibus satis sup̄erque demonstrata est. **I**n præsentiarum ergo de ordine tantū rei gerendæ dispiciemus. Quod non parū referre visum sit in omni re, præsertim magna ac graui decentem ordinem sequi.

Quod autē ad præsens negotiū attinet: Ordinē in duobus potissimū consistere putamus. Primū, quo p̄gressu loca singula Dioecesis nostræ, in quibus Ecclesiæ ac domus Deo dicatæ, sunt constitutæ, visitare oporteat.

Deinde quis ordo cum ad singula loca deuentū erit, in ipsa visitationis gestione tenendus sit.

De ordine & progressu locali.

Visitacionem nostram iam dudū ipsi ab Ecclesia nostra metropolitana Coloniensī orsi sumus. Quam intra ciuitatem Coloniā per visitatores nostros contineri oportebit, nec ante extra hanc Metropolitim nostram progredi, quā visitatio ibidem vndiquaque peracta

peracta fuerit, quod fieri oportere, non tantum Canones pręscribunt, sed & ratio ipsa docet, quæ à principali vrbe, atque adēō in omni re à capite ordiri æquum iustumque censet.

Quāuis nec idiplū scripturæ exēplo vacet. Quod Christ⁹ voluerit Euāgeliij p̄dicacionē ab Hierusalē incipere. Deinde in omnē Iudeā & Samariā, deniq; vsq; ad vltimū terrę p̄pagari.

Intra ciuitatē nostrā Coloniē. in primis inuifenda & reformanda est ecclesia nostra Metropolitana, quod facere (vt iā diximus) ipsi cœpimus, ac Deo dante perficiemus. Visitatores autē p̄ nos delegati, in primis de loco idoneo cōueniāt, vbi habita cōsultatione dispiciant ante omnia, vt officio nostro (quod partim Vicarius noster in p̄toricalib⁹, vn⁹ ex visitatorib⁹ delectis, partim Officialis, partim Vicarij nostri in spiritualibus gerūt) iuxta cēsuram Canonū Cōcilij nostri Prouincialis satisfiat. Quō etiā vocandi erūt, qui functionibus hisce subministrāt, quatenus videbitur opus. Et in primis Procuratores fiscales. Dein adibūt Ecclesias collegiatas. Subinde ad monasteria transibunt, & virorū, & mulierū. Post hęc ad parochias ibitur, proximū loca hospitalia occupabūt. Postremō, Vniuersitatis ac Academia nostræ ciuitatis cōuocatio, & visitatio quoque haud prætēritenda, modo tamē ei, nostra ope videbitur opus ad studia subleuāda. Pedagogia quoque omnia tā apud collegiatas, quā parochiales Ecclesias constituta, inuifenda. Et quoniam scholis cohērēt Bibliothecæ, nec harum perustratio negligenda erit.

Postquam peracta fuerit in nostra ciuitate Colonia visitatio, ad oppida & vicos dioeceseos nostrę eo ordine, quē locorū situs aptiorē demonstrauerit, aut visitatorū cōditio cōmodiorē reputauerit, perducenda, sic vt à vicinioribus sensim ad magis disita, ac remotiora loca properetur.

Et hic idem quē in ciuitate nostra Coloniē. obseruandum præscripsimus ordo, quadam tenus fieri potest, seruandus est: Nimirū vt in oppidis insignioribus, vbi ecclesiæ collegiatæ, monasteria, parochiæ & reliquæ piæ dom⁹ reperientur, eodē progressu Visitatores nostri incedant. Porro si commodē omnia oppida adiri possint, præsertim populosa, tum id vt fiat, non inutile sanē fore arbitramur.

Quod ad vicos attinet & modica oppidula, q̄ omnia cōmodē adiri non poterūt, hic modus seruandus est, nēpe vt visitatio p̄ singulos archip̄byterat⁹ distribuat, sic

FORMVLA VISITATIONIS

vt visitatores accersitis in archipresbyteralib⁹ sedibus, archipresbyteris, qui parochiarū ipsi subiectarū exactā notitiā habent eidem vt indicibus vtantur, præsertim in hoc, non sufficiat, vt parochi ei sedi subiecti, cum presbyteris & clericis, concomitantibus aliquot parochianis potioribus, ad ipsam archipresbyteri sedem omnes euocentur. An vero referat, vt quidam sigillatim inuisentur. In hoc enim habenda discretio est, secundum populi vel multitudinem vel paucitatem. Deinde habenda etiam ratio necessitatis, quod vicus quispiā aut ob vnam, aut ob aliam causam præsentis visitationis remedio magis etiam q̄ oppidum aliquod opus habere possit.

Cæterum, si nulla sit p̄cipua ratio quæ exigat Visitatorum in singulis oppidulis, aut vicis præsentiam, post peractā visitationem in vna sede archipresbyterali, ad aliā viciniorem vti locus & res postulauerit transeundum erit.

De quibusdam initiis curandis, quæ vtrūque progressum expeditorem reddent.

IN primis dabimus Visitatoribus nostris præscriptā mandati formā, sigillo nostro publico cōmunitam ac authenticam, qua omnibus suæ missionis ac functioniscertā fidē facere possint. Quid est ante omnia necessarium, non tã ad conciliandam ipsi vbiq̄e authoritatem, sed & ad retinendum ecclesiasticæ regulæ vigorem, quæ factæ missionis indubitanum testimonium requirit.

DEinde conuocabimus Clerum civitatis nostræ Coloniensis, ad locū Visitatoribus nostris opportunū, vbi ipsi visitatores post nostri delegatorij mādati ostensionē, totius Cleri animos ad visitationem, q̄ statim aggredietur, p̄parabunt, vt singuli ad Visitatorum aduentum parati sint, ad recipiendos eos nomine nostro, ipsiq̄; vt Dei ministris, in ecclesiæ nostræ causa omnium maxima, auscultandum ac parendum. Postulabunt quoque Visitatores nostri cleri cui filium, quo res tãto maturius ac expeditius procedat, quā to fuerit plurimum consilio & assensu comprobata.

Quod ad collegiataecclesias ac monasteria attinet. Visitatores nostri, nullis ei civili magistratu opus habent, qui ipsi adsint, sed in parochiis, hospitalib⁹, scholis ac bibliothecis visitandis, cū ibi magna ex parte res populi ac plebis tractanda veniat, proindēq̄; populis, multa reformatione egens, hic potissimū aduocandus sit. Videbimur operæpretiū factu-

DIOECESIS COLONIENSIS. 312

ri, si ex Senatu ciuitatis nostræ, quosdam bene Christianos & integros viros deligi ac Visitatoribus adiungi curemus. Qui visitationi aderūt, nō ostēdendæ virtutis aut potestatis causa, sed tantū ad confirmandā fidem & multitudinem populi, ac tractam interdum prauis institutionibus, ac dissidentem cōpescendam, ne officio visitationis per improbos illudatur.

Proinde vt eandem ob causam in traditionē illustri ducis Cluē. vnus aut alter ducalis Cōsiliarius, vir pari fidei ac morū integritate, autoritatēq̄; pollens. Visitatoribus nostris nō aliter tamen quàm prædiximus, adiungatur: vt referre admodum putamus, ita, vt fiat curæ nobis erit.

Praterea sub visitatione edictū publicū, quā late se nostræ diocesis ditio porrigit proponemus. Et vt in eandē sententiā p̄ ducē Cluē. intra pomeria suarū ditionū publicetur, curabimus. Quo subiectis omnib⁹, vt aduēturos Visitatores ob functionē Dei quā gerūt reuerenter recipiāt, vt omnes malæ volūtatis p̄sumptores forsān perptos (qui Visitatiōis p̄gressū ausi fuerit, aut facto, aut verbis impedire seu inceslere) cōprimāt: vt deniq̄; Visitatores ingrediētes, egrediētesq̄; securē deducāt omnē iniuriā, p̄pulsuri. Idq̄; sub grauissimarū pœnarū nō tantū ecclesiasticarū, sed & etiā civilium incurſu, vt factiosi ea quā metuūt magis pœna cōprimātur.

DEnique Visitatores priusquam ab vno ad alium locum progrediantur, aliquot ante diebus suum aduentū Clero & plebi eius loci significabūt, maximē verò vbi ad Archipresbyterales sedes eundum est. Archipresbyteris aduētus denuntiādus maturē est, quo ipsi, Parochos sub sua sede cōstitutos ad diem præstitutum commodē euocare possint.

ERuntque omnes admonendi, quò se ad visitatorū aduentum expeditos ad rem, quæ præ manibus est agēda, reddant. Vbi autē ad Parochias ibitur, sub aduentū, vt qui volēt Sacramētū Cōfirmationis recipere, ad illud se p̄parēt, vt qui grauē cōsciētiæ remediū adhiberi velint, aut cōsilio opus habeant in re quacunq̄e perplexa, consciētiæ trāquillitatem perturbāt, ij vt die designāda cū bona fiducia adueniant, seq̄e audaacter Visitatoribus præsentēt. Denique hortabūtur populum, vt mane eius diei quo ipse populus visitand⁹ est, ab omni seruuili opere cessetur, quo omnes ad Ecclesiā accedant ad capiendum cibū, qui non perit, hoc est ad percipiendum ea quæ ad suarum animarum salutem pertinebūt.

VBi ad locum ventū erit. In ecclesijs Collegiatis, ac Monasterijs conuocabuntur omnes, ad domum Capitularum. In parochijs vero Parochus & Clerici ad Sacristiā, si tamen ad conueniendū ea domus idonea fuerit: populus vero, in medio templi, interrogandus, audiendus & instruendus est, in eum qui sequitur modum.

Quoniam Visitatores Christi legatione funguntur, non quæ sua, sed quæ Iesu Christi sunt quæsturi, ac cū Paulo dicturi. Nō enim quærim⁹ quæ vestra sunt, sed vos. Dignū iudicamus vt initio ipsius gratia & misericordia imploretur, cuius opus geritur, sine quo alioqui nihil facere poterimus. Quamobrē principio, Missæ sacræ, pro ratione loci, aut decantetur aut legatur. Idque deuote magis quàm externo apparatu, quo populus tantum ad pietatem accendatur.

Secundo: Cum Visitatoris officium sit instare prædicationi, exhortationi & doctrinæ, vt referat fructum qui non perit, post finitū sacrū per Vicariū nostrū in pontificalibus, aut si is defessus fuerit, per aliū ex Visitatoribus sermo cōmonitorius habeatur, ex ipsissimis sacris literis, sincerissimè, omisis tropis ac allegorijs, præsertim non ad modum aptis, depromptis, rei, personis ac locis accōmodus. Qui ad populum habendus, cautissima circumspectiōe moderādus est secundū, ouium palatum, hoc est animorum affectus, opinionones, & vitia, quæ licebit statim post aduentum à Parocho aut Archipresbytero expiscari, vbi populus à contagione dānatae doctrinæ, adhuc integer est, tantum corruptis moribus inquinatus, ibi cōsultius in recedēdis præceptis dominicis, coarguendis (in spiritu tamē lenitatis) peccatis, præsertim iis quibus populus ille potissimū seruit, incitatione ad pœnitentiā, & breui explicatione fidei catholicæ, cum decetī cohortatione, vt in sinceritate fidei, doctrina Christi & ecclesiæ, ac obseruatione præceptorū Dei p̄seueret. Et in primis, vt suis, tam ecclesiasticis, quàm Civilibus præpositis, Rectoribus & Potestatibus debitum honorē & obedientiam præstet. Vbi vero Visitatores cōpererint parochiā aliqua hæresum contagione infectā, ibi primas partes fidei nostræ explicatio obtinebit. Vbi vero ad eos articulos vērum erit, à quibus videbitur praua corruptione discessum (Nā quotquot sunt hæreses vni co Apostolorū symbolo retunduntur) vbi diutius immorandum est, & quid ille articulus credēdum proponat, diligēter

explicandum, & tum quasi per occasionem & obiter hæresis suborta per paucos scripturæ locos, nō remotius petitos, qui nulla detorta interpretatione eludi possint retundenda, astruenda veritas est, & coarguendus error. Denique populus per concordem ecclesiæ diffinitionem, quæ ex aliquo Oecumenico Concilio petendā est cōfirmandus. Deinde coarguenda scelera sunt, & via mandatorū Dei indicāda. Et hic præcipuè ille locus erudita pietate ac docta breuitate tractādus. Nēpe idcirco à Deo per spiritum sanctū fidem nobis donari, vt per fidē mādāta diuina adimplere possimus. Atq; adeò necessarium esse vt fidem charitatis opera comitētur, vt præter hæc fides non viuā, sed mortua dicatur, factāq; cohortatione ad pœnitentiā & fructus pœnitentiæ dignos, sermo ea cohortatione qua prior, finiendus est. Postremo ad Deū publicè porrigenda oratio est, & cōmonendus Clerus ac populus, vt idē apud Deum oret, in hanc, vel similem sententiam.

OMnipotēs sempiternæ Deus qui etsi corda nostri omnium ad exemplū tamē nostrū descendere ac viderē voluisti, an populus sceleratus clamorē qui ad te peruenerat opere cōpleuisset. Qui filiū tuū vnigenitū in terras ad requirēdū & seruādū quæ perierat, misisti. Et per eundē, omnes qui gregis pascēdi curā susceperūt, & opere & verbo vt idē sedulo agerent admoneri fecisti. Te suppliciter exoramus vt nobis indignis famulis tuis, p̄ tua ineffabili pietate gratiā diuinā luminis tui clemēter infūdās, labia aperias, linguā dirigas, omnesq; act⁹ & cūctas operationes nostras tua virtute instruas, & cōfirmes, vt visitationis munere ad quæ in nomine tuo ac cincti sum⁹, spiritu tuo cooperāte, & beata Mariæ virgine genitricis filij tui, ac omnib⁹ sanctis tuis intercedētibus ad Catholicæ fidei robur & exultationem, charitatis augmentū, ac profectū hæresum ac vitiorū eradicationem tui Cleri, & populi repurgationē & salutē, ecclesiā tuā tranquillitatē & conseruationē, ac demum ad tui solius nominis laudē & gloriā sempiternā, rectē perfungi valeamus, per eundē dominū nostrū Iesum Christū filiū tuū, qui tecū viuūt & regnat in vnitāte eiusdem spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum.

Post hæc ad peculiare visitationis actus progrediendum est. Idq; certo quodā ordine. Et quanquā in hoc varient, nedū qui de visitando scripserūt, sed & ij quorū consiliis in hac re vti sumus, quibusdā existimātib⁹. Ab inquisitione

vitiorum ordiendum . Deinde pœnitentiã populo indicendam . Postremo faciendam reformationem & dandã populo benedictionẽ . Quibusdam vero seutientibus,exteriorem tẽplorum ac aliorum suorum locorum faciem contemplandã ac repurgandã,ac deinde ad reliqua ex ordine transeundum .

Quoniam autem vterque ordo Christianissim⁹ & à Canonicis scripturis ac regulis minimè dissecutijs sit,tamẽ p ratione tẽporum & morũ præsentium,ita nobis agendũ videtur .

Primum vt singulis hominũ ordinibus, sigillatim ac gradatim Canones Concilij nostri prouincialis, quẽadmodum illi quemque secundũ suã vocationis, conditionem respiciunt, diligẽter ac disertè relegãtur, ac vbi opus erit dilucidius exponãtur, vtq; deinde diligẽs fiat inquisitio, nõ quilibet ad eorundem Canonum regulã professionẽ & vitã suã hastenus instituerit, & instituere pergat . Nã statim ab inquisitione criminũ incipere, tale nobis videtur vt videãtur multũ hinc auertẽdi . Nec id nouẽ reformationis cõscribẽde gratia, vt fiat necessarium putamus, cum iã cõpertum sit in omnibus iis esse peccatũ, de quibus cõsiliũ nostrũ prospicere opus putauit . Adde quòd hic agendi modus scripturis arque adedõ instituto Christi ac sanctorum Apostolorum admodũ cõsentaneus nobis apparet . Nã siue veteris testamẽti Reformatores (quales post dissecutionẽ Israël ab Iuda vsque in tempus captiuitatis Babylonicæ Iosaphat, Ezechias, & Iosias, post captiuitatem vero Iesus, Zorobabel, Esdras & Nehemias fure, siue Christũ & Apostolos eius spectemus) semper hic ordo seruatus cõperietur, vt à doctrina, vel veteris, vel nouæ legis inciperetur . Sic enim secũdi Paralipomenon, capite decimo septimo legim⁹ : Tertio autẽ anno regni sui Iosaphat misit de principibus suis Benail & Abdiã & Zachariã & Nathanael & Michãam, vt docerent in ciuitatibus Iuda, & cum eis Leuitas & sacerdotes, docebantq; populum in Iuda, habẽtes librũ legis domini, & circũbant cũctas vrbes Iuda atq; erudiebant populũ . Breuiter vbiq; ferè reperias librũ legis principio lectũ, post librum lectum ad inquisitionẽ processum, & factã secundum legẽ separationẽ, quẽadmodum 2. Esdræ cap. vltimo videre est . Neque id absque magna ratione . Lex enim quæ ostẽdit peccatũ, sicut Paul⁹ ait, Per legẽ cognitio peccati . Adedõ vt frustra de peccatis inquiratur, nisi per legẽ arguantur, qui est gladius biceps pertingẽs vsque ad diui-

sionem animæ & spiritus . Itidẽ Christus cum circuiret omnes ciuitates & Castella, primum docuit in synagogiseorum prædicans Euangelium regni, deinde curauit omnem languorẽ . Et vt cætera fileamus, Actũ . 16 . legimus . Cum pertrãsserit Paulus, Syllas & Timotheus (diuini illi Visitatores) Ciuitates, tradebant eis custodire dogmata, quæ erant decreta ab Apostolis & senioribus qui erant Hierosolymis .

Quamobrem Visitatores quoq; nostri primum tradẽt Decreta synodi nostri prouincialis, quæ nihil aliud quàm legem domini & dogmata Apostolica cõtinent, hoc enim agentes, & autoritatẽ sibi cõciliabunt, & ab omni suspitione lõge erunt alieni qui nihil proponunt, vel exigent quã quod est synodica sententia per patres vnanimiter conclusum .

Quo factõ Visitatores autoritate dei iubebunt, vt singuli de seipsis, totõq; eius ecclesie quẽ visitatur statu, interrogati sincere depositis omnibus humanis affectibus, amore, odio, spe, seu timore sola veritate innixi euidenter quẽ corrigenda videbuntur, referant . Nulli tamen crimen imponãt, quod probari non possit, ne eiusdem criminis reatu ac pœna cuius proximum falso deferre conuicti fuerint se inuoluant . Atque subinde inquirendum, Num sciant aut credant aliquid in ea quæ visitatur ecclesia reformationis vel correctionis tam in capite, quàm in membris indigere .

Et quo hæc inquisitio omni cõuentiois dedecore vacet, per visitatores, non solum ex Clero (cum de eius vita & doctrina) sed & ex populo (cũ de ipsius fide & cõuersatione inquiretur) quidam qui ad veritatem dicendã magis apti videbuntur deligendi, ac sigillatim & secretò super singulis articulis, ac aliis de quibus operapretium videbitur in modum qui infra sequitur, interrogandi sunt .

Atque hic iterum nobis talis agendi ordo conuenientissimus apparet, vt secuti præceptum domini, primum de his inquisitionem instituamus .

Primo, quæ nam ad repurgationem animorum facere videbuntur . Mundemusq; prius q̃ intus est calicis & paropfidis, vt fiat, & id quod de foris est mundum . Nã ipsi homines Christiani in vnitate fidei per vinculum charitatis cõgregati, reuera sunt ecclesia visitanda . Et templum illud quod peculiariter spiritui sancto dedicatum esse debet .

Secundò . Deinde vt de exterioribus ritibus, aliis rebus, vel

ad conferuandam, vel ad dissipandam tranquillitatē facientibus quærat̃ur.

Tertio, Deniq; vt& domum dei, hoc est templorū ac aliarum sanctarum ædium exteriorē quoque faciē contēplemur. Illa enim oportet facere, hoc verò non omittere.

Generale.

Vbi reperientur beneficiorum Ecclesiasticorū Collatores, Electores, patroni laici, & Archidiaconi, iis generalit̃m prælegantur, & inculcēt̃ur. 1. 2. 3. 4. & 5. articuli sub titulo, de Impositione manuum. Speciatim autē collatoribus, articulo. 6. Electoribus, 7. 8. & 9. Patronis, 11. 14. & 15. Archidiaconis, 12. & 13. Super quo tamen necesse erit cum ipsis latius agere & inquirere, emēdarēq; vitiosa, quoad fieri potest. Sin Archidiaconi resistat, ad nos referre. Præterea ipsis proponetur articulo. 16. sub titulo de Metrop. Cathedr. & Coll. Eccle. Iridem inculcabuot̃ omnes articuli, sub penult̃i. titulo, De iurisdictione Ecclesiastica contēti. Similiter. 18. cum cæteris articulis sequentibus, sub titulo, De visitatione ac Synodis Episcopaliibus, Archidiaconalibusq; comprehensi.

Aliud.

Qvanquā ad visitationis executionē duo requirantur: Instructio scilicet & Coërtio, Doctrina & virga discipline, q̃ pari gradu incedere oporteat. Quia tamē hæc visitatio nostra noua & rara est, populūq; tā delicatas habet aures, vt omnis seuerē increpationis, priusquam ad pœnitentiā cordis conuersus fuerit, sit impatiēs. Propterea hortamur Visitatores nostros, vt Paulinam sententiam, & exēplum potissimū spectent, nepe, vt sint patientes ad omnes, consolentur pusillanimes, suscipiant infirmos. Post, nō omitant corripere etiam inquietos. Expedientius enim est, vt Visitatores nostri tunc omnium primū, potius videantur in charitate & spiritu mansuetudinis ac lenitatis, quā in virga venisse. Quare præcipua eorum cura erit, vt cōtristent quidē eos ad quos mittuntur, sed secundum Deum ad pœnitentiā & salutem. Coertio tamen, vt diximus, moderata, maximē in contumacis nequaquam omittenda est, aut ad nos referendum.

De visitatione eorum qui nostro officio fungūt̃ur.

Vicarius noster in pōticialibus suiipsi⁹ Visitator erit. Respiciunt officium eius Canones sub titulo, De impositione manuum, à 16. Vsq; ad. 30. Quare super singulis articu-

lis se concernentibus cum collegis suis maturē cōsultabit, vt omnia quæ illis continentur, ad suum effectum deducantur.

Sed interim hic duo erunt per visitatores agenda. Primū Scōferetur cū Scholastico ecclesię nostræ vt ille suis commissariis (quos & huic rei idoneos esse volumus) Vicario nostro adiungendos mandatū faciat his decretis parendi. De inde vt diligenter vnus aut duo Theologi, qui his rebus vacare possint, relaturi à nobis sui laboris mercedē, quorū conscientiam in re tanta onerare cogemur.

Officiali nostro proponēt̃ur articuli sub titu. de impositione manuum, à 30. cū sequēt. vsque ad articulum. 35. Deinde omnes qui sunt sub titulo, De iurisdictione Ecclesia. cōtēti. Admoneaturq; vt eosdē articulos tā ipse seruet, quam p̃ alios sibi subiectos obseruari faciat. Præterea aduocabuntur fiscales, quoniam sunt aliquot articuli, qui illorum officium peculiariter concernunt. Dehortandi ab omni auaritia, ac cohortandi, vt vigilantissimē prospiciant, ne alicubi à nostris decretis praua præuaricatione discedatur. Quibus si quid deerit, nos supplebimus, de quo ad nos referatur. Deinde interrogabitur Officialis, an reformationi iurisdictionis ecclesiasticę p̃ nos promulgata, per omnia pareatur. Admoneaturq; vt si alicubi cesset̃, id suppleatur.

Vicariis nostris in spiritualibus proponēdus est articulo 35. sub titulo, De impositione manuum. Et diligēt̃er cōmonēdi, vt in omni p̃mutatione beneficiorū, De statu & qualitate personarū, de cōditione beneficiorū permutandorū, & quis adfectus cōpermutantes moueat ad permutandū & quæ cōditiones intercesserūt, an sit permutatio reuera factus, an vera permutatio, an velint in cōpermutandis beneficiis residere, aut illis per alios saltē satisfacere, an potius pecunia principaliter quærat̃ur, vel iā data, aut per extinctionē dāda, atq; adeo, an quæstus tantū aut luxus causā permutatio fiat, inquirant. Idq; antequā recipiār iuramentū. Alioqui rei essent criminis, in quod cōsentiēdo saltē faciētibus incurret̃.

Cvm extra quadragesimā & aduētū domini Vicari⁹ noster in Pōticialib⁹, paucis dieb⁹ cōcionetur. Nos vero ex animo cupiamus p̃petuū verbi concionatorē, virū doctum & integrū, tam necessario muneri, in ecclesia nostra Metropolitana præficere. Idcirco Visitatores, post maturam mutuo habitam deliberationem, ad nos referēt. Quo pacto

FORMVLA VISITATIONIS

per vnionem, aut suppressionē alicuius beneficij ecclesiastici, cuius reditus talē virum alere possint voto nostro satisfieri queat. Quod non tam pium, quā necessarium putamus: Nam hic futurus erit dux gregis, quo instruente ac arguēte, Clerus ac populus tandem sanctis decretis assuescent.

De visitatione Ecclesiarum collegiarum tam extra, quā intra Coloniam constitutarum, quæ ad instar eius, quā nos in Metropolitana nostra cœpimus, peragetur.

Post Missæ sacrum, Concionēque in domo capitulari habendam, atque alia solemnia per Visitatores, omnes articuli: sub titulis De officio priuato ac publico clericorum. Item sub titulo de Metropolitanis, cathedralibus & collegiatis ecclesiis, & in his ministrātibz, Primum toti collegio integrè ac disertè prælegentur. Deinde viris illis integris ex collegio vt prædictum est, ad inquisitionem faciendam de legendis. Summaria tantum articulorum distinctè repetentur. Sic tamen vt articuli illi qui tantum Ecclesias intra Coloniam constitutas concernunt, extra Coloniam omittantur. Fiatque diligens ad singulos articulos (quæ factum respiciunt) inuestigatio. Quanam in parte aduersus vnum vel alterum peccetur, atque ibi apponenda manus, vbi lapsus compertus fuerit.

Referatur ad nos de correctione Breuiariorum & Missalium.

Item contendant Visitatores inspicere statuta Ecclesiarū, & quæ minus iusta, ac sancta erunt, refecare. Quod si capitula reclamauerint, vel in toto, vel ex parte, ad nos referatur. Præterea, contendant modum imponere annis carentiæ, vbi reclamatum fuerit, ad nos referēt reclamationis causas.

De obseruatione capitulorum, iuxta articulos diligēter inquirent, maximè vero, nō sint in capitulis dissidia & cōtentiones. Num prælati omnium vota audiāt, Num fauore, aut odio, aut alio deprauato affectu quorundā priuatorū res gerātur, & an expectetur omnium sentētia, aut etiā cōtemnatur, quantumuis causa ecclesiæ vtilitatem respiciat.

Item an fundationibus piis quarum prætextu quotidianę distributiones percipiuntur satisfiat. Et hæc fundationes ex

DIOECESIS COLONIENSIS. 316

hiberi debent, & per nostros Visitatores inspicere, vt scubi negligentię suppletionē opus fuerit, suppleatur.

De decanis.

An te omnia Visitatores se de cōditione & moribus Decanorum certiores reddi curabunt. Nam si hi cæci fuerint, consequitur, vt grex quibus ducatum præstāt in præcipitium cum ipsis ruant. Quare inquirāt potissimum, an bonum exemplum frequentando Ecclesiam, & bene viuendo cæteris præbeant. An Ecclesiæ laudabilia statuta faciāt obseruari. An ea quæ inordinate & vitiosè sunt, feruenter reprehendant. An citra personarum acceptiōne excessus puniant. An negligentēs in monendo Ecclesiæ personas, tam quod ad diuinum officium, quā quod ad vitam & mores attiner, sint.

His Visitatores summo serio demandabunt, vt quā diligentissimè respiciant, quo decretis Concilij in omnibus & per omnia pareatur, vtque cū necesse erit, & consiliū & auxilium capituli aduocent. Quod si ipsos audire noluerint, vt tum ad nos referant.

Quod si inter visitādū cōmissarij nostri inquietos quosdā & rebelles Decanos ac Prælatos repperint, hos castigabunt, & ad obedientiam reducent. Si reduci nolint, eos nostro nomine ab officio & beneficio suspendent, donec nobis suspēnsionis relaxationē obtinere mereātur. Decani (quib⁹ cura animarū cōmissa est) interrogādi, cui administrationē sacramentorum cōmiserint. Ab aliis quoq; inquirendum, quæ ad modum ille officio suo satisfaciat, imò exhibēda p̄sona est. Quæ respicere poterit quid correctione egeat, tam q̄ clerū, quā quod ad familiam attinet, non discutiendo personas.

De præpositis.

Nec interim præreundi erunt Præpositi (quod ad dignitatis gradum attinet, Decanis ex more prælati). Nam vbiq; ferè hi dissolutiorem vitā gerunt, ignorantes, aut dissimulantes ad quod munus sint vocati, cuius admonebuntur.

Nam vt de ecclesiæ redditibus luxuriēt, non sunt instituti, sed vt ecclesiam suo sumptu ac opera defendant. Et vt excuset eos coram hominibus, mos aliquis non satis legitimus à frequentanda ecclesia, præsertim cum per ecclesię negotia minimè retrahuntur: admonendi tamē sunt, vt cogitent suam desidiam non ita cōprobari Deo, sed iustum esse vt officium gerant, p̄pter quod datur beneficium, vtque dei

FORMVLA VISITATIONIS

militēs, non seculi se esse meminerint.

Inspicienda eorum iuramenta.

Inspiciendæ separationes, & num illis pareatur.

Ad habitum quoque & tonsuram clericales reuocandi.

De Scholasticis,

Quærendum de Schola: Qualisnam illa habeatur. Qui sint magistri puerorum. An eruditi satis, an ab omni insynceræ doctrinæ suspitione longè alieni.

An fieri possit vt iuniores Canonici, qui rudimenta nõ satis callent ad scholas hæc relegari possint, videndũ seu saltè vt lectiones aliquot priuatæ per illos instituerentur, quas semotis pueris horis quibusdã delectis audirẽt. Quod ad Scholasticũ maioris ecclesie attinet, nos videbim⁹. Quanquã de scholæ theologicę statu ad nos referri velimus.

De magistro fabricæ.

Quæredum vt sit fabricę prouisum. Si minus prouisum sit, ex communibus redditibus per præbendam (vt vocant currẽtem) prouideatur, vt facta recta teneantur.

De custode.

An Custos (quem Alibi Thesaurarium, alibi Sacristam appellat) vasa atque alia ecclesiæ ornamenta diligenter faciat conseruari. Et de ablutione pallarũ, quemadmodũ habet articulus vltimus, de Metro. & Cathedra. ac Collegi. Eccles. ac infra latius dicemus.

De Canonicis.

Satis superque in Concilio prouisum est, de ipsorum vita & conuersatione.

De Vicariis.

Similiter, cogendi illi interim sunt, vt fundationes suarũ vicariarum exhibeant. Quibus relictis, vbi in officio cessare comperti fuerint, adigendi, vt illi satisficiant.

De reliquis ministris quos Campanarios ac virgiferos vocamus.

Hi post hæc suo officio personaliter pfungentur, nisi vel ætate, vel morbo impediuntur, aut idoneos delegent arbitrio Decani & Capituli admittendos, aut reiciendos.

De collegiis Canonissarum secularium.

Collegia Canonissarum, quę seculares vocati delectantur, ad instar collegiorũ quę virorum sunt, suos ritus habent. Proinde multa sub pcedenti titulo, quæ ibidẽ, quemadmodum in virorum Collegiis ac censuram Concilij

DIOECESIS COLONIENSIS. 317

reuocanda sunt.

Maximè autẽ videndum, vt vita illa licentiosa sub Canonũ regulas trahatur. Quod fiet si in spiritu lenitatis ex scripturis, sui officij, imò saltem viri Christianę admoncantur. Nam nisi per verbum ad pietatem trahantur, minz hęc proderunt parum.

De monasteriorum visitatione.

Peractis Missa à Cõcione qua ad Christianã & mutuã charitatẽ, mundi contẽptum & votorũ suorũ, obseruationẽ, ad pacẽ denique & tranquillitatem commouebuntur, in domo capitulari habenda per visitatores. In primis Abbatibus ac aliis monasteriorũ p̄latis seorsum paulisper receptis, Duodecim priores articuli sub titulo de vita & cõuersatione monastica recensentur, diligẽtĩque cohortatione illi monendi sunt, vt hisce decretis tã innouiter recipiendis monachis ac velandis, quàm in reliquis omnibus sese attẽperent, pecuniam pro receptione ne extorqueant, vtque in iis ad quę ipsi corrigẽda nõ suffecerint, implorent nostrã auctoritatẽ.

Vbi visitatores nostri, Abbates ipsos repugnantes repperint, ad nos distincte referant.

Et præsertim nõstro nomine in eo erũt, vt sumptuosi illi præpositi abrogentur. Quod si in ipsorũ potestate nõ fuerit, saltem ad nos referent post visitationem, quid factu opus sit.

Vbi hæc cũ prælatis acta fuerint, Regula ordinis, simul cum formula visitationis si habeatur, petenda est atque relegenda, sic tamen vt instruatũ regulã & doctrinam Christi solam esse quæ ducit ad vitam, regulas verò monasticas expeditiorẽ tantũ semitã indicare, qua facilius viã domini inambulare pergamus. Confidente iterũ toto cõuentu cũ prælatis, præmittẽda est illa generalis adiuratio de nõ occultanda, sed syncerè dicenda veritate. Deinde semotis arbitris.

Interrogetur Abbas, aut eius loco moderator Conuentus.

Quãdo proxime visitatio obseruata sit, & an diligẽter, Regula ac monasterij statuta obseruari procuret, an pax inter fratres, conuersos deuotos ac familiares effloreat. Dissidij, si quid fortasse fuerit, origo perquiratur & emendetur.

Interrogetur Prior.

De obseruatione diuini officij. De obediẽtia paupertate, continentia, silentio, Communi mēsa, Mutua reue-

FORMVLA VISITATIONIS

rentia, Mutuo colloquio. Hospitum accessu.

Interrogentur fratres sigillatim.

- 1 De vita & conuersatione Prælatorum.
- 2 An visitatio proxima rite obseruata sit.
- 3 An Prælati quæ ad obseruationem religionis & ordinis pertinent, diligenter persequantur.
- 4 An vitia fideliter corrigant citra acceptionem personarum.
- 5 An honestè cum laicis conuersentur.
- 6 An bonum exemplum suis subditis præbeant.
- 7 An in obseruandis, ordinis, regula, ac statutis sint seruētēs.
- 8 An defides sint, An eadem ad Christianam pietatem moderentur.
- 9 An fratres ad studia sacrarum literarum sedulo inuitent.
- 10 An pacem, tranquillitatem & concordiam inter omnes sibi subiectos seruent ac nutriant.
- 11 Item de clausura & ingressu monasteriorum.
- 12 De victu quotidiano.
- 13 Deinde, an Conuentus certum numerum habeat, an illi suppetat victus.
- 14 Deinde de officiis ad officia transeundū est. Et videndū, an qui illis præfecti sunt, veluti Camerarij, Sacristæ, Cellarij, procuratores, & id genus alij, suis singuli officii grauius incumbant.
- 15 De moribus, habitu & conditionibus fratrum conuersorum diligenter quoque quærendum est.
- 16 Post inquisitionem, si qui notati fuerint, illi euocentur. Qui si errata sponte cõfessi fuerint, ad disciplinam Abbatis, iuxta regulæ formam remittendi sunt, sic tamen, vt Abbati manderetur, ne Christianæ lenitatis modum excedat, quòd habitari ratione personæ, censurâ potius mitigari quàm exasperari conuenit in haud præscriptis.
- 17 Quòd si neget delictū infamat^o, adhibeatur testes, ad monitis prius omnibus, ne fraudi sit testibus veritatem dixisse.

Legantur deinde articuli. 14. 15. 16. 17. sub titulo de vita & conuersatione monastica.

Postremo declarata vitæ monasticæ prima institutione, adhortentur omnes, vt viam quam amplexi sint, ad vitâ æternam expeditiorem in charitate, de conscientia bona & fide non ficta inambulent, & pro ecclesia Dei sedulo orent cuius cleemofynis sustentantur.

DIOECESIS COLONIENSIS. 318

Item cum fratribus mendicantibus eadē via incedendum est, ipsis tamen peculiariter articuli à sexto vsq; ad 15. sub titulo, Qui admittēdi, legendi & persuadendi sunt.

De visitatione Monialium.

Quæ est forma monasteria virorum visitādi, eadem rectè obseruatur in visitatione monialium, nisi quòd hic interim quædam addi possint.

Præsertim vt q̄ratur, Quibus affectibus & qua forma ad electionem Abbatissarum ac aliarum quibus monasteriorū moderatio commissa est, procedatur: An in eligendo seruetur regula, cessetque omnis impressio ac corruptio.

Admoneantur, ne non professas virgunculas, quàm nondum de voluntate sua statuere possunt, ad professionem melitis verbis alliciant.

Prohibendus omnis suspectus ingressus & egressus.

Omnis suspecta conuersatio prohibenda, Et priuata diuerticula penitus tollenda.

De exercitationibus & operibus extraordinariis quærendum est. Et in primis dehortandū omne otii. Deinde cohortandæ potissimū, vt assidue sint in reuoluendis sacris scripturis & piis opusculis, quæ poterint ipsis facillè comparari, & cohortada lectrix, vt omnem operam adhibeat, quo sorores suas in Christi verbo à se doctiores semper dimittat.

Quòd si & corporales exercitationes amplecti velint, curādum vt tales sint, ne mentē Deo dicatā euerrant, atq; à Christo in mundum retrahant, qualia sunt quædam artificiola in texedis sudariolis ac camisis quæ magis prætermissa oportuit. Nam diabolus alioqui mille artifex, iuuandus non est ad irritandū simplices conscientias, sed modis omnibus abigendus.

De victu quoque diligenter quærendum.

Et si vt interdum fieri solet, fatuus superstitionibus teneatur, illæ caute animis earum eximendæ sunt, inflammadē ad verum Dei cultum & viuam charitatem. Qua sine, ea monasteria non Dei, sed eius quem prohibeat Deus, domus sunt. Ante omnia verò diligenter examinabitur is qui monialibus à confessionibus est. Qualem hunc esse oportet declarat articulus. 8. sub titulo de vita & conuersatione monast. instrūdusq; est in omnibus ferme articulis qui parochū cõcernunt, præsertim qui pœnitentiæ sacramētum respiciūt. Qui si vel leuiculus vel vitæ minus inculpate vel inerudit^o, breuiter ad

FORMVLA VISITATIONIS

munus cui praefectus est, in idoneus fuerit, repellatur, & alius idoneus in locum suum surrogetur, aut ad nos referatur.

De visitatione domorum militum Teutonicorum

S. Ioanni & Antonitarum.

Hic multa reformatione opus est quā articulus. 13. sub titulo de vita & conuers. monast. breuiter cōprehēdit. vbi ad visitationem ventum erit cætera occurrent.

De visitatione Parochialium ecclesiarum.

Hic opus hic labor est, hic multa sollicitudo adhibenda. Arsenim artium ac scientia scientiarum cura animarū optimo iure dicitur.

Quemadmodū aduētus visitatorū prēnūciādus sit aliquot antē diebus, & c. quæ ad conuocationē Cleri & plebis pertinent, deinde qualis habēda post Missam ad populum concio, supra diximus. Ad reliqua ordine infra scripto procedatur.

De visitatione Clerici qui in Parochia est.

Cum ad parochiā acceditur, priori die ad sacristiam Parochus cum presbyteris ac clericis eius loci conuocabūtur.

Quibus accitis & cōgregatis post cōcionem, in primis diligenter & exerte totus titulus de officio priuato ac publico, vitæque ac moribus clericorum generatim prelegeretur, & sicubi visum fuerit, latius explicetur. Nam hic respicit omnium clericorum ac sacerdotum vitam & conuersationem.

Postea Parocho seorsum, prælegēdus est titulus de parochis ac eorum vicariis, aliisque verbis ministris. Item titulus.

Qui admittēdi, vsque ad articulum sextum. Itidem titulus.

De vita & moribus Parochorum vice speculi, in quo suos eratus contēplētur. Deinde totus tit. de disseminatione verbi. Præterea, integer titulus de administratione sacramentorum.

Postremò, totus titulus de constitutionibus ac consuetudinibus ecclesiasticis. In his enim tribus proximis titulis Parochorum officium dilucidè explicatur.

Quo facto ex ordine clericorū dabuntur aliquot viri graues. His summaria prædictorum titulorum distinctè relegētur, ac super singulis interrogentur, num omnes clerici illius parochiæ secundum eorundem articulorum normā sua studia & vitam instituerint.

Deinde, num Parochus ad eū modum viuat, verbū dei disseminet, sacramenta administret, ac ritus ecclesiasticos populo declararet ac obseruet, vti articuli ex ordine præscripti

&

DIOECESIS COLONIENSIS. 319

& præsertim an populum in priuatis cōfessionibus, & subinde ex suggesto symbolum fidei, orationē dominicam, salutationē angelicā, decē præcepta, & sacramēta ecclesiæ edoceat.

Examinandus quoque super formis sacramentalibus, & ritibus sacramenta ministrandi.

Item de lectione precum horariarum.

Quòd si hic vel in clericorū & parochi vita corruptio, vel in officio cessatio comperientur, solerti cura defectus supplicantur, & excessus corrigantur, idque in spiritu lenitatis: non omittenda tamen interim virga disciplinæ in publicè criminosos & proteruos, qui scādalo sunt domui Israël, & ppter quos blasphematur doctrina Christi, sic vt tales è medio tollantur, aut suspēdantur, donec resipuerint aliis in eorū locum suffectis. Idè putamus necessariū vbi parochi omnium literarū inexperti, & p̄sertim tā ignari vt summā religiōis nostræ minimè callere repti fuerint, qui ad scholas remittantur.

Potissimū autē visitatores nostri interrogationibus illis q̄ 10. 11. 12. 13. 14. 15. ac 16. articulis sub titulo de visitatione ac synodis Episcopalibus, Archidiaconibusq; cōtinentur, insister.

Vbi visum fuerit visitatoribus nostris & præ temporis penuria integrum, poterint semel parochum ex suggesto ad populum audire concionantem. Nam ex vna concione satis superque percipient, quid crepet fidelia.

In sedibus Archipresbyteralibus, Archipresbyteris, præter articulos istos oēs, qui ipsos vti parochos, imò parochorū & presbyterorū patres respiciunt, proponendi sunt articuli 19. & ceteri sub titulo de visitatione. & synod. & c. vsque in finem, quoniam illi obseruationē synodorum ruraliū respiciunt, ad quos articulos deinceps suas synodos exigent.

Præterea Archipresbyteri seu Decani isti rurales scire debent se vocatos in partē sollicitudinis Episcopalis, propter ea debēt esse vigilēs, & diligētē respicere, vt intra limites suorum Decanatuū per omnes parochos, presbyteros ac clericos, secundū formam ecclesiasticā ac Concilij nostri prouincialis doceatur ac viuatur. Quòd si compererint alicuius parochi doctrinā & verbi prædicationē de hæresi aut nouatione suspectā, aut vitam probrosam, eundem ad se aduocabunt, & præcedēte correptione fraterna manebūt, vt à tali vel doctrinæ, vel vitæ impuritate desistat, ac rectā viā catholicæ fidei, pietatis ac charitatis inambulēt. Quòd si hic pernicax esse

FORMVLA VISITATIONIS

malit, præfertim quod ad impuritatem doctrinæ attinet, de-
bebit hoc ipsum Decanus ruralis ad visitatores nostros, aut
nos scripto referre, vt apponamus securim ad radicem.

Præterea simul omnibus proponetur articuli 6. 7. 8. 9. &
10. sub titulo de iurisdictione ecclesiastica cōtentiōsa, vt sciāt
quam pœnam expectare debeant delinquētes, vtq; testamēta
suorū confratrū approbari atque exequi procurēt. Vt si quos
sciāt testamēta suppressisse, aut minime executos fuisse, illos
reuelent. Item instruantur super votis solennibus & non so-
lennibus, super impedimentis contrahendi & contracti ma-
trimonij. Interrogandi quoque de iure patronatus ecclesiæ
quo pacto sint in ecclesia instituti sacerdotes, de iure patroni
quod sibi in ecclesia vendicat, De foundationibus vicariorum,
aut officiorum perpetuorum, num supprimantur, num diui-
nus cultus iuxta piam testantium voluntatem peragatur.

Item querēdum de damnata illa dispensatione, quam præ-
cipimus in vsu esse sacerdotibus ruralibus fornicariis, qui
sibi mutuo permittūt sacra mytheria celebrare etiā nō cō-
fessis, donec iterum conueniant, & suam, si ita dici mereatur,
absolutionem rursus mutuo impartiantur. Quem morē vti
execrabilem damnamus. His inculcandum est, Deum nō im-
pune irrideri, & quod tāta mytheria celebrēt & corde & ma-
nibus pollutis in iudicium, & condemnationē. Quod spe ve-
niæ peccant, id quod non procul est à peccato in spiritū san-
ctum. Itē quod Paulus ad Ephe. ait: Hoc scitote, intelligentes
quod omnis fornicator, aut immundus aut auarus, quod est
idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi
& Dei. Nemo vos seducat inanibus verbis. Nolite effici partici-
pes eorū, & cætera eiusmodi quæ tales præuaricatores
ad pœnitentiam commouere possint.

Si qui reperiantur clerici aut sacerdotes qui exorcistarum
officium assumunt, diligēter examinādi sunt & instruedi,
vt vel desistant à superstitione, vel officium rectē gerant.

De oratoris in parochia constitutis.

Quærat de fundatore, ad quos spectet p̄sentatio, institu-
tio ac cōfirmatio rectoris, cuius auctoritate Oratoriū
erectū sit, de cōditione rectoris de officio cui astringitur, illi
secundū formā foundationis satisfaciatur, ac id genus similibus.

Diligenter quoque prospiciendum est, vbi imagines pos-
itæ sunt, ad quas supersticiosus concurritur, vt populus

DIOECESIS COLONIENSIS. 320

doceatur, de vera ac sincera imaginū veneratione, ne super-
stitionis reus fiat. Quod si tantus est abusus, ad sublationem
etiam citra scandalum tum procedendum erit.

De visitatione populi.

Post Missam & concionem ad modum superscriptum ha-
bendam, quum viri aliquot honestissimi delecti fuerint.

Interrogabuntur absque exactione iuramenti.

Num omnes parochiani rectē instituti sint in articulis
fidei, decē p̄ceptis, oratione dominica ac cæteris præ-
dictis populi Christiani rudimentis, nū omnes diebus
dominicus ad parochiā conueniāt audituri Missam parochia-
lem & prædicationem Euangelij Dei. Num exeat ante fini-
rum sacrum & sermonem, quod fieri non oportuit. Nū fabu-
lentur in ecclesiis vel cæmeteriis sub sacro. An semel in anno
saltr̄ confiteantur & sacrosanctam Eucharistiam præcipiant.

Interrogabuntur de vita, moribus ac conseruatione laico-
rum, de criminibus ac vitiis publicis quibus potissimū plebs
est infecta, vt pro qualitate morbi salubris medicina adhibe-
ri possit, idque per salubria monita, nunc leuia, nunc aspera,
iuxta datam Visitatoribus nostris à Deo prudentiam.

Et præfertim rogabūtur, num quempiā in parochia hære-
ticū, schismaticū, aut ea de re suspectū. Item, an conuenticula
in domū aliquam, an prædium, agrum, aut alium locum fieri
sciant. An talium receptatores, fautores, defensores ac mini-
stros, maximè Anabaptistarum & Sacramentariorum noue-
riūt. Num sint qui nouam religionem introducere satagant.

Num sint in parochia publicè criminiosi, velut blasphemii,
incesti, adulteri, homicida, sacrilegi cōiuratores seu conspi-
ratores, vsurarij, ebriosi, solennes ferias non seruantes, eccle-
siæ laudabiles ritus, veluti ieiunia indicta, & id genus alias
pias cæremonias contēntes, decimas denegates, seu similia
crimina, quæ ecclesiastici aut mixti fori sunt committentes.

Qua inquisitione facta, Visitatores facillē intelligent, quæ
publicè concionando & priuatim admonendo, reprehende-
re, corrigere & reformare debeant, accommodaturi sermo-
nem, personis, rebus, temporibus, & loco, d̄sp̄saturique sermo-
nem, secundum captum auditorum & diligentissimè expen-
suri, qua via correctioni rectius consulatur.

Quod si quos in hæc enormia crimina sepius relapsos cō-
pererint hos publicā pœnitentiam subire compellant.

FORMVLA VISITATIONIS

Er in primis inculcāndus articulus vltimus sub titulo de vi-
ctu Parochorum, & ad oblationes alias faciendas ex scriptu-
ris (quæ victum paltori suppeditari iubent) cohortandi sunt.

Articulus quoque postremus sub titulo de constitutioni-
bus & consuetudinibus ecclesiasticis, qui de fraternitatibus
est, commemorabitur, & fraternitates ad normam illius arti-
culi post hac exigentur.

De visitatione hospitalium.

Magistris hospitaliū omnes articuli sub titulo de hos-
pitalibus diligenter proponentur declarabunturq; cū
feruenti admonitione, vt post hac illis obsequantur.

Quærat, qui sint patroni, qui puifores hospitalis, an hos-
pitalarius ibi à patronis institutus sit, à quo, & an ab ecclesia-
stico prælato confirmatus, an res & bona hospitalis incuria
hospitalarij deteriores reddantur aut intereant. An luxu ip-
sius aut alijs minus rectè dilapidentur, distrahantur, subtra-
hanturque. An infirmis quod ipsis ex institutione hospitalis
debetur, præstetur.

De lectis, fulcimentis ac alijs huc pertinentibus etiam per-
quiretur. An magister hospitalis erga infirmos ac debiles mi-
tis sit ac misericors, an potius durus ac seuerus.

De ecclesiastico rectore hospitalis diligenter quærendū quis
ille sit, an ritè præsit, docēdo & sacramēta egenis ministrādo.
Speciatim quoque de puifione hospitaliū quæ ad ecclesias
collegiatis pertinet vidēdū, quomodo pauperes procurēt, à
qb⁹ instituantur: Qui sint puifores, an reddatur calcul⁹, & cui,

De visitatione templorum & aliarum sacrarum ædiū, quod ad exteriorem faciem attinet.

In primis locus vbi venerabile sacramentū corporis & san-
guinis dominici, ac sacrū chrisma cōseruatur ac reponitur
inspicēdus est, qui debet esse nitidus, purus, ornatus & ob-
seruatus, an sacramēta illa suis debitis tēporibus renouen-
tur. Quærendū, an lumen ante hūc locum perpetuo ardeat,
quod secundum Canones fieri oportet ad designandū quod
ibi corpus eius reconditum sit, qui est candor lucis æternæ.

Deinde baptisterium inuisendum, in quo regeneratū in-
fantes an mundum & clausum retineatur. Nec est prætermi-
tendus reliquiarum locus. Altaria insuper & capellas inspi-
ciat, & per totam ecclesiam seu templum oculis discurrat, vi-
surus num omnia munda & nitida seruentur.

DIOECESIS COLONIENSIS. 322

Deinde iuxta articulum vltimum sub titu. de metrop. Ca-
thed. & colleg. ecclesijs videndum est de ablutione corpora-
lium, aliarūque puellarum.

ET in primis de Sacrista seu Custode inquirendum est:
Num officio suo rectè præsit, num reditus illi qui huic
officio deputati sunt ad reformationē ornamētōrū, aut
pecunia illa quæ à nouitijs Canonicijs p⁹ ornamētis exigitur
rectè & vtiliter expēdatur. An singulis annis legalis calculus
& computus fiat. An habeat inuentariū de omnibus capsulis
ac thecis reliquiarum ac alijs ornamentis receptis. An para-
tus sit inuentarium tradere, & de omnibus reddere rationē.

Item Visitatores faciant ad se adferri ornamenta, eadēmq;
explicari quo negligentia ministrorum deprehēdatur, inspi-
ciēda Missalia, Gradualia, Antiphonalia, ac ceteri libri ex qui-
bus succinitur, num integri seruentur.

Quærandum an res & bona ecclesię indebitè alienētur an
hypothecentur, an ad tēpus, aut perpetuū locentur, & quorū
consensu id fiat, an dilapidentur seu dissipentur, an mobilia
distrahantur. Postremo eundem est ad eades seu domos viro-
rum ecclesiasticorum. Et curandum vt domus ruinā minan-
tes erigantur, vt quæ prolabūtur in statum deteriore, restau-
rentur ac reformentur. Quod in primis vt fiat in domibus
parochialibus, quas dotales dicimus, curandum est.

Videndū etiam vt suppellex ad perpetuum vsu Parochi,
seu alterius ecclesię ministri, destinata, salua substantia manē-
te vsui seruiat præsentis Rectoris & successori tradatur ea-
dem lege custodienda.

Vtile fore putamus vt in singulis ecclesijs duo libri confi-
ciantur sigillandi, aut per notarium signandi. In quorū alte-
ro scribātur imprimis bona immobilia ipsius ecclesię, p⁹ vo-
cabula, confines, quantitatē ac mensuram pro ratione loci
vbi fit visitatio. Subinde bona mobilia in altero scribantur,
decimæ ac reliqui cēsus ad quos soluendos Parochiani obli-
gantur, & annotentur non soluentes, quod multum fecerit
pro conseruatione rerum & bonorum Ecclesiasticorum.

Generale.

Vbi solē Archipresbyterales sedes inuisuntur, ibi q̄ ocu-
lis subiici nō possunt ea per Archipresbyteros ex Visi-
tatorū nostrorum mandato deinceps agētur, qui & de
omnibus ipsis Visitatoribus referent, vt vel ipsi prospiciant
SS iiij

FORMVLA VISITATIONIS

vbi reformatione opus est, vel per eos ad nos relatio fiat.

In discessu quid agendum.

SI ecclesiam aut parochiam inuenerint, vbi nec doctrinae insynceritas, nec morum turpitudine dominatur publicitas.

Inter valedicendum ex suggesto, aut alioqui in conspectu concionae. Deo gratias agant, ac exhortentur ceterum, vt de virtute in virtutem procedat. Nam hoc ipsum alacritatem, & calcem ad virtutem addet hominibus bonae voluntatis. Nam & ethnicus poeta dixit: Virtus laudata crescit.

Si multa correctione digna compererint ad poenitentiam omnes cohortentur, & ad fructus poenitentiae dignos. Paulus vbiq; copiosam subministrat materiam neq; in eo modum argumentum ex cap. 5. Ad Ephe. desumi poterit. Eratis aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino, vt filij lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate & iustitia & veritate, probantes quid sit beneplacitum Deo, & nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum. Et caetera quae sequuntur.

De Scholis, Typographis ac Bibliothecis visitandis.

Scholae ac Bibliothecae diligenter visitandae sunt iuxta Decretorum sub titulo de Scholis Typographis ac Bibliothecis, tenorem.

Academiae nostrae Colonien. restaurationem ex animo cupimus, sed quoniam res ad multos pertinet, & vt sunt in vniuersitate multa capita, ita multi sensus, libenter audiemus ab eis quo pacto ipsi putent, publicis studiis subueniendum, faciemus nos deinde quod principem decebit.

Ceterae scholae tam apud Collegiatas quam parochiales ecclesias diligenter repurgandae sunt in lectiones in bonis literis, in sacris quoq; praescribendae sunt, didascalica quod ad eruditionem & vitam attinet diligenter examinandi, simul & eorum libri inspiciendi, qui si suspecti ac nothi fuerint, abiiciantur.

Vbi de stipendio satis prouisum non erit, admodum in Concilio praescripto prouideatur.

Caetera. Visitatores pro ipsorum circumspeditione & prudentia a Deo data disponent.

Laus Deo qui opus suum promoueat
ac prosperet.

F I N I S.